HISTORIÆ FRANCO-MEROVINGICÆ SYNOPSIS,

SEU, COMPENDIUM HISTORIÆ

REGUM FRANCORUM

MEROVINGORUM,

CUM PROLEGOMENIS;

SUISQUE PARALEIPOMENIS,

APPENDICIBUS ET NOTATIONIBUS.

HISTORIÆ FRANCO-MEROVINGICÆ SYNOPSIS,

SEV, HISTORIA SVCCINCTA, DE GESTIS, ET SVCCESSIONE REGVM FRANCORVM, QVI MEROVINGI SVNT DICTI,

A R. P. DOMNO ANDREA SILVIO, REGII MARCIANENSIS COENOBII MAGNO PRIORE,

ANTE ANNOS CIRCITER 433. CONSCRIPTA,

ET A DN. WILLELMO ABBATE ANDERNENSI, ALIISQVE CHRONOLOGIS 2. ANONYMIS CONTINVATA.

NVNC VERO, BENEFICIO ET OPERA R. P. AC DOMNI

RAPHAELIS DE BEAVCHAMPS, PRESBYTERI, ET MARCIANENSIS MONASTERII RELIGIOSI,

PROLEGOMENIS, APPENDICIBVS, NOTATIONIBVS, ET PARALEIPOMENIS laboriosè illustrata, primùmque in vulgum emissa.

Laudemus Viros gloriosos, & Parentes nostros, in generatione suâ.
Ecclesiastici Cap. 44.

Pulchritudo agri mecum est. Psalmo 49.



DVACI CATVACORVM,
Apud PETRVM BOGARDVM Typographum Iuratum.
Anno CIↃ. IↃC. XXXIII.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

ELENCHVS EORVM,

QVÆ PROLEGOMENIS R. P. AC DOMNI RAPHAELIS DE BEAVCHAMPS, &c. ACCESSERE.

I.

SYNOPSIS ipsa Historiæ Franco-Merovingicæ, seu Historiæ succinctæ, de gestis, & successione Regum Francorum; qui Merovingi sunt dicti: à R. P. Domno Andreà Silvio Archipriore Marcianensi conscripta, & tributa in libros treis. Nunc autem, à R. P. ac Domno Raphaële de Beauchamps, Benedictino Presbytero, & Monacho Marcianensi, Notationibus & Appendicibus multis illustrata, &, velut ex abyssis antiquitatis in lucem extracta.

II.

Continuator eiusdem Chronici Andreæ nostri SilvI Marcianensis, qui fuit R. P. DN. VVillelmus Abbas Andrensis, sive Andernensis ad Ardeam, vulgò, l'Abbeye d'Andernes lez Ardres, hactenus MS. & inexcusus.

III.

Synopseos Historiæ Franco-Merovingicæ DNN. Andreæ SilvI, & Continuatoris ipsius VVillelmi Abbatis Andernensis Paraleipomena, ex Anonymo potissimùm Chronologo MS. membranaceo, quodámque MS. Marcianensi, & alijs excerpta, adjuncta, & in hunc annum vsque Domini Iesu Christi CIↃ. IↃC. XXXIII. per Catalogos Pontificum Romm. Imperatorum, cùm Occidentalium tùm & Orientalium, Regúmque Francorum, atque aliorum Principum Virorum perducta.

APPROBATIO.

HÆc *Synopsis Historiæ Franco-Merovingicæ, seu sequens Epitome Historiæ Regum Francorum Merovingorum, & successorum eorum, à R. P. Andreâ Silvio, quondam Magno Priore Marchianensi conscripta, vnà cum eiusdem Continuatore VVillelmo Abbate Andernensi, & alio Anonymo Auctore, recenter Prolegomenis, Appendicibus, & perdoctis adnotationibus, atque Paraleipomenis à R. Patre ac Domino Raphaele de Beauchamps, Religioso Marchianensi,* studiosè, laborioséq; illustrata, digna est quæ tandem in lucem proferatur, ob multa quæ continet particularia in Franciâ, Angliâ, Belgio, Hispania, Italia, Germaniâ, & alibi gesta, Quæ non sinè insigni fructu Christianæ pietatis, & variæ eruditionis perlegentur. Quapropter, in lucem vtiliter edi posse censui. Actûm Duaci 3. Non. Februarij. 1633.

GEORGIVS COLVENERIVS *S. Theol. Doctor, & Regius, ordinariusque Professor, Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Præpositus & Canonicus, Duacensis Academiæ Cancellarius, & librorum Censor.*

ALIA.

HÆc, in Historiam Regum Francorum Merovingorum, & successorum eorum, à R. Patre Andrea Sylvio, olim Magno Priore Marchianensi conscriptam, & à VVillelmo Abbate Andernensi Benedictini eiusdem Ordinis, & alijs quibusdam Anonymis continuatam, Prolegomena, Paralypomena, Appendices, & annotationes perpetuæ, ac eruditæ Reverendi Domini, & Patris Raphaëlis de Beauchamps, Religiosi Marchianensis, eam plurimùm illustrant, &, ab anteriore origine, & posteriore Pontificum, Cæsarum, Regum, Præsulum, & Principum Virorum successione, longè, permagnóque cùm Catholicæ avitæ Fidei, & pietatis Christianæ fructu adaugent; ac inter cętera; Monasterij Marchianensis Regiam, sanctissimam, atque antiquissimam fundationem, continuúmque progressum pręclarè exhibent. Quod propterea industriæ, laborisque plurimi, & eruditionis permultæ in hęc vsque tempora productum tandem Opus, perquàm vtiliter, ac salubriter in lucem publicam emitti posse censui. Duaci, die 2. Martij. 1633.

MATHIAS NAVAEVS *S. Theol. Doctor, Canonicus Tornacensis, ad S. Petrum Parochus, & librorum Censor Episcopalis.*


Genealogica Tabella Paretū & stemmatum SS: Ducū Adalbaldi, & Rictrudis Tolosanæ

REVERENDO ADMODVM IN CHRISTO PATRI,

A C D O M I N O,

DN. IOANNI DV IONCQVOY,

SACRÆ THEOLOGIÆ LICENTIATO,

REGII MARCHIANENSIS ASCETERII

PRÆSVLI LONGE MERITISSIMO,

LITTERATORVM SVAVISSIMO MECOENATI,

religione, doctrinâ, prudentiâ conspicuo, Domino,

& Abbæ suo semper honorando,

DOMNVS RAPHAEL DE BEAVCHAMPS,

Presbyter, Monachus Marchianensis, eiusdemque

humillimus Clientulus, S. P. D.

REVERENDE DOMINE PRÆSVL,

Suavissimeque Philomusorum Patrone!

TRITVM illud vulgari olim sermone Afris, Teutonis, & Gallis etiam-nunc proverbium vsitatum: *Abijt iam; & reverti debet:* satis declarat, tantam fuisse, & esse vim veritatis de immortalitate, & Animarum resurrectione; vt ea ex hominum animis, nè in tantis quidem profanarum opinionum tenebris,

tenebris, à Majoribus veluti per manus tradita, potuerit vmquam evelli. Et ecce, iussu vestro, ad vestram R.am DN.em revertitur, ceu ab vmbris redivivus Andreas Silvius, (*vulgò du Bos, seu du Bois,*) qui, plusquàm ab hinc quadringentis tèrque denis annis, ex hoc sæculo, ex nostratis Monasterij religiosissimo contubernio, ad exoptatum originis suæ domicilium, octogenario major abierat: sed, præter corporis sui castissima λείψανα, ingenij sui præclara monimenta, veluti quamdam animæ portiunculam, sivè veriùs, specimen, apud nos reliquerat.

Silvius (inquam,) Illustrissimi iuxtà ac antiquissimi Marcianensis Asceterij Magnus olim, & perdignus Prior, iussione quidem vestrà revertitur: verùm, Calepodij, seu Raphaëlis vestri de Beauchamps, ex eiusdem asceticâ posteritate, vsque & vsquè divinitùs repullulascente, vnius, & infimi, hominis plusquàm sexagenarij sedulâ curâ, & operâ quinquennali, tot post lustra, & revolutos annos, longè auctior, & tanquàm novâ cultior veste. Synopsim dico Historiæ Franco-Merovingiacæ, sivè Compendium rerum à Regibus Merovingis in Franciâ, & alibi gestarum.

Quo in negotio, quid à me præstitum, ex Præliminari ad amicum & studiosum Lectorem Synopseos Historiæ Franco-Merovingiacæ Epistolâ,

ab

ab Andreâ noſtro Silvio iam pridem conſcriptæ, atque in libros treis tributæ, non tam cognoſcere, quam ſemel à te, R.ᵉ DN.ᵉ Abba! non obiter lectâ, ſed diligentiùs excuſſâ, quâ mirùm vales, memoriâ repetere poſſis. Poteſt, & idipſum, qui volet, eiuſdem quilibet curioſus Lector abundè nôſſe.

Quin autem veterrimum hunc Silvi noſtri partum, & eidem adjunctum conatum Bellocampi, clientis tui humillimi, tuo, tamquam divino parentis imperio, iam tandem in auras emergentem, cum Eximio Domino, DN. Georgio Colvenerio, S. Theologiæ Doctore, antiquitatis cum ſacræ, tum & profanæ oculatiſſimo, peritiſſimóque indagatore, ſis adprobaturus, & in vulgum lubèns commendaturus, nefas mihi ſit diffidere. Meas ſiquidem metiens ipſe vires, ijſdémque meritò diffidens, tantæ molis Opus aggredi auſurus fui nunquam; niſi ſuſcipiundi autor, monitor & præceptor vterque exſtitiſſetis: & ſecuti ijdem Heliſæum Vatem, * (qui, *manum ſuam ſuperimponens manui Regis Ioas, in emiſſione ſagittæ, fecit eum eſſe totius Syriæ percuſſorem*:) pari etiam vos Symbolo mecum egiſſetis, manui meæ debiliori, validiſſimam veſtram fortiſſimè admoventes: Et, nè tantæ molis pondere ſuperarer, perneceſſarium mihi vterque auxilium promtis, & conjunctis vſque animis præſtitiſſetis; vt proïndè, Opus hocce totum, vitæ

* 4. Reg. cap. 13.

** Spiritum

Spiritum acceptum debeat, cum redivivo nostro Andreâ Silvio, vobis gratulanter referre. Vterque igitur Salvete. Tu verò in-primis, Præsulum decus, dulce decus, & præsidium meum! in multos annos feliciter vale. Qui, vt brevi, maturèque vnus è paucis Belgicæ pacificatoribus, ad nos incolumis, & voti publici compos revertaris, votis, precibusque exoptamus. E museolo nostro, & vestro Gymnasio Celeberrimi Monasterij Marchianensis, Duaci Catvacorum VII. Eidus FebruarI, die Festo Elevationis Sanctissimæ Matris nostræ Rictrudis, Anno Iesu Christi CIO. IOC. XXXIII.

V.æ R.æ Adm. DN.nis

Humillimus Clientulus, &

obsequentissimus in Christo Filius,

Domnus RAPHAEL DE

BEAVCHAMPS.

Ἐὖ, καὶ Καλῶς.

PRVDENTI, ET AMICO LECTORI SALVTEM.

QVOD egregiè, fortiter, & religiosè fuerit peractum à Regibus, Heroibus & Heroinis, Virisque principibus, cum sacris, tum & profanis, Illustrissimis Majoribus SS. Adalbaldi, Gertrudis, Rictrudis, & Prolium 4. Amandique, aliorúmque Conditorum & Fundatorum, & protomoderatorũ nostrorum, (quos omneis ad superos feliciter constet abysse:) id sanè meruit tandem, Prudens & amice Lector! & condecuit, ex mucidâ carie, atque velut ex abyssis quibusdam membranaceæ antiquitatis erutum iustis suis præconijs celebrari, publicique fieri juris, iuxtà illa sanctè monentis verba Ecclesiastici Capite 44. Laudemus Viros gloriosos, & Parentes nostros in Generatione suâ. *Hinc fit, vt quæ nunc statim tibi subnectuntur à nobis habeas permultis è Codicibus* MSS. *varijsque Scriptoribus historicis nobilibus in iustum Opusculum contracta, & labore multo conflata Prolegomena nostra in Synopsim historiæ Franco-Merovingicæ conscriptam à R. P. ac Domno Andreâ Silvio Regij Marcianensis Asceterij Magno Priore. Quæ quidem Prolegomena, seu prælectiones honestæ, vtiles, jucundæ, salutares eò potissimùm spectant, vt, quæ Andreana Synopsis, seu Compendium historiæ Regum Francorum Merovingorum, & eorum Successorum paullò contractiùs complectitur, queq; de Nobilissimi Marcianensis Monasterij antiquissimâ, sanctissimâq; fundatione, atque continuo, celeberrimoque progressu, post mortem Illustrissimæ Principis, & Sanctissimæ Matris nostræ Rictrudis, totiúsque ipsius Sanctæ iuxtà ac præclaræ Familiæ, atque Gentilium omnium inclytorum, breviter, ac summatim stringit, prolixiùs, clariusque demonstremus: præeuntibusque Chronologis, & historicis scriptoribus varijs, atque Codicibus*

membranaceis MSS. (*quorum tibi nunc statim subjicietur Elenchus, & certa nomenclatura,*) *seriem Regum, ac Cæsarum Romm. ab exordio historiæ Romanæ, necnon & aliorum Monarcharum præpotentûm, & Ducum Regúmque Gothorum, Ostrogothorum, atque Visigothorum (à quibus Serenissima Princeps, & Mater nostra Diva* R I C T R V D I S *Cognomento* N O B I L I S, *ortu Tolosana, prodijt,) ad Cæsares, Regesque Franco Merovingiacos, à quibus Synopsim suam, seu Compendium historicum suum* DN. *Andreas noster Silvius orditur, penicillo nostro quali, quali latino, perducamus: atque ita demùm, summos Europæi Orbis nostri Monarchas, præpotenteisque Reges, & Principes Viros in societatem nobilitatis Franco-Merovingiacæ, Prolegomena nostra Synopsi Andreanæ connectenteis, aptè conyciamus.*

Quem verò, qualem, & quare nostrum hunc tibi studiose, amicéque Lector! daturi simus Andream Silvium, *vulgò,* du Bos, *seu, (vti nunc loquimur,)* du Bois, *quùm Dypthica nostra Marcianensia, sive Obitarius Liber, quo diem suum, octogenario major, obijt Februario mense, tum &* Περιλεγομένων *hoc nostrorum Opus, & Synopseos, seu Compendij eius historici Titulus, & suis cum Elogijs Præfatio ad amicum & studiosum Lectorem de Synopsi historiæ Franco-Merovingiacæ accuratè perlecta, satis edoctura sunt, vt proindè pluribus hic additis haud videatur opus.*

Attamen id te sanè hoc oportet commodiore præmonitum Loco: quòd, si quandò, Divum Amandum ex Amantiâ cum primis nobili matronâ Filium Sereni Aquitanorum Ducis, Protoconditorem Regij Marcianensis Monastery, observàris toto hocce in Opere inscribi Antistitem Vltrajectensem, vel etiam Leödiensem, id certissimo scias Amanuensium vitio adscribendum. Erronea itaque, ac certè mendosa est scheda tametsi vetus quæ apud nos vitiosè legit. Anno ab Incarnatione Domini 610. à Beato Amando, Vltrajectensi Episcopo, iam quadragenario, hoc Monasterium Marchianense fundatur in honorem Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, &c. *Reponendúmque ibi, & certiùs legendum est:* à Beato Amando Trajectensium, gallicè, Mastrick, Episcopo, iam quadragenario; &c. *Ratione siquidem nusquam apparente, Vltraiectinis, & Leödijs Eburonum Episcopus adscribitur D. Amandus Aquitanicus. Vtque priorem illum de Vltrajectino illi falsò adtributo Antistitio certissimum confutem errorem, efficit Chronicon Ioannis de Beka, Canonici Vltrajectini, qui, in suo Catalogo Episcoporum Vltrajectinorum, sivè Vtracesiorum, nullam omninò fecerit mentionem Sancti ullius Amandi: vti neque Claudius Roberti, Lingonensis Presbyter, in suâ Galliâ Christianâ; in quâ,*

in quà, & ipse seriem contexuit Archiepiscoporum Vltrajectensium; quæ tamen nullum prorsùs memorârit Amandum. Sed, neque etiam R. admodum Dominus DN. Ioannes Chapeauville, Canonicus, & Vicarius Leodiensis, in Gestis Pontificum Leodiensium, aut Chronicon Episcoporum Trajectensium ad Mosam, à R. P. Ægidio Bucerio DN. ChapeauVilli adiectum Tomo primo, vsquàm Vltrajectensem Episcopum, inter suos Trajectenses, habet vllum Amandum. Neque R. D. Franciscus Haræus Vltrajectinus S. Theologiæ Licentiatus, in vità S. Amandi Episcopi, partim ex Milone, partim ex DN. Ioanne Molano depromtà, ad sextum Februarij diem, Vltrajectensem vult Episcopum exstitisse nostrum hunc S. Amandum: at verò certè Trajectensem; in hæc verba, quæ ferè sub eius finem legere possis. Quâ etiam occasione, Ioanne Episcopo Tungrorum moriente, Beatissimus Amandus coäctus est à Rege Dagoberto, & Sacerdotibus, illam Pontificalem Cathedram suscipere. *Cum ergò Valentinus, Nonus à Divo Materno Longobardo Tungarorum Antistes, anno salutis trecentesimo octavo diem clausisset extremum septimo Eidus Iunias, Pontifex, si quis alius, summâ semper habitus autoritate; vacâssetque Sedes Tungrensis annos septem, D. Servatius, (id nominis à Domino Deo consecutus, vt qui suo tẽpore Galliarum futurus servator esset,) Angelo præduce, ipsà horà Tungrim ingressus est, quà nationes septuaginta, morarũ pertæsæ, in Divæ Mariæ Basilicam, deligendi Episcopi causà convenissent; omniumq; pendẽtibus votis, & ocellis intentiùs hebetantibus, pedum, quòd Valentinus iam moriturus antè omnium oculos Tungrensium Aræ summæ imposuerat, adjuratis omnibus, ne quis illud vllà fretus audacià illinc efferret, quoüsque, à DEO Opt. Max. ad hoc destinatus adventâsset; Angelus Domini abstulit ab Arà, quod & cunctis cernentibus S. Servatio porrigens, gloriosum Præsulem in subsellio residere iussit anno partæ salutis circiter 300. & 15. Huic S. Servatio admirãdæ Sanctitatis Viro, Porus, Comes Lovaniensis, quòd is ab eo narium gravè olenti polypo liberatus esset, insperatæ salutis symbolum munificè rependens, Trajecti ad Mosam partem mediam assignavit; quam hucusque Pontifices Leòdini successione hæreditarià retinent. Verùm, quòd hîc tantà rerum accessione nihilo plus fastibus indulgeret, sed magis ac magis populari ab aurà se subtraheret, aulámque minùs coleret, purpurati clanculum mordere occœpere, congestísque argumentis alienigenam parum tanto Præsulatu administrando idoneum asseverare, & alio sibi de Loco providere coëgere. Quinetiam, ipsa plebecula, & vulgi fex infima, quæ à purpuratorum affectibus soleat pendere, Sanctum Antistitem Tungrensem Servatium superbis ignominijs aggressa,*

Vrbe propulit suâ. Ille verò, iniurias pro lucro reputans, in Traiectum benefactis compensandum duxit. Denique S. Materni, plurimorúmque perlustratis Divorum Oratorijs, octavo Calendas Aprileis limina subijt SS. Apostolorum: à S. Petro statim Traiectum revisere iubetur, cuius esset servator futurus. Tungrim itaque regressus, iugiter ibi vltimum vale inter verba iterans, & pœnitentiam necessariam intonans, sanctam illinc hæreditatem auferens, divini ministerij vestes, cruces, vasa sacra, lebetes, coronulas, aulæa, Reliquias denique, ossáque sacra Pontificum in Vrbem Traiectum ad Mosam pariter suâ cum Cathedrâ transvexit. Comitatæ sunt Angelorum innumeræ myriades cantu suo aëra festivo delinienteis, àq; tergo lugentium strepitus Tungarorum. Cryptoporticum porrò se demùm sepeliendo apparavit, eique sacris operanti, ad Aræ cornu dextrum Angelus mortem prænunciavit. Quam animi multâ expetens constantiâ, habitâ postremâ omnium ad populum Traiectensem ad Mosam perpià concione, quarto Eidus Maïas, animam Deo, terræ ossa commendavit: quæ ibidem populo coram spectante, sericis tapetis ab Angelis vestita sunt, & virtutem odore mirifico cooperata spirârunt. Industria porrò, pietasque populi Traiectensis suprà Mausoleum sanctissimi Servatij, Traiectensium ad Mosam Pontificis Primi, miro opere Basilicam excitavit. Contraxit vitæ atque miraculorum eius periocham in libellum haud contemnendum, egregius Poëta DN. Matthæus Herbetius. Subsecuta est Galliarum ab Hunnis calamitosa vastatio. Tungris ipsa, post decennalem obsidionem capta, & diruta, postquam in omnes promiscuè cives sævitum esset. Successit hisce malis Vandalica & Alanà rabies, atque Françorum tandem in Gallias regressus; ac proïndè, Sedes Traiectensis ad Mosam, circiter centum & annos octo, menseisque sex vacâsse refertur. Quo nihilominus sub intervallo, Beatus Candidus, Traiecti habitus legitur clarus.

Anno demùm Iesu Christi 498. Clodovaï Christianissimi Francorum Regis, & Remigij Remensis Archipræsulis, cæterorúmque Episcoporum Galliæ decreto, Agricolaüs, Flandriæ Custodis ex Filiâ Britanniæ Regis Filius, Traiectensibus constitutus est Antistes. Cuius honestissima vita, exemplisque dives, in mortem desijt pretiosam, sub annum Christi 517. Huic, Traiecti honorificè in Æde Servatianâ condito, successêre: Vrsicinus, Designatus, Resignatus, Sulpitius, Quirillus, Eucherius, Fulco, Eucherij Frater, Eucharius, Domicianus, Monulphus, Gondulphus, Perpetuus, Evergisus, Ioannes, ex Heroïnâ de Tubingues, Aurati Equitis D. de Harmallâ Filius, ob miram animi mansuetudinem, & suavitatem, dictus Agnus, anno Domini 626. Cui vitâ functo, & in Arcis Hoyanæ Sacello,

Diuis

Divis Cosma & Damiano nuncupato, sepulto, substitutus est Trajectensis ad Mosam decimus septimus à B. Servatio, Antistes, Sanctissimus noster protoconditor Amandus, quem, nullâ ratione fulti quidam fabulantur Augustæ Eburonum, seu Leodij Episcopum quoque fuisse inauguratum. Si enim, qui hæc meliùs, & certiùs teneant, Pontificum pervolvantur Catalogista, nec Vltrajectinum, nec reverâ vmquàm Leodinum Antistitem Divinum nostrum Amandum, sed Trajectensem ad Mosam 17. egisse Pontificem constanter intelligetur. Etenim, Catalogus omnium Antistitum Leodinorum, Autore F. Ioänne Placentio, vernaculè, Plaisant, *Trudonense, Ordinis Prædicatorij, Cœnobij Trajectensis ad Mosam, (vnde procul distat Vltrajectum;)* Hubertus, *(verba hac tradidit;)* Bertrandi Aquitanorum Ducis, & Comitis Palatini Filius, ex Sorore B. Odæ Viduæ, ex illustri Francorum genere oriundæ — — —, Ebroïni & Theodorici Regis mores execratus, in Austrâsiam deflexit. Deinde habitavit in Brabantià, & cum Lamberto Episcopo necessitudinem contraxit. Post quæ, dum Mundi contemtum, Romæ pulcriùs, quàm domi consequuturum se speraret, vehementi cupiditate exæstuans, Apostolorum limina invisit. Ibi, ipsà horà passionis Divi Lamberti, (cuius monitis semper acquieverat.) Dei Angelus Pedum Pontificum Trajectensium Sergio Pont. Max. exhibuit. Hubertum suis signis designans, & administratione dignissimum definiens. Quo inter tot hominum millia reperto, dum modis omnibus reluctaretur; rursus antè omnium conspectum, eadem insignia, quæ dudum iam ipse noverat, allata conspexit. Quare, nullus imperij detrectandi locus supererat, quò minùs morem gereret. Itaque Sacrum peracturo, S. Petrus Apostolus auream clavem, & stolam portendit, quà significabatur absolvendi peccata, & furiosis incolumitatem conferendi autoritas. Quà eàdem & horà, Leödij vox insonuit: Novo Martyri D E V S Successorem suffecit, hodie à suo Vicario institutum Romæ Episcopum. Sic igitur in Vrbem Trajectum honorificè exceptus est; & aliquandiu ibi moram trahens, pensitare cœpit, quemadmodum Leödinæ Civitatis fundamenta jacere posset. Cuius, cùm, fiduciâ assumtà, non contemnendam partem absolvisset; Civitati nomen indidit, vt Leödium diceretur. Quam protinus legum præsidijs stabilem fecit: libertate donavit; politiam excogitavit; monetam excudit; bladij vinique sextaria composuit; certam mercis ac operæ mensuram, rationemque promulgavit: Sigillum publicum Divi Martyris Lamberti Imagine

ne conspicuum, his verbis inscripsit: SANCTA LEGIA, ROMANÆ ECCLESIÆ FILIA. Collegium dicam, an Monasterium Divi Petri primò omnium construxit in perpetuam rei memoriam, vt illic aurea Clavis servaretur, cui, & Nigros Monachos Stabulani Monasterij præfecit. Collegium adjecit, quod Cathedrale appellant, auspicijs Christiparæ Virginis, & S. Lamberti Martyris, cui viginti viros Canonicos deputavit. Nam, frequenter, tam ipse, quàm alij sanctissimi viri supernè admoniti fuerant, ne negligeret, quo minùs illuc sanctissimi Viri ossa transferret. Quem ille, post totos tredecim annos, immunem à putredine, sepulcrique macerie sublimavit, & magnâ devotione invocavit, Civitatisque Patronum esse voluit. Quinetiam, & Sedem eò transposuit, Anno salutis septingentesimo tertio decimo. *Hactenus ibi sic lego. Cùm autem nonagenarius, Elnone, Divus Amandus Aquitanus, & certè Trajectensis ad Mosam Episcopus, posito Vicario Landoaldo; sit defunctus anno Virginei partus 661. & initia Episcopatus Leodini referenda velit R. P. Ioannes Placentius, Dominicanus tam productus, in annum Christi Servatoris 713. quînam fieri possit vmquàm, vt S. Amãdus, quinquagesimo secundo ab obitus sui anno Leodinum egerit Pontificem? Fabulari sanè, hócque velle asseverare, synonyma sunto: vel certè somnium, ex nescio quibus vanissimis conjecturis erroneè conflatum; cùm Leodium, antè D. Huberti tempora, non Vrbem, sed vicum ignobilem, & ferarum magis, quàm hominum habitationi idoneum fuisse, ex Godeschalci, & Nicolai, Canonicorum Leodiensium testimonijs, quorum ille, ab octingentis, hic à quingentis & suprà scripsit annis, palam sit. Quare, plura hanc in partem cum fastidio Lectoris prudentis nihil attinet adferre. Quid porrò totum Opus hocce complectatur; ex Elencho eorum quæ Prolegomenis nostris accessère, notius tibi esse potest, quàm vt plura in id verba sumenda sint.*

Collegium Divi Lāberti Leodij extructum: à S. Huberto.

Synopseos verò historiæ Franco-Merovingiacæ, in hæc verba meminit Vir eruditissimus DN. Andreäs du Chesne, Geographus Regius, in suâ Bibliothecâ omnium Autorum, qui historiam & Topographiam Francicam conscripsère; pagellâ 256. Chronicon Fratris Andreæ Marcianensis Monachi, tribus libris distinctum. A Nativ. Christi, vsque ad tempora Philippi Augusti Regis. MS. *Huius ego cùm iussus autographum Codicem varias per bibliothecas inquirere cœpissem, aliquot exemplaria reperi, quæ à tineis, blattisque corroderentur. Quod cùm non sine dolore, ac indignatione animadvertissem, delectum feci quo-*

quorumdam, vt existimo, præcipuorum, quos mecum Viri eruditione, pietatéque præstanteis vidissent, pariter indignati, tot Sanctissimorum Belgicæ nostræ, atque Francicæ Gentis Martyrum agones, tot Confessorum, Principúmque Virorum atque illustrissimarum Heroinarum pios labores; tot eorum, aliorúmque Majorum nostrorum nobilitate, virtute, doctrinâ, pietate clarissimorum vitas, gesta, monimenta ignorari, & deperire, apud Venerandum Præsulem nostrum instare non desierunt, vt antiquum hunc, aliásque nonnullos probos Scriptores ineditos quos bibliotheca Marcianensis iam-pridem adservatos haberet, ab interitus periculis in tutum, & quasi vnicum Opus conjectos, vindicarem, & in lucem ad omnium communem educerem vsum. Iussit id peragendum Reverendus Antistes noster, ne, quod cœperat tentari, deinceps inconsultis horum veterum scriptis, incerta pro certis, cùm de Marcianensi antiquissima, sanctissimâ, illustrissimâ Sanctæ Rictrudis Ecclesiâ, tum & de aliis compluribus traderentur; aut falsò vera, aut vero majora miscerentur.

Animadvertebat nimirùm prudentissimus, & doctissimus Præsul noster, multa in hisce, aliisque, (quorum mihi liberalem copiam fecit,) compluribus Autoribus gravissimis, quæ ad vitam nostratum in-primis, tum & cæterorum, componendam, haud parum momenti conferre possent. Cùm enim (vt rectè Livius in Prœm. lib. 1. Decad.) hoc in omni historiâ salubre in-primis, ac frugiferum sit, quod tanquàm in illustri loco posita, liceat in eà intueri, vndè tibi, tuæque Reip. quod imitêre, capias; indè fœdum incœptu, fœdum exitu quod vites: *certè id nusquam copiosius, promtiùs nusquam liberum esse, quam Majorum in historicis thesauris. Eorum etenim seu laudis, seu ignominiæ, seu felicitatis, seu infortunii pars, in nos suo cum quodammodo certo resiliat exemplo: laudibus ipsorum impensius vti delectamur; ita ignominiâ iidem acrius commovemur; iuxtà illud Proverbiorum 17. Corona enim Senum, filii Filiorum: & gloria Filiorum, Patres eorum. Feriunt nos, potentiusq; afficiunt, quæ in solo natali, Templis, ædibus privatis, Vrbibus, muneribusque nostris, quàm quæ remotioribus in locis gesta recensentur. In nostros siquidem ocellos suaptè, vti viciniora, nostratia incurrunt, quæ sui memoriam haud ita facilè excuti sinant: at quæ à conspectu procul absunt, excidunt longè faciliùs, vt etiam à plerisque sterilem ad lectionem frequentiùs, quàm ad vtilem vsum scripta excipiantur. Porrò verò innumera tibi hoc Opere occurrent pœnè toto nostris à piissimis, & nobilissimis edita Majoribus avitæ Fidei Orthodoxæ, atque*

pietatis Christianæ documenta præclara, quæ si, quo par est animo fuerint perlecta, efficere haud ægrè poterunt, antiqua vt disciplina morúmque puritas, mansuetudo, pietas reviviscant; & , (quæ procul exulare videntur,) prisca simplicitas, iustitia, pax, quæq; sunt ceteræ homine Christiano perdignæ virtutes, suaviter reflorescant: Luxus autem, livor, invidia, atque, cum damnatâ ambitione, reliqua id genus animarum, adeóq; & Reipublicæ totius nostræ pestes tartareæ, procul amandentur: Demúmque, Autores hi nostri omneis, vti ad vitam, atque mores ritè componendos; ita & ad Sanctam & Orthodoxam Fidem ab Apostolis Christi mandato acceptam, ádque avitam religionem constanter pertuendam, & fortiter propugnandam, vberrimam segetem Autores, híque sancti Codices MSS. vetustissimi nobis, omni procul dubio, salubriter sunt subministraturi.

Quod tam reliquum est, Prudens, amicéque Lector! te vnicum esse rogatum & exoratum opto, vt qui Lucubrationum nostrarum, & huius Operis totius lectioni, tamquam arbiter præsides, æquum te mihi exhibere velis; idémque à sententiâ ferenda tantisper abstinere, dùm omni ex parte accuratè discussam expenderis, & cognoveris caussam. Immò etiam, si secus fortassis sentias, observesque me firmioribus argumentis niti, atque testimonijs gravioribus firmatum muniri, veritati certiori cedere nè gravêre, illius aureæ Philosophi sententiæ memor, quâ, Libri Primi Ethic. cap. 6. docet: Rectiùs esse, & oportere, vt pro veritatis salute vnusquisque, (præsertim verò Philosophi,) sua etiam refutent. Id quod, si quis neget fortassis, facturum se: (quod absit ab homine Christiano;) veritatem is idem in iniustitiâ detinere arguetur ab Apostolo, ad Romanos, cap. 1. eorumque probrosè in numerum poterit referri, qui capitosi, nimiúmque acres sui capitis, pessimi Magistri, defensores, quamcúmque ab initio statim disceptationis mente conceperint opinionem, mordicùs retinent, & obstinatè. Immò, & si quidpiam illis in familiari, & cottidiano colloquio temerè potuerit excidisse; id, quò iure, quâve injuriâ, omnem adversus ingenij humani rationem pertinacissimè tueri pergunt: & , dum insipientiùs ab errorum suorum involucris expedire, seque ocyùs recipere erubescunt, probrosè semper ijsdem irretiti adhærent: cùm tamen hocce, vti turpissimum; ita certè illud, non modò laudabile, sed & in Christiano quolibet gloriosum censeatur. Ecquid enim gloriosius esse potest, (aiebat Sanctissimus ille Pater, ac Magister noster Augustinus,*) quàm subijci, & à veritate vinci? Equidem, si hocce toto in Opere laboriosissimè tandem elucubrato, vel à S. E. R. quantulacúmque

* S. Augustinus in psalmum 57.

lecúmque falsitatis damnaretur, vel cuiuspiam erroris Viri, alicuius eruditioris judicio saniore argueretur, Iesum Christum testor! lubens, & sinè morâ, palinodiam canere, quàm a veritate auditum avertere, atque stultè, ad fabulas converti, longè mallem. Has porro nostras lucubrationes, nullo quidem (quod ad veritatis lucem interest,) fucatas sermone, quásque Viri graves & docti, ex abundantia spiritus, suo facundarint succo, verbísque, atque versibus suis venustârint, si serenis luminibus conspexeris Prudens, amicéque Lector! & benigne intra tuum exceperis sinum; præmium accepero scriptionis; & latiores fortassis propediem, multóq; augustiores tibi alia nonnulla hagiologica prodibunt. Christus pacis autor, & pulchræ dilectionis, suo nos spiritu replere dignetur; & idipsum sapere, atque facere concedat. Fave, vale.

INDEX AVTORVM,

QVIBVS HOCCE TOTO IN OPERE HISTORICO CONCINNANDO

VSI SVMVS.

A.

ABbo, Abbas Floriacenſis.
Abraham Bzovius.
Achilles P. Gaſſarus.
Adam Monachus.
Ado Viënnenſis.
Ægeſippus.
Ægidius Bucherius.
Ægidius de Coninck.
Agathias.
Aïmoinus.
Alanus.
Albertus Crantzius.
Alciātus.
Alcobacienſis annotationes.
Alcuinus.
Alenſis.
Alfonſus à Caſtro.
Alfonſus Carthaginenſis.
Alfonſus Vlloa.
Alexander ab Alexandro.
Algerus.
S. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Anaſtaſius.
Anaxicrates græcus.
Aud-nſius, Abbas Lobienſis.
Andreas Althamerus.
Andreas Hoius, Brug.
Andreas Quercetanus.
Andreas Silvius, Marchianen. Magnus Prior.
Annales Flandriæ.
Annales Franciæ.
Anonymus author Lemovicēſis MS.
Anonymus Arteſius MS.
D. Anſelmus.
Anſelmus Abbas Gemblacenſis.
D. Antoninus.
Antonius Beuterus.
Antonius Demochares.
R. Abbas.
Antonius D'Yeps.
D. Antonius à Guevarâ.
Antonius Loiſellius.
D. P. Antonius.
Antonius Nebriſſenſis.
Appianus.
Arnoldus Wyon.
Arnoldus Raiſſius.
S. Athanaſius.
Athenagoras.
Athenæus.
S. Auguſtinus.
Aventinus.
Avitus.
Aurelij Nomenclator.
Aurelius Victor.
Auſonius.
Author Miſcellaneæ hiſtoriæ.
Author vitæ S. Ludovici Regis.

Balde-

Ioannes

Nau-

IN PROLIPOMENA, NOTATIONES, APPENDICES ET PARALIPOMENA, QVIBVS ANDREÆ SVI SILVII POSTHVMAM editionem perdoctè adornavit R. P. ac Domnus

RAPHAEL DE BEAVCHAMPS,

PRESBYTER, RELIGIOSVS MARCHIANENSIS, EXIMIVS THEOLOGVS,

ODE TRICOLOS, TETRASTROPHOS, A RR. PP. DOMNO

ARCHANGELO MICHAELE, SVBREGENTE, ET DOMNO

NICOLAO DE REGNAVLCOVRT, PRÆFECTO GYMNASII MARCHIANENSIS

Monasterij Duäci, ijsque Confratribus, & S. Theöl. Licentiatis, congratulanter appensa.

HVc quæ bicornis culmina verticis
Cognataq cœlo Terpsichore colis;
Huc Clio systra fer canora,
Plectráque Calliope sacrata:
Non quippe laudes Æmathij Ducis
Proferre conor, qui ratibus salum
Opplevit, æquor fluctuosum
Imperio subigens superbo.
Nil de cruentis dicere prælijs,
Quæ gessit atrox cum Superis Mimas,
Mens nostra conatur: tacétque
Fulgida Bellerophontis arma.
Non iam Monœses, & Pacori manus,
A queis secundò sanguineo ferox
Mavorte devictus Quirinus,
Mens cupit ingeminare laudes.

**** 2 Tacebo

Tacebo Marſum non memorem Togæ, &
Anciliorum nominis Appulum;
Non hic Achillis geſta dicam,
Qui Phrygios tremefecit agros.
Verſus Homeri laudibus efferat
Cuicúmque viſum eſt: Tejus Anacreön
Et carminum quicquid reliquit;
Steſichoríque graves Camænæ.
Quid multa fabor? eſt CALOPEDIVS
Laudandus vnus, qui hiſtorijs ſuis
Laudem æviternam MARTIANO
COENOBIO meritus reponit.
Huc, huc Camænæ; linquite Montium
Cæcas latebras. Eſt CALOPEDIVS
Laudandus vnus, . . MARCIANI
COENOBII haud patiens labores
Chartis inornatos. Eſt CALOPEDIVS
Laudandus vnus. Prælia pectoris
Si pervicacis narret; olli
Horriſonus reſilit tumultus,
Ferócque Mavors: Pacis amabile
Sin Numen, æthram quod coluit, ferat,
Ex ore tuta pax videtur,
Cunctáque lætitiâ referta.
Nec mira res eſt: Nam, RAPHAEL! tua,
* Εὖ, καὶ Καλῶς, ſunt ſcripta Volumina
BEL-CAMPE! ſacrum MARCHIANVM
Queis Genus, & Proävos celebras.
BEL-CAMPE! ſummum MARCHIADVM es decus.
BEL-CAMPE! Olympo vidit Opus tuum
RICTRVDIS; & ſui Clientis
Aſſiduum ſtudium probavit.

* Benè, & pulchrè.

Venerabilis, totiúſque Aſcetici Cætus Marchianenſis nomine CHRONICON adjectum.

CALopeDIo ConVentVs rICtrVDInVs perfeCto hoC opere gratVLabatVr.

Anno Ieſu Chriſti cIↃ. IↃc. xxxiii.

Rarâ tum pietate, & eruditione Conſpicuo; tum rerum antiquarum vſu, & cognitione præcellenti Viro, DOMNO RAPHAELI DE BEAVCHAMPS, Nobiliſſimi Monaſterij Marchianenſis Religioſo Sacerdoti, Eximióque Theologo, dum ſuis Prolipomenis, & Paralipomenis, quæ, non minùs doctè; quàm laborioſè in Sylvium ſuum adſcripſit, fœliciter finem imponit; Gratulatur DN. VALENTINVS RANDOVR, S. Theöl. Licentiatus, Catechiſtes Regius, Collegij Regij Duäci CatVacorum Gymnaſiarcha, &c.

POST ſera tandem funera Sylvius
Famam explicatâ fronte ſuperſtitem
Ambit, vetuſtiſque ſeros
Hiſtorijs meditatur annos.
Lucem ipſa mentis ignea vis tua
Illi erudito ſuppeditat typo,
Tuóque, BEAVCHAMPS! vendicatus
Marte, Nepotibus invidendas
Per templa ſperat Delphyca laureas.
Solenniorem ſume ſuperbiam,
Tuiſque ſacram admitte Laurum
Auſpicijs, quibus accinentes
Pæana ſacro dicere Gratiæ
Gaudent ſuſurro. Dum tua mens abit
In lubricas Regum coronas,
Et veterum ſeries Gothorum.
Tua ipſa faſtis nomina poſteris,
Famæq; mandas: quæ ſacra temporum
Oblivioſo nil voraces
Obliterent ſenio coronæ.
Devota quantas Poſteritas tibi
Grates rependet? qui procul exteris
Redux ab oris, eleganti
Cuncta typo exprimis, & ſagaci,
Hinc intuendam mente Monarchiam.
Lares inoffenſo pede gratulor,
Fixámque te fælice tandem
Propoſito tetigiſſe metam.

**** 3 IDEM

IDEM GYMNASIARCHA, SVIS, PRO TEMPORE, CVM DNN. Professoribus Collegij Regij Duáci CatVacorum, alludit ad Sylvam Historicam Sylvi, & nomen Beauchamps.

QVo poteras meliùs, Sylvi! frondescere Campo?
Quo meliùs annos explicuisse tuos?
Sive tuæ quæris zephyrorum flamina Sylvæ,
Bellus hic vberiùs flamina Campus habet.
Sivè rigaturas fœcundis fontibus vndas,
Bellus & hic Sophycis Campus abundat aquis.
Plaude tibi, Sylvi! tam BELLO consite CAMPO,
Illius flos es, gloria & ille tua.
Mutua laus vestra est: qui dat tibi Sylvie, vitam;
Incipit à vitâ, vivere & ipse tuâ.
Campum Sylva suum, Sylvam quoque Campus honestat;
Alternam exposcunt alter, & alter opem.

Alludit ad nomen Principis Sanctissimę Rictrudis,
Cognomento Nobilis, Illustris DN.
D. CLAVDIVS DE CROY,
ILLVSTRISSIMORVM CONIVGVM,
& Nobilissimorum Comitum Rhodianorum, &c.
DOMINI CLAVDII DE CROY,
ET DOMINÆ ANNÆ D'ESTORMEL,
FILIVS, SVO DISTICHO.

I*Ndita, RICTRVDIS! credo tibi Nomina, solùm;*
Quòd virtute tuâ, tradis in Astra pios.

Eiusdem, in gratiam Operis à Venerabili Sene, atq;
R. P. Domno RAPHAELE BEL-CAMPO &c. elucubrati,
CHRONICON.
FÆLIX RICTRVDIS! NOSTRI DECVS ORO LABORIS:
ACCIPE NVNC TANTO SCRIPTA PETITA SENE.

LVSVS POETICVS,

AD VENERABILIS SENIS, ET PRESBYTERI BENEDICTINI, MARCHIANENSIS RELIGIOSI, EXIMII THEOLOGI DOCTISSIMAS LVCVBRATIONES; EIVSDEMQVE R. DOMNI RAPHAELIS DE BEAVCHAMPS SVAVE COGNOMEN, CARMEN ALLVDENS:

AVTORE F. IACOBO DESPERIES, Aſcetâ Sancti-Foïllano, Rhodienſis Eccleſiæ Parœco, S. Th. Baccalaureo formato, &c.

FLORIDA vernanti conſurgit vinea CAMPO,
  Vinea cœleſti quàm bene culta manu?
Tu RAPHAEL! CAMPVS PVLCHER; tua vinea, ſunt hi,
  Quos reficis paſtu divitis eloquij.
Quam colis, aſſiduo vitis ſuperanda labore eſt:
  Si ſecus; in totâ vite labruſca fuat.
Ergóne cura procul? Vincendi nomina pulchram
  Spem quoque promittunt; dum tolerare monent.
Fortè labor pungit? Vinces, ſi cura repungat.
  Si quatit; incuſſum cura retundat onus.
Et noctes inſomnis ages gelido Iove? Verùm,
  Si bene floruerint prædia; dives eris.
MYSTICA quem faciunt felicem NOMINA; fide:
  Dum tolerare monent; te ſuperare docent.

A D

AD EXIMIVM THEOLOGVM, VIRVM VNDEQVAQVE DOCTISSIMVM, D. RAPHAELEM DE BEAVCHAMPS, IN DIVÆ RICTRVDIS MARCHÆNENSIS COENOBIO ASCETAM RELIGIOSISS. ET VENERABILEM SENEM:

EPIGRAMMA.

Ardua facta quibus cœlo se gloria tollit,
Conspicuùm antiqua relligione Patrum,
Marchanæ, & monumēta diu iacuêre sepulta.
Sed BELLI-CAMPI *nobile pandit Opus,*
E multis RAPHAEL *tibi qui gnitantur honores,*
Quos tua per meritos pagina sacra parit.
En Cyprianus, amor teneris quem vinxit ab annis,
Atque Duacena iunxit in Vrbe schola,
Omnibus vt prosint, rogat, omnibus exhibe scripta
Obstetricanti parta labore tuo
Scripta, quibus post fata, æternùm vivitur. Ergò
Ne patiare Patres, nec monumenta mori.

DN. CYPRIANVS DV FLOS,
I. V. Licentiatus, Atrebas.

SANCTISSIMÆ RICTRVDI,
REVERENDO DOMINO
DN. IOANNI DV IONCQVOY,
MARCHIANENSI ABBATI DIGNISSIMO,
ET HVIVS OPERIS AVTORI,
DOMNO RAPHAELI DE BEAVCHAMPS,
EXIMIO THEOLOGO, MARCIANENSI MONACHO,
HOC ACROSTICO QVADRVPLICI APPLAVDEBANT,
MAG. IOANNES IENNYNS,
S. THEOL. BACCAL. FORMATVS,
Ecclesiæ Parochialis S. Bertini Poperingis Vicepastor;
Et, GVILLELMVS IENNYNS, Germani Fratres,
Dranoultrenses.

CHRONICON AD S. RICTRVDEM.

AspICe pernobILIs, beataqVe RICtrVDIs! CLIentIs tVI raphaeLIs CaLopeDII opera, qVæ tIbI offert.

ALIVD AD ABBATEM.

En reVerenDe præsVL! a VIro reLIgIoso raphaeLe CaLopeDIo, hIstorIæ franCICæ sVnt ILLVstratæ.

ALIVD AD CALOPEDIVM.

sYLVII CoDICes raphaeL CaLopeDIVs Vero Labore ILLVstraVIt.

******* ACRO-

ACROSTICON.

Olim RICTRVDIS Gotthorum ex ſtemmate clar O

E t ingreſſa ſolum: RICTRVDIS fortia acta

mp uidæ metuent gentes: & MARCHIAE r b >

O m ibus horror erit ſummus tuta tibus Haba ∞

> grum hriſti nudantem præ â, & eâ Acha ∞

Z unc po iebatur: RICTRVDIS t MARCHIA tect >

Z obilis ædif cans, le hæi Dæmonis arte ∽

⊏ vicit, dira que tet um deduxit ad Orcu Z,

∽ edem Plutoni, fur as. Quàm MARCHIA turb >

⊏ ivorum es fœl ortu! tua geſta ferentu

< rbes per cunctas, per M armor & æquora; done O

udicium poſt f t feret, cui fidit Iöſep,

O mnipotens Numen. ICT VDIS vota Patrona

Z on deſpe ta ſinit reſ dēs in ſydere Nume Z.

O œtus MARC ÆNARVM, te ION QVOY Duce, ſacr >

Q uærit g ſta Dei per totum mit ere marmo :

< u l .era quò curet, fecit quæ ſer ea corn <

O rci t urus acer. RAPHAEL BEAVCHAMPS! tuam ndu Z

nſe ni liberabunt ſacra volumina præ â,

S blimique polo reddent: RICTRVDIS Alumn

anibus eripiet ſacrata volumina diri

SERENISSIMÆ PRINCIPI, S. RICTRVDI, EIVSQVE ILLLVSTRISSIMÆ FAMILIÆ TOTI, ATQVE HVIVS OPERIS AVTORI, R. P. AC DOMNO RAPHAELI DE BEAVCHAMPS, PRESBYTERO RELIGIOSO MARCHIANENSI,

Eximio Theol. Carmen & Votum Venerabilis Conventus Marchianensis totius nomine, à RR. PP. ac Domnis,

IOANNE DE NOYELLE, ARCHIPRIORE,
D. LVDOVICO BRICQVET, SVBPRIORE,
D. BENEDICTO VENDVILLE, 3. PRIORE,
D. ADRIANO POTTIER, 4. PRIORE REGIÆ, RELIGIOSISSIMÆQVE ABBATIÆ SANCTÆ

Rictrudis de Marchænis, in Ostrebanno Regio, in grati animi symbolum, confraterno affectu appensum.

D*Vm* RAPHAEL BEAVCHAMPS*! tua sacra volumina cerno:*
Doctrinam miror, miror & ingenium:
Nam quod multorum peperit doctrina Virorum,
Hoc vestrum imò plus parturit ingenium;
Parturit ingenium. Quis enim tua dogmata cernet,
Qui te non alium nuncupet Herodotum?
Dogmata si spectem; quis te fecundior alter?
Si spectem historias, laurea serta refers;
Quæ tibi RICTRVDIS *tribuit cum stirpe beatâ,*
Cuius progeniem & nobile stemma canis.
Nobile stemma canis, quod Regum sanguine cretum;
Vincere quis Reges nobilitate potest?
Et Dagobertidis, RICTRVDIS *& orta recenses:*
Progeniem sanctam, gestaque sancta canis:
Sancta canis; Sancti Imperij nam Marchio quondam
Per Scaldim AVSBERTVS, *Patriciusque fuit:*

***** 2 *Iustiniano*

Iustiniano hic Induperatori fuit olim
In paucis charus, deliciaque Domus.
Propterea non sancta canis, sed pignora sancta
Qua tulit AVSBERTVS, *progeniemque canis:*
Progeniemque canis sanctam quam Regius *orbi*
Progenuit splendor, *Ricomeroque satus.*
Ortus ADALBALDVS, validus ad numina, *tali*
Progenie cælo pignora sancta dedit:
Sed prius est ipsi sociali fœdere iuncta,
Cuius adorat Avos Austriacana Domus:
Illa est RICTRVDIS, *cuius si nomina vertas;*
Filiolos Rectè Trudis *in astra tuos:*
Trudis *in astra tuos: tuus vt* MAVRONTVS *olympo*
Aurum, thus, myrrham, *regia dona daret.*
Trudis *in astra tuos: nam vestra* EVSEBIA *nata*
Numinis est cultrix *scilicet illa* bona.
Trudis *in astra tuos;* CLOSCENDIS *nomine verso,*
Fit cælos scandis. Trudis *in astra tuos,*
Nam tua ADELSCENDIS, *mutato nomine*, scandis
Ad Numen: *nunquid* Trudis *in astra tuos?*
Trudis: *nam ter quinque polos ex sanguine vestro,*
Lætantes, habitant, lætitiâ æthereâ.
O quam ARIBERTIDÆ *sacrata*, ARNOLDIÆ *& olim*
Progenies, ex qua tot coluêre polos!
Sacra quidem, nec tantùm sacra; at regia; quippe,
Tertius à decimo Iura severa dedit:
Ter etiam tres Reginæ: num plura rogatis?
Quinque Duces. O quam nobilis illa Domus!
Cætera quid memorem? permulti regia corda
Actis monstrârunt: nobilis illa Domus:
Nobilis illa Domus ex qua tot Iura tulerunt:
Nobilis hæc quamvis non minùs illa pia:
Nam pia gesta probant abs hac Marchænia tecta
Erecta, vt vivat Relligiosa cohors:
Relligiosa cohors quam primò Antistita rexit
RICTRVDIS *prolem relligiosa docens:*
Relligiosa docens; MAVRONTVS *nam obtulit vni*
Aurum thus myrrham, *regia dona Deo*

CLOS-

CLOSCENDIS *nec-non Antistita* sydera scandit;
Supplicet ut Triadi pro grege Marchiadum.
Nobilis ô Genitrix, quam rexti Marchia turba
Te rogat ut foveas, nobilis ô Genitrix:
Nobilis ô Genitrix! foveas pietatis Alumnos,
Qui vestro auspicio tendere ad astra volunt.
Tendere ad astra volunt, cupientes ægide vestra
Dæmonis astuti vincere ubique dolos:
Vincere ubique dolos, ut tandem à Matre benignâ
Adduci valeant ad Superûm hospitium:
Incarnati in quo videant mysteria Verbi,
Quod liquit quondam sydera celsa poli:
Sydera celsa poli liquit quò solveret orbem
Vinclis æternis, dæmonis atque dolis.
Prætereaque rogat, tueare ut Marchia tecta,
Quamdiu mortales tristia fata trahent.
Tristia fata trahent: quid enim? nam mille peracto
Annorum spatio Marchia tecta *vigent;*
Marchia tecta *vigent* RICTRUDIS *cyclade tuta,*
Cyclade RICTRUDIS Marchia tecta *vigent.*
Dinumeratus erat dum sexcentesimus annus,
Et bis quinque, simul: Marchia tecta *vigent.*

CHRONICON.

NOYELLE, BRICQVET, VENDEVILLE, POTTIER,
PRIORES, RAPHAELI CALLOPEDIO
GRATVLABANTVR.

REVERENDVS PATER, AC DN.

IOANNES DE NOYELLE,

FOVCQVERIANVS,

REGII MARCIANENSIS MONASTERII MAGNVS PRIOR,

VENERABILI, PIO, PERDOCTOQVE VIRO,

DOMNO RAPHAELI DE BEAVCHAMPS,

RELIGIOSO MARCHIANENSI,

PROLIPOMENA, ET PARALEIPOMENA, &c.

IN SVVM DN. ANDREAM SILVIVM

IN VVLGVM EMITTERE PARANTI,

hoc Carmine gratulanter accinebat.

SVnt Erga, ſunt Parerga,ſcripto in quolibet,
Novus quod expolit labos.
Ergoïs parerga, ſerius ſcriptor cavet,
Ne rancidè præponderent.
Hocce in Opere, Ergon, eſt Synopſis Silvij,
Rerum & memoriæ ſilvula:
Parergon eſt, Calopedij Adpendix,gravi
Sic aucta Chronicωn pondere;
Ergô vel ipſô, iſthæc parerga vt plurimi
Potiora longè exiſtiment:
Bello vtque Agello ſilva cedit horridula;
Ità Silvium, Calopedio.

APPRO-

APPROBATIO.

LEGI Historiam Franco-Merovingiacam R.^di Patris, ac Domni Andreæ du Bois, Monachi, Presbyteri, & Magni Prioris Marcianensis, jam olim antè annos quadringentos, & circiter triginta treis, ab Auctore suo conscriptam: & nunc, ab eiusdem Regij Cœnobij Marcianensis Monacho, Presbytero, Theölogo, R.^do Patre, ac Domno Raphaële de Bello-Campo, perquàm diligenter recensitam, Prolegomenis & Appendicibus commodè insertis, Notationibus accuratis, & Paraleipomenis in hunc annum perductis studiosè adornatam: Exemplum negotiosi otij, cui, & olim, & nunc, Ordinis nostri perdocti Monachi, inter Chori & orationum pia exercitia, sese religiosè iuxtà ac vtiliter exercuerunt. Et, cùm in hoc Nobili Opere toto, permulta occurrant præclara, & eruditè, solidèque scripta; nihil verò à sanâ fide, aut bonis moribus alienum, prælo dignissimum judicavi, si eorum consensus accedat, quibus Librorum censura ex officio incumbit. Actum Duaci, in Conventu nostro Sancti Gregorij, 23. Octob. 1632.

F. LEANDER DE S. MARTINO,
Presbyter & Monachus S. Benedicti, Congreg.^nis Angliæ, Sacræ Theöl. Doctor, & Linguæ Sanctæ Regius Professor, Conventus Gregoriani Anglorum Prior.

SVMMA PRIVILEGII
REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS, Dei gratiâ Hispaniarum &c. Rex, suo diplomate sanxit, ne quis, Librum, qui inscribitur, *Synopsis Historiæ Franco-Merovingicæ, sive Historia succincta, de gestis, & successione Regum Francorum, qui Merovingi sunt dicti, à R.do Patre, D. Andreâ Silvio, Regij Cœnobij Marcianensis Magno Priore, antè annos circiter* 433. *conscripta, cum Continuatione R.di Patris D. VVillelmi, Abbatis Andrensis, sive Andernensis ad Ardeam, & aliorum quorumdam Anonymorum, necnon Prolegomenis, Notationibus, Appendicibus, & Paralipomenis R.di Patris, Domni Raphaelis de Beauchamps, Presbyteri, Monachi Marcianensis, &c.* præter voluntatem PETRI BOGARDI, Typographi Iurati Duacensis, à R.do in Christo Patre, Domino DN. IOANNE DV IONCQVOY Abbate Marchianensi, iuxtà tenorem Privilegij à Rege Catholico sibi concessi, ad id operis designati, intrà octennium excudat, aut alibi excusum, in Inferioris Germaniæ ditiones suas vllas importet, aut venales habeat. Qui secus faxit, & id nominis librorum omnium confiscatione, & aliâ gravi pœnâ sciat se multandum; proüt latiùs in Regio diplomate patet; Dato Bruxellis, cum appositione Regij Sigilli majoris, die quarto Aprilis, Anno Domini CIↃ. DC. XXXIII. Regnorum suorum duodecimo.

Ro. V.t

Subsignat
Ad mandatum Regiæ Catholicæ Majestatis,
In Consilio Privato:
I. LE COMTE.

ADMONITIO AD LECTOREM.

ETsi, Lector! quæ iam typis edita prodijt à nobis explanatio Crateris Sanctæ Rictrudis, ortu Tolozanæ, Filiæ Arnoldi Cognomento Nobilis, Wasconicæ Regionis antiquæ Ducis, Petracoriorumque Comitis, & Lykiæ, seu Luciæ, Ducis Cantabriæ, quæ nunc Navarra dicitur, puram ac sinceram assertionem suam è Veteribus Ecclesiæ Marcianensis Codicibus, & membranulis MSS. atque compluribus Scriptoribus fide perdignis hauserit: tamen, nec injucundum, nec inutile tibi credidimus futurum, si, (quæ desiderari forsan in tractatu videbuntur) paucula hæcce hîc præijceremus eam in partem omissa, quæ spectent ad pleniùs intelligenda, & perfectius cognoscenda Insignia Cantabrica, seu Navarrica, quæ priores Heroïnæ, Heroésque varij, & exinde suborti posteriores Navarrorum Reges inclyti gestârint. Et verò de Serenissimâ quidem nostrâ Lykiâ, seu Luciâ Cantabrâ Heroïnâ, cuius certè gentilitia Insignia fuerint adsimilia ijs, quæ posteriores nonnulli susceperint, & Heroës Tolozani, & Serenissimi Reges Navarræi, satis iam à nobis dictum est, & assertum Paraleipomenon nostrorum pagellis 975. 76. 77. quâ tibi deinceps sit legendum penultimæ lineæ verbis 4. & 5. *quæ fuerint*, pro, *quæ sint*. & pagg. 78. & 79. sub finem, *S.*

****** *VVic-*

VVicperto, pro, *S. VVicpetro, Sorabum &c.* Verùm, vt cottidiana lectio, rerum nos gestarum efficit scientiores, &, qui nos diligit, & amat, Nobilitatis Insignibus perillustris, & virtutis gloriâ conspicuus, ac Generosus Dominus, D. Adrianus de Bacquehem, Eques Auratus, Toparcha in Barastre, Ainsniers, Rocquinie, &c. strenuissimus Signifer armatæ cohortis Equitum Marchionis de Berghes, &c. subindè misit nobis vtendum, eámque in partem observandum suum Ægidium Corrozet, in Thesauro Historiarum Franciæ per Titulos certos tributo; Eccum tibi depromsi ex eius *Titulo* 31. *De erectionibus, creätionibus, & nominibus plurimorum Ducatuum, Comitatuum, & aliorum Dominatuum*, *fol.* 75. §. *Thoulouze*, quæ possint scitè adiungi ad verbum quintum, *referre*, lineæ 8. pagellæ *Paralipomenon Synopseos Franco-Merovingicæ* 978. hisce ipsis verbis, quæ gallicè reddo. *L'an de grace* 778. *Tersinus, Sarrazin, Seigneur de Thoulouze, se rendit Vassal du Roy Charles-Magne, & se fit baptizer. En faveur de quoy, Charles-Magne luy restitua ses terres, qu'il avoit prinses sur luy, & erigea la Seigneurie de Thoulouze en Comté, & en creä iceluy Tersinus, le premier Comte, qui porta dés-lors, en armoiries, douze pomes d'or, sur vne Croix d'or; qui sont les armes des Rois de Navarre, descenduz desdits Comtes de Thoulouze.* Hactenus ibi sic Ægidius Corrozet, de Tersino, Sarraceno, sacris vndis intincto, à Carolo Magno, Comite Tolozano creäto, & duodenis aureis pomis è Cruce aureâ exstantibus Insignito, quæ, postmodò, & Insignia, Reges ad Navarræos exstiterint gentilitia perducta. Porrò, hæc eadem Corrozeti verba optimè quadrant, & in ea recidunt, quæ nos ex Bartholomæo à Chassenæo primâ

parte

parte Catalogi Gloriæ Mundi, Paraleipomenon nostrorum pag. 975. postremis lineis duabus produximus, Regem, nimirum, Navarræ, habere in Campo rubeo Escarbunculum pometatum ex auro; &c. Verba sunt Bartholomæi à Chassenæo; Termini sunt artis.

At Navarræorum hæcce Insignia Regum præclara, & perantiqua, traditur Rex denique Navarrorum Sanctius nonnihil immutâsse, concatenâsse, smaragdúmque Carbunculi prioris loco, medio catenarum complexu voluisse contineri. Cur autem id ita factum iusserit Sanctius Navarrorum Rex, bellator fortissimus, & idem Ecclesiæ Romanæ obsequentissimus Filius, & Catenas aureas Navarrico Scuto pomifero adjectas, pro Insignibus voluerit gestare, & instituerit, vt cæteri post se Navarrorum Reges, ijsdem Insignibus concatenatis vterentur, legi posſit prolixiùs apud M. Antonium Muretum, Presbyterum. I. C. & Civem Romanum Voluminis Prioris Oratione VI. Pro Antonio Rege Navarræ ad Pium IV. Pont. Max. habita Romæ, postridie Idus Decembris. Anno CIↃ. IↃ. LX. De Insignibus porrò Cantabricis, & Navarricis, hactenus hîc quidem ita satis; vt, quæ hoc loco præliminari produximus, tumultuario quo ad nos ordine venerunt, eadem posſint aptisſimè subijciunda referri ad ea, quæ habet in id argumenti, Observatio postrema Paralipomenon nostrorum, ad Characteres, a. b. pagg. 968. & sequentibus, vsque ad pag. 979. Cùm enim instruant legentem, quæ rara hanc velut in mantissam iam misimus; & nostra, & Philistoris interfuit, non fuisse omissa. Ceterùm, si ad secundam editionem fuerit Opus hoc totum

historicum revocatum, vt labem à me omnem eliminem ſicci pedis, & aridæ manus, quâ vereor aſpergendus à Zoïlis, ob permulta in eo errata, quæ partim Operarum, partim amanuēnſium noſtrorum vitio intercurrerunt; plureis in toto repurgando horas mihi pretioſas ponere (Faventibus Superis,) ſtatui; vt ſuaviùs recoctum, & auctiùs, accuratiùs, emendatiùſque prȩli beneficiò recuſum, tibíque ſinè vllâ in toto corpore mendâ nitidè reſtitutum, lucem ſecundò aſpiciat. Intereà temporis, quantum eſt Sanctiſsimæ Principis, & Matris noſtræ RICTRVDIS nomen, tanto illi præſertim elucubratum Opus hocce tibi offero affectu: tuum ergà me, benivolentiâ & pietate cenſebo; præmium ab eâ ſcriptionis, & improbi, atque indefeſsi laboris recepturus, & votis meis favorem propitium Illuſtriſsimæ Marcianenſium Alumnorum Patronæ, (vti exſpecto,) experturus. Supereſt, vt ad amicam lectionem Proliſomenon noſtrorum animum, placidúmque vultum, & arridenteis ocellos convertas: & ſcias tibi legendum prȩcedentis admonitionis ad Lectorem, poſt epiſtolam dedicatoriam ad R. DN. Abbatem noſtrum, penúltimæ pagellæ, penultimȩque lineæ penultimo verbo, *Si quid hocce*, Et, paginæ 1122. lineâ 27. *Sol inter tenebras*. Hiſce vale. 12. Maij die, quo, S. Mater noſtra Rictrudis, quæ potiore ſui parte mori non potuit, relictis apud ſuos Marcianenſes in terrâ, vndè ortum erat, caſtiſsimi corporis exuvijs, ad originis ſuæ Sedem, ad illum (aiebam) immortalium animorum Cœleſtium Cœtum, accinentibus Angelis, antè annos 946. partâ iam ſuis promeritis quiete gloriosè perfruitura receſsit.

PROOEMIVM

IN PROLEGOMENA DOMNI RAPHAELIS BELLO-CAMPI, PRESBYTERI, BENEDICTINI ASCETÆ MARCIANENSIS.

QVVM Venerandus hic noster olim religiosissimus Archiprior Marcianensis, Domnus Andreas, Cognomento, *Du Bos, ceu du Bois*, Sigeberti, & Anselmi Gemblacensium Chronologiam; stilumque historicum proximè secutus epitomarit; Et ab ijsdem permulta prudenter selecta sit mutuatus: Operæpretium & ipse videor facturus, si, non semel à probis, & bene doctis viris rogatus, Cùm à prænominatis Scriptoribus, tum & à Vincentio Bellouacensi Dominicano olim Parisiensi, alijsque compluribus Chronologis Selectioribus, & historicis scriptoribus, gentium Origines, Regumque, ac Ducum Illustriorum seriem, atque potentiam, Quorum hâc in Andreanâ Synopsi Franco-Merouingicâ mentio incidet frequens, & desumsero, & desumtam, eidemque præiectam hoc attexuero commodiore loco præliminari. Et eo enim facto, Franco-Merovingicæ Synopseos, & subsecuturæ

Ex Dyptichis, Ceu Obitario libro Ecclesiæ Marcianensis.

 Hagiolo-

Hagiölogiæ Marcianensis nostrę mentem, alioqui nonnihil futurã fortassis obscuriorem, leuiùs, percurret, clariùsque, Beniuolus Lector, omnem intelliget; Et simul, quónam illi extiterint ijdem omnes, & singuli; Quoque regnârint varij Principes, certiorem temporis rationem, pręsentiùs consequetur.

Eapropter ergò, Ad gentium, à Francis nostris, Merouingicis diuersarum, Origines varias, & compendiosas; prefatumque ad Regum Catalogum Chronographicum, Obedientiâ Sanctâ, Raphaëleque Archangelo Alexicaco, præducibus, pergere festino. Tu verò, pia mater, Marcianensiumque Patrona, totum Veneranda per orbem, Rictrudis! auspicatò mẽ subire faxis hanc, Tibi, Regiæque toti tuæ, atque sacrosanctę familię præstitam opellam, Auspice Christo.

Nostris eccè, Lector Amice! hisce Prolegomenis, Regnorum mundi præcipuorum, quænam exordia; Regum ecquæ successio; Quæ Cunabula; Monarchiarum translatio qualis; Quamque illa extiterit varia, & succidanea, ita demonstrare auspicamur, vt hęc propriè sit futura, *Ob meum, tuumque, frigida verba; Et quicquid malorum est, in vitam nostram inuehentia, innumeraque gignentia bella,* [b] stupendorum demonstratio motuum, & cruentorum inconstantioris mundi bellorum certa quædam periocha. Hâc sanè, non lectitare modò, sed & præsens quisque fortassis, Illud Haggei * quodammodò videbitur Vaticinium oculatiùs expletum conspicere, Quo, Deus ille maximus; *Modicum (inquiebat) adhuc, Et commouebo Cœlum, & terram; Et posteà veniet desideratus cunctis gentibus.* Illudq; Vaticinãtis rursus Danielis. [c] *Sit benedictum nomen Domini à seculo, Et vsque inse-*

[b] *Ex S. Ioan. Chrysostomo, in oratione De S. Philogono.*

* *Haggei cap. 2.* Adhuc vnum modicũ est, &c. *habẽt quædã vetera exẽplaria.*

[c] *Dan.* . .

in seculum; Quia sapientia, Et fortitudo eius sunt : Et ipse mutat tempora, & ætates; transfert regna, atque constituit. Vndè & effectum, vt Cœlesti hoc numine constituente, Res legatur, & Chaldæorum spectetur monarchia (iuxtà nonnullorum iudiciū, & docti im-primis Genebrardi Chronologicam supputationem) sub Annum, antè Christi ortum, quingentesimum: Persarum Regnum Monarchicum, longè, lateque patēs, sub quadringentesimum: Monarchica potentia Græcorum, circiter trecentesimum: Ducentesimum sub annum, Parthorum amplitudo, atque Pœnorum, seu Cathaginensium potentissima: Resque, & perillustris inspectetur principatus Romanorum, orbis Dominorum, sub indè nasciturι Christi Seruatoris, centesimum circiter annum, si Genebrardo fides est. Qui certè potentissimus Romanorum Principatus, in Monarchiam statim tandem desijt, Florentibus. C. Iulio Cęsare, atque Pompeio magno. Christus etenim Dominus, Conditor Orbis, & Seruator vniuersi, non ita multò post quàm C. Iulius Cæsar, oppressâ Republicâ, primus singulare Imperium obtinuisset, perpetuusque dictator esset factus, Anno ante Christi aduentum in carnem 46. aut 48. *Vti mauult epitome Chronicorum Achillis* [d] *P. Gassari*, & posteaquàm regnasset idem annis quatuor, & mensibus septem. Eique tandem miserabiliter, in Curiâ Pompeij, tribus & viginti plagis confosso, successisset, Octauianus, Patre Octauio Senatore genitus, maternum genus, ab Æneâ, per Iuliam familiam sortitus, adoptione verò C. I. Cæsaris, maioris auunculi, Cæsar dictus, & ob victoriam, Augustus cognominatus, Princeps mitis, gratus, ciuilis animi, ac lepidi; Corpore toto pul-

[d] *Ex Epitome Chronicorum Achillis P. Gassari.*

cher, sed oculis magis, isto gloriari solitus dicto: *Vrbem lateritiam reperi, marmoream relinquo:* [e] Christus, inquam, Seruator, & Messias verus, sextâ mundi ætate, quæ durat ad finem vsque, ac consummationem seculorum, nascitur in Bethleem Iudæ, Deiparâ ex Virgine Mariâ sanctissimâ, & Augustissimâ gratiæ Matre, Anno quadragesimo secũdo Octauiani Augusti, qui erat, ab orbis conditu, *iuxta Eusebium* 5199. *iuxta Orosium*, 5200. *iuxta Isidorum*, 5210. *iuxta Astronomos.* 5328. *iuxta Alphonsum.* 6984. *iuxta Achillis* P. *Gassari Epitomen* 5404. *iuxta Hebræos, & Venerabilem Bedam* 3952. Denique, iuxta Tabulam Annorum mundi, quam, ex Biblijs, & Philone, habet adiectam fini statim tertij libri Chronicorum suorum Ioannes Carion, (quem habeo correctum summâ diligentiâ R. P. Ioannis de la Haye, Seruij, è Societate Iesu, Theologi) Anno mundi ter millesimo, nongentesimo, & sexagesimo primo, Olympiadis 194. anno quarto, inchoato tribus mensibus, 8. Cal. Ianuarij, Iesus Christus Saluator hominum, Carne humana induitur, in virgâ illâ ferreâ, iuxtà Regis Vatum, Vatisque Regum Oraculum psalmographicum [a] fortiùs mundum hunc vniuersum recturus: Et Imperijs illis omnibus, de quibus nunc paucis acturi sumus, solo deiectis, & diuino nutu suo prostratis, nouum illud, & quod nunquam corrumpetur æternum Ecclesiæ sponsæ suæ Sacro-Sanctæ Regnum, cunctis potentius, constanter conditurus, adversusque, ipsissimas inferorum tartareas portas miro, profectò ita modo firmaturus, vt tranquillâ, paceque summâ perfruerentur, ac letarentur omnia, quæ fortis ille, ligno, non ferro armatus, possideret.

[e] *Ex libris Sexti Aurelij Victoris.*

[a] *Ps. 2. versu 9.*

Lucæ c. 11.

At

At, nunc quidem, nè quâ velim libertate ſcribendi, vlteriùs progrediar, Cenſorius complurium Chronologorum ſtylus euincit? Quippè, qui nôlint intrà ſuos fines veros, apud Genebrardum, tametſi virum perdoctum, ſuperiora Monarchiarum conſignata tempora contineri. Ego verò, vt quod res eſt, ingenuè loquar, neque adeò de totâ iſtâ, cum recentioribus, alijſque fortè certioribus Chronologis ineundâ ratione annorum, irreligioſiùs auſim digladiari. Neque enim annoſas iſtiuſmodi lites ſuſcipio iam ex inſtituto componendas. Quippe, qui, viris etiam perdoctis, tenebricoſum per hoc idem iter inoffenſo pede mihi curſum, nec ſubaudeam certè polliceri. Eſt tamen animus, ad temporum, & annorum certiorem cõſignationem, quàm poterit fieri, proximè accedere, ac elaboratiſſimè. Nè quis igitur in calumniam rapiat, ſi viderit hanc fortè ſuperiorem annorum monarchicorum ſupputationem à docto Genebrardo initam, à meque productam, Cum aliorum Scriptorum Chronicis parum appoſitè reſpondere: Annorum mundi Tabulam prçfatam, ex Biblijs prçſertim, & Philone Iudæo, alijſque vetuſtioribus Chronologis accurratiùs decerptam, à Ioanne Carione, ſi non etiam ab eius Prçceptore, ipſiſſimâ Reuerendi Patris Ioannis de la Haye, Seruij, Theölogi, viri eruditiſſimi manu caſtigato, hoc loco attexam; eo comprimis ſtudio, vt ad eam, tanquam ad lydium, ſeu Heraclium lapidem, dubia ſua nonnunquam poſſit Chronographica reuocare, qui noſtras legerit lucubrationes. Huius enim Coticulæ fortaſſis attritu, illa, cuiuſmodi ſint, prodentur. Siquidem, qui hanc Annorum mundi Tabellam elaboratè fertur contexuiſſe, vir ſanè, eâ quidem

dem in parte, idem extitisse videtur, iudicio, & acri, & exacto.

ANNORVM MVNDI TABELLA.

A Mundi, Creatione vsque ad diluuium, fluxerunt Anni 1656.

A Cataclysmo, seu diluuio, vsque ad Abrahamum. 292.

Ab Abrahamo, vsque ad natum Mosen. 425

A nato Mose, vsque ad egressionem ex Ægypto, Legisque acceptionem. 80.

Ab egressu ex Ægypto, vsque ad inchoatum Templum Salomonis. 480.

Ab inchoato Templo Hierosolymitano, vsque ad Ioas Regem. 138.

A Ioas Rege, vsque ad translatum Iechoniam, seu Ioakinum, in Babylonem. 291.

A transmigratione, vsque ad deuastationem Hierosolymitanam, per Regem Nabuchodonosorum. 11

A deuastatione, & Babilonicâ captiuitate, vsque ad Populi liberationem. 70.

A Populi liberatione, quæ facta est anno primo Monarchiæ Darij, & Cyri, vsque ad Alexandrum magnum. 191.

Ab Alexandro magno, qui obijt Olympiade 114. *vsque ad Iudam Machabæum.* 164.

A Iudâ Machabæo, vsque ad Tyrannicum Herodis Principatum. 129.

Fluxerunt deniq; anni 32. *à Tyranico Principatu Herodis, vsq; ad Christi in carnem aduentum, seu Cõceptionem; Nam, trigesimo secundo anno, legitimus cœpit Herodis Principatus; & trigesimo eiusdẽ, natus est Christus; Anno Augusti* 42. *Cùm cœpisset. post Iulij Cæsaris mortẽ, Imperiũ, Octauiani Augusti, Olympiade.* 184. *Hactenus* Ioannes

nes Cariõ, repurgatus, per R.P. Seruium; Cùm ibi; tum, & in Tabellâ Annorũ mundi, quæ indicat tempus à Daniele præscriptum; Et, ex quâ, facilè colligitur annorum ratio, in Daniele prædictorum: Vide, si lubet, & licet, Auctorem. §. Septuaginta hebdomadarum supputatio, Ex Daniele, lib.2. Chronic, 2. Monar, 2, ætat.

Porrò, A Natiuitate Christi Seruatoris nostri, Dei; (quam Ioannes Carion scribit incidisse in Annũ conditi mundi; ter millesimum, nongentesimnm, & sexagesimũ primum, Annúmque Augusti. 42. vti suprà diximus;) ad hoc vsque tempus, quo prolegomena nostra prelum suũ expectant, Anni fluxêre. 1630.

Anno verò hoc pręsẽti. 1630. à natalibus Christi, Exacti sunt anni? ab vrbe Româ cõdita, 2383. Operæpretium imprimis fuerit, hęc omnia, Et quę paulò postea subijcietur, De Annorum ratione, sedulò reputare; vt omnium temporum, & historiarum ordo ritè cognoscatur.

Placeat nunc, pauca legere, de Romanę Vrbis, regionísque situ, & formâ, vsquè adeò mutatis hodie, vt vetustæ illius vestigiũ vix liceat reperire. Atque primùm hęcce,

DE VRBIS CONDITORIBVS, REGIBVS, ATQVE CVLTORIBVS

Vrbem Romam, ad Tyberim, in Occidente conditam, à Mari, centum, & stadijs viginti distantem; Siculi primùm inhabitârunt. Aborigines deinde, Oenetrio, Lycaõnis filio Duce, Arcadiam deserentes, hùc deuenêre; locique fertilitate allecti, expulsis Siculis, plagam hanc occupauêre. Pelasgi posteà, Græci, cum Thessalis, id volentibus Aboriginibus, coniunctis auxiliaribus copijs, ac viri-

Ex Io. Bartholomæi Marliani, Patricij Mediolanensis Topographiâ vetustæ vrbis Romæ.

viribus, ibidem locorum, & gentium, ad bellum vſque Troianum permansêre, communi tamen Aboriginum appellatione ſeruatâ; Quòd illi, priores, Regnum armis occupâſſent. Confugit in Italiam, longo poſt tempore, Saturnus, à filio Ioue, Cretâ expulſus; partemque Regni, à Rege Aboriginum Iano accepit, propterea quòd cum edocuiſſet vſum vinearum, & mittendæ falcis: Migrat denique hac è luce Ianus; tumque Saturnus Regno ſolus potitur. Subindè, Arcades, vrbe Palātio relictâ, patriæ pertæſi, ſedes alias, Euandro ductore, quærunt: in eumque ipſum, vbi nunc eſt Roma, locum deferuntur; vbi, pinguioris agri portionem, à Fauno, Rege Aboriginū, dono accipientes, haud procul à Tyberi, Caſtellum ſibi conſtruunt, in colle; cui, ob vrbis patriæ nunc nuper relictæ memoriam, Palantij nomen inditum volunt· Hos ſubſequuntur Epij, Peloponnenſes, Phaneti, ab Hercule forti Duce abducti; Qui ſedem in monte ſibi Saturnino poſuêre, vbi, ſuis, & legibus, & moribus vixêre, donec, ab Aboriginibus victi, in communem ciuitatem, certis ſub legibus, ab ijſdem latis, acciperentur.

Regnauit ibidem gentium, poſtmòdum, filius Fauni, Latinus, donec, poſt Ilij illius immenſi miſerrimam euerſionem, Anchiſæ filius,

Multum ille, Et terris, iactatus, Et alto

Æneas pius, cum ſocijs Troianis, varia quoque diu fortunâ diuexatis, ad Latinum, in Italiam, auſpicatò tandem appulſus venit, & Lauiniâ, Latini Regis filiâ, coniuge acceptâ, in ſocietatē Regni, à Latino admiſſus eſt. Iuncti ergò, hunc in modum, cum Aboriginibus Troiani, communi nomēclaturâ, Latini cœpêre dici; Æneaſque gener,

diem

diem suum obeūnte Rege Latino, Italici Regni hæres relictus, aliquot pòst annis, ab Hetruscorum Rege Mezentio est interfectus, Ascanio filio, Regni successore relicto. Qui, Lauinio, & Albâ, Oppidis extructis, vitâ quoque, & Regno defunctus, Fratri Syluio, regnandi locum dedit, & decus. Huic vitâ functo, Reges, seu Reguli successêre.

ÆNEAS SYLVIVS.	TYBERIVS,
LATINVS SYLVIVS,	AGRIPPA,
ALBA,	ROMVLVS,
ATYS,	AVENTINVS,
CAPIS,	PROCAS,
CAPETVS,	AMVLIVS, QVI SVBDOLVS,

Regnum impiâ fraude occupauit, quod Numitori Fratri, natu maiori, iure debebatur: Rhēamque, Numitoris Filiam, Vestæ Deæ Sacerdotem consecrauit, nè quis, ex genere Fratris vindex ortus exurgeret, à quo ipse Regno deturbatus pelleretur. At verò, geminos, Remum, & Romulum, ex Marte, Rhēa Syluia procreauit, & de Marte grauidam se confessa est. Nec mox fama dubitauit, Cùm, Amulij imperio, Romulus, in profluentem abiectus, cū Remo fratre, non potuit extingui. Siquidem, & Tiberinus amnem repressit, & relictis catulis, Lupa vagitum secuta, vbera infantibus admouit, Matremque se gessit.* Sic repertos apud arborem, Faustulus, Regis Pastor, tulit in casam, atque educauit. Alba tunc erat Latio Caput, Iulij opus; nam Lauinium Patris, Ænēas contemserat. Ab his Amulius, iam bis septimâ sobole regnabat, Fratre pulso Numitore. cuius ex Filiâ, Romulus. Hic primâ iuuentę face, Patruum Amuliū ab arce deturbat; Auum reponit. Ipse

* *Ex L. Flori, de Gestis Romanorum, lib. 3. cap. 1.*

flu-

fluminis amator, & montium, apud quos erat educatus, mœnia nouæ vrbis agitabat. Gemini erant; vter auspicaretur, & regeret, adhibere placuit Deos. Remus, montem Auentinum; hic Palatinum occupauit. Prior ille sex vultures; hic postea, sed duodecim vidit. Sic victor Augurio, vrbem, *Supple Romam*, excitat, plenus spei, bellatricem fore; Ita illi, assuetæ sanguini, & prędæ, aues duodecim pollicebantur. Ad tutelam nouę vrbis, sufficere vallum videbatur; Cuius, dum irridet angustias Remus, idque increpat; saltu, dubium, an iussu fratris, occisus est. Prima certè victima fuit, munitionemque vrbis nouæ, sanguine suo consecrauit. * Imaginem vrbis, magis quàm vrbem fecerat. Incolæ deërant. Erat in proximo lucus; hunc Asylum fecit. Et statim mira vis hominum, Latini, Tuscique Pastores. Quidam & transmarini Phryges, qui sub Æneâ; Arcades, qui sub Euandro Duce influxerant. Ita, ex varijs quasi elementis, congregauit corpus vnum, populumque Romanum ipse fecit. Res erat vnius ætatis; populus, virorum: Princeps sanè populus, qui, à Rege suo illo Romulo, in Cæsarem Augustum, à C. Iulio Cæsare adoptatum, septingentos per annos, tantum operum, pace, belloque gessit; vt si quis magnitudinem Imperij, cum annis conferat, ætatem vltrà putet. Ita enim latè, longèque, suis sub & Regibus, & Consulibus, & Cæsaribus semper Augustis, sua per orbem terrarum circumtulit arma; vt, qui res eius legunt; non vnius populi, sed generis humani facta ediscant. Tot enim princeps ille populus, laboribus, tot ille periculis est iactatus, & ferè semper superior euasit, vt eius ad Imperium Monarchicum, & virtus, & fortuna, neruosissimè viderentur contendisse.

* *Anno Conditi Orbis. 3252.*

Verùm

Verùm enimuerò, nè rerum ab eo præclarè gestarum copia permagna, Synopseos iustæ scopulos prætereuehatur; neu mentis nostræ aciem eius amplitudo abrumpat, suisque radijs retusam, syderum clarissimorum modo, quàm possimus ferre, fortiùs cędat; ad semitam priorem, lubet nunc stylum nostrum, nonnihil aliò abductum, præfatam ob causam litium annosarum, reuocare; nostra hęcce vt Prolegomena, Sigeberti, & Anselmi, Gemblacensium, Bellouacęnsisque Vincentij, Dominicani olim Parisini, aliorumque nonnullorum Chronologorum Ordinem, statutámque Regum, Cæsarum, Heröumque seriem præcipuorum consequi pergant. Perpendamus iam igitur, veridicus vt ille Regum, & Regnorum Vates, & diuinis excitus oraculis, Sapiens interpres Daniël, Romanum illud præpotens Imperium, re verâ voluerit esse, quod Regi Nabuchodonosori, potentiâ vti primum, ita, ordine quartum, emblematico fuit, & enigmatico ferro, cœlitùs præmonstratum. Et vti enim ferreum illud metallum prædurum, id sibi à naturâ insitum habet, cuncta vt comminuat, edomet, conterat; Romanum ità prorsùs potentissimum Regnum, demirandâ suâ ab ipsâ, quam suprà iam obiter spectauimus, origine, mundi Regna penè vniuersa contudit, contusa edomuit, edomita contriuit. At verò, Imperium illud ipsum, orbe toto, suis illis sub Aquilis victricibus, & Cæsaribus Augustissimis mirè reformidatum; Quodque tibijs illis suis fortibus, ac ferreis, & diutissimè, & institerat constantissimè, fortitudinis, suæque potentiæ ferro, tandem aliquandò, cum imbecillitatis suæ humanæ infirmiore testâ commisto, & attrito; ab excelsæ illius dominationis suæ decidens su-

 blimiore

blimiore gradu, horrendo, fragoreque terribili, genibus cœpit imbecillioribus trepidantèr labare; Et, (quò terrorem cunctis summum mortalibus incussum relinqueret) suam denique ad terram dari; verissimum vt illud quóque Poëticum esse, tantæ majestatis exemplo, suo tàm Augusto solio deturbatæ, omneis edoceremur, Cùm in oculis omnium spectantium, *Tanta*
Regna cadunt, vrbes pereunt; nec quæ fuit olim,
Roma manet; Præter nomen inane nihil.

Et certam, certo, solóque, cui nati sumus, cœlo, Dei mandatis studiosiùs, & perfectiùs obseruatis, beatam æternitatem, Christo, Regum, & seculorum immortali iam Rege, atque Præduce nostro, quærendam perdisceremus. Vbi námque, vetus illa iam ipsa primùm à Romulo condita, Mense Aprili, Anno mundi, (vti tradunt veteres Chronologi) 3251. & fraternâ cęde fœdata, Terrarum Dea, Gentiûmque Domina, sed falsò æterna vrbs Roma; Quæ dum floreret maximè, terminos longè ampliores habuisse, constantèr probatur? Plinij siquidem tempore, ambitus eius totius muro comprehensus, continebat passus, circiter, mille XX. At verò, nostro hoc seculo, vix XIII. mill. passus complecti potest. Totius verò ciuitatis, id est, omnium ædificiorum, quæ circa murum eius erant, etiam extrinsecùs, latè diffusa, & tamen, sub ciuitatis nomine comprehensa, ambitus latissimè patens extendebatur, Plinij tempore, ad mil-pass. L. Faciem illa mutauit; Et à statu decidit illa tota priore.

Quemadmodum porrò vrbis, ità & decrescentis, & à primæuo statu decidentis quóque pomerij, persæpè termini sunt mutati, imò verò, & ipsæ vrbis portæ; Quarum aliæ

aliæ, dum muri extenderentur, lapidibus instructi, ruderibus, & vilibus structuris prioribus deiectis, intrà vrbem relictæ, nomen amisêre; aliæ, omninò vetustate collapsæ, vt etiam locus ignoretur; aliquæ, antiquo nomine retento, locum mutârunt; aliæ, nomina duo; aliæ, plura sunt adeptæ.

Perparum est quod hîc traditur; si oculos in vrbem ipsam antiquam penitiùs conuertamus; Et splendorem, decúsque templorum, ædium, totiúsque eiusdem structuræ, atque miri operis fabricæ maiestatem, frustrà repetere, ac perlustrare velimus. Etenim, vt celarim formam eius, (quam Romulus Cōditor, quadratam designauit, vt Autor est Plutarchus; Vndè quadrata est à quibusdam appellata: Vtque conticeam, Romulum, post se, Romam eamdem, portis quatuor patentem reliquisse; *R*omanâ, sic à Romulo dictâ, quæ, in hortis Ædis D. Mariæ nouæ ædificata, non procul ab angulo Palatini, in infimo cliuo Victoriæ, postmòdum Mugonia, à böum Mugitu appellata, & Trigonia eadem, ab angulis tribus, dicta est: Carmentali, ab Euandri Matre, Carmentâ; cuius Fanum, antè portam, sub Capitolio, inter saxum Tarpeïum, & Tyberim, versùs Circum Flaminium situm esset: Pandanâ, sic vocatâ, quòd rebus in vrbem inferendis pateret: Ianuali quartâ, quæ à Iani fano vicino, ad radices viminalis Collis constituta, nomen traxerat Ianüalis portæ. Vt etiam cætera perplura minoris momenti, quæ longum foret enumerare, prętermittam; Nunc; vt rerum ordo exigere videtur, relictis portis, ac turribus, pręsertim Capitolinis, quas fulmine tactas, sępè, cum suis imaginibus meminêre autores, intra mœnia me conferens, ędificio-

 rum,

rūm, quæ intra muros, in montanâ, planâque vrbe, ab antiquis extructa fuêre, originem, & locum requiro. At primùm quidem, ab ipso Deorum omnium terrestri domicilio, (à quorum inuocatione, ordiri Poëtæ, in re arduâ, & difficili consueuêre) auspicatus, quęro, nostrâ hâc ætate, vbínam visatur Augustissimum illud Ioui excitatum à Tarquinio Prisco Templum, Capitolinum dictum; propterea quòd, cùm aperiret fundamenta Tarquinius Priscus, caput hominis in imo repertum fuisset; Vndè, *A*ugures super eâ re consulti, quidnam capitis inuentio indicaret? Responderunt, Arcem hanc in Saturnio monte positam, locum fore Imperij, & mundi totius Caput. Iouis hoc quadratum Templum, quaquâuersùs, pedes centum altitudine, centū & quinquaginta pedes exporrectum, & prę cęteris excultum, celeberrimum, & maximum; libris quadraginta millibus argenti, expensis in fundamentum, Romanis absoluendum reliquit Rex Tarquinius superbus, ex lapidibus quadratis. Consecrauit Capitolium Ioui, Templúmque hoc ipsum, Horatius Puluillus, ceu Publicola, dedicauit Iouis Opt. Max. Nomini, & Numini, posteaquàm Romanorum *R*egum vltimus Tarquinius ille superbus, ob tyrannidem, Româ fuisset expulsus. Extructum autem fuit in crepidine mōtis Capitolini, Tyberim versùs. Formam, magnitudinem, & eius excellentem pulchritudinem, nusquàm visendam vnquàm, at legendam mitto apud Dionysium, & alios passim authores, qui res Romanas, ipsámque *R*omam, Orbis Caput, scriptis celebrauêre. In vestigio erat fictilis Deus Summanus; Cuius de cœlo ictum caput, in Tyberim fertur decidisse. Habebat prætereà cellam, quàm ingre-

ingredi, prophano minimè concedebatur vlli. In ipsâ Templi cellâ, Coronę erant aureæ duæ: Quarum alteram, Ioui Opt. Max. consecrauerant Galli: alteram, Carthaginenseis, ob victorię insignis in Samnites partæ congratulationem, Ioui miserant Romam. Erant insuper tria in eodem Templo, Sacella; Iouis scilicet Opt. Max in medio ipso; Mineruæ, à dextrâ; à sinistrâ, Iunonis. Quòd autem numerorum inuentio, à veteribus, Mineruæ tribueretur; scriptâ lege cautum erat; vt quisquis Prætor maximus foret, iuxtà simulachrum eiusdem, clauum pangeret, annorum vndè numerus cognosceretur. Stetit hoc adeò pretiosum ædificium incolume, quadringentis, & quindecim annis; donec bellis Marianis consumtum est. Restituit Sylla, illudque Q. Curtius consecrauit. Durauit restitutum, Vitellianum vsquè ad bellum, quo fuit secundò incensum, & clausis foribus indefensum, atque indireptum conflagrauit. A Vespasiano restitutum, igne tertiò abreptum, & cum ipso Capitolio absumptum est; Tùmque, Vespasianus ipse mortem obijsse censetur. Magnificentiùs deindè quàm anteà fuisset vnquàm, illud Ioui Opt. Max. Domitianus instaurauit, duodecim millibus, & suprà, talentis, in id operis munificentiùs collatis. Nunc verò denique, locus, vbi tot inter Nouercantis Fortunę, varios, & acerbos perstitit casus, caput sæpiùs referens, & sublimiùs, attollens, totus est prophanus. Cernuntur tamen nonnulla etiamnùm eius vestigia, & fundamenta; sed ea inculta, omniaque disrupta, dissipata. Diximus iam satis, quo locorum, Iouis Deorum Regis, apud Romanos situm Templum; à quo constitutum; à quibus, post varios, & miserabileis casus, rerumque bellicarum

licarum furibundos euentus sit sępenumerò restitutum: Vidimus, Quemadmodum, Tempus edax rerum, vtquè inuidiosa vetustas, funditùs illud destruxerint, quod olim in Arce Capitolinâ Augustissimâ, Coelo aureo effulgebat, cæterisque Deûm, Diuûmque fanis augustiùs pręcellebat.

Si quis, ad hæc, fortè quęrat ex me, vbinam extet hodie, omnium illud, Romę, primùm, à Romulo, votum in bello Cenenensium Iouis Feretrij Templum, olim in vertice Capitolini montis exædificatum? Nō piguerit respondisse; Tecta, simul, & huius fabricam Templi totam, ob vetustatem, & Romanorum incuriam, esse collapsa. Sed & vbinam locorum reperiat quispiam Templa, Iouis Statoris, Iouis Tonantis, Iouis Victoris, Iouis Custodis, Væiouis, sic dicti, quòd omnis illi iuuandi potestas esset ademta; Vbinam Fana Saturni, Fortunæ, Iani bifrontis, Misericordiæ? vbi Deæ Viriplacę Sacellū istud, in quod, si maritus cum vxore, etiam discordes aduentâssent, compositis animis, mutuò, Domum, (vt fertur, simul redibant concordeis? Vbínam gentium, præter hæc, innumera penè fana, non ijs solùm Dijs, qui generi mortalium benè facerent, à Romanis vndècunquè, in vrbem superstitiosiùs inuectis, consecrata; sed ijs quoque, qui nocere possent, nuncupata, nè nocerent, vel certè minùs, & mitiùs, vt punirent; Qualià fuêre, febri constitutum in Palatio; Nemesi, Attico in vico; Propterea quòd; hæc Dea in perfidos, & Superbos durissimè animaduertere soleret? Hęc sanè omnia; & singula, sæuientis fortunę varios inter euentus, temporum iniurijs, efferatóque hostium furori, procellę vti rapacissimę, lacera, & abrepta tandem cessêre; Quo modo, & Deę quoque Vestę; & Templum, & Iu-

& lucus facer, ex quo, antè captam vrbem,& miserrimè direptam, atque vastatam, vox dicitur audita, futurum asseuerans, vt indubiè caperetur, diriperetur, vastaretur; nisi muri, & eius portę reficerentur, firmioresque restituerétur. Quid etiam commemorem dirutum illud Orestis sepulchrum, & alia euersa miri operis perplura? Quid Cœnotaphia, quid referam Arcus triumphaleis æquatos solo? Quid statuas, Illustribus viris, & Pyramides erectas, & eâdem iniuriâ ereptas? Quid perhonorificam illam Manlij domum; Iulijque Cæsaris, in quâ fastigium illi à Senatu fuerat decretum? Quid centum, & alias dignitatis plenas, Centum præptereâ, eâdem in vrbe constructas olim; quarum, vel vbi certus extiterit locus, prorsùs iam ignoratur? Quid Cliuum Capitolinum; qui etiam locus, vbinam sit olim visus, varię sunt opiniones, & eædem incertæ? Quid hùc iuuet relatum Circum illum maximum; cuius posuerit fundamenta Tarquinius Priscus; magnificentiam adiecerit, & ampliârit Cæsar? Is longus legitur fuisse, stadiorum trium, iugerum quatuor latus, Cæsaris illâ ætate, quâ, & ciuitas populosa, & spectaculis itá dedita, vt tanto illi spatio tunc quidem temporis addito fuerit opus, & porticibus sphæricâ figurâ, triplicique structurâ institutis, quæ caperent hominum millia centum, & quinquaginta. Hunc collapsum, elegantiorem reddidit Traianus; Heliögabalus, auro illustrauit, & pauimento ex chrysocollâ strato. *Dionysius, Liuius, Plinius,* * *Nazarius,* plura volenti, legenda de ipso tradidêre. Mansit ille denique etiam neglectus, Vortumno licèt facer esset.

* *Plinius lib. 35. c. 4. 5.*

Habuit consiliorum quoque Deus, in circo hoc maxi-

 mo,

mo Aram suam Consus, ità dictus, quòd hominum consilia, vel celare, vel idem prodere putaretur. Hęc autem celebris quondam Ara: temporum nunc iniuriâ quâdam, & hominum, in Deos, & Diuos suos negligentiâ, vsquè adeò exijt neglecta, vtpenitùs ignoretur.

Conspexit, & eadem olim Vrbs Romana, varias suas Thermas, à θερμὸν, quod calidū significat, dictas, apodyterijs, areis, porticibusque amplissimis, & superbiùs compositis, extructisque adornatas, in quibus, diuersi, variegatiquè coloris, ex marmore columnæ, pauimenta, minutioribus Lapillis strata, parietesque, marmoreis tabellis incrustati, nemora, natatoriaque Populi ludis, & delitijs exposita, mirâ cum voluptate spectarentur ab ipsis quoque Regibus, qui promiscuè, cum alijs ibidem cœnitarent, & lauarent. Harum porrò ruinæ, tametsi adhuc nonnullæ, stanteisque columnæ quędam visantur; cæteræ certè permultę, deiectæ circumspiciuntur; vti, & Palatium illud, dirutum, quòd à Seuero positum olim sub Thermis fuit, Cuius hodie vestigia vix vlla possunt apparere; verissimum sit vt illud,

Omnia corrumpi vitiata dentibus æui. *

Vtque disertè monebat. *Ouidius*, *

Tabida consumit ferrum, lapidesque Vetustas,

Nullaque res, maius Tempore robur habet.

Et, *Nihil est, opere, aut manu factum, quod aliquandò, non consumat vetustas.* * Effluunt omnia, & in assiduâ diminutione sunt, ipsa etiam corpora omnium nostra; rapiuntur fluminum more; Sensim, sinè sensu, ætas nostra senescit; nec subitò frangitur, sed extinguitur diuturnitate. Quic-

* Ex o- uidio. * de põ- to. elig. 8.

* Cicero Pro Marcel.

te. Quicquid videre possis, ô homo! cum tempore decurrit; fluida est homuncionis materia, & caduca, casibusque obnoxia, cunctis. Idne sit constanter verum, vel in ipsis, & Regibus, & Cæsaribus Romanis, cæterisque quantumlibet forti pectore, armísque illustribus Viris experire; in rebúsque creatis non esse quicquam intellige, quod certæ ruinæ, constitutæque mortis, vbi casus ita tulerit, non sit instrumentum. Vbi latitant gentium, vbínam, amabò, degunt hodie florenteis olim illi Romani Romuli, N. Pompilij, Tulli Hostilij, Anci Martij, Tarquinij Prisci, Seruij Tullij, Tarquinij Superbi, Romanorum Reges? Vixêre tandem; Vixêre, mortalémque nostram omnium natiuitatem, velut certissimam mortis tesseram existimandam, exemplo suo fatali nos edocuêre. Nequè enim quidquam ex vitæ nostræ primordijs, & trophæis deferimus, præter fatalem moriendi necessitatem, vt benè, iuxtà, & verè dixerit Sapiens Romanus.

Prima quæ vitam dedit hora, carpsit. *

* Ex Senecâ.

Ipsa naturæ humanæ lex, membrorúmque organica compages, communem generis nostri nouercam, (mortē aiebam) vt omnis violentia tollatur, secum adfert: * *Certumq́; est, mortem, & vitam per vices ire; composita dissolui, & dissoluta componi. Omne genus humanum, quodcumque est, quodcumq́; erit; morte damnatum est.* Mox enim, vt Adamus, Communis noster ille Protoparens, Dei legem præuaricatus est, mortis hæc ineuitabilis necessitas, & ipsi, & posteris, qui in ipso, tanquam Generis humani primâ radice, peccauerant, vitiatâ, incubuit vsquè adeò certa, vt quàm quisque certus est se natum, æquè sit certus, aliquandò se moriturum

* Ex Seneca, de breuitate vitæ.

turum. *Statutum est, siquidem, omnibus hominibus semel mori.** *Omnes, certè, morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram.* Præcesserunt, Adamus, & Eua, Dei Opt. Max. protoplastum. Successerunt posteà nati mortaleis omneis, serieque continuatâ Reges, Iulijque, Octauijque, & quotquot extitêre Cæsares Augusti, pœnam omnium promiscuè communem experti, Quæ,

* Hebraor. 9
2. Reg. 13.

——————Sceptra ligonibus æquat
Et magnos, paruosque terit, tùm fortibus æquat
Imbelles, populisque Duces, senumque Iuuentæ; *

* Ex Ouid.

Et, quo modo nudam humum nobis hyëms aspera reddit; persimili nobiscum more nouercatur, amara mors; omneque sacrum, & in orbe nostro arduum, atque dignum admiratione, in momento deiectum profanat, & sternit; Regum, ac Cæsarum diademata rapit, eosdemque æquali cum inopibus ferit, ictu Succidaneo, adeoque rapaci, vt neque magnanimitas Alexandri Macedonis, neque virtus Hannibalis Lusci, neque piëtas Æneæ Troiani, neque numerosa Xerxis castra, neque Herculis, Samsonisque robur, quidquam apud ipsam valere queat; Dùm hæc mortalium inexorabilis domina, omneis per deficientis naturæ languorem, suas sub leges, iusque summum, ac rigidum euocatos mittit: ità vt prorsùs,

Nulli Iusso cessare liceat,
Nulli scriptum proferre diem. *

* Seneca, in Hercule Furente

Non est, neque ab orbis conditu extitit vllus vnquàm Imperator, qui tot, adeòque funestas in orbem vastissimum inuectas intulerit clades; tantas in dies victorias reportet; tantas sit expeditiones confecturus; quot, quantasque, hæc generis humani nouerca mors, inuexit, intulit,

lit, reportauit, confecit. Aduersùs hanc, nil in orbe cautũ, nil esse satis tutum poteſt. Epicuri dictum erat. * *Aduersùs cætera omnia, aliquid tutum inueniri poſſe; At contrà mortem, omnes nos inhabitare vrbem immunitam.* Vrbem vaſtiſſimi orbis, in quâ nos quotidie oporteat mori. Quotidie ſiquidem demitur nobis aliqua vitæ pars, vt cùm etiam creſcimus, vitæ tunc quoque noſtræ certa dies decreſcat. Infantiam amiſimus, deinde pueritiam, adoleſcentiam; ad heſternum diem vſquè, quicquid tranſijt temporis, perijt: adeoque; hunc etiam ipſum, quem agimus diem, cum morte diuidimus. Vides inter ſpinas nitentem roſam, & ſuum vndiquè odorem ſuauiter diffundentem? Perſimile, quidpiam de homine quouis cenſeto. Dùm enim auidè, ac perdiu exoptatus illi vitæ, atque conditionis aduenerit ſtatus: Certo quoquè aduenjunt ordine Parcæ, quę vitam è filo tenui pendentem ſuccidant. Et verò,

Nemo tam diuos habuit fauenteis,
Craſtinum vt poſſet ſibi polliceri. * imò ſanè,
Nè veſperam quidem certam.

*Apohthegma.

* Seneca in Thyeſte.

Cernis Sidera, quæ in Oriente ſuboriantur, quæque mille poſt curſus, occidant deniquè in certo ſuo Occidente: Idem conſidera, nos in curis omneis naſci, in vitęque huius horizonte æqualiter exoriri, & mille, (vt ſic loqui liceat) poſt obambulationes, nos in tumulum omneis, obſcuros perinde, atquè claros; diuites, ac inopes; Reges, Cæſares, & priuatos, denique, mox vt ſingulorum verſata fuerit vrna, ſeriùs, ocyùs, recondi. Siquidem, certus occaſus, ſtatáque mors, rerum omnium humanarum linea extrema ponenda eſt. Siuè placeat ducere

 à li-

à lineis ordine ductis, quas ipsa terminet, similitudinem hanc nostram; siuè à lineâ, qualem penicillo in tabellâ suâ pictor efformat, quarum omnium vltima, absolutum opus consummat. Omnes enim actus nostri, vt lineę variæ, morte terminantur; Et picta vitę nostræ omnium exigua, breuisque tabella, statutę mortis certo perficitur, & vltimo concluditur tractu. Hanc, omnium optimam philosophiam, Alphonsus, Aragonum Rex, dictitare solebat; Quòd mortis meditatione, (cuius terminus, soli Deo notus, nobis semper debet esse suspectus) sentiret (inquiebat idem) effici; vt immundi mundi voluptatibus fallacibus, & vano fastu moderatiùs vteretur, & vitam suam, ad Christianę perfectionis normam, rectiùs componeret, ac moderaretur.

Additum placeat denique, quod Diuus Augustinus ille Hiponensis Antistes, Dùm Romæ Mausolëa, veterumque Imperatorum monimenta oberrans, ad C. Iulij Cæsaris bustũ deuenisset, ibique memoriâ repetere cœpisset Cæsaream illius majestatem, & res ab eo præclarè gestas; & eius, & cæterorum Heröum sortem fatalem deplorans, secúmque subindè conquestus, dixisse referatur. *Vbinam Cæsaris corpus præclarum? vbi magnitudo, & copia diuitiarum? Vbi apparatus delitiarum? Vbi acies militũ? Vbi thronus Regalis?* Quę quidem omnia, & singula, eo fine, procœmium hocce nostrum, adduxerit; vt, cùm Synopsis Andreãna, Franco-Merouingica, adeóque, nostra præiecta Prolegomena, potentissimarũ Monarchiarum tam variã, hinc indè translationem, Regnorum occasum, florentissimorum, præpotentúmq; Regum, Ducũ, &, Heröum interitum, & infelicem plurimùm Virorum illustrium exitum, varijs cõmemorârint

morârint, suis subindè locis; Lectori Philistori pateat euidentiùs præmonito; mortis Imperium, quàm se latè quaquâuersùm extendat; Cùm eius ad nutum, non modò priuati, & obscuri homunciones, sed Orbis ipsissimi Potentissimi Monarchæ contremiscant, lethalique, demùm tumulo, cuncta terrarum hæc ipsa Numina, recondātur; & citò perire necesse sit, quicquid hîc magnum, cùm in homine mortali, tùm & in mundi huius inferioris vniuersè periturâ fabricâ, putatur.

Id quod equidem, clariùs, an distinctiùs exhibui spectandum, vel in illâ priore, & antiquâ *Româ*, à Romulo condita,* Terrarum Deâ, Gentiumque Dominâ: Quæ saně, habita falsò ęterna Vrbs, varijs vti pridem extitit cladibus obruta, atquè itâ miserè diruta, vt à suis, etiam prioribus illis Conditoribus, frustrà sit hodie requirunda, nec in suo, vel etiam solo, primis instans fundamentis, ac priore rerum statu præfulgenti extet reperiunda; Itâ profectò, & Reges, & prisci Cæsares illi Romani, terrarum olim lumina, & Duces inclyti, bellorum fulmina; & eorumdem magnitudo, ac diuitiarum amplitudo; & apparatus delitiarum; Et acies militum, & Thronus Regalis, atque Cæsarianus, frustrà ibidem desideratur. Illi, quùm Imperium gererent Orbis, spes suas, vani, ab Oriente, in Occidentem iactabant; At voluptatibus suis immodicè diditi, Nestoreos dùm annos vaniùs sibi sponderent, parúmque prçuidè, nouissima sua, funestáque *Regnorum* culmina, & incerta purpuræ fallacis omina prospicerent; mors, rerum omnium terribilissimum; Mors, Quæ non miseretur inopiæ, non reueretur diuitias; non Sapientiæ, non moribus,

non

non ætati denique parcit; nisi quòd senibus in ianuis, iuuenibus, in insidijs est; hos Reges Romanos, eorumdéque potentissimos Cęsares; Et cum ijs ipsis, Deus bone! quantas acies, quot Romanorum myriadas? Quot myriadum millia, momento subindè temporis, depasta est; vt eorum omnium data Synopsis historica, densior seges virtutum foret; Quæ perparum tutam esse honorum, & dignitatum prærogatiuam, multorum exemplo, declararet; Et eadem, infelici plurimùm Regum, magnorumque exitu, purpuram, sceptraque doceret contemnenda; Et sanioribus mentibus calcar adderet, non modò ad studia virtutum Politicarum, sed ad pietatem etiam, & Numinis reuerentiam? Quisquis enim, & Prolegomenis nostrorum, & subsequentis indè statim Franco-Merouingicæ Synopseos seriem pensiculatiùs librârit; idem, ex eâ pertacilè accipiet, quemadmodum, *

*Ex Caroli Scribani, Amore Diuino.

Vt bulla labitur, quidquid hic nobile;
Vt flos, sic defluit, quidquid amabile:
Vt vmbra deperit, quidquid optabile: Proïndèque,
Et Nil firmum cogites; nil terris stabile;
Nulli te Pröaui, non parta gloria,
Non opes eximent, forma, scientia,
Non honos, robora, prudens solertia,
Non menti, aut corpori concessa gratia. Malę mortis,
Virtus sed vnica terrores adimet;
Sola te gaudijs æternis inseret,
Hæc vna, gloriam, pœnasque dirimet,
Beabit præmijs, tormentis eximet.

Neque porrò, id certè, nostro pro instituto, satis adhuc dictum esto. Vt enim perfectiùs nôssent, & oculatiùs prospe-

prospectarent illi ipsi Romani, Gentium aliquandiù Domini, alium à suis, (quos innumeros, ex orbe vario, suam in Vrbem superstitiosiorem inuexissent) Deorum Deum, Opt. Max. reuerâ Deorum, & Dominum esse Regum, per quem Reges regnarent, Qui, Vitæ, mortisque claues reconditas habeat penes se; Quique Imperia, quò lubuerit, transferat; Monarchicum Romanorum Imperium, & Ciuili passus est exæstuanti furore pulsari, & exterorum armis, furentiùs, ac fortiùs arietari; nobisque, demùm, illa Diuinę Prouidentiæ, simul, & potentiæ, in Imperijs nationum stabiliendis, ijsque vicissim euertendis, aut aliò transferendis, (Quæ non sit exigua scriptionis historicæ materies) opera, & iudicia arcaniora, ex altiore & attentiore, cùm Prolegomeνῶν, tum & Synopseos subsequentis Andreanę lectione obseruãda reliquit.

Hoc itaque potentissimum, & olim florentissimum Regnum Romanum, Persæ, primi, Vrbis in exitium agitati, audentiùs deijciundum, euertendumque, furenter impulêre; Qui, quidem, & cum Romanis ouanter, & exæquo sese penè semper habuêre. At verò subindè, rerum humanarum vti vices filo tenui pendent, dietimque immutantur; Ità nutante aliorsùm, triumphatique Reipublicæ Romanæ statu vacillante, Romanos illi demùm ferociùs vltrò impetere nequaquam reformidârunt: Quin etiam fines eorum lacessitos armis arctiores denique perstringere, Romanamque potentiam eneruare potentiùs ausi sunt; Quùm, omnis nequitiæ simulachro, fœdo illo portento, & Apostatâ nefando, Iuliano Imperatore cæso, eiusque attrito, ac subiugato exercitu, vires illi suas, atque fortunam, bellico profligatorum Romanorum excidio

 feliciùs

feliciùs adauxêre Itaquè contigit effectum, Romanum vt illud ferreum Regnum, quod cæteras ferè mundi quantumuis Barbaras, & efferatas nationes, suum sub iugum emiserat, Antiqui dierum illius, id est, ęterni, ac Veri Dei, omnipotenti Prouidentiâ, rem itâ demùm constituente, Quem, exteris Gentibus præbuerant Romani, amariore haustu calicem sumendum; vice tandem aliquando versâ, conduplicatum ipsissimi, & amarissimum relatú epotârint, Et cæteris, imò cunctis penè Gentibus, ludibrio patuerint, & miseræ adeò prædæ, vt, Qui olim solâ pro gloriâ pugnare, cumque cæteris insolentiùs decertare videbantur, subindè saluti suæ, vix denique Romani satis consulere possent. Siquidem, Quæcunque Gentes extiterint illæ, Quæ, vel familiam, vel natale solum populosiùs, prolium, domesticorumve, & Indigenarum copiâ nimiâ exonerare, remque suam augere, vel certè inditæ feritatis excutiundæ caussâ, patrio se solo, spontaneène, an coäctè exhibuerint extorres, Romanum illæ Imperium eædem lacessenteis, toto in illud pręcipuè furoris nimbo detonuerunt: eiusdem vastissimo, vt à Corpore parteis sibi singulas, singuli quasdam auellerent subtractas, in quibus certùm quemdam, suo amœniorem, & pinguiorem regnandi locum constituerent, armorum vi petitum, & quo iure, quâúe iniuriâ ereptum: Id quod, tum Synopsis Franco-merouingica, tum & Prolegomena nostrâ, obiter spectandum exhibitura sunt; *Quia* (inquit, cum Daniële, Regnorum Interprete,* Andreäs hic noster Syluius) *potestatem habet Altissimus, in Regno hominum; Et Quę-cumque voluerit, suscitabit Super illud.* Liceat denique bonâ lectoris veniâ, hisce nostris Prolegomenis subiectum inse-

* Danielis ca. 5.

rere

rere Homericum Græcolatinum Oraculum, Quod, de Romano Imperio ſequentibus proximè verſibus Græco-Latinis vaticinatur.

Ἤδη τοῦ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων·
Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Nunc genus inuiſum Priami Saturnius odit;
Sed pius Æneas, Troas dominabitur inter,
Et nati natorum, Et qui naſcentur ab illis.

His duntaxat addam; Quod, Regum, & Cæſarum Romanorum hiſtoria, Cùm creberrimis peritorum omniæuo Scriptorum monimentis ita ſit diſertè tradita, & latiùs celebrata, vt epitome illis noſtrâ perparum opus ſit; ſatis, & abundè fuerit actum, ſi prooemio huic noſtro demùm ſubtexuero Catalogum Regum coniunctìm, & Cæſarum nomenclatorem Chronologicum, pauciores que ab ijs, & ſub ijs res geſtas contexuero, priùſquàm ad Regnum, Perſarumque Regum ſeriem hiſtoricam compendio deſcribendam animum appellam. Hic igitur Prooemij Prolegomενῶν noſtrorum exhibiti finis eſto.

Prooemij Prolegomeνῶν Calopedianorum Finis.

CATALOGVS REGVM, ET CÆSARVM ROMANORVM, IN HVNC VSQVE ANNVM.

Anni, quibus regnarunt.

POSTEA verò quàm, aliquot, Proœmio nostro, Reges dedimus, seu Regulos, Illustresque belli Duces; qui sedem Regiam in Italico, proximè Vrbem Romam, exindè conditam, agro, tenuisse feruntur,

Itala cum tellus Græcia maior erat * Amuliumque, Numitoris, natu minorem fratrem, Et Regni, fraude, nequam inuasorem, ab Arce Regiâ, iure merito deturbatum vidimus; conspeximus etiam, primâ iuuentę face Romulum, Aprili Mense, Vrbis Romæ Conditorem, Et duodecim vulturum, assuetarum prædæ auium, augurio, Regii nominis Victorem.

* Ex Ouidio Fastor. 4

Anni ante Christum Mundi Redemptorem natum.

Numerus Regum Romanorum.

Anno igitur ante Christum Seruatorem natum 1571. Regnum suum legitur ille Romanorum auspicatus.

1571. 1 Primus Rex Romulus, Remi frater, vno Rhęę partu, geminus editus. Isque, multis clarus bellis, regnauit annos 37.

2. Numa Pompilius extitit secundus: Qui & Religiosior, Et nactam Romam adornauit, EtRe-

Et Regnum tenuit annis 41.

3. Tertius, Tullus Hostilius, regnauit annis 32.

4. Quartus, Ancus Martius, regnauit annis 23.

Aut etiam (*vt mauult Ioannes Carion*) annos 24.

5. Quintus, Tarquinius, regnauit annis 35.

6. Sextus, Seruius Tullius, regnauit annos 34.

7. Septimus, Et postremus, Tarquinius Superbus, ob Tyrannidem expulsus, regnauit annis. 35.

annos, ut priores hi diuerso calculatione.

Hic porrò Catalogus Regum, quos Roma, Septem duntaxat ferre quiuit, vti, *Ex Ioannis Carionis*, ab orbe condito, ad annum 1560. *editis Chronicis, & studiosè expurgatis; Exq; Breuiario historico, seu breuioribus, & accuratioribus Chronicis Achillis P. Gaßari, Antuuerpiæ, Anno Domini* M.D.XXXIV. *Typis Ioannis Graphæi excusis*, præsertim excerptus est; Ità, Et qui nunc statim subsequitur desumtus Ordo, penèque nuda series Cæsarum Romanorum, habetur ab ijsdem præcipuè, per congruos suos Annorum, Mensium, & quibus imperârunt, dierum etiam, singulis suis designatis cellulis adiectos numeros, quoäd eius commodè fieri quiuit, ritè distributos.

CA-

CATALOGVS CÆSARVM ROMANORVM.

Annus ante Christum Redemptorem natum. | *Numerus Imperatorum Romanorum.*

ANNO Vrbis conditæ, DCC. XXII. Ab exactis verò Regibus, mos (inquit) *Sextus Aurelius Victor, penès me, M. S.* est Romæ repetitus, vni prorsùs parendi pro *R*ege Imperatori, vel Sanctiori Nomine, Augusto appellato.

* Ex S. A Victore cccc. LXXX.

Complureis tamen Classici Autores nos non deficiunt, Qui Cęsarum Romanorum Seriem, à Caio Iulio Cæsare exordiantur; velintque hunc eumdem, oppressâ Repub. Romanũ Imperium singulare, omnium primum esse adeptum; Et singulis annis Imperij sui singularis, ordinarium Consulem perstitisse, perpetuumq; Dictatorem: Ac, demùm, anno ab orbe cõdito, 3960. Ab Vrbe conditâ, 709. Consulem Dolabellam substituisse; moxq; occisum fuisse, Anno Mundi præfato 3960.

			Imperij Anni.	Imperij Menses.	Imperij Dies.
*46.	I.	Primus igitur Romanorum Imperator, à *Ioánne Carione, Et Achille P. Gassaro* (cæteros vt taceam Scriptores historicos) constituitur Caius Iulius Cęsar, Anno antè Christum Redemptorem Mundi * traditurque ab ijsdem, imperâsse annos	4. &	7.	

Anno verò cædis C. I. Cæsaris, peractæ Idibus Martij, Decimum nonum egisse dicitur eius nepos, Octauianus Augustus, in quo Romanum

manum Imperium exorditur *Sex. Aurel. Victor, Sub Theodosio Seniore, Vir Consularis; Et Cornelio Tacito Intimus.*

Ex Dione autem, Sigonio, *In fastis; ad Annum V. C. 722. & 726.* perdiſcimus, Quarto nonas Septembris, ad Actium Epiri promontorium, pugnâ nauali feliciter peractâ, ſuperatiſquè Antonio, & Cleopatrâ, vniuerſum demùm Imperium Romanum in Octauianum Auguſtum recidiſſe. Stetit verò Imperium Romanum, multis annis, varijs ſub Imperatoribus, vſque ad annum, à Chriſti, Meſſiæ veri natalibus Sacroſanctis, ſeptuageſimum ſeptimum, ſuprà quadringenteſimum: Tùmque, in Auguſtulo, tertio Zenonis anno, collapſum illud Imperium Occidentis refertur.

Cæterùm, vt miſſum faciam Sigonium, *In faſtis, & Annis V. C. 716. 722. 726. Et Scaligerum, lib. 5. cap.* DE INITIO AVGVSTI, Natalem facio Auguſto, Septembrem, cum alijs perdoctis Scriptoribus, ſinè diſcrimine; legendumque ei ſuadeo *Dionem*, Qui prætereà, de progreſſu, & Imperio Auguſti, plura optârit nôſſe. Hoc tantùm, impræſentiarum addiderim; mortuum deniquè Octauianum Auguſtum, Nolæ, ſeu (vt alij ſcribunt) Liuiæ dolo extinctum, ætatis anno 77. multis, honoribuſque nouis, Decreto, S. P. Q. R. decoratum fuiſſe.

Præ-

Præter idenim, Quod anteà PATREM PATRIÆ, dixerat Templa, tam Romę, quàm per vrbes celeberrimas, ei consecrauit, cunctis vulgò, iactantibus; *Vtinam, aut non nasceretur; aut non moreretur.* Alterum pessimi incœpti; exitus pręclari fuit alterum. Nam, & in adipiscendo principatu, oppressor libertatis est habitus; Et in gerendo, Ciues sic amauit, vt viso quondam in horreis, tridui frumento, mori veneno statuisset, si, è Prouincijs non fuissent classeis appulsæ. At verò, intereà aduectis, Salus Patriæ, felicitati eius est attributa. Nequè profectò vnquàm Octauianus, aut, ad se potentiam Reipub. Romanæ traxisset; aut, multis adeò annis eâ potitus fuisset, nisi permagnis idem naturę, studiorum bonorum gratijs abundâsset.

Plutarchus, lib. De Romanorum Fortunâ;

Octauius (inquiebat) Cęsaris Filius, nomen Augusti habuit primus. Is, Cùm quartum, & quinquagesimũ ageret annum, precatus à Dijs est, Scipionis fortitudinem, beneuolentiam Pompeij; Cæsaris fortunam, rerum omnium maximarum victricem. Ausonij Tetrasticho deniquè, omnia claudam.

Vltor, successorquè dehinc Octauius, Idem
Cæsar; & Augustus nomine nobilior;
Longæua, & nunquam dubijs violata potestas,
In terris positum credidit esse Deum.

Et verò, cùm Auunculum maiorem, Iulium Cæsa-

Cęſarem Octauianus Cæſar Auguſtus proximè imitatus, annum etiam reformârit; ab inſtituto noſtro non videtur futurum prorſus alienum, ſi, De Anni varia ratione, diuerſas apud nationes, Caput diſtinctum ab hoc ſtatim Cęſarum Romanorum Catalogo Chronographico ſubſequens adiecero.

Iam verò, id tantum; Octauiani Auguſti tempore Vrbi annua ex Ægypto, tanquam ex horreo Populi Romani, ducenties centena millia frumenti fuiſſe illata. Idem etiam, Cantabros (à quibus maternum Genus Diua noſtra Patrona Rictrudis Toloſona, per Luciam ſortita eſt) Aquitanos, Rethos, Vindelicos, Dalmatas, Populi Romani prouinciarum numero, triumphanter adiunxit. Süeuos, & Cattos rebellanteis, acie potior, deleuit; Et Sicambros, in citeriorem Galliam imperauit transferendos, ſtipendiariorum numero, Pannonijs ferocibus adiectis: Getarum populos, bellis natos, ſeu, vt quidam malunt, Gothos Septentrionaleis, Imperij finibus infeſtiſſimos, ad concordiam compulſos curauit. Ab his, Sanctiſſima Dux noſtra Rictrudis, atauis tandem edita Regibus, Genus ſuũ Regium, & Paternum, per Illuſtriſſimum Toloſinorum, ſeu Toloſatum Dynaſtam, Ernoldvm, ſeu Arnaldvm, Arnoldvmve, vt vulgo nunc loquimur, cognomento, Nobilem, alterâ Parente Lvcia, è Cantabris Heröibus

oriundâ, Sanguine longo, & per-Illustri recenset.

Octauiano quoque Cæsari semper Augusto, certos obsides, Persę nobiles obtulêre; creändique Persarum Regis liberrimum arbitrium permisêre. Legatos ad hęc, Scythas, Indos, Garamantas, Aethiopes, amplissimis cum muneribus ad eumdem Augustum misisse, ex historijs varijs constat, Qui Gēti nulli bellum vnquam indixit, nisi, iustissimam ob caussam, inferendum censeretur; hoc præclaro solitus gloriari dicto; *Et leuissimi, Et Ingenij esse iactantioris, per incertissimos semper euentus certaminum, suorum securitatem, & fortunas, ob infructuosa aliquot folia Laurëæ Coronæ, ambitiosiorem-que triumphandi ardorem, in dubium præcipitare discrimen; Nihilq; minùs, quàm probrosam temeritatem, congruere bono Imperatori;* Et *satis sanè semper fieri celeriter, commodè, ac circumspectè quicquid gereretur. Arma porrò nequaquam vsquam mouenda, maioris nisi emolumenti gratiâ; ne fortè, (quod vsu secùs agentibus persæpè euenit) tenui compendio, at iacturâ graui, appetita victoria, piscantibus aureo hamo persimilis foret, cuius, & à pisce maiori abrupti, abrepti, & amissi, nullo postea capturæ lucro, possit detrimentum resarciri, & satis pensari.* Leges, idem benè Doctus Imperator, aut nouas, aut vetustiores protulit correctiores. In amicitijs recipiundis, rarus quidem ille; at, in retinendis, constantissimus extitit, ad *A*ras vsquè.

Roma-

42. 2. *R*omanorum denique Imperator Secundus, Octauianus Augustus, regnauit annos 56. 6.

SVCCESSERE ANNIS POST CHRISTVM DOMINVM NATVM.

Anni à Christo nato. | Numer. Imperatorum. | Impe- Anni. | rio Menses. | Impe- Dies.

15. 3. CLAVDIVS Tiberius Nero Cęsar, Tiberij Neronis, & Liuiæ filius; Cæsaris Octauiani Priuignus, à quibusdam, eleganti scommate dictus, Caldius Biberius Mero. Hic, sub Iulio Cęsare, bello Alexandrino, Quæstor; Et in Triumuiratu *A*ntonij *A*ugusti, atque Lepidi, Prętor; post septuagesimum octauum ætatis annum, & mensem quartum, Caligulæ insidijs, Imperium affectantis, extinctus est: Imperauitque annos 23.
vel, (vt mauult. *S. Aurel. Victor*) annos 24.

38. 4. Caïus Cæsar, Germanici filius, Caligula cognominatus, à Calceamento militari, Quod is in exercitu natus esset: A militibus confossus interijt, posteàquàm imperâsset annos 3. 10. 8.

42. 5. Claudius Tiberius, Drusi, fratris Tiberij filius, Caligulæ Patruus extitit. Hic annos 64. natus, à Coniuge Agrippinâ, hausto veneno extinctus refertur; imperâsseque annos 13. 8. 20.

56. 6. Domitius Nero, Patre Domitio Aenobarbo genitus, Matre Agrippinâ, Imperij iura suscepit. Hic excellentis nequitiæ Nero, Quùm, ob insignem, & salacissimam turpitu-

 dinem

dinem suam,(Quippe, Qui etiam matrem, & stupro nefandè fœdâsset, & postremâ nequitiâ trucidâsset) à Sententia Senatus accepisset constitutum esse, vt more Maiorum recepto, in furcam collo coniecto, virgis ad necem cæderetur, nocte mediâ, Vrbem egressus, semet ictu gladij transegit, impuro Spadone Spoto manum trepidantem adiuuante. Ita-que exclamans; *Siccine, Nec Amicum, nec habeo Inimicum? Dedecorosè vixi; turpiùs peream*: Misertimè periit, ætatis anno 32. Roma, quàm eius exultârit interitu, stupendum! Et Plebecula enim ipsa, contecta Pileis manumissionum, sæuissimo se Domino exemtam est triumphanter, propalamque protestata. Scriptorem historicum, ab Origine Mundi, penès me, sub obedientia benedictinâ habeo Innominatum, & consignatum, Qui, vt ab Orbis Conditu, res gestas compendiosè describit, Ita, De Nerone, hic Lemouicensis, (vt videtur) Monachus, suo nomine perdignus, in hunc modum, & verba scripsit.

Nero, Cum cæteris Viris insignibus, vxòrem suam interfecit. Hic etiam primus, post omnia scelera, persecutionem in Christianos facit; Apertum enim hostem Diuinitatis, pietatisque professus est: I*psorum quippe Apostolorum, priùs, Qui Duces, & signiferi erant in populo* Dei*, inuenit neces: Et Paulum quidem capite, in ipsa Roma, Petrum verò Crucis, patibulo*

Anni à Christo nato.	Numerus Imperatorum.		Anni.	Menses.	Dies.
		bulo condemnat, XIIII. *Imperij sui anno, Qui vnâ die post Christi mortem alacriter sustinuerunt; Quorum primus, in viâ quæ ducit ad Vaticanum, alter verò, in viâ Ostiensi, sepulti sunt.*			
		Anno Domini LXXI. *Linus Papa, post Petrum*, XI. *annis rexit Romanam Ecclesiam. Nero, Cùm à Senatu quæreretur ad pœnam, è Palatio fugiens ad quartum Vrbis milliarum, in Suburbano Libertini sui interficitur, anno ætatis suæ* XXXII *In quo, omnis Augusti familia consumpta est.* Hactenus Lemouicensis Hic noster Anonymus Chronologus ineditus de Nerone, Quem *Sextus Aurel. Victor* vult tantùm imperâsse annos	13.		
		Ioannes verò *Carion*, annum addit; *Achilles P. Gaßarus* ad calculum huius Chronologi inediti, scribit imperâsse annos	14.	7.	8.
70.	7.	Sergius Galba, Sergiorum genere illustri est progenitus. Militem seuerissimè ita tractauit, vt cùm in Castra ingrederetur, statim vulgaretur? *Disce militare miles! Galba est, non Getulicus*. Is cùm attingeret annum 73. loricâ tectus, legiones accensas nequicquàm lenire contendens, ad lacum Curtium cæsus interijt, Imperauit menses		7. &	7.
71.	8.	Saluius Otho, siuè Ottho, ex Oppido Ferentino, Maioribus splendidis ortus, omni vitâ, maximè adolescentiâ turpis, & fallax, secundò victus à Vitellio, semet gladio transfixit, cùm ageret ætatis annum 37.			

Militi suo fuit adeò charus, vt pleriq; ex eius exercitu, suis ipsissimis manibus interierint, viso eius corpore transfixo. Imperauit toto trimestri, *Sextus* tamen *Aurel. Victor* tradit imperâsse quadrimestre. 4.

71. 9. Vitellius, Patre *Lucio* Vitellio tertiùm Cōsule, nobilique familiâ exortus, mente crudelis, & cùm profusione auarus, cunctisque penè vitijs turpissimus, à Vespasiano, sub muris Romanæ Vrbis victus est: Et, quo se abdiderat Palatio, vinctis à tergo manibus productus, ad vulgi spectaculum est circumductus, Et nè iam annos natus 57. malorum quæ gesserat rubore, hisce saltim in extremis suffusus, faciem imo demitteret, seminudus, gladio in mentum subiecto, plebeculâ, vultum eius, cœno, fimo, & ceteris purgamentis turpibus incessente, per Scalas Gemonias est pertractus, vbi permiserat germanum Vespasiani fratrem Sabinum, insontem, nequiter necari: Demùmque ibidem per multis perijt ictibus miserè confossus. Achil. P. Gassarus, eius fœdissimo Imperio consignat septimestre; Ioannes verò Carion, Menses 8.

Posteriores hosce tres Cæsares, noster anonymus, & inexcusus Chronologus, in hunc modum attingit paucioribus. *Galbâ, in Yberiâ, Vitellius, in Germania; Ottho, Romæ, Imperium arripuerunt. Sed Galba, vij. mense Imperij, in medio Romanæ Vrbis, capite trincatur. Otto verò, iij. mense Impe-*

Anni à Christo nato.	Numerus Imperatorum Rom.		Anni.	Menses.	Impe. Dies.

Imperij sui, propriâ manu occubuit; Vitellius autem, à Vespasiani Ducibus, in flumen Tiberis proiectus est. Tumque prosequitur idem Chronologus manu exaratus pertingens ad annum M. CC. LXVIII.

Anno (inquiens) Domini, LXXI.

72. 10. *Vaspasianus, auditâ morte Neronis, hortatu militum, Imperator factus, imperat annis* 9.

Is, multis Iudæorum Oppidis captis, ipsisque Iudæis, duobus prælijs, ad muros Ciuitatis compulsis; reliquit Titum filium suum, ad procurationem obsidionis Ierosolymorum; Romamq́ʒ, per Alexandriam venit. Porrò Titus, anno II. Imperij Patris sui, Ierosolymam capit; captamq́; subuertit, & Templum penitus dirimit, fortè reponendum mendoso loco, diruit: DC. *millia virorum interfecit.*

Iosephus verò scribit, vndecies centena millia, fame, & gladio perijsse; Et alia centena millia Captiuorum publicè venundata. XXX. *vno denario distracta. Quidam autem iuuenes, Quos decus corporis, & proceritas commendabat, ad triumphum seruati sunt. Reliqui, Qui suprà* XVII. *annos agebant, vincti sunt, & ad opera Ægypti, per metalla destinati, vel, per cæteras prouincias dispersi; Alij verò, ludis gladiatorum, alij, bestijs interempti sunt. Cur autem multitudo tanta Ierosolymis reperiretur, Causam azymorum fuisse refert; ob quam, ex omni Iudæorum gente, ad Templum confluẽtes, In vrbe, quasi in Carcere sũt reclusi. Oportuit enim in ijs diebus Paschæ, eos interfici, in quibus ipsi Saluatorem interfecerunt. Vaspasianus itaque, &* Titus,

Titus, magnificum, & memorabilem triumphum deinde agentes, ingreßi sunt Romam.

Prædictus verò Iosephus, nobilis, & peritus in lege, à Vaspasiano captus, Romam ducitur. Ibi XX. *libros Antiquitatis scripsit; Et destructionem Ihrlm̃, Et Vaspsiano etiam, mortem Neronis, Et eius Imperium prædixit.*

Colligitur etiam tempus, in secundo anno Vespasiani: Et nouißimã Ierosolymorum ædificationẽ euenisse, anno, ab exordio euãgelicæ prædicationis XLII. *A Captiuitate autem, quam ab Antïocho perpeßi sunt. an* CC. & XXXVIII. *Porrò, à Darij* II. *Anno, sub quo Templum reædificatum est; an.* D.XXX. *A primâ autem Templi ædificatione, sub Salomone, vsque ad nouißimam eius ruinam, Quæ sub Vespasiano facta est, Ann.* CIↃ, CII. *Vespasianus, anno vitæ suæ* LXVIII. *moritur.* Hactenus ibi sic legitur. Porrò verò, eluxit (cæteras vt virtutes Vespasiani prætercam) illud in eo sanè singulare, ac tanto Principe perdignum, Inimicitias obliuisci; vt etiam Hostis Vitellij filiam, (quam, non decebat, iniquitatem ferre Patris) Illustri Viro locupletiùs, & liberaliùs dotatam, & ditatam, nuptum dederit. Amicorum motus patienter ferre; Contumelijs, vt erat facœtus) iocularibus dictis respondere. Monitus, caueret vt à Metio Pomposiano, quod sermo percrebuisset, regnaturum; Consulem creäuit, Cauillo inquiens, Tanti beneficij quandoq́uè memor erit. Imperatoris boni studium, plura expe-

ctat;

ctat; Sed iusta Synopsis id vetat. Hoc tantùm eius ad Laudes addidisse liceat; Quod post annos, â morte Augusti sex,& quinquaginta, sæuitiâ Tyrannorum exanguis Respublica Romana, Vespasianum consecuta quodam est quasi fato, penitùs nè corrueret. Is,(vt sentiunt, Cuspimanus, Victor, Gassarus, & alij historici scriptores recentiores) annum vitæ, absquè vno, cùm septuagesimum attigisset, æger intellexit, Sidus apparuisse crinitum; Vtque, sinè vllâ scurrilitate, leporum disertus Pater erat, etiam interseria, sale, atque facetijs fluens; Sidus Crinitum istud, ad Persarum pertinere Regē, cui præ se capillus effusior esset, vrbanè respondisse fertur: Tumque, fessus graui ventris, & molestiore ingluuie, venustè; ac vrbanè adsurgens, & quasi valedicens. *Stantem (inquijt) Imperatorem excedere terris decet*; Fatoque functus est, cùm imperâsset, vti tradunt Superiores Scriptores historici recentiores, annis 10.

82. 11. Titus, Parentis sui etiam nomine, Vespasianus nuncupatus, Domicillâ libertâ, Parente alterâ genitus, à puero, probitatis, Litterarum, & militię studijs præclaris, animique muneribus, quónam contenderet, satis indicauit. Summam rerum nactus, adeò se gratum omnibus prudenter gessit, vt, *Delitiæ, amorque generis humani* appellaretur. Clemens, Qualis vix vllus vnquam fuit. Magnificę prætereà li-

beralitatis; vt, quâdam die, veſperj, nihil eo ſe cuiquam præſtitiſſe recordans, Cœleſti dicto, *Amici!* (exclamârit) diem hodiernum perdidi. *Clemens* (inquiunt Chronica manu-ſcripta galli noſtri hactenus vt videtur, inexcuſa) *ij. Imperij eius anno, Papa præſidet annis* I X. *Titus, in eadem Villa, quâ Pater, apud Sabinos obijt*, Febre correptus; omniumque tanto luctu, vt Vrbs tota, terrarum Orbem, perpetuo Cuſtode orbatum palam clamitaret. *In hora mortis, Cum lectica veheretur, ſuſpexiſſe dicitur Coelum; multumque conqueſtus eripi ſibi vitam, nec eſſe vllum factum ſuum, quod ſibi pœnitendum eſſet, excepto vno. Id, Quale fuerit, nec ipſe tunc prodidit; nec cuiquam notum fuit. Vixit annis* 41. Imperauit annis 2. 2. 20.

(71. 9. — 4.)

84. 12. Domitianus, Titi germanus frater, Cattis, & Germanis profligatis, atrox cędibus, ſupplicia bonorũ agere cœpit, Seſeq; DOMINVM ac DEVM, imitatus Caligulam, cöegit dici. *Iſte,* (inquit Gallus noſter Chronologus Anonymus M. S.) *mirificum ædificauit Templum, Quod Pantheon vocabatur: Sed nunc, in honorem Sanctæ Dei Genitricis, Sanctorumque omnium conſecratum eſſe dignoſcitur: Huius anno.* X I. *Anno* DOMINI XCX. *Cletus. PP. gloriam Martyrij eſt adeptus, & Clementem habuit Succeſſorem, Qui tertius, à Beato Petro, annis* X I. *Romanam rexit Eccleſiã, Is, multos Doctores Eccleſiæ, Chriſti Legis Procuratores, ad diuerſas regiones trãſmittit; inter quos, Beatus Fotinus Lugdunũ miſſus eſt: Saturninus, Tholoſam; Aſtremonius, &*

Ma-

72. 10.

Marius, in Aluerniã; Xanctonas, Euthropius, & alius Euthropius Auicificã vel Aurasiacã. 1. Oranges; Et Turones, Gratianus. Ex ijs, Et Magnus Dionysius, Gallicanã Prouinciam, Et Vrbis egregiæ Parisiorum, cum Rustico Presbytero, & Eleutherio Archidiacono, fines aggreßus est; Vbi, post multos agones, & labores fidei, pro Christi nomine, mortem tandem, vna cum socijs suis, Capitis decisione suscipere meruit. Hactenus Chronicon illud, ab orbis conditu, M. S. Lemouicis cuiusdam. Ex occasione verò natâ, hæc obiter De Magno Dionysio, Areopagitâ nimirũ, subijciunda duxi, Quòd, De ipso, habeam mutuata scitu digna quædam, operâ, & officiosiore studio. DN. Andreæ Quercetani Turonensis, Viri, splendore virtutis, ac eruditionis omnifariæ insignis, *Testimonia De Sancto Dionysio Areopagita.*

Hic florebat an. 1000.

ORDERICVS VITALIS, MONACHVS SANCTI EBRVLFI (VVLGO S. EVROVL) IN NORMANNIA, LIB. VI. HISTORIAE ECCLESIASTICAE.

Capite, De Beato Taurino Ebroicensi Episcopo primo.

EO tempore, *fides Christi; Euanticorum, id est, Ebroäs vrbem, Super Honam fluuium sitũ præsidebat, & salubriter illuminabat. Nam, illuc, Beatus Taurinus, à Dionysio Machario directus fuerat,*

rat, Et à Deo confortatus, multa miracula fecerat. Deus enim, cum eo erat semper, & omnia opera eius gloriosè dirigebat, pro quo, Dura, & aspera huius seculi æquanimiter perferebat, Romanum Tarquinium, Patrem suum, Euticiamque Matrem pijssimam Christi Cultricem, cum alijs amicis, & Cognatis, Romæ reliquerat; Et iussu CLEMENTIS PAPÆ, cum Dionysio Ionico, Gallias tenellus penetrârat.

DVDO, SANCTI QVINTINI CANONICVS POSTEAQVE NOVIOMENSIS DECANVS, LIBRO I. HISTORIÆ NORMANNICAE.

Hic clarebat an. Domini 1000.

ANno, à Domini nostri Iesu Christi incarnatione DCCCC.XII, Franco, Archiepiscopus, (scilicet Rothomagẽsis) Catholicâ fide Sacrosanctæ Trinitatis imbutum Rollonem baptizauit: Duxque Francorum Rotbertus, De Fonte salutari eum suscepit, & nomen suum ei imposuit. Rotbertus autem, qui, & Rollo, Comites suos, & milites, omnemque manum exercitus sui baptizari fecit, atque Christianæ Religionis fide per prædicationes, instrui, Hinc, conuocato Francone Episcopo; in Confinio suæ potestatis, Quis Sanctus potentior meritis haberetur, sciscitatur. Tunc Franco: Sanctus DIONYSIVS, natione Græcus, per Sanctum Paulum ad fidem Catholicam conuersus, posteà à Beato Clemẽte, Petri Apostoli Successore, Franciæ, ad prædicandũ transmissus, multa flagella Paganorum perpessus, diuq; verberatus; Ad vltimum, pro amore Dei, hebetatis

betatis securibus, Capite plexus. Tunc, Rotbertus, BRVNEVAL, *Cum omnibus Appenditijs, Sancto* DIONYSIO *dedit.* Hactenus, illi nequaquam contemnendi scriptores; Quibus cōformiter, De Sanctissimo Gallorum Apostolo tradidere. *Methodius, Michael Syngelus, Metaphrastes, Hilduinus, & Io. Baptis. Mantuanus,* hosce nobis versus sumministrans.

Gallorum sublime decus, rarißima Gentis
Gloria Cecropiæ, toto Dionysius Orbe
Altior, è magnis Superùm Primatibus vnus,
Cecropides Dionysius, &c.

Accinit *Georgius De Braum, in suâ Polygraphiâ,* hunc ipsum in modum. *Sanctus Dionysius, D. Pauli Discipulus, primus, Parisienses Christianâ doctrinâ imbuit; Quos, non modò sermone, sed & sanguinis effusione, fortissimè confirmauit.* Et: *Irrigata Innocentißimi Viri sanguine Ciuitas, iucundissimos fidei fructus cœpit proferre; &c.*

Auget huius rei fidem, quod à nuperis quibusdam prętereà scriptum Authoribus grauibus legimus. Nuper enim, Domnus Iacobus du Breul, Parisinus, In Abbatiâ Sancti Germani Pratensis Asceta, librum edidit, Cui Titulus est, *Theätrū Antiquitatum Lutetiæ Parisiorū,* In quo, extat Catalogus eiusdem Vrbis Antistitum, Cum breui Elogio rerum ab ijs gestarum; Ex quo palam fit, & pressiùs legitur scriptum.

Primus Antistes Parisiorum extitisse refertur S.

DIONYSIVS AREOPAGITA, *Qui, ab Apostolo Paulo instructus, primò, Athenis, ab eodem Apostolo est ordinatus. At ibi stabilita Religione Christianâ, à Beâto Clemente* 4. *Romano Pontifice, in Gallias missus ad prædicandum Euangelium Dei, & fidem Orthodoxam promulgandam, primò, Meldensem Vrbem, VVlgò Meaux, appulit; ibíque Christianæ religionis iactis fundamentis Lutetiam peruenit, tunc Oppidulum, in medio Sequanæ fluminis extructum, (Quod ab vtrâque ripâ, in tantum excreuit, vt cum maxima Europæ Vrbe, de amplitudine, & structura superba, audeat certare,) In qua S.* DIONYSIVS, *Gallorum Apostolus nuncupatus, verbum Dei prædicauit Populis à fide Christi* DOMINI *alienis. At, postquàm aliquot & per annos sanctum opus fideliter, & audenter est executus, nonagesimum annum agens, comprehensus, Et cum eo Sanctus Presbyter Eleutherius, & Rusticus Diaconus, gladio, & securi, martyrium compleuerunt* 7. *Idus Octobris, Anno* Domini, 120. *Euaristi Papæ* 9. *Adriani Imperatoris*, 4. Baronius *in Annalibus lib.* 34. 52. *Et*, 120. *An verò* DIONYSIVS, *hic, Areopagita sit; ampliùs disquirunt*, VR. CC. *Nicolaus Faber, Ludouici* XIII. *Franco. & Nauarræ Regis Consiliarius, & Præceptor, In Opusculis nuper editis; Antonius Loiselius, in Senatu Patronus, In Commentarijs Belloacensibus; Ioannes Sauaron Claromontensis Proprætor, In Originibus Claromontijs; Et, Andreas Quercetanus, In Notis, ad Bibliothecam Cluniacensem.*

De eâdem hâc re Sacrâ, & feriâ, luculentam scripsit, & in lucem produxit Apologiam

giam, *Pater Ioannes Goulu*, Wlgò, *De S.* François *dictus, Ordinis Feliacensis Religiosus*. Edidit & R. P. *Petrus Lansfellius Belga, è Societate Iesu, Presbyter*, (quocum mihi vetus, & arcta intercedit necessitudo, suam perelegantem, & sanè perdoctam, disputationem Apologeticam, typis nuper excusam Lutetiæ Parisiorum, cùm ego ibidem agerem; Quâ certè, pro sanctissimo DIONYSIO megadidactalo, Machario, & Areöpagitâ dicto, litigeris Gallijs disertè, fortiterque asserendo, Vir, profectò, Latinè, Græcè, Hebräiceque Doctissimus, contendit. Cuius Viri, vt verè probi, sic & vndequaque Doctissimi, argumentis, possunt, & superiora iam à nobis producta, & quæ sequuntur, aptè, (vt videtur) adiungi.

Sanctus Massus, 3. Parisiorum Antistes, scripsit martyria SS. DionysI, Rustici, & EleutherI, vti *Demochares, lib.* 2. *De Sacrificio Missæ, Cap.* 18, *refert*: Sed desideratur. Visitur, & honoratur, Lutetiæ Parisiorum haud procul ab Ecclesiâ Deiparę Virginis, Archiepiscopali, Aedes Sacra, Sancti DionysI *de Carcere*, Wlgo, Dicta, *S. Denys de la Chartre*, è cuius cryptâ, & Diui DionysI Areöpagitę, (vt est constans fama) Carceribus, (vti etiam Vocabulum antiquum, Chartre, indicat) iam Sacello Sacro, Quæ statim subijciuntur, ipse syncerâ fide, ad perennandam Sanctissimi Martyris, eiusque Sociorum Rustici, & Eleutherij,

rij, perdignam memoriam, Deique Gloriam augendam, (Qui vult in Sanctis suis laudari,) religiosiùs, ex Tabellâ, ad Aram Sancti Dionysi Areopagitæ, è regione Collaris lapidis eiusdem, vt fertur, & piè creditur, appensâ, meâ ipsius manu, testis oculatus excerpsi.

ANNO, A NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI *nonagesimo sexto; A Passione autem Sexagessimo quarto, vti posteritatem monet Ioãnnes Docens, Cœnobita Sancto-Dionysianus.*

Dum Sacrum mysterium, Sanctus Dionysius celebraret in hoc Carcere, apparuit ei Dominus Iesus Christus, cum multitudine Angelorum; Dansque illi sancta, Dixit. Accipe hoc, Chare meus! Quod mox complebo tibi cum Patre meo: Mecum enim est maxima merces tua; & his, qui audierint te, Salus in Regno meo. Nunc facies fortiter; Et memoria tua erit, in laude. Ac semper, pro quibuscumque petieris, impetrabis: Ad hanc vocem IESV CHRISTI, *Beati Martyres, Dionysius, Rusticus, & Eleutherius, in agoniâ roborati, post nimia tormenta, gloriosum martyrium compleuerunt.*

ANTIPHONA.

SAncte Dionysi, Gallorum Apostole! Qui pro fide Christi, à ternis militum quaternionibus, cum Socijs tuis, Rustico, & Eleutherio flagellatus es: Indè super lectum ferreum flammis superpositus, posteà bestijs ferocissimus deuorandus expositus, quas signo Crucis, mansuetissimas reddidisti, Quo etiam armatus,

tus, Clibani incendia extinxisti; Denique, in Crucem sublatus, tandem, cùm beatis Socijs decollari iussus, stupendo miraculo, Caput pretiosum deportasti; nunc, Te Pretiose martyr Christi! Cum beatissimis Socijs tuis, oro, vt fidem, quam primus in hac Ciuitate docuisti, tuis precibus, ab omni contagione Hæreticorum illæsam conserues; Plebem omnem, ita amore Christi illustres, vt bona fides, nullis malis operibus destruatur: Et salutem, quam in hoc Carcere, apparens tibi ipse IESVS, *Qui audierint te, promisit, te petente, assequi valeamus. Amen.*

HYMNVS DE DIVO DIONYSIO AREOPAGITA, ET DVOBVS SOCIIS eius, simul Martyribus.

Dionysij Martyris,
Et Sociorum præmia,
Cum Clero cantat celebri
Conuentus in Ecclesia,
Ad Gallos missi Principes,
Cœlestis lumen gloriæ,
Per gradus Arisi, Præsides
Spargebant tres Lutetiæ;
Nec furor, nec immanitas,
Tam grandis timet Populi,
In Crucifixum Charitas,
Tormenta vincit seculi.
Ab Idolorum reuocant
Cultu corda Gentilium,

Annì à Christo nato. | *Numerus Imperatorum.*

Arasque Iouis dißipant,
Prosternunt & Mercurium.
Sed nè tota iam crederet
Gallia Dionysio,
Et Clementis se subderet
Romani Pontificio;
Tyranni diram rabiem
Liuor accendit impij,
Demùm auget sæuitiam
Præfecti tum Fescennij.
Sæuit per ignem, per cruces,
Et per leonum furias,
Per furni flammas agiles;
Sed frustrà tot iniurias.
Hinc furor, hinc beneuoli
Truncatur Caput Martyris,
Galliarum Apostoli,
Duobus simul Socijs.
Duo cantârunt Seraphim,
Tunc; In excelsis Gloria,
Et Alleluya, Cherubim;
Dum Caput gestant brachia.
Illos ter Sancta Trinitas,
Coronis ornat gloriæ:
Post Cruces, & angustias,
Triumphum dat victoria.
Fusa plebs in funere,
Paßim subit Martyrium,
Per vicos cœpit fluere
Sanguis cæsorum corporum,

Inuicta

Anni. | *Menses.* | *Imp. Dies.*

Inuicta fides Martyrum,
Per innocentem sanguinem,
Tyrannum vincit perfidum,
Prosternit mundi Principem.
Te Summa Deus Trinitas!
Tres nunc Gallorum Ordines,
Precamur, semper foueas,
Hos per tres Arisi Martyres.
Fidem professos aspice,
Forti Redemptor brachio,
Diönysio Auspice,
Da frui Cœli gaudio.
Amen.

Eadem Tabella, legendos sequenteis gallicos versus præsentat.

France! Dieu t'a voulu pour Apôtre donner,
Celuy qui souffre aagé de 109. ans, plain Martyre,
Rostir, Crucifiër, aux lyöns remplis d'Ire
Exposer, mettre au four, sa teste tronçonner,
France! Dieu t'a voulu pour Apôtre donner,
Celuy, Qu'en prison Iesvs-Christ *communie.*
Celuy, qui son Chef porte, és bras lieuë & demyë,
Le sainct Tẽple duquel, Iesvs-Christ, *vint dediër.*

Hi Versus, Gallico idiömate Tabellę ligneæ adiecti; Autorem, Virum Clarissimum, DN. Parientium (*si benè memini*) habuêre; reique ipsius gestæ, eâdem in Cryptâ, ab ipso Christo Domino, historiam, notatu perdignam, iconibus lapideis, antiquitùs insculptam, ab Aræ Sacræ latere dextro, etiamnùm

Titus, magnificum, & memorabilem triumphum deinde agentes, ingreßi sunt Romam.

Prædictus verò Iosephus, nobilis, & peritus in lege, à Vaspasiano captus, Romam ducitur. Ibi XX. *libros Antiquitatis scripsit; Et destructionem Ihrlm, Et Vaspsiano etiam, mortem Neronis, Et eius Imperium prædixit.*

Colligitur etiam tempus, in secundo anno Vespasiani: Et nouißimã Ierosolymorum ædificationẽ euenisse, anno, ab exordio euãgelicæ prædicationis XLII. *A Captiuitate autem, quam ab Antïocho perpessi sunt. an* CC. & XXXVIII. *Porrò, à Darij* II. *Anno, sub quo Templum reædificatum est; an.* D.XXX. *A primâ autem Templi ædificatione, sub Salomone, vsque ad nouissimam eius ruinam, Quæ sub Vespasiano facta est, Ann.* CIↃ.CII. *Vespasianus, anno vitæ suæ* LXVIII. *moritur.* Hactenus ibi sic legitur. Porrò verò, eluxit (cæteras vt virtutes Vespasiani prætercam) illud in eo sanè singulare, ac tanto Principe perdignum, Inimicitias obliuisci; vt etiam Hostis Vitellij filiam, (quam, non decebat, iniquitatem ferre Patris) Illustri Viro locupletiùs, & liberaliùs dotatam, & ditatam, nuptum dederit. Amicorum motus patienter ferre; Contumelijs, vt erat facœtus) iocularibus dictis respondere. Monitus, caueret vt à Metio Pomposiano, quod sermo percrebuisset, regnaturum; Consulem creäuit, Cauillo inquiens, Tanti beneficij quandoq̀uè memor erit. Imperatoris boni studium, plura expectat;

ctat; Sed iusta Synopsis id vetat. Hoc tantùm eius ad Laudes addidisse liceat; Quod post annos, â morte Augusti sex,& quinquaginta, sæuitiâ Tyrannorum exanguis Respublica Romana, Vespasianum consecuta quodam est quasi fato, penitùs nè corrueret. Is,(vt sentiunt, Cuspimanus, Victor, Gassarus, & alij historici scriptores recentiores) annum vitæ, absquè vno, cùm septuagesimum attigisset, æger intellexit, Sidus apparuisse crinitum; Vtque, sinè vllâ scurrilitate, leporum disertus Pater erat, etiam inter seria, sale, atque facetijs fluens; Sidus Crinitum istud, ad Persarum pertinere Regé, cui præ se capillus effusior esset, vrbanè respondisse fertur: Tumque, fessus graui ventris, & molestiore ingluuie, venustè, ac vrbanè adsurgens, & quasi valedicens. *Stantem (inquijt) Imperatorem excedere terris decet*; Fatoque functus est, cùm imperâsset, vti tradunt Superiores Scriptores historici recentiores, annis 10.

81. 11. Titus, Parentis sui etiam nomine, Vespasianus nuncupatus, Domicillâ libertâ, Parente alterâ genitus, à puero, probitatis, Litterarum, & militię studijs præclaris, animique muneribus, quónam contenderet, satis indicauit. Summam rerum nactus, adeò se gratum omnibus prudenter gessit, vt, *Delitiæ, amorque generis humani* appellaretur. Clemens, Qualis vix vllus vnquam fuit. Magnificę prætereâ li-

 beralita-

Anni à Christo nato.	Numerus Imperatorum Rom.		Anni.	Menses.	Dies.
		beralitatis; vt, quâdam die, vesperi, nihil eo se cuiquam præstitisse recordans, Cœlesti dicto, *Amici!* (exclamârit) diem hodiernum perdidi. *Clemens* (inquiunt Chronica manu-scripta galli nostri hactenus vt videtur, inexcusa)		4.	
71.	9.	*ij. Imperij eius anno, Papa præsidet annis* L X. *Titus, in eadem Villa, quâ Pater, apud Sabinos obijt*, Febre correptus; omniumque tanto luctu, vt Vrbs tota, terrarum Orbem, perpetuo Custode orbatum palam clamitaret. *In hora mortis, Cùm lectica veheretur, suspexisse dicitur Coelum; multumque conquestus eripi sibi vitam, nec esse vllum factum suum, quod sibi pœnitendum esset, excepto vno. Id, Quale fuerit, nec ipse tunc prodidit; nec cuiquam notum fuit. Vixit annis* 41. Imperauit annis	2.	2.	20.
81.	12.	Domitianus, Titi germanus frater, Cattis, & Germanis profligatis, atrox cędibus, supplicia bonorũ agere cœpit, Seseq; DOMINVM ac DEVM, imitatus Caligulam, cöegit dici. *Iste*, (inquit Gallus noster Chronologus Anonymus M. S.) *mirificum ædificauit Templum, Quod Pantheon vocabatur: Sed nunc, in honorem Sanctæ Dei Genitricis, Sanctorumque omnium consecratum esse dignoscitur: Huius anno.* X I. *Anno* DOMINI XCX. *Cletus. PP. gloriam Martyrij est adeptus, & Clementem habuit Successorem, Qui tertius, à Beato Petro, annis* X I. *Romanam rexit Ecclesiã*, Is, *multos Doctores Ecclesiæ, Christi Legis Procuratores, ad diuersas regiones trãsmittit; inter quos, Beatus Fotinus Lugdunũ missus est*: *Saturninus*, *Tholosam*; *Astremonius*, *&* *Ma-*			

72. 10.

Marius, in Aluerniā; Xanctonas, Euthropius, & alius Euthropius Auicisicā vel Aurasiacā. 1. Oranges; Et Turones, Gratianus. Ex ijs, Et Magnus Dionysius, Gallicanā Prouinciam, Et Vrbis egregiæ Parisiorum, cum Rustico Presbytero, & Eleutherio Archidiacono, fines aggreßus est; Vbi, post multos agones, & labores fidei, pro Christi nomine, mortem tandem, vna cum socijs suis, Capitis decisione suscipere meruit. Hactenus Chronicon illud, ab orbis conditu, M. S. Lemouicis cuiusdam. Ex occasione verò natâ, hæc obiter De Magno Dionysio, Areopagitâ nimirū, subijciunda duxi, Quòd, De ipso, habeam mutuata scitu digna quædam, operâ, & officiosiore studio. DN. Andrëæ Quercetani Turonensis, Viri, splendore virtutis, ac eruditionis omnifariæ insignis, *Testimonia De Sancto Dionysio Areopagita.*

Hic florebat an. 1000.

ORDERICVS VITALIS, MONACHVS SANCTI EBRVLFI (VVLGO S. EVROVL) IN NORMANNIA, LIB. VI. HISTORIAE ECCLESIASTICAE.

Capite, De Beato Taurino Ebroicensi Episcopo primo.

EO *tempore, fides Christi; Euanticorum, id est, Ebroäs vrbem, Super Honam fluuium sitū præsidebat, & salubriter illuminabat. Nam, illuc, Beatus Taurinus, à Dionysio Machario directus fuerat,*

Anni ante natum Christum | Numerus Imperatorum. | rum Anni. | vato- Mensis. | Impe Dies.

rat, Et à Deo confortatus, multa miracula fecerat. Deus enim, cum eo erat semper, & omnia opera eius gloriosè dirigebat, pro quo, Dura, & aspera huius seculi æquanimiter perferebat, Romanum Tarquinium, Patrem suum, Euticiamque Matrem piissimam Christi Cultricem, cum alijs amicis, & Cognatis, Romæ reliquerat; Et iussu CLEMENTIS PAPÆ, cum Dionysio Ionico, Gallias tenellus penetrârat.

DVDO, SANCTI QVINTINI CANONICVS POSTEAQVE NOVIOMENSIS DECANVS, LIBRO I. HISTORIÆ NORMANNICAE.

Hic clarebat an. Domini 1000.

ANno, à Domini nostri Iesu Christi incarnatione DCCCC.XII, Franco, Archiepiscopus, (scilicet Rothomagēsis) Catholicâ fide Sacrosanctæ Trinitatis imbutum Rollonem baptizauit: Duxque Francorum Rotbertus, De Fonte salutari eum suscepit, & nomen suum ei imposuit. Rotbertus autem, qui, & Rollo, Comites suos, & milites, omnemque manum exercitus sui baptizari fecit, atque Christianæ Religionis fide per prædicationes, instrui, Hinc, conuocato Francone Episcopo; in Confinio suæ potestatis, Quis Sanctus potentior meritis haberetur, sciscitatur. Tunc Franco: Sanctus DIONYSIVS, natione Græcus, per Sanctum Paulum ad fidem Catholicam conuersus, posteà à Beato Clemēte, Petri Apostoli Successore, Franciæ, ad prædicandū transmissus, multa flagella Paganorum perpessus, diuq; verberatus; Ad vltimum, pro amore Dei, hebetatis

betatis securibus, Capite plexus. Tunc, Rotbertus, BRVNEVAL, *Cum omnibus Appenditijs, Sancto* DIONYSIO *dedit.* Hactenus, illi nequaquam contemnendi scriptores; Quibus cõformiter, De Sanctissimo Gallorum Apostolo tradidere. *Methodius, Michael Syngelus, Metaphrastes, Hilduinus, & Io. Baptis. Mantuanus,* hosce nobis versus sumministrans.

Gallorum sublime decus, rarißima Gentis
Gloria Cecropiæ, toto Dionysius Orbe
Altior, è magnus Superûm Primatibus vnus,
Cecropides Dionysius, &c.

Accinit *Georgius De Braum, in suâ Polygraphiâ,* hunc ipsum in modum. *Sanctus Dionysius, D. Pauli Discipulus, primus, Parisienses Christianâ doctrinâ imbuit; Quos, non modò sermone, sed & sanguinis effusione, fortissimè confirmauit.* Et: *Irrigata Innocentißimi Viri sanguine Ciuitas, iucundissimos fidei fructus cœpit proferre; &c.*

Auget huius rei fidem, quod à nuperis quibusdam pręterea scriptum Authoribus grauibus legimus. Nuper enim, Domnus Iacobus du Breul, Parisinus, In Abbatiâ Sancti Germani Pratensis Asceta, librum edidit, Cui Titulus est, *Theätrũ Antiquitatum Lutetiæ Parisiorũ,* In quo, extat Catalogus eiusdem Vrbis Antistitum, Cum breui Elogio rerum ab ijs gestarum; Ex quo palam fit, & pressiùs legitur scriptum.

Primus Antistes Parisiorum extitisse refertur S.

Anni à Christo nato. Numerus Imperatorum. rum Anni. ... nio. Menses, Imp. Dies,

DIONYSIVS AREOPAGITA, *Qui, ab Apostolo Paulo instructus, primò, Athenis, ab eodem Apostolo est ordinatus. At ibi stabilita Religione Christianâ, à Beato Clemente 4. Romano Pontifice, in Gallias missus ad prædicandum Euangelium Dei, & fidem Orthodoxam promulgandam, primò, Meldensem Vrbem, VVlgò Meaux, appulit; ibique Christianæ religionis iactis fundamentis Lutetiam peruenit, tunc Oppidulum, in medio Sequanæ fluminis extructum, (Quod ab vtrâque ripâ, in tantum excreuit, vt cum maxima Europæ Vrbe, de amplitudine, & structura superba, audeat certare,) In qua S.* DIONYSIVS, *Gallorum Apostolus nuncupatus, verbum Dei prædicauit Populis à fide Christi* DOMINI *alienis. At, postquàm aliquot & per annos sanctum opus fideliter, & audenter est executus, nonagesimum annum agens, comprehensus, Et cum eo Sanctus Presbyter Eleutherius, & Rusticus Diaconus, gladio, & securi, martyrium compleuerunt 7.* Idus *Octobris, Anno* Domini, 120. *Euaristi Papæ 9. Adriani Imperatoris,* 4. Baronius *in Annalibus lib.* 34. 52. *Et,* 120. *An verò* DIONYSIVS, *hic, Areopagita sit; ampliùs disquirunt,* VR. CC. *Nicolaus Faber, Ludouici* XIII. *Franco. & Nauarræ Regis Consiliarius, & Præceptor, In Opusculis nuper editis; Antonius Loisellius, in Senatu Patronus, In Commentarijs Bellouacensibus; Ioannes Sauaron Claromontensis Proprætor, In Originibus Claromontijs; Et, Andreas Quercetanus, In Notis, ad Bibliothecam Cluniacensem.*

De eâdem hâc re Sacrâ, & feriâ, luculentam scripsit, & in lucem produxit Apologiam

giam, *Pater Ioannes Goulu*, Wlgò, *De S. François dictus, Ordinis Feliacensis Religiosus*. Edidit & R. P. *Petrus Lanßellius Belga*, è *Societate Iesu, Presbyter*, (quocum mihi vetus, & arcta intercedit necessitudo, suam perelegantem, & sanè perdoctam, disputationem Apologeticam, typis nuper excusam Lutetiæ Parisiorum, cùm ego ibidem agerem; Quâ certè, pro sanctissimo DIONYSIO megadidactalo, Machario, & Areöpagitâ dicto, liligeris Gallijs disertè, fortiterque asserendo, Vir, profecto, Latinè; Græcè, Hebräiceque Doctissimus, contendit. Cuius Viri, vt verè probi, sic & vndequaque Doctissimi, argumentis, possunt, & superiora iam à nobis producta, & quæ sequuntur, aptè, (vt videtur) adiungi.

Sanctus Massus, 3. Parisiorum Antistes, scripsit martyria SS. DionysI, Rustici, & EleutherI, vti *Demochares, lib.* 2. *De Sacrificio Missæ, Cap.* 18, *refert*: Sed desideratur. Visitur, & honoratur, Lutetiæ Parisiorum haud procul ab Ecclesiâ Deiparę Virginis, Archiepiscopali, Aedes Sacra, Sancti DionysI *de Carcere*, Wlgo, Dicta, *S. Denys de la Chartre*, è cuius cryptâ, & Diui DionysI Areöpagitę, (vt est constans fama) Carceribus, (vti etiam Vocabulum antiquum, CHARTRE, indicat) iam Sacello Sacro, Quæ statim subijciuntur, ipse syncerâ fide, ad perennandam Sanctissimi Martyris, eiusque Sociorum Rustici, & Eleuthe-

rij,

rij, perdignam memoriam, Deique Gloriam augendam, (Qui vult in Sanctis suis laudari,) religiosiùs, ex Tabellâ, ad Aram Sancti Dionysi Areopagitæ, è regione Collaris lapidis eiusdem, vt fertur, & piè creditur, appensâ, meâ ipsius manu, testis oculatus excerpsi.

ANNO, A NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI *nonagesimo sexto; A Paßione autem Sexageßimo quarto, vti posteritatem monet Ioännes Docens, Cœnobita Sancto-Dionysianus.*

Dum Sacrum mysterium, Sanctus Dionysius celebraret in hoc Carcere, apparuit ei Dominus Iesus Christus, cum multitudine Angelorum; Dausque illi sancta, Dixit. Accipe hoc, Chare meus! Quod mox complebo tibi cum Patre meo: Mecum enim est maxima merces tua; & his, qui audierint te, Salus in Regno meo. Nunc facies fortiter; Et memoria tua erit, in laude. Ac semper, pro quibuscumque petieris, impetrabis: Ad hanc vocem IESV CHRISTI, *Beati Martyres, Dionysius, Rusticus, & Eleutherius, in agoniâ roborati, post nimia tormenta, gloriosum martyrium compleuerunt.*

ANTIPHONA.

S*ancte Dionysi,* Gallorum *Apostole! Qui pro fide Christi, à ternis militum quaternionibus, cum Socijs tuis, Rustico, & Eleutherio flagellatus es: Indè super lectum ferreum flammis superpositus, posteà bestijs ferocißimus deuorandus expositus, quas signo Crucis, mansuetißimas reddidisti, Quo etiam armatus,*

tus, Clibani incendia extinxisti; Denique, in Crucem sublatus, tandem, cùm beatis Socijs decollari iussus, stupendo miraculo, Caput pretiosum deportasti; nunc, Te Pretiose martyr Christi! Cum beatissimis Socijs tuis, oro, vt fidem, quam primus in hac Ciuitate docuisti, tuis precibus, ab omni contagione Hæreticorum illæsam conserues; Plebem omnem, ita amore Christi illustres, vt bona fides, nullis malis operibus destruatur: Et salutem, quam in hoc Carcere, apparens tibi ipse IESVS, *Qui audierint te, promisit, te petente, assequi valeamus. Amen.*

HYMNVS DE DIVO DIONYSIO AREOPAGITA, ET DVOBVS SOCIIS eius, simul Martyribus.

Dionysij Martyris,
Et Sociorum præmia,
Cum Clero cantat celebri
Conuentus in Ecclesia,
Ad Gallos missi Principes,
Cœlestis lumen gloriæ,
Per gradus Arisi, Præsides
Spargebant tres Lutetiæ;
Nec furor, nec immanitas,
Tam grandis timet Populi,
In Crucifixum Charitas,
Tormenta vincit seculi.
Ab Idolorum reuocant
Cultu corda Gentilium,

 Aras-

Inuictafides Martyrum,
Per innocentem ſanguinem,
Tyrannum vincit perfidum,
Proſternit mundi Principem.
Te Summa Deus Trinitas!
Tres nunc Gallorum Ordines,
Precamur, ſemper foueas,
Hos per tres Arisi Martyres.
Fidem profeſſos aſpice,
Forti Redemptor brachio,
Diönyſio Auſpice,
Da frui Cœli gaudio.
Amen.

Eadem Tabella, legendos ſequenteis gallicos verſus præſentat.

France! Dieu t'a voulu pour Apôtre donner,
Celuy qui ſouffre aagé de 109. ans, plain Martyre,
Roſtir, Crucifiër, aux lyöns remplis d'Ire
Expoſer, mettre au four, ſa teſte tronçonner,
France! Dieu t'a voulu pour Apôtre donner,
Celuy, Qu'en priſon IESVS-CHRIST *communie.*
Celuy, qui ſon Chef porte, és bras lieuë & demyë,
Le ſainct Tẽple duquel, IESVS-CHRIST, *vint dediër.*

Hi Verſus, Gallico idiömate Tabellæ ligneæ adiecti; Autorem, Virum Clariſſimum, DN. Parientium (*ſi benè memini*) habuêre; reique ipſius geſtæ, eâdem in Cryptâ, ab ipſo CHRISTO DOMINO, hiſtoriam, notatu perdignam, iconibus lapideis, antiquitùs inſculptam, ab Aræ Sacræ latere dextro, etiamnùm hodie

hodie licet cernere, ac venerari pientiùs repræsentatam.

Neque id modò; Sed & Inscriptiones peruetereis lapideis monimentis inditas, suo situ dextras spectare possis, ad dextrum Chori latus, Templum illud Parisinum, NOSTRÆ DOMINÆ, Archiëpiscopale, Augustissimum, & amplissimum, miroque cultu, abs olim excitatum, egressurus; Quæ Martyrem ibi præclarum, Diönysium, Areöpagitam, palam, & publicè loquantur.

Neque hic sanè, debet omitti antiquissima, Christianissima, illustrissima Montmorenciörum Heröum, ortu Gallorum, si non etiam Lybiörum) Familia, prolibus præclarissimis fœcunda; Quæ, vti symbolis duobus suis est per-Illustris, ἈΠΛΑΝΩΣ.nimirū, idest, absque errore, Et, DEVS ADIVVET PROTOCHRISTIANVM, Gallico verò Idiomate, DIEV-EN AIDE AV PREMIER CHRESTIEN: Christianā ita se Sacra, primam, iam indè, à Sanctissimo Gallorum Apostolo, DIONYSIO AREOPAGITA, ab erroribus infidelitatis, & Paganismo feliciter ereptam, suscepisse pertuëtur. Huius nobilissimæ Gentis decora Montmorenciäcæ, Synopsis nostra Lysbiäca, à Lysbio, Montmorenciäcæ Vallis, olim, (vt aiunt) Illustri Dynastâ (Quem S. Massus, tertius à B. Dionysio, Parisinus Antistes, Christi martyrem facit) producere meditabatur: Sed prouinciæ istius nobilioris

bilioris, quam, quæ monachellum decere videatur, Et muneris huiusce ardui aptiùs certè propediem obeundi, R. P. PETRO HALLOIX, bone Deus! quo iudicio, quâ eruditione diserto Viro? reseruatam palmam, perlubenti animo relinquo. Porro-verò, Testimonia, De Sancto Diönysio Areöpagitâ, Gallorum Apostolo, quæ nos festinanti alio nunc stylo nostro, obiter perstrinximus, passim sunt obuia, legenti bonos Autores, Et vetustiora Gëtis Montmorenciäcæ Instrumenta, & illustriora, per orbem Belgicum, & Gallicum, monimenta accuratiùs perlustranti. Ad semitam igitur priorem redeamus.

Anno Domini XCVI. (inquit Lemouix noster Anonymus Chronologus MS.) *Domicianus, Ioännem Apostolum, in feruentis olei dolium misit; Sed indè ipse Ioännes Deo amabilis, ita exiuit illæsus, sicut à corruptione libidinis semper fuerat alienus, Domitianus, eodem anno, Quo Apostolum Dei exilio relegauerat, à Senatu damnatus, in Palatio est occisus.* Sic ibi legitur.

Annum vitæ, quintum & quadragesimum agebat efferatus Domitianus, quùm, ob ferinam crudelitatem, multis vulneribus interijt confossus, postquàm imperâsset annos 15. & 5

Hactenus verò Imperium Romanum rexêre, Qui Romæ, seu, per Italiam, alibi essent orti. Exindè aduenæ; Quorum virtute, Vrbem Romam excreuisse compertum est. Sit hic igi-

tur priorum duodecim Cæſarum Romanorũ, in Sæuiſſimo Domitiano finis; Cuius funus, gladiatoris more, Senatus, & inglorium efferri, & infamiâ extremâ, eradendum nomen decreuit.

Qua porrò ętate, Veſpaſiani filij, Titus, & Flauius Domitianus, Imperium tenuêre Romanum, prodigia multa, tùm Hieroſolymis, tùm & Romæ, & in orbe penè toto facta leguntur. Ætate namque Titi, toto fermè anno Chriſti, 72. Supra Templum, ardens gladius viſus eſt. Hoc autem, vt & alia multa ſigna horribilia, de quibus, *Ioſephus lib. 7. Cap. 12.* Excidium Hieroſolymitanum portendebat. Flauij verò Domitiani tempeſtate, Veſuuius mons, iuxtà Sarnum fluuium, non longè à Neäpoli, vini boni feraciſſimus, in vertice ruptus, tantum ex ſe incendij euomuit; vt, vicinas regiones, & Vrbes, cum Incolis exureret. Quod incendium, Plinius ſecundus, cùm inueſtigaret, curioſiùs; infeliciter perijt abſorptus. Id equidem adieci, moniturus; nè quis, temerè cœleſtia ſigna contemnat; quæ diuinæ indignationis teſtimonia præ ſe ferũt; quibus, ad malè actorum pœnitẽtiam inuitemur; vt fuſis pœnitentûm lacrymis, vel auertatur, vel ſaltim, vltio Diuina mitigetur: Id quod ex prędominante Numinis miſericordiâ, perſæpè vſu euenire ſolet.

99. | 13. | Cocceüis Nerua, Narnienſi Oppido genitus,

Anni à Christo nat. | Numer. Imperatorum. | ... tum Anni. | ... tate Mensis. | Imp. Diis.

tus, Regium pondus subijt; Princepsque idē exstitit ad omnem humanitatem factus; Hic (*vt scribit Lemouix noster Anonymus*) Senex admodùm, imperauit annos 1.

Cui, *Achilles P. Gassarus* addit menses 4.

Quo verò, diē ille anno, in hortis Salustianis, obijt, Ecclypsis Solis facta est: *Ex Eutropio*:

100. 14. Traianus, Tudertinâ ex Vrbe, Vlpius est dictus, & à Neruâ adoptatus. Cumque duo sint, Quę pręsertim à Viris, & Principibus Illustribus oporteat expectari; *Domi Sanctitas, Et in armis fortitudo*; *Prudentia, vtrobique.* Tantus in Vlpio Traiano Hispano exstitit, cum hisce duobus, rerum maximarum modus; vt quasi temperamento quodam virtutum micuisse, omnibus suis videretur; nisi quod, (vti, *Nostros quisque patimur Manes*;) cibo paululùm, nimioque vino deditus erat. Talem, (vt semel dixerim) Romanæ sese Reipub. præstitit, qualem ægre, celebriorum Scriptorum ingenia, exprimere suis Commentarijs valuêre. Wlgus ipsum id palam perstrepere solebat, Cornicem auditam è Capitolij fastigio, quæ Vocibus Atticis, Καλῶς ἔςαι, faustum eius Imperium adueniens, prodigiosè denunciâsset. Apud suos Romanos, probitate adeò fuit spectatâ, vt postea semper, quoties Imperator designaretur, publicis votis optari soleret, vti, Augustum felicitate; probitate, Traianum adæquaret.

Ano-

Anonymus noster Chronologus MS. Lemouix,(vt mihi quidem videtur) *Traianus*, ait, *Genere Hispanus, Christianorum persecutor tertius, Anno Domini* XCIX. *apud Agrippinam, Galliæ Vrbem, Imperij Insignia suscipiens, imperauit annis* 19.

Hic fuit liberalis, inter omneis amicos; Et tanquam vitę Societate par, ijs familiariùs vtebatur. *Habuit in re militari diligentiam, In Ciuibus largitionem. Vsque ad huius Principis tempora, Ioännem Apostolũ, Hyrenæus Lugdunensis Episcopus permansisse scribit. Cùm autem Ioännes esset annorum* XCIX. DOMINO *sibi apparente, diem vitæ suæ præsciens, innumeris Discipulis suis præsentibus, descendit in defossum sepulturæ locum, Et ità migrauit ad* DOMINVM. *Post quem, Auditores eius insignes fuerunt: Papias Hieropolitanus, Policarpus Smyrnæus, & Ignatius Antiochenus, Anno* IV. *Imperij Traiani, Clemens PP. Qui* TE IGITVR *&c. In Canone instituerat, mersus in mare fuit. Is,* VII. *Regiones fecerat diuidi Notarijs fidelibus Ecclesiæ, Qui* Gesta *Martyrum fideliter, & curiosè, vnusquisque per regionem suam, perquirerent. Anno* DOMINI CII. *Anacletus Pontificatum tenuit post Clementem, annis* IX. *Traiano persecutionẽ mouente in Christianos, Simeon, Qui in Hierosolymis post Iacobum, Episcopatum tenuerat, Crucifigitur, Cum esset annorum* CXX. *Sub hâc persecutionè, Ignatius Antiochenus, egregius Christi Martyr, passus est, Et multi alij. In Romanâ sede, Anacleto, Euaristus successit, annis* X. Sic ibi.

Anno Christi 110. Pantheön, *Romæ*, fulmine

mine crematum. Anno verò. 112. Quidam à Superioribus nostris Scriptoribus alij, asserere volunt, Plinium secundùm Nouocomensem perijsse, Vesuuio monte cõflagrante, magnâ vicinę Campaniæ, clade, ad explorandas causas propiùs, Liburnicâ, eò profectum. Siquidem aduersantibus ventis, nec eum indè permittentibus regredi, vi pulueris sulfurei; & fauillarum, extinctus refertur. Ita, *Plinius Iunior, ad Cornel. Tacitum*.

Anno Conditi Orbis 4076. Christi nati, 114. Terrę motus Antiöchiam penè totam euertit: Sinè damno fuit ibi ferè nemo. Cęsar ipse Traianus vix euasit. Calamitatem hanc graphicè *Dion* depinxit. Iudæi, tùm, Dei Gens olim domestica, nunc autem, opinione suâ longè certè calamitosior, per Romanum Orbem correptis armis, rebellant Romanis; Quem adhuc, Populus infelicissimus, expectat, Messiam suum adfore sibi credebant; nõnihil & Spei in Christianis collocabant, qui, vt vnius Dei Cultores, tùm à Romanis, varijs afficiebantur pœnis. In Libiâ, circa Cyrenem, Cultores Deorum, Romanos, Græcosque sinè discrimine, subitò inuadunt, statim trucidant, nec eorum contenti cæde, humanis carnibus vescuntur. Horum intestinis, sanguine adhuc stillante tincti; pellibus velati, multos per medium, vsque ad verticem dissecant, plureis bestijs dilaniandos obijciunt, alios inter

se digladiäri cogunt: Ducenta, & amplius ibi hominum millia, eo furore, armis Iudęörũ perempta sunt; Ingens item in Aegypto cædes patrata. Intereà temporis, annos natus 64. Traianus (*inquit Lemouix noster MS.*) *apud Seleuciam Isauriæ profluuio ventris extinctus est*; Et PATER PATRIÆ dictus. *Achil. P. Gassarus*, vult Traianum imperâsse annis 19. & 6.

S. Aurel. Victor. annis 20.

119. 15. Aeliüs Adriänus, Aelio Adriano, Traiani Consobrino genitus; Adrię, Agri Piceni Oppido, est exortus, Quod, & Imperatori, & mari Adriätico nomen, & Cognomentum inditum reliquit. Lemouix noster, De illo sic: *Ælius Adrianus, Traiani filius, imperat* annis 21.

S. Aurel. Victor, illi tantùm ascribit 12. *Ioännes Carion*, 20. *Achillles P. Gassarus*. 21. *vti & Anonymus noster, vult attributos Ælij Adr. Imperio; Qui Græculus est dictus à plerisque, quòd Græcè perfectius calleret. Admirando, & ad omnia composito ingenio exstitit. Hoc Cæsare, Euaristus, martyrio coronatur; Succedit Alexander, ætate quidem iuuenis, sed meritis senex, & decorus, Qui, Constituit aquam sparsionis, cum sale benedici, in hominũ habitaculis. Alexander PP. Et cum eo Euentius Presbyter, Et* Theödolus, *Diaconus*, & Protonotarius, *Martyrio coronätur: post quem, Sixtus, Pontificatum suscipit annis* x. *Ælius Adrianus Imp. præcepit, nè alicui* Iudæö, *introëundi Ierosolymam esset licentia, Christianis tantùm permissâ Ciuitate, quam ipse in optimum statum, murorum exstru-*

exſtructione reſtituit; Et Æliam vocari, de ſuo Prænomine præcepit. Eius ope factum eſt, vt loca ſancta Dominicæ Paßionis, ſcilicet, & Reſurrectionis, quondam extra Vrbem iacentia, nunc eiuſdem muro Septentrionali recondantur. Fecit autem Adrianus, Suëm Sulpi in porta, quæ egreditur Bethleëm; ob fugam Iudæorum. Prætereà, In Romanâ Eccleſiâ, Sixto Martyrio coronato, Theleſphorus PP. ſucceſsit annis x. *Anno Domini* cxxxix. *Hoc tempore floruit Aquila Orator, genere Ponticus; poſt* lxx. *Legis Moſäicæ, ſecundus Interpres. Adrianus morbo intercutis aquæ apud Bayäs moritur.* Hactenus, De Ælio Adriano, verba hæc, ſunto reddita verbis Lemouicis noſtri Chonologi MS. *Spartianus*, Ælium Adriänum ſcribit fame, & ſiti, optatam mortem reperiſſe. *S. A. Victor*, morbo ſubtercutaneo victum, inquè vltimum vitæ tædium delatum, à medico venenum petijſſe.. Denique, quùm ſe nihil proficere ſentiret, poſt mortem Veri Cæſaris, apud Bayas, accerſito, præſente que Antonio perijſſe, tremulis labris hos verſus enunciantem. *Ex Ioänne Cuſpiniano.*

Animula, Vagula, blandula,
Hoſpes, Comeſque corporis,
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula rigida, nudula?
Nec, vt ſoles, dabis iocos.

140 | 16. Antonius, Cognomento Piüs, Cum filijs ſuis, Aurelio, & Lucio, imperat, inquit noſter

Anni à Christo nato. | Numerus Imperatorum. | annis | rum Anni. | vale. Menses, | Imp. Dies,

Anonymus MS.

Tranquillè Rempub. gubernauit, vt meritò, Pius, & Pater Patriæ nominatus sit. Erat carens ostentatione, & gloriæ appettentiâ. Huius tempore, Galiēnus Medicus, Pergamo genitus, Romæ claret. In Vrbe Româ, post Telesphorum Martyrio coronatū, Yginnus, siue *Hyginus, Pontifex substituitur, annis* IV. *Yginnio martyrizato, Anicetus succedit annis* IX. (vel, quòd transpositi sint hi characteres, ann. XI. vt alijs placet) *PP. Ecclesiæ Romanæ, Anno* DN. CLVIII. *Hic constituit, vt Clericus comam non nutriat, secundùm Apostoli præceptum. Hoc tempore, Iustus Episcopus Viēnensis, emtnit, Et Lugduni,* Fotinus. *His etiam diebus, Polycarpus Smyrnorum Episcopus, Romam venit, & multos ab hæretico errore correxit.* Hactenus hic Anonymus.

Antonius Fuluius, seu Boïonius, posteà Pius dictus, Cùm esset Gener Ælij Hadriāni; & ab eodem in filium adoptatus; tantâ probitate Principatum rexit, vt sinè virtutis, Et integritatis suæ singularis exemplo vixisse feratur; Orbemque terræ, absque vllo bello, authoritate suâ solâ, totos per Imperij sui annos viginti treis, & mense streis, continuisse summâ laude scribatur. Romam, Rex Iberiæ Pharasmanes, cùm venisset, virtute rarâ Antonij permotus, spontè ijs acquieuit, quæ Ælio Hadriāno pertinaciùs negârat, Rex Parthorum Vologeses, quam inuaserat Armeniam,

niam, reliquit; litteras vt statim solas perlegisset monentis Antonini, Qui, nationes apud exteras, habuisse tantùm refertur, quantum, ipse authoritatis, prætereà nemo.

Anno 20. Antonini Pij Cæsaris, Pius Papa, id nominis primus, decreto firmauit, (Quod anteà solâ Traditione habebatur, Celebrationem Paschæ, Dominicâ die. Martyres varij hoc Principe inclaruêre; In queis, Iustinus. Cur autem festinantiùs fuerit Iustinus laureatus martyr, Christi, fuit in caussâ Crescens Philosophus Cynicus, Diogenis sectator vorax: Quòd is ægerrimè ferret, se, ob vitium caninæ gulę redargui à Iustino. Cùm cæteris quoque effloruit, (vt est dictum ab Anonymo nostro MS.) Telesphorus, Qui, vt in natali Domini, noctu sacra celebraretur missa; vtque Ieiunium Quadragesimale, pridem, Apostolicâ Traditione in Ecclesiâ Catholicâ, vsu sancto receptum; sed nonnihil exindè elanguescens, accuratiùs obseruaretur, statuit,

Varijs demùm cladibus, & prodigijs, Qualia fuêre flumina exundantia, terræ motus, non sinè interitu ciuitatum, luës vorax, crebræ locustarnm species, agris infestiores, vt propè nihil, quo, summis mortaleis angoribus atteri solent, excogitari queat, quod hoc Principe non desæuiërit, exterritus mirè Antoninus, Dùm id diuinitùs prospicit factum Imperator Pius, Rescripto, vlteriorē in Chri-

Anni à Christo nato. | Numerus Imperatorum Rom. | rum Anni. | rate Mensis. | Impe- Dies.

ſticolas piös prohibet perſecutionem.

Vultu, ſereno, eodemq́ue pulchro, membra procerus exſtitit, & validus decenter. Solitus, panis aliquantulum deguſtare, permodicumq́ue vini, priuſquàm ſalutandus prodiret; nè fortè, per ieiunium, ſanguine circùm præcordia frigeſcente, viribus interciperetur exæſis, eòque, publicorum actuüm minimè ſufficere laboribus poſſet; Quę, ad ſpeciem PATRIS-FAMILIAS longè optimi, mirâ diligentiâ exequebatur.

Compreſſit, Princeps etiam manſuetiſſimus, Patres roganteis quęſtionem ad eos perſequendos, qui piüm in Cæſarem coniurâſſent, præfatus; *Nil eſſe ita neceſſe, Cupidos in ſemetipſum ſceleris, pertinaciter indagari; nè ſi fortaſsis plureis reperirentur; Quantis ipſe odio eſſet, cognoſceretur.* Apud Lorios igitur, propriâ Villâ, duodecim paſſuüm millibus ab Vrbe, paucorum diërum febri, poſt treis & viginti annos, & menſes treis Imperij exactos, ſeptimo Martij, Pontificatus Pij primi Anno 5. Chriſti Seruatoris 162. conſumtus eſt. Succeſſit, ex Fauſtinâ Antonij Pij filiâ, in matrimonium, paulò antè mortem Pij, cùm Tribunitiâ dignitate acceptâ, Gener.

163. 17. Marcus Aurelius Antoninus, ſeu Antonius, cognomento Philoſophus, S. C. Cæſar declaratus; Qui nouo beniuolentiæ genere, Luciüm Ælium, ſeu Annium Verum, propinquum, vel

vel Generum suum, ad Imperij partem adsciuit. Tùm, Duos primum Roma simul imperatores suos vidit; Et Diuos fratres vocauit. *Anonymus noster MS. Chronologus, Anno (inquit)* DN. CLXII. *Marcus Antonius Verus, cum fratre Lucio Aurelio Commodo imperat annis* 29.

Hi, primum, æquo iure Imperium gubernant, Cùm vsque ad hoc tempus, singuli fuerint Augusti. Porrò, Marcus Antonius, tantâ virtute seueritatis, & grauitatis dicitur fuisse, vt ab infantiâ, vultum, nec ex lætitiâ, nec ex mœrore mutauerit vnquàm. Aniceto PP. passo, Pius succedit, annis IX. *(al.* XI.*) Sub quo, Hermes, frater eiusdem Pontificis Pij, librum scripsit, In quo continetur mandatum, Quod ei præcepit Angelus Domini, Cùm venit ad eum, in habitu Pastoris, Et præcepit ei, vt Sanctum Pascha Die Dominicâ celebraretur.* Liber iste, Pastor est inscriptus: Piiúsque Pontifex, ab Augustino postponitur *Aniceto Syro: A*ttamen, *Irenæus, Tertulliänus, Epiphaniüs, & Nicephorus, Ioánnes Cariön, & Achilles P. Gassarus,* alijque ferè omnes Scriptores historici, Piüm *A*niceto Papę præposuêre.

Luciüs Aurelius, anno Regni sui IX. *vel* (vt alij malunt) XI. *casu morbi, quem ἀποπλῆξιν vocant Græci (ait noster Chronologus innominatus MS.) Suffocatus interijt, iter faciens inter Altinum, & Concordiam, (addit. S. Aurel. Victor) Eò defuncto, Marcus Antoninus solus, Reipublicæ præfuit. Sed in diebus Parthici belli, quarta iam post Neronē, præcepto eius, persecutio in Christianos efferbuit; Et tam in Asiâ,* quam

quàm in Galliâ, multi Sanctorum Martyrum coronati sunt. In Asiâ, Sanctus Policarpus, gloriosè victor occubuit: Alij etiam XII. *Qui cum Polycarpo, ex Philadelphia venerant, apud Smyrnam, Martyrio coronati sunt. In Galliâ, Iustus Viennensis, Episcopus, & Fotinus Lugdunensis, cum innumerabili multitudine martyrizantur, Quorum passiones leguntur. Vndè, tanta luës per Orbem, à Deo immissa est; vt ferè totus Romanus exercitus sit deletus. Eo tempore, pluuia datur Romanis, orantibus* Christianis; *Et è contra, fuuera eorum hostes terrent. Hoc etiam tempore, Milito Sardensis Episcopus, Apollinaris Hierapolitanus, Corynthiorum, Dionysius, insignes habentur. Hæresis quæ Cathafrigax, nominatur, accepit exordium; Montano Authore, Et Priscilla, Maximillaque, insanis vatibus. Post Pium Papam, Sother, Romanæ Ecclesiæ sedem tenuit annis* IX. *Anno Domini* CLXXI. *Per idem tempus, floruit Egesippus Scriptor historicus, Et Hyrenæus Lugdunensis Episcopus, & Martyr. Theodocion quoque, tertius Diuinæ legis Interpres. Antonius, In Pannonia, morbo perijt, Anno Domini* CLXXXI. Hoc ordine, ac stylo cōtinuò, res gestas, hoc Imperatore, texuit noster Anonymus MS. Lemouix (quantum conijcere datur, ex eius scriptione historicâ) *Asceta.*

Cæterùm, ex alijs Scriptoribus plerisque historicis, habemus martyrium Pij I. in annum 5. Marci Autelij, & Lucij Veri, *Armenici*, Parthici, Medici, &c. incidisse, Iulij vndecimo die: Anicetumque illi substitutum anno

anno 168. Videantur *Irenæus, Tertul. Niceph. & alij*. Tunc etiam Marcellina Gnostica, & Marciön Hæresiärcha, posteàquàm, vt lupi rapaces, Romæ multos corrupissent, proscripti fuêre: acerrimum etiam Antagonistam Polycarpum Smyrnensem est impius Marcion, Diaboli primogenitus, ibidem expertus. Hegesippus etiam, hoc tempore, à Diuo Hieronymo, *De scriptoribus Eccles.* putatur, sub Aniceto Papâ, Romam venisse; fuitque ab eo, qui tempore Constantini magni claruit, Excidij Hierosolymitani Scriptor, alius Vir eruditus.

Anno porrò indè Christi 169. Peregrinus, in accensum rogum se coniecit, Smyrnæus Polycarpus Martyrium est perpessus, posteàquàm annis 86. Christo DOMINO perdignè, ac laudabiliter inseruijsset; habuissetque, præter ceteros celebreis Discipulos, Irenæum Lugdunensem, & Benignum, in Galliâ Martyres præclaros. Dum, hæc inter, pestis ingens adeò grassatur, vt Impp. ad bellum Marcomannicum atrox, seruos etiam euocare cogerentur, calumnias suas in Christianos augent, Gentileis, omniumque calamitatum asserunt esse causas, quòd ipsi Deos aspernarentur. Proindè, Caussam pertuëndam constanter suscipit Melito Sardensis Antistes, & Cæsari M. Aurelio, Apologeticum, pro Christianis offert. Tuetur eamdem caussam, forti quoque scri-

ptione, Hierapolitanus Episcopus Apollinaris.

Emergit nihilominus, nunc, & insanit Pseudopropheta Montanus, qui se, ore blasphemo Paracletum dicat, Pœnitentiam, Confessionemque tollere maximè contendat, Et Matrimonij iura sacra euertere nitatur. A peste hâc fœdissimâ effluxêre, qui dicerentur Montanistę, Quintiliani, Priscilliani, Quartodecimani, & à certo Phrygię vico, Pepuziani: fœda luës hæc, tota ferè Phrygum extitit conflata. Hinc apud Anonymum nostrum Chronologum, fortè Lemouicensem Monachum, iam est vocata Κατὰ Φρύγας. Seu, vt vulgò, dicta Cataphrygarum.

Anicetus Papa, compluresque alij Martyres fiunt anno Christi 175. In queis, & Felix illa Mater, à Symphorosâ diuersa, Felicitas, quæ martyres Christo pepererit septem proles ter beatissimas. Aniceto successit, Maij die quarto, Sother Papa.

Marcus Aurelius, Marcomannis ad Rhenum deuictis, anno Christi 176. Dùm trans Rhenum in Quados arma mouet, aquæ penuriâ, & hostium virtute, in extremum discrimen adducitur, vt, & de Cęsare, & toto penè exercitu actum diceretur: Sed humanũ quùm maximè auxilium deesset, ad Diuinum præsentiùs itum est. Christiani namque milites, à Deo, fusis precibus impetrârunt, tum pluuiã abun-

abundè, tùm, & summo miraculo victoriam subsecutam. Vide rei huius memorabilis luculentum testimonium apud *Tertul. cap.* 5. *Apolog*. Neque multum hîc morare *Scaligerum*, eâ de re, impugnare conatum Imperatoris Marci epistolam ad Senatum.

Mouet *Scaliger* dubium aduersus Decretum *P*ij *P*apę, De Celebratione *P*aschatis, Dominico Die agendâ, idque putat Eusebio additum: Id tamen malè probat: Et *Epistola sexta S. Ignatij Martyris, ad Magnesianos, octauaque, ad Philippenses*, satis clarè ostendit, hanc fuisse traditionem perantiquam. De hâc autem Celebratione Paschatis, Et de *A*uthore libri, Qui *Pa*stor inscribitur, in quo mandatum *A*ngeli habeatur, Baronium videto. *Diuus* denique *Hieronymus*, *In suo Ægesippo*, *Sanctusque Augustinus*, *Epistola* 165. Et *Optatus Mileuitanus*, quos *Anonymus noster Chronologus* est secutus, licèt Hyginij posuerint *A*nicetum successorem in *P*ontificatu summo, Italu tamen *P*ium, Hyginio statim successisse probabiliùs crediderim; pręsertim, Cùm illud ipsum, qui tunc temporis etiam vixêre, sint testati; *Irenæus*, *Capite* 3. *libri* 3. *Ægesippus, apud Euseb. lib.* 4. *Tertullianus*, *lib.* 3. *Carm. contrà Marcionem. Et Epiphanius*, *Hæresi* 27.

Excitatam M. *A*urelio Imperatore in Christianos persecutionem constat, Quæ apud *Seuerum*, ordine qninta ponatur, nullo tamen, vt

Anni à Christo nato.	Numerus Imperatorum Rom.		Imperij Anni.	Imperatio Menses.	Imper. Dies.
		videtur, M. Aurelij edicto; Sed quæ fuerit lege Veteri commota; Quæ, peregrinam omnem religionem vetuisset: Nisi quòd, Dùm eam dissimularent, Parens, M. Aurelius, & filius, Commodus; ad Marci Aurelij mortem vsque, illa certè immanis perdurârit; eamque vltus sit Iustus Iudex Deus, grauissimâ exortâ peste, per impium Orbem intereà grassante. Marcum, nihilominùs, penè laudant omneis historici; ortumque à Numâ notant eduxisse. Dionysius Corinthius Antistes, hoc Cæsare, iubet Iudæum quemdam aquâ baptizari, quem insignis nebulo quidam, arenâ baptizâsset. Anno denique, à natalibus Christi Seruatoris, 182. 16. Calendas Aprileis, M. Aurelium, cognomento Philosophum, voluntariâ fame mortuum Syrmij, in Pannonijs; tradit *Iulius Capitolinus*, quùm imperâsset annos	19.	& 1.	
		Mensem, (inquit *Achilles P. Gaßarus.*) Chryserotes Libertus, & Aurelij Nomeclator, notat, ab initio Cęsaris, huc vsquè, annos fluxisse 226. Licèt proindè satis elicere, apud *Theöphilum Alexandrinum* corruptè haberi. *Ann.* 237. pro 227. Ita-que perfacilè, pro hoc Charactere, alius fuerit Character positus, & commutatus, temporis & Anni; In quo persæpè, Librariorum, & Amanuensium imperitiâ, & incuriâ solet aberrari.			
181	8.	*Aurel. Commodus (inquit Anonymi Chronicon) filius Marci Aurel. Antonij imperat* annis	13.		

Post

Post Sotherum Papam, Eleutherius præsidet annis XV. *Anno Domini* CLXXXIII. *Ad hunc Papam, misit Lucius Rex Britonum, litteras, & nuncios, petens, vt ab eo Christianitatem reciperet; Et impetrauit. Siquidem, coperta eius deuotione Pontifex, Duos Viros Religiosos, Fuganū, & Duntanū misit ad illum. Qui verbi Dei incarnationem prædicantes, ipsum fonte baptismatis abluērunt; Et Gentem eius, ad Christum conuerterunt. Fuerunt enim tunc in Britannia* XXVIII. *Flamines, & Pontifices Paganorum, necnon, & tres Archi-Flamines, Quorum Potestati, cæteri Iudices Idolorum, atque Phanatici, submittebantur. Hos denique, ex Apostolici præcepto, Idololatriæ eripuērunt. Et vbi erant Flamines, Episcopos; vbi erant Archi-Flamines, Archi-Episcopos posuerunt. Sedes Archi-Flaminum, in tribus nobilioribus Ciuitatibus fuerunt, Lundonijs videlicet, atque Eboraci; & Vrbe Legionum, quam super Oscam Fluuium, veteris muri ædificia, in Glamorgaciâ situm fuisse testantur. Per idem tempus, pax Ecclesijs per omnem terram propagatur; Et sermo Dei, ex omni Genere hominum, ad agnitionem, & pietatem Dei summi, animas congregabat. Interim, Romanum Imperium regebat Commodus, multis incommodus; nec multò post, in Domo sua Commodus strangulatus interijt.* Hactenus ex Chronico nostro MS.

Omnium profectò libidinum homo exstitit Commodus, & helluō immanis; Idemque, Deus voluit haberi. Et Hercules Romanus appellari: Vndè, pellem, & Clauam gestans,

Anni à Christo nato. | Numerus Imperatorum. | ...tum Anni. | ...rato Menses. | Imp. Dies.

ſtans, riſum ijs mouebat capitalem, quos riſiſſe animaduertiſſet. Sanctus Pontifex Eleutherius, Anno Imperij Commodi 13. ſeptimo Calendas Iunias moritur, gladióne, an verò aliter, parum conſtat. Martyrologium tamen eum Martyrem vocat. Sed, Et hoc nomen præclarum, Confeſſoribus quoque Illuſtribus tributum, interdum, obſeruare licet.

Aureliorum Domus, in hoc Cæſare Commodo, annos 32. nato, Principatum amiſit. Cùm is, furens libidine, auaritiâ, crudelitate, nulli fidus, imperâſſet, (*vt habet Chronologus noſter* Anonymus) annos 13.

194. 19. Ælius Pertinax, Afer, *Poſt hunc (inquiunt Chronica noſtri Anonymi MS.) Cæſar à Senatu creatus eſt, Et ſexto menſe, ex quo regnare cœperat, Iuliani Iuriſperiti ſcelere, in Palatio eſt occiſus, Vir grandæuus, & æquiſſimus, omniumque Communis Parens; Qui nunquam accepit munera, nunquam ad vlciſcendum ductus. Hunc, Cùm obteſtaretur Senatus, vt Vxorem ſuam* Auguſtam, *Et filium, Cæſarem appellaret; Contradixit, Sufficere inquiens ſibi, ſi regnaret inuitus.* Huic Ioãnnes Cariön conformiter, ſcribit, & aſſerit Ælium Pertinacem imperâſſe menſes 6.

195. 20. Didius Iulianus, ortu Mediölanenſis nobiliſſimus, Iure peritiſsimns, Virfactioſus, præceps, regnandi auidiſſimus *Imperium inuaſit anno Domini (ait noſter Anonymus)* CXCV. Extentâ, damnatorum modo, ceruice, in Palatio perijt decol-

decollatus, Id volente Senatu; Eiusque Caput, iubente Seuero, est expositum in Rostris, septimo, postquam cœpisset imperitare mense 7.
Tumque prosequitur Anonymus idem,

196. 21. *Seuerus (inquiens) genere Afer, imperat annis* 17.
Is, Seuerus, & bellicosus, Græcis, & Latinis litteris sufficienter instructus, acer ingenio, & ad omnia quæ intendisset finetenus perseuerans, mirabilis beniuolentiæ, æquò se inclinauit. In Amicos, & Inimicos vehemens. Anno Domini CXCIX. *Victor, præsidet annis* X. Achilles P. Gassarus addit trimestre, diesque decem. Alij nouennium Pontificatui Victoris duntaxat tribuendum censent. *Hic constituit, vt Sãctum Pascha, Die Dominicâ celebraretur, Autore Anonymo nostro MS.*

Grauis hæc (inquam) De Sancto Paschate, Quæstio agitata est, 4. Septimij Seueri Imp. anno; Illudne foret colendum, Die Dominico, An verò, Ex præscripto legis Mosaicæ, 14. Mensis. Victor porrò Pont. Max. Ecclesijs Anathema indixit, Quæ Pascha suum celebrarent aliter quàm faceret Ecclesia Romana. Querimoniæ proinde graueis emersêre, Compluribus Victorem Papam asserentibus duriter agere: Sed falsò. Tunc siquidem temporis, perniciosi Montanistæ permulti, docebant Pascha debere necessariò, cum Iudæis, celebrari. 14. mensis. Quâ certè in disceptatione, reque graui, molliter conniuere, Ecquid, amabò! prætereà fuisset; nisi, Christi DOMINI Vicarium

sticolas piös prohibet persecutionem.

Vultu, sereno, eodemque pulchro, membra procerus exstitit, & validus decenter. Solitus, panis aliquantulum degustare, permodicumque vini, priusquàm salutandus prodiret; nè fortè, per ieiunium, sanguine circùm præcordia frigescente, viribus interciperetur exæsis, eòque, publicorum actuüm minimè sufficere laboribus posset; Quę, ad speciem PATRIS-FAMILIAS longè optimi, mirâ diligentiâ exequebatur.

Compressit, Princeps etiam mansuetissimus, Patres roganteis quęstionem ad eos persequendos, qui piüm in Cæsarem coniurâssent, præfatus; *Nil esse ita necesse, Cupidos in semetipsum sceleris, pertinaciter indagari; nè si fortassis plureis reperirentur; Quantis ipse odio esset, cognosceretur.* Apud Lorios igitur, propriâ Villâ, duodecim passuüm millibus ab Vrbe, paucorum diërum febri, post treis & viginti annos, & menses treis Imperij exactos, septimo Martij, Pontificatus Pij primi Anno 5. Christi Seruatoris 162. consumtus est. Successit, ex Faustinâ Antonij Pij filiâ, in matrimonium, paulò antè mortem Pij, cùm Tribunitiâ dignitate acceptâ, Gener.

163 | 17. Marcus Aurelius Antoninus, seu Antonius, cognomento Philosophus, S. C. Cæsar declaratus; Qui nouo beniuolentiæ genere, Luciüm Ælium, seu Annium Verum, propinquum, vel

vel Generum suum, ad Imperij partem adsciuit. Tùm, Duos primum Roma simul imperatores suos vidit; Et Diuos fratres vocauit. *Anonymus noster MS. Chronologus, Anno (inquit)* DN.CLXII. *Marcus Antonius Verus, cum fratre Lucio Aurelio Commodo imperat annis* 19.

Hi, primum, æquo iure Imperium gubernant, Cùm vsque ad hoc tempus, singuli fuerint Augusti. Porrò, Marcus Antonius, tantâ virtute seueritatis, & grauitatis dicitur fuisse, vt ab infantiâ, vultum, nec ex lætitiâ, nec ex mœrore mutauerit vnquàm. Aniceto PP. passo, Pius succedit, annis IX. *(al.* XI.*) Sub quo, Hermes, frater eiusdem Pontificis Pij, librum scripsit, In quo continetur mandatum, Quod ei præcepit Angelus Domini, Cùm venit ad eum, in habitu Pastoris, Et præcepit ei, vt Sanctum Pascha Die Dominicâ celebraretur.* Liber iste, Pastor est inscriptus: Piiúsque Pontifex, ab Augustino postponitur Aniceto Syro: Attamen, *Irenæus, Tertulliănus, Epiphaniús, & Nicephorus, Ioánnes Carìon, & Achilles P. Gassarus*, alijque ferè omnes Scriptores historici, Piüm Aniceto Papę præposuêre.

Luciús Aurelius, anno Regni sui IX. *vel* (vt alij malunt) XI. *casu morbi, quem ἀποπλήξιν vocant Græci (ait noster Chronologus innominatus MS.) Suffocatus interijt, iter faciens inter Altinum, & Concordiam, (addit. S. Aurel. Victor) Eo defuncto, Marcus Antoninus solus, Reipublicæ præfuit. Sed in diebus Parthici belli, quarta iam post Neronē, præcepto eius, persecutio in Christianos efferbuit; Et tam in Asiâ, quam*

quàm in Galliâ, multi Sanctorum Martyrum coronati sunt. In Asia, Sanctus Policarpus, gloriosè victor occubuit: Alij etiam XII. *Qui cum Polycarpo, ex Philadelphia venerant, apud Smyrnam, Martyrio coronati sunt. In Galliâ, Iustus Viennensis, Episcopus, & Fotinus Lugdunensis, cum innumerabili multitudine martyrizantur, Quorum passiones leguntur. Vndè, tanta luës per Orbem, à Deo immissa est; vt ferè totus Romanus exercitus sit deletus. Eo tempore, pluuia datur Romanis, orantibus* Christianis; *Et è contra, fuuera eorum hostes terrent. Hoc etiam tempore, Milito Sardensis Episcopus, Apollinaris Hierapolitanus, Corynthiorum, Dionysius, insignes habentur. Hæresis quæ Cathafrigax, nominatur, accepit exordium; Montano Authore, Et Priscilla, Maximillaque, insanis vatibus. Post Pium Papam, Sother, Romanæ Ecclesiæ sedem tenuit annis* IX. *Anno Domini* CLXXI. *Per idem tempus, floruit Egesippus Scriptor historicus, Et Hyrenæus Lugdunensis Episcopus, & Martyr. Theodocion quoque, tertius Diuinæ legis Interpres. Antonius, In Pannonia, morbo perijt, Anno Domini* CLXXXI. Hoc ordine, ac stylo cõtinuò, res gestas, hoc Imperatore, texuit noster Anonymus MS. Lemouix (quantum conijcere datur, ex eius scriptione historicâ) *A*sceta.

Cæterùm, ex alijs Scriptoribus plerisque historicis, habemus martyrium Pij I. in annum 5. Marci Aurelij, & Lucij Veri, *Arme*nici, Parthici, Medici, &c. incidisse, Iulij vndecimo die: Anicetumque illi substitutum anno

anno 168. Videantur *Irenæus, Tertul. Niceph. &* *alij*. Tunc etiam Marcellina Gnostica, & Marciön Hæresiärcha, posteàquàm, vt lupi rapaces, Romæ multos corrupissent, proscripti fuêre: acerrimum etiam Antagonistam Polycarpum Smyrnensem est impius Marcion, Diaboli primogenitus, ibidem expertus. Hegesippus etiam, hoc tempore, à Diuo Hieronymo, *De scriptoribus Eccles.* putatur, sub Aniceto Papâ, Romam venisse; fuitque ab eo, qui tempore Constantini magni claruit, Excidij Hierosolymitani Scriptor, alius Vir eruditus.

Anno porrò indè Christi 169. Peregrinus, in accensum rogum se coniecit, Smyrnæus Polycarpus Martyrium est perpessus, posteàquàm annis 86. Christo DOMINO perdignè, ac laudabiliter inseruijsset; habuissetque, præter ceteros celebreis Discipulos, Irenæum Lugdunensem, & Benignum, in Galliâ Martyres præclaros. Dum, hæc inter, pestis ingens adeò grassatur, vt Impp. ad bellum Marcomannicum atrox, seruos etiam euocare cogerentur, calumnias suas in Christianos augent, Gentileis, omniumque calamitatum asserunt esse causas, quòd ipsi Deos aspernarentur. Proindè, Caussam pertuëndam constanter suscipit Melito Sardensis Antistes, & Cæsari M. Aurelio, Apologeticum, pro Christianis offert. Tuetur eamdem caussam, forti quoque scri-

 ptione

ptione, Hierapolitanus Episcopus Apollinaris.

Emergit nihilominus, nunc, & insanit Pseudopropheta Montanus, qui se, ore blasphemo Paracletum dicat, Pœnitentiam, Confessionemque tollere maximè contendat, Et Matrimonij iura sacra euertere nitatur. A peste hâc fœdissimâ effluxêre, qui dicerentur Montanistę, Quintiliani, Priscilliani, Quartodecimani, & à certo Phrygię vico, Pepuziani: fœda luës hæc, tota ferè Phrygum exstitit conflata. Hinc apud Anonymum nostrum Chronologum, fortè Lemouicensem Monachum, iam est vocata Κατὰ Φρύγας. Seu, vt vulgò, dicta Cataphrygarum.

Anicetus Papa, compluresque alij Martyres fiunt anno Christi 175. In queis, & Felix illa Mater, à Symphorosâ diuersa, Felicitas, quæ martyres Christo pepererit septem proles ter beatissimas. Aniceto successit, Maij die quarto, Sother Papa.

Marcus Aurelius, Marcomannis ad Rhenum deuictis, anno Christi 176. Dùm trans Rhenum in Quados arma mouet, aquæ penuriâ, & hostium virtute, in extremum discrimen adducitur, vt, & de Cęsare, & toto penè exercitu actum diceretur: Sed humanũ quùm maximè auxilium deesset, ad Diuinum præsentiùs itum est. Christiani namque milites, à Deo, fusis precibus impetrârunt, tum pluuiã abun-

abundè, tùm,& summo miraculo victoriam subsecutam. Vide rei huius memorabilis luculentum testimonium apud *Tertul. cap.* 5. *Apolog*. Neque multum hîc morare *Scaligerum*, eâ de re, impugnare conatum Imperatoris Marci epistolam ad Senatum.

Mouet *Scaliger* dubium aduersus Decretum *P*ij *P*apę, De Celebratione *P*aschatis, Dominico Die agendâ, idque putat Eusebio additum: Id tamen malè probat: Et *Epistola sexta S. Ignatij Martyris, ad Magnesianos, octauaque, ad Philippenses*, satis clarè ostendit, hanc fuisse traditionem perantiquam. De hâc autem Celebratione Paschatis, Et de *A*uthore libri, Qui *Pa*stor inscribitur, in quo mandatum *A*ngeli habeatur, Baronium videto. *Diuus* denique *Hieronymus*, *In suo Ægesippo*, *Sanctusque Augustinus*, *Epistola* 165. Et *Optatus Mileuitanus*, quos *Anonymus noster Chronologus* est secutus, licèt Hyginij posuerint *A*nicetum successorem in *P*ontificatu summo, Italù tamen *P*ium, Hyginio statim successisse probabiliùs crediderim; pręsertim, Cùm illud ipsum, qui tunc temporis etiam vixêre, sint testati; *Irenæus*, *Capite* 3. *libri* 3. *Ægesippus*, *apud Euseb. lib.* 4. *Tertullianus*, *lib.* 3. *Carm. contrà Marcionem. Et Epiphanius*, *Hæresi* 27.

Excitatam M. *A*urelio Imperatore in Christianos persecutionem constat, Quæ apud *Seuerum*, ordine qninta ponatur, nullo tamen, vt vide-

Anni à Christo nato. | Numerus Imperatorum Rom. | tum Anni. | tio Menses. | Impe. Dies.

videtur, M. Aurelij edicto; Sed quæ fuerit lege Veteri commota; Quæ, peregrinam omnem religionem vetuisset: Nisi quòd, Dùm eam dissimularent, Parens, M. Aurelius, & filius, Commodus; ad Marci Aurelij mortem vsque, illa certè immanis perdurârit; eamque vltus sit Iustus Iudex Deus, grauissimâ exortâ peste, per impium Orbem intereà grassante. Marcum, nihilominùs, penè laudant omneis historici; ortumque à Numâ notant eduxisse. Dionysius Corinthius Antistes, hoc Cæsare, iubet Iudæum quemdam aquâ baptizari, quem insignis nebulo quidam, arenâ baptizâsset. Anno denique, à natalibus Christi Seruatoris, 182. 16. Calendas Aprileis, M. Aurelium, cognomento Philosophum, voluntariâ fame mortuum Syrmij, in Pannonijs; tradit *Iulius Capitolinus*, quùm imperâsset annos 19. & 1. Mensem, (inquit *Achilles P. Gaßarus.*)

Chryserotes Libertus, & Aurelij Nomeclator, notat, ab initio Cęsaris, huc vsquè, annos fluxisse 226. Licèt proindè satis elicere, apud *Theophilum Alexandrinum* corruptè haberi. *Ann.* 237. pro 227. Ita-que perfacilè, pro hoc Charactere, alius fuerit Character positus, & commutatus, temporis & Anni; In quo persæpè, Librariorum, & Amanuensium imperitiâ, & incuriâ solet aberrari.

181 | 8. *Aurel. Commodus (inquit Anonymi Chronicon) filius Marci Aurel. Antonij imperat annis* 13.

Post

Post Sotherum Papam, Eleutherius præsidet annis XV. *Anno Domini* CLXXXIII. *Ad hunc Papam, misit Lucius Rex Britonum, litteras, & nuncios, petens, vt ab eo Christianitatem reciperet; Et impetrauit. Siquidem, coperta eius deuotione Pontifex, Duos Viros Religiosos, Fuganũ, & Duntanũ misit ad illum. Qui verbi Dei incarnationem prædicantes, ipsum fonte baptismatis abluërunt; Et Gentem eius, ad Christum conuerterunt. Fuerunt enim tunc in Britannia* XXVIII. *Flamines, & Pontifices Paganorum, necnon, & tres Archi-Flamines, Quorum Potestati, cæteri Iudices Idolorum, atque Phanatici, submittebantur. Hos denique, ex Apostolici præcepto, Idololatriæ eripuërunt. Et vbi erant Flamines, Episcopos; vbi erant Archi-Flamines, Archi-Episcopos posuerunt. Sedes Archi-Flaminum, in tribus nobilioribus Ciuitatibus fuerunt, Londonijs videlicet, atque Eboraci; & Vrbe Legionum, quam super Oscam Fluuium, veteris muri ædificia, in Glamorgaciâ situm fuisse testantur. Per idem tempus, pax Ecclesijs per omnem terram propagatur; Et sermo Dei, ex omni Genere hominum, ad agnitionem, & pietatem Dei summi, animas congregabat. Interim, Romanum Imperium regebat Commodus, multis incommodus; nec multò post, in Domo sua Commodus strangulatus interijt.* Hactenus ex Chronico nostro MS.

Omnium profectò libidinum homo exstiftitit Commodus, & helluô immanis; Idemque, Deus voluit haberi. Et Hercules Romanus appellari: Vndè, pellem, & Clauam gestans,

Anni à Christo nato. | Numerus Imperatorum. | Anni. | Menses. | Dies.

stans, risum ijs mouebat capitalem, quos risisse animaduertisset. Sanctus Pontifex Eleutherius, Anno Imperij Commodi 13. septimo Calendas Iunias moritur, gladióne, an verò aliter, parum constat. Martyrologium tamen eum Martyrem vocat. Sed, Et hoc nomen præclarum, Confessoribus quoque Illustribus tributum, interdum, obseruare licet.

Aureliorum Domus, in hoc Cæsare Commodo, annos 32. nato, Principatum amisit. Cùm is, furens libidine, auaritiâ, crudelitate, nulli fidus, imperâsset, (*vt habet Chronologus noster* Anonymus) annos 13.

194. 19. Ælius Pertinax, Afer, *Post hunc (inquiunt Chronica nostri Anonymi MS.) Cæsar à Senatu creatus est, Et sexto mense, ex quo regnare cœperat, Iuliani Iurisperiti scelere, in Palatio est occisus, Vir grandæuus, & æquissimus, omniumque Communis Parens; Qui nunquam accepit munera, nunquam ad vlciscendum ductus. Hunc, Cùm obtestaretur Senatus, vt Vxorem suam* Augustam, *Et filium, Cæsarem appellaret; Contradixit, Sufficere inquiens sibi, si regnaret inuitus.* Huic Ioãnnes Cariön conformiter, scribit, & asserit Ælium Pertinacem imperâsse menses 6.

195. 20. Didius Iulianus, ortu Mediölanensis nobilissimus, Iure peritisimns, Virfactiosus, præceps, regnandi auidissimus *Imperium inuasit anno* Domini *(ait noster Anonymus)* cxcv. Extentâ, damnatorum modo, ceruice, in Palatio perijt decol-

decollatus, Id volente Senatu; Eiusque Caput, iubente Seuero, est expositum in Rostris, septimo, postquam cœpisset imperitare mense 7. Tumque prosequitur Anonymus idem,

196. 21. *Seuerus (inquiens) genere Afer, imperat annis* 17. *Is, Seuerus, & bellicosus, Græcis, & Latinis litteris sufficienter instructus, acer ingenio, & ad omnia quæ intendisset finetenus perseuerans, mirabilis beniuolentiæ, æquò se incl.nauit. In Amicos, & Inimicos vehemens. Anno Domini* CXCIX. *Victor, præsidet annis* X. Achilles P. Gassarus addit trimestre, diesque decem. Alij nouennium Pontificatui Victoris duntaxat tribuendum censent. *Hic constituit, vt Sāctum Pascha, Die Dominicā cēlebraretur, Autore Anonymo nostro MS.*

Grauis hæc (inquam) De Sancto Paschate, Quæstio agitata est, 4. Septimij Seueri Imp. anno; Illudne foret colendum, Die Dominico, An verò, Ex præscripto legis Mosaicæ, 14. Mensis. Victor porrò Pont. Max. Ecclesijs Anathema indixit, Quæ Pascha suum celebrarent aliter quàm faceret Ecclesia Romana. Querimoniç proinde graueis emerserè, Compluribus Victorem Papam asserentibus duriter agere: Sed falsò. Tunc siquidem temporis, perniciosi Montanistæ permulti, docebant Pascha debere necessariò, cum Iudæis, celebrari. 14. mensis. Quâ certè in disceptatione, reque graui, molliter conniuere, Ecquid, ama bò! prætereà fuisset; nisi, Christi DOMINI Vicarium

carium in terris, Pontificem Maximum Victorem, conniuendo, Schisma, Hæresimque fouisse? Nequaquam sanè cedendum fuit malis, Sed contrà potentiùs eundum. Hocce, itaque, Victor Põtifex Summus, pietate, Doctrináq; conspicuus Anathematis extremo est remedio vti coäctus. Nequè, tamẽ se, propterea, qui dissentiebant, ab Ecclesiâ Catholicâ separârunt omneis; Sed, qui pertinaciùs in suo Schismate contumaces permanserunt; sese, ijdem, in suâ dementiâ miserandi potiùs, quàm confutandi, ab Ecclesiæ Romanę concordi mente, ac salutari vniõne seiunxerunt, & Quartodecimani exstiterunt nuncupati. Hâc de re prolixiùs alibi, Quùm, post exhibitum hunc Catalogum Cęsarum Romanorũ Chronologicum, De Anni variâ ratione, atque reformatione, agetur. Exstitit huius quoq; Cæsaris Seueri tempestate, Praxæäs Veterator, Qui dicere auderet, Christum, esse Deum Patrem, eumdemque, affixum fuisse Cruci, indèque Patropassiäni; Itemque Monarchici Hæretici, Qui, Vnicam, in Sacrosanctâ Trinitate statuerẽt, Personam; At verò, floruit, & hoc tempore, Tertullianus, ortu Carthaginensis, scripsitq; Librum, De Præscriptione, aduersùs hæreseis. Et aliquantò post tempore, Librum De Pallio, Cuius Capite Secundo, Seuerum Patrem, ac eiusdem filios Caracallum, & Getam, per Imperij triplicem vnitatem, voluit intel-

intelligendos. Seuerus, bellum Parthicum satis feliciter confecit, adiutus ab Osroënorum Rege, Abagaro, qui putatur Christianus, operâ Iudæ Thadęi Apostoli, fuisse. Genus suũ, Marci Aurelij, legitur Seuerus ipse inseruisse; Et, primùm quidem, impensè Christianis fauisse; vt magnum proindè incrementum sumsisse, Catholica Ecclesia, hoc Cęsare, notetur; At, mutato exindè in Christianos animo, Anno Christi DOMINI. 204. Edictum persecutionis in eos promulgat; Quę, iuxtà Sulpitium, Sexta, eademque adeò exstitit grauis, vt Seueri Cæsaris tempora ista, crederentur Anti-Christi; Victor, hisce, Martyrium passus, Successorem habuit Zepherinum Pontificem Maximum. Tunc etiam martyrio coronatus est Origenis Pater, Leonides, à quo, vix, à Matre, adolescens adhuc ipse fuit Origenes auulsus. Exindè, Christi sententiam, Matthæi. cap. 19. enunciatam, malè interpretatus, seipsum excidit. Pantheon, per hoc tempus, Romæ reparatur: fuit autem hic Imperatoris Seueri annus 12. Consuli Plautiano, Antonini Socero, Afro, Christianorum inimico acerrimo infelicissimus. Quippe, qui eo, insidijs Generi sui, miserrimè perierit. Eccè profectò, quòd Procemio nostro iam attigimus, Speculum, vel certè ludibrium potiùs humanę felicitatis, & Sortis inconstantioris. Deiectis solo, & statuis dissipatis, nomen abraditur; Filius cum

filiâ eiusdem indecorè relegati, miserrimè quoquè tandem occiduntur.

Seuerus denique, omnibus rebus felix, liberis infelix; tantùm non occisus ab Antonino filio; annos natus 70. Eboraci; in Britanniâ, mẽse Februario, mœrore animi, ob dissidium filiorum, confectus, moritur.

213. 22. Aurelius Antoninus Bassianus Caracalla, filius Seueri, genitus Lugduni, solus imperauit annis 6.

Dictus est Caracallus, à veste, quam Populo talarem, & cucullatam dedisset. Christiano lacte educatus, dederat specimen pueritiæ honestioris; Sed, vt honores persæpè mores mutant; cœpit, cum potestate, in omneis Christianos sæuire.

Secundus annus Caracalli tragicus exstitit. Is enim spectauit stupens Getam, biennio iuniorem, in sinu Matris interfectum; Id iubente fratre Antonino, Bassiano, Caracallâ; Qui etiam fautores omnes occidendos imperauit. Vidit prçtereà viginti millia, cum Papiniano Iurisconsulto, & compluribus Senatoribus cæsa. Vltio hæc creditur fuisse diuina, ob sanguinem multorum Christianorum impiè fusum.

Tertulliani doctrinam, ingenium, & lapsum, per hoc tempus, Quo Gelasius, inter apocrypha, eius opera posuit, videto, apud, *Vincentium Lirenensem, Cap. 24. contra Hæreseis.*

Exi-

Exitum, apud Augustinum, De Hæresibus, Cap. 86. Ingenium laudatum; damnatas hæreseis, *In Apologiâ contra Ruffinum.*

Agrippinus Carthaginensis Antistes, Caracallo item Imperatore, Baptismum Hæreticorum, nullum, coacto Concilio, primus pronunciat. Probat hanc sententiam Cyprianus; Improbat Augustinus, *lib.2. De Baptismo, contra Donatistas*: Cuius *Cap.* 9. Cyprianum excusat.

Antoninus Caracalla, Regem Osroënorum, Abagarum, Christianum, & sanctum, (vt ait, Ex Africano, Eusebius) sibi amicè occurrentem, vt amicitiam, cum Seuero, nunc nuper, initam, firmaret, summâ perfidiâ, in vincula conijci iubet, Anno Redemti Orbis 218. Mense tandem Aprili, Anni 219. Edessâ, versùs Carras iter faciens, bellum cum Parthis redintegraturus, à milite, clanculùm misso à Macrino. Cùm is ad officia naturalia secederet, interficitur. Vixit annis ferè triginta; Corpus eius, Romam relatum est.

9. 23. Macrinus natione Maurus, vnà cum Diädumeniano filio, electus ab exercitu substituitur Imperator: Et vndecimo die ab electione, iteratum certamen per triduum, ab irrumpentibus Parthis fortiter, & strenuè sustinet, donec, Bassiäni Caracallę perfidi morte cognitâ, (quem illi solum quærerent) oblatas à Macrino Cęsare conditiones pacis admisêre. Por-

Annis à Christo nato. | Numerus Imperatorum.

rò, & Macrinus, Diädumenus, imperarunt Menscis

Obtruncati denique ab eodem exercitu, Quòd Macrinus, militarem luxuriam, & stipendia comprimeret profusiora.

220. 24. M. Aurelius Antoninus Varius, idem Heliögabalus, seu Helagabalus dictus, Caracallæ, ex Semeæ Consobrinâ, occultè stup ratâ, Filius, imperauit annis, *vt scribit. S. Aurel Victor*, 2. 34. vel, (*vt mauult Achilles P. Gassarus*, *annis* 4

Heliögabalus, seu Helagabalus nuncupatus dicitur; Quôd, Gabalæ, quæ Vrbs est Phœniciȩ, Solis Sacerdos, in Tẽplo Solis fuisset; Vel certè, Quòd eius Matris Semëæ Auus, Bassianus nomine, Solis Sacerdos extitisset.

Hic, secundo Imperij sui anno, qui nati Christi fuit 222. Cùm, Romam, ingenti militum, & Senatus expectatione, cum Semeâ Matre, & Sorore Matris, Mammëâ, Fœminâ laudatissimâ, venisset, cæterorum, sinè numero, Deörum, qui Panthëon haberent Commune, religionibus antiquatis, Solem Deum; solum voluit colendum. Ea res sanè, fidei Christianæ, permagnum adtulit incrementum. Venit & eodem anno Romam, Origenes, qui Mammeäm, Antiöchiæ, præceptis, & moribus Christiänis optimè imbuerat; breui tamen, Alexandriam repetiturus. Eusebij Chronica, notant Zephyrinum, 26. Augusti; Anno à Christo nato 121. mortuum esse: nec

vllam

Imperium Anni. | Imperij Dies. rum. 4. Mensis

vllam martyrij mentionem faciunt; Cùm tamen, Martyrem eum vocet Martyrologium. Idquod, fortassis agit, antiquam (vt sequatur consuetudinem; Quâ, Confessores Christi, Martyres etiam dicebantur. Zephyrinus habuit sequentis Septembris die secūdo, Successorem in Pontificatu Summo, Calistum, id nominis primum.

Heliögabalus denique, annos natus circiter viginti, cùm se probris omnibus contaminâsset, inuisus militibus, & coäctus, Alexiänum Macellum, Consobrinum suum, Cæsarem creät; Alexandrumque vult vocatum; Indè verò sequenti anno Christi 224. ob nefandas turpitudines, tumultu militari cùm fuisset interfectus; Corpus eius, canini cadaueris more, per Vrbem raptatum, Et rabidæ libidinis Catula dictitatum, cauillo militari: adiectoque pondere graui, nè vnquàm emergeret, in Tyberim deiectum est. Itaque,

24. 25. Alexander Mämmëæ Filius, à Senatu, & Populo Romano, Imperator creätur, ętatis anno 16. exëunte Februärio, aut certè, Mense Martio ineunte. Is imperauit annis 13.

Seuerus Alexander, seruantissimus æqui, ferèque Christianus, frequens dictitabat; *Quod tibi fieri non vis, alteri nè feceris ipse.* Esse quidem ille Christianos permisit; neque tamen fuit eius Imperium sinè sanguine Christiänorum, licèt secùs senserint Eusebius, & Herodianus.

 Cali-

ptione, Hierapolitanus Episcopus Apollinaris.

Emergit nihilominus, nunc, & insanit Pseudopropheta Montanus, qui se, ore blasphemo Paracletum dicat, Pœnitentiam, Confessionemque tollere maximè contendat, Et Matrimonij iura sacra euertere nitatur. A peste hâc fœdissimâ effluxêre, qui dicerentur Montanistę, Quintiliani, Priscilliani, Quartodecimani, & à certo Phrygię vico, Pepuziani: fœda luës hæc, tota ferè Phrygum exstitit conflata. Hinc apud Anonymum nostrum Chronologum, fortè Lemouicensem Monachum, iam est vocata Κατὰ φρύγας. Seu, vt vulgò, dicta Cataphrygarum.

Anicetus Papa, compluresque alij Martyres fiunt anno Christi 175. In queis, & Felix illa Mater, à Symphorosâ diuersa, Felicitas, quæ martyres Christo pepererit septem proles ter beatissimas. Aniceto successit, Maij die quarto, Sother Papa.

Marcus Aurelius, Marcomannis ad Rhenum deuictis, anno Christi 176. Dùm trans Rhenum in Quados arma mouet, aquæ penuriâ, & hostium virtute, in extremum discrimen adducitur, vt, & de Cęsare, & toto penè exercitu actum diceretur: Sed humanũ quùm maximè auxilium deesset, ad Diuinum præsentiùs itum est. Christiani namque milites, à Deo, fusis precibus impetrârunt, tum pluuiã abun-

abundè, tùm, & summo miraculo victoriam subsecutam. Vide rei huius memorabilis luculentum testimonium apud *Tertul. cap.* 5. *Apolog.* Neque multum hîc morare *Scaligerum*, eâ de re, impugnare conatum Imperatoris Marci epistolam ad Senatum.

Mouet *Scaliger* dubium aduersus Decretum Pij Papę, De Celebratione Paschatis, Dominico Die agendâ, idque putat Eusebio additum: Id tamen malè probat: Et *Epistola sexta S. Ignatij Martyris, ad Magnesianos, octauaque, ad Philippenses*, satis clarè ostendit, hanc fuisse traditionem perantiquam. De hâc autem Celebratione Paschatis, Et de Authore libri, Qui Pastor inscribitur, in quo mandatum Angeli habeatur, Baronium videto. *Diuus* denique *Hieronymus*, *In suo Ægesippo*, *Sanctusque Augustinus*, *Epistola* 165. Et *Optatus Mileuitanus*, quos *Anonymus noster Chronologus* est secutus, licèt Hyginij posuerint Anicetum successorem in Pontificatu summo, Italu tamen Pium, Hyginio statim successisse probabiliùs crediderim; pręsertim, Cùm illud ipsum, qui tunc temporis etiam vixêre, sint testati; *Irenæus*, *Capite* 3. *libri* 3. *Ægesippus*, *apud Euseb. lib.* 4. *Tertullianus*, *lib.* 3. *Carm. contrà Marcionem. Et Epiphanius*, *Hæresi* 27.

Excitatam M. Aurelio Imperatore in Christianos persecutionem constat, Quæ apud *Seuerum*, ordine qninta ponatur, nullo tamen, vt vide-

Anni à Christo nato. | *Numerus Imperatorum Rom.* | *Annorum.* | *Mensium.* | *Imperij. Dierum.*

videtur, M. Aurelij edicto; Sed quæ fuerit lege Veteri commota; Quæ, peregrinam omnem religionem vetuisset: Nisi quòd, Dùm eam dissimularent, Parens, M. Aurelius, & filius, Commodus; ad Marci Aurelij mortem vsque, illa certè immanis perdurârit; eamque vltus sit Iustus Iudex Deus, grauissimâ exortâ peste, per impium Orbem intereà grassante. Marcum, nihilominùs, penè laudant omneis historici; ortumque à Numâ notant eduxisse. Dionysius Corinthius Antistes, hoc Cæsare, iubet Iudæum quemdam aquâ baptizari, quem insignis nebulo quidam, arenâ baptizâsset. Anno denique, à natalibus Christi Seruatoris, 182. 16. Calendas Aprileis, M. Aurelium, cognomento Philosophum, voluntariâ fame mortuum Syrmij, in Pannonijs; tradit *Iulius Capitolinus*, quùm imperâsset annos 19. & 1. Mensem, (inquit *Achilles P. Gassarus*.)

Chryserotes Libertus, & Aurelij Nomēclator, notat, ab initio Cęsaris, huc vsquè, annos fluxisse 226. Licèt proindè satis elicere, apud *Theöphilum Alexandrinum* corruptè haberi. *Ann.* 237. pro 227. Ita-que perfacilè, pro hoc Charactere, alius fuerit Character positus, & commutatus, temporis & Anni; In quo persæpè, Librariorum, & Amanuensium imperitiâ, & incuriâ solet aberrari.

182. 18. *Aurel. Commodus (inquit Anonymi Chronicon) filius Marci Aurel. Antonij imperat annis* 13.

Post

Post Sotherum Papam, Eleutherius præsidet annis XV. *Anno Domini* CLXXXIII. *Ad hunc Papam, misit Lucius Rex Britonum, litteras, & nuncios, petens, vt ab eo Christianitatem reciperet; Et impetrauit. Siquidem, coperta eius deuotione Pontifex, Duos Viros Religiosos, Fuganū, & Duntanū misit ad illum. Qui verbi Dei incarnationem prædicantes, ipsum fonte baptismatis abluërunt; Et Gentem eius, ad Christum conuerterunt. Fuerunt enim tunc in Britannia* XXVIII. *Flamines, & Pontifices Paganorum, necnon, & tres Archi-Flamines, Quorum Potestati, cæteri Iudices Idolorum, atque Phanatici, submittebantur. Hos denique, ex Apostolici præcepto, Idololatriæ eripuërunt. Et vbi erant Flamines, Episcopos; vbi erant Archi-Flamines, Archi-Episcopos posuerunt. Sedes Archi-Flaminum, in tribus nobilioribus Ciuitatibus fuerunt, Lundonijs videlicet, atque Eboraci; & Vrbe Legionum, quam super Oscam Fluuium, veteris muri ædificia, in Glamorgaciâ situm fuisse testantur. Per idem tempus, pax Ecclesijs per omnem terram propagatur; Et sermo Dei, ex omni Genere hominum, ad agnitionem, & pietatem Dei summi, animas congregabat. Interim, Romanum Imperium regebat Commodus, multis incommodus; nec multò post, in Domo sua Commodus strangulatus interijt.* Hactenus ex Chronico nostro MS.

Omnium profectò libidinum homo exstitit Commodus, & helluō immanis; Idemque, Deus voluit haberi. Et Hercules Romanus appellari: Vndè, pellem, & Clauam gestans,

Anni à Christo nato.	Numer. Imperatorum.
196.	21.

decollatus, Id volente Senatu; Eiusque Caput, iubente Seuero, est expositum in Rostris, septimo, postquam cœpisset imperitare mense 7.
Tumque prosequitur Anonymus idem,
Seuerus (inquiens) genere Afer, imperat annis 17.
Is, Seuerus, & bellicosus, Græcis, & Latinis litteris sufficienter instructus, acer ingenio, & ad omnia quæ intendisset. finetenus perseuerans, mirabilis beniuolentiæ, æquò se inclinauit. In Amicos, & Inimicos vehemens. Anno Domini CXCIX. *Victor, præsidet annis* X. Achilles P. Gassarus addit trimestre, diesque decem. Alij nouennium Pontificatui Victoris duntaxat tribuendum censent. *Hic constituit, vt Sãctum Pascha, Die Dominicâ cèlebraretur, Autore Anonymo nostro MS.*

Grauis hæc (inquam) De Sancto Paschate, Quæstio agitata est, 4. Septimij Seueri Imp. anno; Illudne foret colendum, Die Dominico, An verò, Ex præscripto legis Mosaicæ, 14. Mensis. Victor porrò Pont. Max. Ecclesijs Anathema indixit, Quæ Pascha suum celebrarent aliter quàm faceret Ecclesia Romana. Querimonię proinde graueis emersêre, Compluribus Victorem Papam asserentibus duriter agere: Sed falsò. Tunc siquidem temporis, perniciosi Montanistæ permulti, docebant Pascha debere necessariò, cum Iudæis, celebrari. 14. mensis. Quâ certè in disceptatione, reque graui, molliter conniuere, Ecquid, amabò! prætereà fuisset; nisi, Christi DOMINI Vicarium

rum Anni.	tatio Mensis.	Imp. Dies.
17.	7.	

carium in terris, Pontificem Maximum Victorem, conniuendo, Schisma, Hæresimque fouisse? Nequaquam sanè cedendum fuit malis, Sed contrà potentiùs eundum. Hocce, itaque, Victor Pōtifex Summus, pietate, Doctrináq; conspicuus Anathematis extremo est remedio vti coäctus. Nequè, tamē se, propterea, qui dissentiebant, ab Ecclesiâ Catholicâ separârunt omneis; Sed, qui pertinaciùs in suo Schismate contumaces permanserunt; sese, ijdem, in suâ dementiâ miserandi potiùs, quàm confutandi, ab Ecclesiæ Romanę concordi mente, ac salutari vniōne seiunxerunt, & Quartodecimani exstiterunt nuncupati. Hâc de re prolixiùs alibi, Quùm, post exhibitum hunc Catalogum Cęsarum Romanorū Chronologicum, De Anni variâ ratione, atque reformatione, agetur. Exstitit huius quoq; Cæsaris Seueri tempestate, Praxæäs Veterator, Qui dicere auderet, Christum, esse Deum Patrem, eumdemque, affixum fuisse Cruci, indèque Patropassiäni; Itemque Monarchici Hæretici, Qui, Vnicam, in Sacrosanctâ Trinitate statuerēt, Personam; At verò, floruit, & hoc tempore, Tertullianus, ortu Carthaginensis, scripsitq; Librum, De Præscriptione, aduersùs hæreseis. Et aliquantò post tempore, Librum De Pallio, Cuius Capite Secundo, Seuerum Patrem, ac eiusdem filios Caracallum, & Getam, per Imperij triplicem vnitatem, voluit intel-

intelligendos. Seuerus, bellum Parthicum satis feliciter confecit, adiutus ab Osroënorum Rege, Abagaro, qui putatur Christianus, operâ Iudæ Thadęi Apostoli, fuisse. Genus suũ, Marci Aurelij, legitur Seuerus ipse inseruisse; Et, primùm quidem, impensè Christianis fauisse; vt magnum proindè incrementum sumsisse, Catholica Ecclesia, hoc Cęsare, notetur; At, mutato exindè in Christianos animo, Anno Christi DOMINI.204. Edictum persecutionis in eos promulgat; Quę, iuxtà Sulpitium, Sexta, eademque adeò exstitit it grauis, vt Seueri Cæsaris tempora ista, crederentur AntiChristi; Victor, hisce, Martyrium passus, Successorem habuit Zepherinum Pontificem Maximum. Tunc etiam martyrio coronatus est Origenis Pater, Leönides, à quo, vix, à Matre, adolescens adhuc ipse fuit Origenes auulsus. Exindè, Christi sententiam, Matthæi. cap. 19. enunciatam, malè interpretatus, seipsum excidit. Pantheön, per hoc tempus, Romæ reparatur: fuit autem hic Imperatoris Seueri annus 12. Consuli Plautiano, Antonini Socero, Afro, Christianorum inimico acerrimo infelicissimus. Quippe, qui eo, insidijs Generi sui, miserrimè perierit. Eccè profectò, quòd Proœmio nostro iam attigimus, Speculum, vel certè ludibrium potiùs humanę felicitatis, & Sortis inconstantioris. Deiectis solo, & statuis dissipatis, nomen abraditur; Filius cum

K Filiâ

Anni à Christo nato. | *Numerus Imperatorum Rom.* | *tus Anni.* | *tato Menses.* | *Impe. Dies.*

filiâ eiuſdem indecorè relegati, miſerrimè quoquè tandem occiduntur.

Seuerus denique, omnibus rebus felix, liberis infelix; tantùm non occiſus ab Antonino filio; annos natus 70. Eboraci; in Britanniâ, mẽſe Februario, mœrore animi, ob diſſidium filiorum, confectus, moritur.

213. 22. Aurelius Antoninus Baſſianus Caracalla, filius Seueri, genitus Lugduni, ſolus imperauit annis 6.

Dictus eſt Caracallus, à veſte, quam Populo talarem, & cucullatam dediſſet. Chriſtiano lacte educatus, dederat ſpecimen pueritiæ honeſtioris; Sed, vt honores perſæpè mores mutant; cœpit, cum poteſtate, in omneis Chriſtianos ſæuire.

Secundus annus Caracalli tragicus exſtitit. Is enim ſpectauit ſtupens Getam, biennio iuniorem, in ſinu Matris interfectum; Id iubente fratre Antonino, Baſſiano, Caracallâ; Qui etiam fautores omnes occidendos imperauit. Vidit prçtereà viginti millia, cum Papiniano Iuriſconſulto, & compluribus Senatoribus cæſa. Vltio hæc creditur fuiſſe diuina, ob ſanguinem multorum Chriſtianorum impiè fuſum.

Tertulliani doctrinam, ingenium, & lapſum, per hoc tempus, Quo Gelaſius, inter apocrypha, eius opera poſuit, videto, apud, *Vincentium Lirenenſem, Cap. 24. contra Hæreſeis.*

Exi-

Anni à Christo nato. Numerus Imperatorum. Imp. Dies, rato. Menses, tum Anni.

Exitum, apud Augustinum, De Hæresibus, Cap. 86. Ingenium laudatum; damnatas hæreseis, *In Apologiâ contra Ruffinum.*

Agrippinus Carthaginensis Antistes, Caracallo item Imperatore, Baptismum Hæreticorum, nullum, coâcto Concilio, primus pronunciat. Probat hanc sententiam Cyprianus; Improbat Augustinus, *lib. 2. De Baptismo, contra Donatistas*: Cuius *Cap.* 9. Cyprianum excusat.

Antoninus Caracalla, Regem Osroënorum, Abagarum, Christianum, & sanctum, (vt ait, Ex Africano, Eusebius) sibi amicè occurrentem, vt amicitiam, cum Seuero, nunc nuper, initam, firmaret, summâ perfidiâ, in vincula conijci iubet, Anno Redemti Orbis 218. Mense tandem Aprili, Anni 219. Edessâ, versùs Carras iter faciens, bellum cum Parthis redintegraturus, à milite, clanculùm misso à Macrino. Cùm is ad officia naturalia secederet, interficitur. Vixit annis ferè triginta; Corpus eius, Romam relatum est.

Macrinus natione Maurus, vnà cum Diädumeniano filio, electus ab exercitu substituitur Imperator: Et vndecimo die ab electione, iteratum certamen per triduum, ab irrumpentibus Parthis fortiter, & strenuè sustinet, donec, Bassiäni Caracallę perfidi morte cognitâ, (quem illi solum quærerent) oblatas à Macrino Cęsare conditiones pacis admisêre. Porrò

rum Anni.	rato- Mensis.	Impe- Dies.

Anni à Christo nato. | Numerus Imperatorum. | rum Anni. | rato. 4. Mensis | Impe. Dies.

rò, & Macrinus, Diädumenus, imperarunt Menscis

Obtruncati denique ab eodem exercitu, Quòd Macrinus, militarem luxuriam, & stipendia comprimeret profusiora.

220. 24. M. Aurelius Antoninus Varius, idem Heliögabalus, seu Helagabalus dictus, Caracallæ, ex Semeæ Consobrinâ, occultè stup ratâ, Filius, imperauit annis, *vt scribit. S. Aurel Victor*, 2. 3c 4. vel, (*vt mauult Achilles P. Gassarus*, *annis* 4

Heliögabalus, seu Helagabalus nuncupatus dicitur; Quôd, Gabalæ, quæ Vrbs est Phœniciç, Solis Sacerdos, in Tēplo Solis fuisset; Vel certè, Quòd eius Matris Semëæ Auus, Bassianus nomine, Solis Sacerdos extitisset.

Hic, secundo Imperij sui anno, qui nati Christi fuit 222. Cùm, Romam, ingenti militum, & Senatus expectatione, cum Semeâ Matre, & Sorore Matris, Mammëâ, Fœminâ laudatissimâ, venisset, cæterorum, finè numero, Deörum, qui Panthëon haberent Commune, religionibus antiquatis, Solem Deum, solum voluit colendum. Ea res sanè, fidei Christianæ, permagnum adtulit incrementum. Venit & eodem anno Romam, Origenes, qui Mammeäm, Antiöchiæ, præceptis, & moribus Christiänis optimè imbuerat; breui tamen, Alexandriam repetiturus. Eusebij Chronica, notant Zephyrinum, 26. Augusti; Anno à Christo nato 121. mortuum esse: nec vllam

vllam martyrij mentionem faciunt; Cùm tamen, Martyrem eum vocet Martyrologium. Id quod, fortassis agit, antiquam (vt sequatur consuetudinem; Quâ, Confessores Christi, Martyres etiam dicebantur. Zephyrinus habuit sequentis Septembris die secũdo, Successorem in Pontificatu Summo, Calistum, id nominis primum.

Heliögabalus denique, annos natus circiter viginti, cùm se probris omnibus contaminâsset, inuisus militibus, & coäctus, Alexiãnum Macellum, Consobrinum suum, Cæsarem creät; Alexandrumque vult vocatum; Indè verò sequenti anno Christi 224. ob nefandas turpitudines, tumultu militari cùm fuisset interfectus; Corpus eius, canini cadaueris more, per Vrbem raptatum, Et rabidæ libidinis Catula dictitatum, cauillo militari: adiectoque pondere graui, nè vnquàm emergeret, in Tyberim deiectum est. Itaque,

224. 25. Alexander Mämmëæ Filius, à Senatu, & Populo Romano, Imperator creätur, ętatis anno 16. exëunte Februärio, aut certè, Mense Martio ineunte. Is imperauit annis 13.

Seuerus Alexander, seruantissimus æqui, ferèque Christianus, frequens dictitabat; *Quod tibi fieri non vis, alteri nè feceris ipse.* Esse quidem ille Christianos permisit; neque tamen fuit eius Imperium sinè sanguine Christiãnorum, licèt secùs senserint Eusebius, & Herodianus.

Calistus enim pridie Eidus Octobris, sub Alexandro Cæsare martyrii palmam consecutus est; Qui, quaternùm, hoc est singulis trimestribus, ieiunandum scripto firmauit; Quod solâ traditione anteà seruabatur.
Regium Canonicorum Regularium, Ordinis Sancti Augustini Cœnobium Cisterciense, Corpus integrum excellentissimi huius Christi Martyris Sancti Callisti Papæ, Cùm alijs plurimis Diuorum Lipsanis, olim, à Sancto Eberardo, seu Euerardo Foro-Iuliensi Duce, atque Comite, Cisoniensiumque Fundatore acceptum, quo decuit, perdiù, honore maximo, & cultu religioso adseruauit. At exindè nescio quâ temporum iniuriâ, delatum aliò illud desiderare cogatur Abbatialis Ecclesia Sancti Callisti, seu Calixti Cisoniensis. Ita scribit Vetus, quod vidi, Registrum Priuilegiorũ, & Iurium, ac Possessionum Monasterij Cisoniensis, in agro, seu Castellaniâ Iusulensi, Anno Domini IↃCCC. LIV, excitati, & Dotati, à S. Euerardo, & eius Coniuge pientissimâ Gislâ, Sorore Regis, & Imperatoris Caroli Calui; Quorum, vterque Parens fuêre, Ludouicus Pius Imperator, & Iuditha Imperatrix illa; Cuius iussu scriptum est Chronicon, à Creatione Mundi, vsque ad tempora Gregorij magni, per Freculphum Episcopum Lexouiensem, wlgò, Lisieux, in Nortmanniâ: Nunc porrò nuper, Incarnati Verbi Anno CIↃ.IↃC.XVI. R. in

Chri-

Christo P. ac Dominus, D. Ioännes de Rumaux, Cisoniensis Cœnobiarcha, os integrum femoris huius sacri Corporis, à Remensibus impetratum, pompâ solenni curauit in Ecclesiam suam, Sancti Callisti dictam, esse delatum Mensis Maij die 15.

Decoratur hoc ipsum Monasterium Regiũ, Corpore Sancti Euerardi, Ducis Foro-Iuliensis, Quod seruat theca, bysso, pereleganti opere, contecta: Et Capite, argento affabrè adornato. Caput etiam Sancti Apollinaris Episcopi, qui Rauennæ, sub Vespasiano Cæsare martyrium est perpessus; Et pars haud immodica Corporis Sanctæ Monicæ, Matris Diui Aurelij Augustini, Hipponensis Antistis, honorificè conseruatur in Sacrario, seu Hierogazophylacio Ecclesiæ Abbatialis Regiæ Cisoniensis. Quę Remensi olim, nunc immediatè subiacet Ecclesiæ Archiëpiscopali Cameracensi, vti expressiùs testatur Epitaphium R. In Christo Patris, DN. D. Ioännis De Rumaus, prędecessoris Venerandi admodùm, Ascetarchæ Cisoniensis, DN. D. Erasmi D'Autel, Viri, quà religionis, & pietatis ardore, quà rei domesticæ instaurandæ singulari studio, & prudentiâ, atque litteraturæ politioris, & Diuinioris scientiâ illustris.

Denique, quàm falsò scribatur Imperium Seueri Alexandri, à Christianorum sanguine, ac cęde, prorsùs abstinuisse, testentur satis, super-

ſuperq́ue abundè, qui, ſub eo, cùm Romę, tùm & alibi, complures martyres effecti leguntur.

In queis ſunto; Calepodius, In Cuius Cœmeterio, Viâ Aureliâ, Sepultus fuit præfatus Papa S. Caliſtus, Martyr inſignis, Anno Chriſti 276, Palmatius Conſularis, Simplicius, Senator, Felix.

Sed, & in quintum Alexandri Cæſaris annum, Chriſti verò 228. Martinæ Virginis, Et Iulij, Atquè Ezichij, Martyrium, Romæ legitur incidiſſe: Huius quidem, 14. IulI, illius, Maij 27. Martinæ verò Virginis inclytæ, Calendis Ianuar I.

Paſſa eſt etiam Martyrium gloriōſum, Illuſtris Virgo Cæcilia, cū Tiburtio, & Valeriano; paullùmq́ue indè, Vrbanus Pōtifex, Max. Annis, Chriſti, 232. Aut, 233. iuxtà fidē Indicū Vaticanorum. Neque tamen id auſim attribuêre Alexādri Seueri ſęuitię in Chriſtianos, Cùm idem, de Chriſtianâ religione vtcunque benè ſentiens, turpitudinem, & publicam libidinem delere, & multis nominibus deprauatam Rempublicam reformare tentârit, multis propoſitis edictis, quæ Chriſtianiſmum magis, quàm Gentilitiam viuendi libertatem, & licentiam laſciuam ſubolerent; At verò, fœdatum eſt eius Imperium, iniquiùs fuſo ſanguine Chriſtiano, Quòd familiares nimiùm admitteret Alexander, Conſiliarioſque haberet,

beret, Iuriſconſultos quidem doctiſſimos, Domitium Vlpianum, Iulium Paulum, Proculum, Sabinum, ſæculi ſui Catonem, Venuleïũ, Triphonium, & alios ſibi à Conſilijs Gentiles, eoſdemque nominis Chriſtiani, & Crucis Chriſti hoſtes infenſiſſimos.

Origenes, excommunicatus ab Epiſcopo Alexãdrino, Demetrio, quòd is, libros ab Origene ſcriptos, & editos, multis aſſereret erroribus inſperſos, excuſat ſe, ac negat, à ſe appoſitos errores. Anno Alexandri Cæſaris. 9. id eſt, Chriſti Anno 234. Sicambriam, in Hungariâ, excitatam Vrbem, apud Bonfinium, lego, à legiöne Sicambrorum, quæ ibi fuiſſet collocata; Dicta eſt poſteà Buda; extareq́; etiamnùm hodie putatur, Dicique Buda Regalis, De quâ alibi, *Andræas noſter*, ſuo loco, *Syluius*, acturus eſt.

Sextus Aurel. Victor, annos, Imperio Seueri Alexandri 13. conſignat, natumque vigintiſex, accurrenti percuſſori, obuoluto capite, Reipublicæ bonis ærumnoſum, ceruices ſuas validè, cõpreſſas fortiter prębuiſſe aſſerit; At verò, Lampridius, Dolo Maximini, Cum Matre Mammeâ, vnâ, propè Moguntiam vult fuiſſe interfectum, Die nono, Anni Imperantis Alexandri.

14.

1. 7. 26. Iulius Maximinus, Senior dictus, Barbarus extitit; Et, qui crudelitate ſolâ teneri poſſe Imperium Romanum arbitraretur; Sextam

tam in Christiãnos, & Familiam Alexandri, in quâ complures essent Christiani, concitauit, Pontianumque Papam, in Sardiniam anteà, iussu Seueri Alexandri Cæsaris deportatũ, primo statim Imperij sui anno, afficiendum martyrio iubet, Nouembris die 19. Sæuit Maximinus in Antherum, Pontiani Successorem, Quòd, is exquisiuisset, ab Exceptoribus, seu Notarijs, Martyrum Acta, & dicta, Quæ, datâ pecuniâ solebant coëmere Christiãni studiosè; Vt nihil sit mirum; Quòd nobis iam, De Martyrum dictis, & Actis, quę notabant magnâ celeritate Designati Exceptores, plenè satis constet. Achilles, P. Gassarus, vult præfuisse Antherum, siue Anterum, triennio, mense, atque diebus viginti: Equidem, Sequi mâlim Eusebium, lib. Chronic. 6. c. 22. Martyriumque passum esse Anterum Pont. Max. admittere, 13. Ianuãrl, ineũntis anni Christi 238. Quo, Senatus Romanus, Legatos ad Prouincias misit sollicitandas, vt à Maximino Barbaro deficere festinarent.

Hęc inter, Nisibim, & totam Persis Cariam, adimunt Romani.

Iulius autem Maximinus Thrax, Militum seditione, in Aquileiæ obsidione, vnà cum Filio, Imperij Consorte, discerpitur, anno Domini 240. Et militari ioco conclamatur; Ex pessimo Genere, nè Catulum quidem habendũ. Maximinus ergò Thrax, imperauit annos 3.

Iu-

Lemouix noster, Iunior dictus, *inquit*, Gordianus, Nepos Gordiãni ex Filia, Clarissimo Patre, Romanus ortu, posteaquam Gordiãni duo, Pater & Filius, qui viuo adhuc Maximino, Principatum arripuerant, vnus, post vnum infeliciter interijssent; Et Pupiãnus cum Balbino, tenore pari, Cęsareę Maiestatis inuasores, fuissent perempti; à militibus, è vestigio, *C*æsar, annos sedecim natus, acclamatur *A*ugustus.

Hóc Imperatore, Babylas Antiõchenus Episcopus, atrõcioris sub Decio futuræ persecutionis *C*hristicolarum propheticè pręscius, omneis ad subeundum pro Christi fide Martyrium instruit, & ita, inspirante Deo, cõstanter armat. Innotescit intereà temporis, nomen Gothorum, Imperio Romano, Quos, Maiores, Auos, & Proãuos est denique sortita Diua nostra *R*ictrudis, cognomento Nobilis, Benedictinorũ & Benedictinarum Cœnobij Marcianensis *R*egI, tandem Dotatrix, in Ostrebanno Regio, *A*lodio præclari Duwacensis, & Austrebatensis Ducis, *C*oniugis sui. Qui quidem Gothi, Europęæ Scythiæ tenebant eam regionem, quæ, à Scriptoribus historię *R*omanæ adscribitur Getis, inter *P*ontum pręsertim Euxinum & Tanaïm, haud ita procul à Danubio, versùs Occidentem. Horum Rex, quem nonnulli vetustiores Scriptores Ostrogothum dixêre, posteaquàm, cum Marcomannis, Qua-

dis, alijſque bellicâ laude claris nationibus fœdus pepigiſſet, arctioremque ſocietatem iniiſſet, Imperij Romani fines laceſſere cœpit, & longè, ac latè depopulari. Lubeat plura videre apud Iornandem, Et alios, De rebus Gothicis Scriptores. Gothos quoque, Getas nuncupatos legito apud Spartiänum, In Caracallo.

Secundo Gordiäni Iunioris Cæſaris Auguſti anno, Epiſcoporum nonaginta Concilium, aduersùs hæreticum Priuatum in Africâ congregatur; eundemque ibi damnatum excommunicat Fabiänus Papa, Anno Christi, ducenteſimo, quadrageſimo, vigeſimo ſecundo.

Sapores, Perſarum Rex, Artaxerxe mortuo, arma in Romanos mouet. Gordianus, cum ingenti exercitu proficiſcitur contra Perſas, quos & victos è Meſopotamiâ feliciter, Depellit. Exindeque, Schythis è Mœſiâ pulſis, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, vt erant illę confœderatæ nationes, triumphanter victor, cognominatus traditur.

Pax denique inter Gothos præſertim, & Romanos firmatur, annuäque penſio Gothis conſignatur, eâ lege, vt cum ſuis confœderatis, Imperij Romani fines deinceps, aduerſus hoſtes Imperij, ex fide datâ propugnarent.

Hæc

Hæc ità dùm conduntur, Misithæi Viri Doctissimi, & Imperatoris Soceri, Plotinique prudenti consilio; Dumque cuncta feliciter à Gordiano Iuniore Cæsare Augusto in Oriente geruntur, Pontifex Summus Fabiānus, vbi anteà erant humiliores, & tenebricolæ Cryptæ, atque patentia Cœmeteria, conspicua erigi ædificia præcipit audentiùs, liberiore iam Ecclesiâ Christianâ; In ijsque, Origenis Adamantij Discipulo insigni, Sancto Gregorio Neocæsarëensi, Thaumaturgo dicto, illustrē Ecclesiam constituendam curat: neque tamen desunt temporibus Gordiani etiam Iunioris Augusti, nobiles Christi martyres, quà dolo, quà calumnijs falsim oppressi. Perit quoque, Philippi, Cæsaream maiestatem auidiùs optantis turpi dolo, Misithæus, Prætorij Præfectus; Indèquè, anni reparatæ salutis humanæ 246. Martio Mense, Gener etiam Misithæi, Gordianus Iunior, ab eodem Philippo, Prętorio Præfecto, in seditionem accensis, crudeli turpitudine, militum animis, occiditur, anno vitę vigesimo. Corpus eius, propè fines Imperij Romani, ac Persici, apud Ctesiphontem in Oriente conditum, loco dedit nomen, Sepulchrum Gordiāni; Imperauit Gordianus Iunior Augustus, annis 6.

Eumque Senatus mœrens, inter Deos relatum iussit.

Marcus Iulius Philippus, inuasor Imperij,

Et interfector Domini sui, administrauit turpiter arreptum Imperium Romanum, annos 6.
Aliquotque prætereà, fortaßis, diës.

Haud ità difficilè subscripserim Scaligero, & alijs, qui commentitiam illam putârunt Epistolam Origenis, quâ, Christianus fuisse Philippus hic asseratur: Neque enim vllum reperias Scriptorem Gentilem, qui istuc vsquàm, vllo vel verbulo indicárit;

Cæterùm, Mense Martio, Coss. Æmiliano, & Peregrino, imperare videtur cœpisse, Philippus hic, loco humillimo exortus, Patre, nobilissimo Sicariorum, & Latronum Ductore.

Quarto imperantis Philippi anno, rectè se habuit Origenes, in eo, quod in Arabia celebratũ est Concilio, Pro Animæ immortalitate. Is, à Diönysio Alexandrino Episcopo, fuerat acriter impugnatus; vtque purgaret se, coäctus ad Fabianum Papam sanctissimum scribere rectæ fidei professionem, Anno Pontificatus Fabiäni 11. Sequenti verò 12. hæresęis Helcesaïtarum, Itemque, Valesiörum, siue Eunuchorum facinus Origenis qui, seipsum exciderat, vti Suprà, imitantium, inualuêre.

Redditâ Mesopotamiâ, pacem habuit cum Persis Philippus; Veronęque, ab exercitu, exacto sexto Imperij sui anno, (licèt, Aurelius Victor ei quinquennium tantùm consignet)

gnet) est interfectus, capite medio, supra dentium ordines præciso. Cesus etiam, miserrimè occubuit, Filius eius, quem suæ sociârat potentię, Gallus Iulius Saturninus, Duodennis. Qui, adeò fuisse legitur tristis, & animi seueri, vt iam tum, ab ætate quinquenni tentatus sępius, nullo prorsus cuiusquàm commento potuerit ad risum solui: cachinnumque Patris, in Ludis Circensibus Trinoctijs petulantiorem, tametsi, tenellus, is adhuc ibi esset, auersato seueriùs vultu, notârit.

251 | 29. Decius, è Pannoniâ Bubaliâ natus, Decium Filium in societatem Imperij admisit; Persecutionem in Christianos grauissimam mouit, Quam, Cum Eusebio, nonnulli quoque alij Scriptores, Septimam posuêre: Corruptosque mores, voluit eius Causam fuisse S. Cyprianus.

Secundo Decij Anno, Et Visbij, seu Lisbij Treboniani, Galli, primo, adeò sæuijt vehemens pèrsecutio, vt occiso Fabiano Pontifice Maximo, sedes vacârit. Cyprianus ad necem petitus, iuxtà vocem Euangelicam, aliò aufugiens, proscribitur. Anachoretarũ Princeps, treis, & annos viginti natus, in vastam Thebaidos solitudinem Paulus contendit. Quo modo è vinculis euaserit Origenes; incertum: Miraculo liberatur Thaumaturgus, & in desertum secedit. Agatha, in Trinacriâ, Seu Siciliâ, Martyr euadit pręclara; Sub hoc ipso Decio,

ſius cadauer abſorptum poſt-ea potuerit vſquàm iuueniri. Adde; Quod & Decius iunior eiuſdem filius, in bello, miſerè etiam extinctus ſit. Vixit Decius Pater, annis quinquagenis. Sunt qui velint Decium vno anno, tribuſque, vel ſex menſibus; aliqui, in quibus eſt S. Aur. Victor, ſcribunt imperâſſe annis 2. 6.

254. 30. Gallus Hoſtilius, Cum Voleſiano filio, ſi nō etiam cum Valeriano, imperauit. Tempus Imperij Galli Hoſtilij Cæſaris, contentioſam habet quæſtionem. Illud ſiquidem conantur aliqui ad quadriennale protrahere, vt ſimul cum Valeriano vixerit; Sed hanc ſententiam minùs credo recipiundã, propterea quòd Veteres Scriptores, Gallum Cæſarem, vltra biennium negẽt vixiſſe: Achilleſq; P. Gaſſarus, Et Io. Cariõn adſcripſerint illi tempus biënnale. Vt, vt ſit, ſtatuendum illud, Cõſtat Hoſtilianum quoque Perpennam, Imperatorem à Senatu fuiſſe creatum, & breui peſtilentiâ illâ ingenti, quæ Orbem decennio vexauit, extinctum. Sub iiſdemque Imperatoribus, Patre ac Filio, Gallo, & Valeſiano, Iulium Æmilianũ, genere Maurũ, legionum Ducem, in Mœſiâ, Imperatorem à ſuis ſalutatum; nec ita diu poſteà, occiſum Interamnæ, Hoſtilium Gallum, cum filio, ab Æmiliani fautoribus, anno ætatis, ſeptimo, circiter, & quadrageſimo, Imperij verò ſui, (vti probabiliùs videtur) anno 2.

256. 31. Licinus Valerianus, cognomento Colobius

Spendidissimis parentibus ortus, iners tamé, & stolidus, nullumque prorsus publicum ad vsum, officio, consilio, vel rebus gerendis accomodatus, Galiënum filium effecit Augustum, Cęsarem verò, Cornelium Valerianum, Filium Galieni.

Hi dùm imperant treis, videre licet quantum sit malum, multorum, vnico in Imperio Dominatus. Siquidem, in Mœsiâ Regilianus; Cassius, Labiënus Posthumus, in Galliâ, Filio Galliëni enecato, Imperatores sunt effecti. Ælianus apud Moguntiam; Æmilianus in Ægypto; apud Macedones, Valens; Aureölus, Mediolani, dominatum pari modo inuasêre; Lacerumque Romanum Imperium per parteis habuêre. Turbatis ità valdè Imperij Romani rebus, Scythæ, seu Gothi, vti putat *Zosimus*, Macedoniam inuadunt, vndè pelli nequiuêre ante totos quindecim annos. Moritur intereà temporis Origenes, annos natus 69. Et ab Anastasio Papâ tandem, damnati sententia, in Synodo Sextâ pronunciatur, tametsi, lectio librorum eius improbata minimè reperiatur. Cęterùm, De miserando eius lapsu, vt senserit Vincentius Lerinensis, Consule Authorem, Contrà Hęreseis, Cap. 23. Quot millia librorum scripserit idem, videto, apud Epiphanium; Hęresi 64. Duos porrò extitisse Origenes, hunc quidem, Celebriorem, alium obscurum, à quo fluxerunt Origenistę,

geniſtæ, ſunt qui ſenſerint; At, Commentum illud certè videtur.

Sub exordia imperantis Valeriäni, Cornelius Papa, è Centumcellis, Romam, cum ſuis reuocatus, capite plexus legitur, cum Cereäli, & alijs, 14. Septembris: licèt contendant quidam Scriptores, Et pro ipſorum, & Cypriani paſſione, Gallum notare velint; Plures enim veteres Scriptores, contrariam ſententiam ſequuntur; Et Deciänam in Chriſtianos rabidam ſeueritatem, initio ſtatim Imperij, à Valeriano nequaquam fuiſſe mitigatam & extinctam, haud obſcurè affirmant. Adonis Viënnenſis Chronica videantur.

Luciänus, Cornelio ſubſtitutus Pontifex Summus, quarto nonas Martias, ſub Valeriano Martyr euadit, ſecundo Pontificatus ſui anno, Nati verò Chriſti, 257. Dùm incentore Mago quodam Ægyptio, Lupinam rabiem in Chriſtianos, Romæ, Valeriänus ad Magicas arteis traductus, exerit; Et, lege latâ, proditores, Chriſtianorum bonis potiuntur. Vltore Deo, Gothi, aliæque Scythicæ nationes, ingentem cladem Orbi Romano inferunt: Et, Romanum Imperium, ſupra modum nutat: inualeſcuntque vndique bella, vt etiam Italię, eâ tempeſtate, valdè timeretur.

Sæuiente hac etiam (quam Auguſtinus Hipponenſis, & Oroſius, octauam poſuêre) dirâ perſecutione, aduerſus Chriſti membra fidelia,

lia, Cyriades Dux, & insignis Tyrannus, titulum Imperij affectans, à Romanis, ad Saporem Persam deficit; à quo milite numeroso accepto, Antiochiam, cum Cæsareo eripit Romanis, seque Imperatorem præcipit salutari.

Turbantur in-dies magis Imperij res, & iterum Persa, impetu validiore Romanum Imperium pulsat, & acriùs inuadit: Tandemque Imperator infelix Valerianus, obsidionem Edessæam soluere nequicquam tentans excellentioris suæ in Christianam Ecclesiam seueritatis, & atrocitatis cruentæ, daturus pœnas, primùm à Sapore Persarum Rege vincitur; moxque, vinctus etiam, Macriani artibus, & dolo, septimo, vel certè octauo Imperij infaustioris sui anno, abducitur à Rege Sapore, atque apud Parthos, ignobili prorsùs seruiendi genere consenescit. Rex enim Sapor, quandiù Valerianus superstes suæ cladi extitit, quoties equum suum esset ascensurus, incuruatis miserrimis ceruicibus pedem imponens, illis, pro scabello suppedaneo, perrexit vti.

Hac igitur infelicis Parentis Valeriani seruitute adeò ignobili exterritus, Filius Gallienus, ferocioris & ipse tametsi foret ingenij, Ecclesiæ Christi pacem dat, & viuendi libertatem; quæ, ad Claudium vsque Cæsarem producta est.

Terræ motus, Orbem Romanum pulſant: Peſtis graſſatur, Diraque luës, totum ferè Romanum Imperium terret; Eiuſdemque clades variç, ſubſequuntur hanc ſuperiorem miſerrimi Valeriani: in hiſceque Imperij ruinis, Gothi, & Scythæ, Thraciam vaſtant. Erat Videre miſeriam; donec, pluribus occiſis Tyrannis, paſſim hâc tempeſtate dominantibus, Trebelliano, in *Iſauriâ*, *Celſo*, in Africâ, & Macriano, duobus cum Filijs interfecto, ab Aureolo; atque Balliſtâ, ab Odenato interempto; Barbari, & Perſæ, ab Orientis complutibus Prouincijs, ſtrenuè ab Odenato *P*almyrenorum Decurione pelluntur, memorabili clade illis fortiter illatâ; Et Carris, ac Niſibi receptis. Nomen proindè Auguſti, à Gallieno conſequitur Odenatus; Qui, vnà cum Herode Filio, ſequenti anno Imperij Gallieni 12. in Oriente, à Fratris Filio Mçõnio peremptus eſt.

Non deſpondet animum, hoc infauſto caſu, eius Vxor Zenobia, litteris, caſtitate ac mirâ prudentiâ celebris Herõina; Imò verò, palmam imitata, quæ non cedit vrgenti; aduersùm calamitatis præſentis pondus aſſurgens, Imperium Orientis, aliquot deinceps per annos, prudenti conſilio, & maſculâ virtute, feliciter, contrà Perſarum irritos conatus propagauit; De quibus, illa eadem, hoſtibus, frequens, palmam deportauit: Hera-

clianum Ducem, à Gallieno missum, fuso eius exercitu, ab Oriente Victrix depulit, & palmam tulit. Felix profectò, tantâ Principe, Christianarum etiam litterarum percupidâ, Ditionum duarum prępotentûm, Romanę, atque Persicæ, media Regio Palmyrena, quæ, Zenobię paruerit imperijs; paruerit, inquam, & eadem viderit Regalibus ex Gymnasijs, Ciues suos curâ, & munificentiâ Principis Amplissimæ, Florenter educi, & Ecclesiæ Christianæ dari sacrarum litterarum professores, Et Episcopos, atque Archipræsules: In ijsque, Adamantium illum Origenem, ingentium operum, iam indè, à duodeuigesimo ætatis anno, celeberrimum Autorem, Quo de Origene, sic lego apud Anonymum nostrum M. S. Chronologum, Ad Annum DOMINI CCXLV. *Philippus Imperator creätur, Philippum Filium suum, Regni consortem fecit; annisque Septem regnauit. Hic, primus omninm, Imperator Christianus fuit: Et, tertio Imperij eius anno, millesimus, à constructione Vrbis Romæ impletus est annus. Ob quam solennitatem, innumerabiles bestiæ, in Circo Maximo interfectæ sunt: Ludique Theätrales, tribus diebus, & noctibus, Populo peruigilante, celebrati sunt. Ad hunc, Siquidem, Et ad Matrem eius, Origenes litteras fecit.*

Hanc Origenis Epistolam, ad Philippum, & Matrem eius, commentitiam, Cum Scaligero, arbitrati sunt alij Scriptores aliquot, Quâ certè

certè, Origenes, Christianum fuisse Philippum velit. Gentilis enim (inquiunt illi) Scriptor nullus reperitur, qui, vel verbulo saltim, Cæsarem Philippum, Christianum indicârit. At verò, potior negatiuâ istâ Scaligeri, nostri huius Chronologi Christiani, pars affirmatiua, videtur, Quem sanè, si legisset Scaliger, Origenis, id asserentis, Epistolam præfatam, pag. 86. vers. 4. in dubium fortè nequaquàm reuocâsset; Neque me, à suâ iam sententiâ discedere victum, tanti Viri testimonio, coëgisset. *Porrò* (ait hic Anonymus M. S.) *Origenes, tam viuacis, & clari extitit ingenij, quòd Diälecticam, Geömetriàm, Astronomiam, Arithmeticam, Musicam, Grammaticam, & Rhetoricam, omniumque Philosophorum sectas, ità didicit, vt studiosos quosque Seculariū litterarum sectatores haberet, & eos interpretaretur cottidie. Cócursusque miri fierent: Quos ille propterea recipiebat, vt, sub occasione secularis litteraturæ, illos in fide instrueret. Sed, & tantum studij habuit, in Sanctis Scripturis, vt etiam hebraïcam linguam, contrà ætatis, Gentisq́ suæ naturam, edisceret: Et exceptis LXX, Interpretibus, alias quoque editiones, in vnum congregauit; Aquilæ, scilicet, Pontici, & Theödotiönis Hebionitæ, ac Simmachi, eiusdem Dogmatis: Et propterea, Quintam, Sextam, & Septimam editionem miro labore reperit; Et, cùm cæteris editionibus studios è comparauit.* Hactenus ille M. S. Codex noster.

Eduxit, & eadem Palmyrena, felix hâc Prin-

Anni à Christo nato. | Numerus Imperatorum Rom. | Anni. | Menses. | Imper. Dies.

Principe Illustri, alios notæ virtutis, ac eruditionis Viros præstantes, & singulareis, Cùm suis, & animos, & spem, alumnis felicibus, Zenobia daret.

At verò, tempora illa Zenobię, wlpinantem Paulum habuêre Samosatenum Episcopum, insignem hæreticum, qui, vnicam in Deitate poneret Personam; Cùmque Christum hominem solummodò vellet esse, incarnatum Patrem, cum Sabellio, Ptolemaide, in Lybiâ oriundo, nequaquam sentiebat. Hic, posteaquàm Zenobiam decepisset, Conciliumque, contra se Antiöchenum, Dionysio Pontifice Maximo celebrari vidisset, pœnitentiam dolosus simulat. Et ita, suis fraudibus, Concilio imponit impius, & versipellis, vt errore ipsius damnato, in Sede suâ, Samosatenus relinquatur.

Dolo denique Heracliani, & Flauij Claudij, Cęsar Galliënus, vnà, cum Filio, & Valeriano Fratre, in obsidione Mediolanensi, Aureöli etiam commento perijt. Is vixit annis quinquaginta; Imperauitque annis quindenis; Cum Patre Valeriano, 8.

Solus autem, annis 7.

269. 37. Flauius Claudius, Gordiano satus, (vt plerique sentiunt) electus à legionibus, factum approbante subindè Senatu, Imperator acclamatur. Constantinum magnum, ab hoc Fl. Claudio Cæsare, originem esse sortitum, vult

Tre-

Trebellius; infelixque Imperium, ruinis, & refertissimum hostibus consecutum. Christiani nominis odio, Illustrissimam Virginem Cyrillam, Cũ quinquagenis circiter Prętorianis; & alijs illustribus Viris cẽtum & viginti, licèt bellis impeditus abesset, occidendos, Romæ pręcepit. Exindeque, Marium,截ttham, & Audifacem, Persas, item Romæ, Martyrio affecit; ac promulgato edicto, in cæteros per Imperium Romanũ, Christianos, atrox desęuijt.

Initio Imperij, Scythas, & Gothos, per Asiã, & totam penè Græciam, infestissimos expertus est: Francos, Batauiam, (hodie Hollandia est) totam ita inuasisse, vt eam, vsque ad Constantij Cæsaris, tempora, occupârint, in eâque imperitârint, idem miserè sensit.

Ineunte Imperij Fl. Claudij tertio anno, cæsis partim Barbaris, partimque fugatis opera Ducis Valeriani, habuit bellum Gothicum finem suum, Cùm iam, superiori etiam anno, à Cęsare Fl. Claudio, Gothorum millia trecenta, ad internecionem cæsa essent, & ægre pauci superfuissent.

Peste perijt extinctus; Imperauitque circiter annos 2.

Marcus Aurelius Valerius Aurelianus, paucorum dierum, ob crudelitatem, intercempto à militibus Quintilio, Claudij fratre, Augusto Cęsare, succedit Imperator, militum fauore salutatus. Patrem habuit mediocrem, Aure-

lij Senatoris Colonum, (vt aiunt quidam) Daciam inter, & Macedoniam. Sirmij volunt alij natum in Pannoniâ, Parentibus obſcuris. Cæterùm, Vir æqui extitit obſeruantiſſimus; Et principio ſtatim Imperij ſui, ſuperatos, & deletos ob Gothos, appenſum Claudio Cæſari clypeum in Capitolio voluit. Quantus ille Princeps fuerit, Et Plinius nepos, & omneis ferè Scriptores Hiſtorici, Et noſtro æuo abundè, diſertèque. Dominus Antonius Gheuartius, Caroli Quinti Imperatoris ſemper Auguſtiſſimi, & Inuictiſſimi Orator, & Chronologus, cùm in Epiſtolis ſuis aureis, tum & in horologio Principum, exponit. Hoc itaque, impræſentiarum tantùm.

Rarum eſt Roma parem experta. Quippe, Quem Alexandro illi magno, & Iulio Cæſari, perpetuoque viderit haud diſſimilem *Dictatori*. Vrbem ſiquidem, ab ſceleratis *Rabulis*, & inuaſoribus barbaris, cùm jam ibi trepidaretur, ac ſi finis Imperij certus inſtaret, adque Sybillinos libros poſtremò iretur, triennio, *A*urelianus, Romam feliciter receptauit. *An*nis verò totis tredecim, idque ingenteis poſt victorias, multumque militem paſſim cęſum ad optatam Indiam Alexander Philippi Macedo ęgrè peruenit: Caius autem Iulius Cęſar, aduerſum Ciues quadriennio congredi coactus, Gallos, non niſi poſt, multis bellis, & acerrimis, noſtros etiam apud neruoſiſſimos

Ner-

Neruios, & Abſconenſeis, quo loci, ad Martianas, Villam, ſeu Oppidum, in Syluis peruectus, in Oſtrebanno Regio, gazas ſuas recondiderat, vndè Wlgò ductũ, *Nomen Abſcons*, exactũ prælijs decenniũ, Imperio ſubiecit Romano.

Marcus iſte Aurelius, Valerius Aurelianus, firmatâ in Pannonijs pace, in Italiam regreſſus. acie primâ licet à Germanis, ſeu Marcomannis, Italiæ, magnâ ſatis parte, inuaſoribus, & detentoribus fortiſſimis, apud Placentiam ſuperatus; tribus tamen poſteà prælijs Victor, primùm, iuxtà Metaurum amnem, apud eamdem Placentiam redintegrato bello, & repetitâ pugnâ, indè, ad Fortunę Fanum, tertiò, in perbellis Ticinenſibus Campis, deuictis, & omninò expulſis barbaris Marcomannis, & palmam, & togam palmatam promeritam, triümphans accepit.

Porcinę, Süillæque vſum inſtituit Populo Romano, Qui, poſterioribus ſeculis, indè deſilijt ad Gallos. Vrbem, laxiore, ac muro validiore cinctam imperauit.

Diximus, Paulum Samoſatenum Epiſcopum, Zenobiam Orthodoxarum percupidam litterarum, decepiſſe, faſtuque hæretico, & aureö poculo, Babylonicum eidem venenum propinaſſe. Imò verò, vt Abyſſus abyſſum inuocat, addendum eſt, hũc impium, vt canẽ, ad vomitum reuerſum, ad dolos, hereſimque, reuertiſſe impium Paulum, poſteaquàm is

 diutiùs,

Anni à Christo natio. Numerus Imperatorum. rum Anni. ratio Mensis. Impe- Dies.

diutiùs, *In circuitu impius ambulâsset*, multosque eduxisset dolis, & artibus suis malis, in Concilio secundo Antiöcheno, Patrum omnium sententiâ damnatus, æquissimèque fuerit suâ Sede pulsus.

Orthodoxæ fidei Confessionem, ab hoc Sacro Concilio sedulò descriptam, nunc subijciamus, quam, in Ephesino liceat videre, vti, & eiusdem Synodicam partem ab Eusebio, fide nescio quâ, malè certè omissam, seriò adnotare, Quæ, De Trïum, in Diuinâ, Sanctâ, & indiuiduâ Trinitate Personarum Consubstantialitate, non siluisset. aduersùs hæresim Sabellianorum.

Extremâ porrò caudâ, pessimus vt anguis, & hæreticus Samosatenus, mortem Orthodoxis minatus, & Cruces, Infirmam De Domo Episcopali Caussam, ad M. Aurelium Imperatorem refert; Seque, Domum retinere velle dicit.

Sed, vti, *Frustrà petitur, quod Iure negatur.* Ita Veterator hic Paulus, ab Imperatore M. A. V. Aureliano, Episcoporum, & Christianorum Episcopi Romani Sententiæ stare iubetur, Anno Christi, ducentesimo, septuagesimo secundo. Quo, eodem, vel fortaßis sequenti, Aurelia, ad Ligerim, ab Aureliö, Cæsare, Vrbs dicta fertur.

Chronicon M.S. Anonymi nostri, Hâc de re, Sic

Sic; Galliæ quoque Vrbem suam, anteà Genera-bum,(fortè Genabum,) *dictam, Aurelianis, nuncupari fecit.* Castrum Diuiõnum condidit. Iste, primus, apud Romanos, Diädema capiti imponit, gemmis, & auratâ veste, Quæ adhuc Romanis moribus ferè incognita videbantur, vsus est. *Hæc, & sequentia, sunt Anonymi nostri verba.*

Anno Domini, CCLXXVIII. Romæ, post Euticianum, Gayüs, Pontificatum suscipit annis I X. Variant Autores; Caio, siquidem Pontifici Summo, Eutychiani, Successori, annos vndecim, & menseis 4. Achilles P. Gassarus tribuit, Ioannes Carion, 15. alij, 10. *Ex Anonymo nostro Item, Quæ sequuntur;*

Hic, constituit, vt omnes Ordines sic ascenderentur: Si quis mereretur, vt Episcopus esset; Primò, esset Ostiärius, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Deindè Presbyter; Ex hinc, Episcopus ordinaretur. Aurelianus, veniens ad Vrbem Senonas, quoscunque Christianos ibi reperit, Et Sanctam Columbam, gladio præcepit decollari; Missis quoque Satellitibus, Sanctos iussit inquiri, & inuentos puniri. Porrò, funesti Satellites, dum hùc, illucq; discurrerēt, Sanctum Priscū cum ingenti multitudine, apud Pagum Antisiodorensem, reperiunt, eosque, cùm inuicti persisterēt in fide, pariter trucidauerunt. *Sanctu quoq; Benignum Presbyterū, Andochum*, Tyr-

Sum, Symphoriănum, Felicem, Idem persecutor Aureliănus, varijs, affecit supplicijs, Sed, & alios innumerabiles Christo Martyres dedicauit. *Verba sunt Anonymi nostri.*

Hic ego nôlim tacuisse, Domnum, Demetriănj Filium, Paulo Samosateno Episcopum fuisse substitutum: Vti, neque, post acerrimum certamen, captâm hoc *C*æsare Zenobiam, *R*omæque triumphatam mansisse, ac perhonorificè habitam ibidem perillustrem eiusdem familiam, (quicquid in partem contrariam Zosimus fabuletur,) certè reliquisse, ac verè Christiănam, in multam senectutem vixisse, Diuique Ambrosij, suo ex illustri Genere, Zenobium æqualem, Florentinum Antistitem dedisse.

Hoc Imperatore, *P*apa Felix, DionysI, Monachi celeberrimi, Papę, Successor, firmauit, quod erat in Traditione, vt *S*uprà Martyrum Christi Sepulchra, Sacrę celebrarentur Missæ, Martyrijque laureölam Aprili Mense consecutus est.

Denique (inquit Chronologus M. *S.* Anonymus) Aureliănus, cùm Sanctorum plurimum sanguinem effudisset, fulmen, antè eum, cum magno pauore circumstantium ruit. Ac non multo post, in itinere occisus est, à Notario suo, apud Heraclëam, addit *Achilles P. Gassarus*, Cùm imperâsset annis 5. | x 6.

Post Aureliăni necem, species Interregni Septi-

Septimestris euenit; Quòd Romanus exercitus, Senatũi, Senatus, electionem Imperatoris, exercitui decerneret Romano.

277. 14. Annius Tacitus, post *Aureliãnum Pannonium*, obtinet Imperium, optimis moribus, & disciplinis, celebris Princeps, Qui, Gothos, & Scythas, ex Asiâ expulit. *Is*, (inquit Codex *Anonymi* nostri M. S.) *apud Pontkum occisus est*, à milite quodam, addit *Gassarus*, Imperij sui Mense 6.

Alij, ipsum in expeditione, aduersus Persas, Febribus extinctum fuisse scripsère.

Floriãnus, Annij Taciti Frater, Cæsar creãtus, apud Tarsum, est occisus, cùm imperitasset Mensibus 3 & 10.

Gehenne, vel Genouena Sabaudiæ, hoc Cæsare condita refertur, *à Gassaro*, *Anno* Mundi, 5473. Hæc Genouena, siue Geneua, Oppidum est Allobrogum, ad lacum Lemanum, Heluetijs proximum; Quod etiam hodie nomen retinet. *Vide Cæsarem lib. 1. belli Gallici*, Estque Oppidum Allobrogum extremũ, & idem finibus Heluetiörum proximum, Geneua; Quo ex Oppido, *Pons*, ad Heluetiös pertinet.

Ex quo Cæsaris loco, deprehendi perfacilè potest, eorum error, Qui hoc Oppidum appellârint Gebennam; Quùm, Cæsare Teste, Gebenna mons ille sit, Qui, Heluiös dirimit ab Aruernis. *Glareãnus* autem, in prætactum

ctum Cæsaris locum, sic habet adnotatum.

Quatuor hæc Nomina, *Genua*, *Geneua*, *Genabum*, *Gebenna*, Lectori, permultum ingerunt obscuritatis; vt etiam parùm attentum fefellerint persæpè; Quòd, ipsa longè sint diuersa. *Genua* siquidem, Ligurum, in Italiâ Caput ad mare nostrum est. *Geneua* verò, Allobrogum, ad ostia lacus Lemani, vbi Rhodanus exit. *Genabum* autem, De quo suprà scriptum; Carnutum Oppidum, ad Ligerim Amnem, hodie, (vt arbitrantur nonnulli eruditi:) Aurelia est, vulgò, *Orleans*; *Gebenna*, denique, Mons est, qui suprà: Vti, *Cæsar, lib. 7. docet*. Ità *Glareänus*. *Victor*, Incisis, à Semetipso venis, effuso sanguine, Florianum consumtum obiisse scribit, infausti Imperij sui Die 60.

279. 36. Probus, Sirmij in Pannoniâ, Patre agresti, hortorum studioso cultore genitus, quinto, nonas Iulij, electus Imperator, à Senatu confirmatur. Tumque, varias sparsos per Prouincias Galliarum hostes Imperij, ad millia duodequadraginta cædit. Victos apud Coloniam Agrippinam, Proculum, & Bonosum, maguã Hispaniæ, atque Galliæ partem, & Britanniam occupanteis, occidit, Anno, (vt *Vopisco* videtur) 281. Quo, Manichæorum ex heresi, Christum verè natum: necessarium baptismũ, & liberũ arbitrium negantium, asserentiumque absurdam metempsychosin, seu transmigrationem animarum, traduces duæ absurdiores

res emersêre. Et, licet Grauis Autor sit *Gregorius Turonensis*, Gallicanam, hoc Cæsare, Ecclesiam conquieuisse; nobileis tamen reperio Martyres Christi Antiochię passos, Quòd, saltim ibi Gentium, Heliõdori furor, in Sabatium, & Trophimum, fortissimos Christianæ religionis propugnatores exęstuãret.

Vidimus in Batauiâ, quę nunc Hollandia est, annis superioribus, imperitantes Francos, At, annus quintus Probi per Gallias imperantis habet spectandos, ex Ponto, quò victi fuerant relegati, Græciam, Asiam, Lybiamque ratibus correptis, populanteis furenter, imò etiam mari Mediterraneo emenso, ipsissimum Oceãnum immensum, stupendo, & horrendo, temeritatisne, an verò fortunæ arridentis exemplo! penitiùs repetenteis.

Manes Hæreticus (inquit Chronologus noster Anonymus) *à quo Manichæi dicuntur, malo suo*, sub Probo, *emersit. Hic Genere Perses, Vitâ, & moribus barbarus, fuit, tam acri ingenio, vt, Dæmonio plenus videretur insanire. In Christi formâ, nunc se conabatur ostendere; nunc Paracletum se asserebat. Discipulos XII. elegit, Quos ad prædicandum misit, dogmata stulta, & impia, à diuersis hæreticis, qui iam extincti fuerant, mutuata, disseminans, & Orbi nostro, Persica venena propinans.*

Petitam pacem à Probo impetrârant Persæi, At, dùm mutatis animis, noua moliuntur

Anni à Christo nato.	Numer. imperatorum.		Imper. Anni.	Menses.	Dies.
		tur aduersus Imperium Romanum, ad Persicum bellum parat se Probus; perque Illyricum pergens, secundo Nouembris, à militari tumultu, è viuis abripitur insidiosè. Si Vopisco fides est, Imperauit annis 5. *Si Anonymo nostro MS. Chronologo, 6. Si Eutropio*, Eusebio, *Orosio, Gassaro,* annis	6. &	4.	
283.	37.	Marcus Aurelius, *Carus, ait Anonymus noster MS. Narbonensis, imperat annis*	1.		
		Is, Cum Filios suos, Carinum, & Numerianum, consortes Imperij fecisset, bello Parthico, fortè Persico, *Duas nobilissimas eorum, Vrbes, & Ctesiphontem cepit: Tigrim fluuiuum trans gressus, fulmine ictus, interijt.* Scaliger, occupatâ iam Mesopotamiâ, morbo læthali abreptum mauult. Hoc Cæsare, Caius, Dalmata, ex Genere Diocletiani, Eutychio Martyri est subrogatus Pontif. Max. 16. Cal. IanuarI. *Numerarius*, vel Numerianus, *Qui cum Patre fuerat, cùm ob oculorum dolorem, in lecticulâ veheretur, insidijs Apri, Soceri sui, est occisus.*			
		Aurelius, Valerius, Diocletianus Dalmata, Amilini, seu Annulini Senatoris libertus, Matre, pariter, atque Oppido, nomine Dioclëâ, primùm est dictus. Posteà verò quàm Orbis Romani potentiam accepit, Romanum in morem, Graïum vocabulum conuertit, vt ex Diocle, Diocletianus diceretur. De hoc Cęsare scripsit in ea quæ sequuntur verba, noster Chronologus Anonymus.			

Dioclе-

Diocletianus, Genere Dalmata, Scribæ Filius, ab exercitu factus Imperator, imperat annis

Hic, mox, vt potentis copiam habuit, Apium, interfectorem Numeriani manu sua interfecit. Deindè, Carinum, Quem Carus, in Dalmatiâ, Cæsarem reliquerat, flagitiosè degentem, difficillimo bello victum, extinxit. Dehinc, Cùm in Galliâ, Amandus, & Æliänus, collectâ Rusticanorum manu, Quos Burgundos vocabant, perniciosos tumultus excitassent, Maximianum, Cognomento Herculium, Cæsarem effecit, misitque in Gallias; Qui facilè, agreſtium hominum imperitam manum, & confuſam, *militari virtute compescuit. Sed, In ipso itinere, in finibus Sedunorum, Thebæä legio, Cui Beatus Mauritius præerat, dum sacrificare renuit, sub præfato Maximino, prò Christo occubuit gloriosissimè coronata: Diocletianus, Maximianum Herculium, ex Cæsare, fecit Augustum. Constantinum, & Maximinum, Cæsares elegit. Interea, Diocletianus, in Occidente, Maximianus, in Oriente, vastari Ecclesias, affligi, interficiq; Christianos, Decimo loco, post Neronem, præceperunt; Quæ persecutio, omnibus alijs antea actis, Diuturnior, & immanior fuit. Nam, per decem annos, incendijs Ecclesiarum, proscriptionibus Innocentum, cædibus Martyrum, incessabiliter acta est. Nefarijs itaque edictis, vbique propositis, iubentur Diuinæ Scripturæ Libri comburi; Ecclesiæ, vbique ad terram dirui, & Ecclesiarum Principes trucidari. In diebus ipsis Paschæ, subuersæ sunt Ecclesiæ; Non sexus, non ætas, non Conditio excipitur. Sed, si quis, sacrificare Dijs renuit, ex-*

quisitis supplicijs necatur. In Vrbe Roma, Cayo, *Martyrium passo, Marcellinus, in Pontificatum conscendit, annis vij. Anno Domini* CCLXXXIX. *Carion*, attribuit Pontificatui S. Marcellini annos 14. alij nouem; *Gassarus*, nouennio, addit, Menses quatuor: & refert exordia Pontificatus eius, ad Annum Christi 295. 5. Nonas Maij. Cùm autem scribitur Cayus Pontif. Max. Et Martyr, Gradus constituisse, per quos ad Episcopatū conscenderetur, Id ita est accipiendum, ac si diceret hic Anonymus, Pontificem Cayum firmâsse pristinos; Et, nè omitterentur vnquàm, sedulò cautum voluisse; Siquidem, constat illos in vsu, ab ipsis Apostolorum temporibus exstitisse.

Tempore Marcellini, tanta vis persecutionis efferbuit, vt intrà triginta dies, septem decim millia hominum, promiscui sexus, per diuersas prouincias, martyrio coronarentur. Inter quos, Anastasia virgo, Sebastiānus, Agnes, Agatha, Geruasius, & Prothasius, Gorgonius, Quintinus, Chrysogonus, Lucia; Item, Tiberius, & Modestus, in Florentiâ, in Agathensi territorio quiescenteis; Qua de re, & ipse Marcellinus, ad Sacrificium est ductus, vt sacrificaret; Quod, & fecit: Et post paucos dies, penitentia ductus, à Diocletiano, pro fide Christi, cum Claudio, & Cyriano, & Antonio, capite truncatus est; à qua die, cessauit Episcopatus *annis vij. & Mensibus vj. Diocletiana persecutione immaniter sæuiente.*

Vigesimo Diocletiani Cæsaris anno, videtur

tur Sancti Marcellini Pontificis Martyrium consignandum, Quo, is Romæ, vnà cum Cyrino, Claudio, atque Antonino, 6. Calendas Maiâs exstitit Martyrio coronatus, Diocletiäni persecutione, quam, Decimam vocat Hipponensis Augustinus, lib 18. De Ciuitate Dei. Cap. 51. Librique 7. Cap. 27. Orosius; Quâ sæuiente passim, & promiscuè, in omneis Christianæ fidei Cultores, aliqui etiam Episcopi, Traditores exindè dicti, Cæsarum impio edicto, De Codicum traditione, parenteis; Ecclesiam Christi scissam damnando Schismate fœdârunt.

At verò, vacaritne Sedes Pontificia Tricoronis Romana, septennio, ac semestri, parum mihi quidem fateor aliundè compertum; Sit igitur huius rei fides, penès hunc Anonymū vetustiorem Chronologum MS. Ad hanc tamen persecutionis Diocletiänę rabiem truculentiorem, refertur Papæ Marcellini, Deûm Aris appositi thuris lapsus, Si verè is accidit. Vult enim, lapsum illum, petulcâ Petuliani calumniâ, Pontifici Marcellino attributum, *Diuus Augustinus* contra *Petilianum* petulescentem scribens, *De Vnico baptismo Cap.* 16. Et Acta sanè Proconsularia, à Donatistis deprauata, in Mésurium Carthaginensem, & verè Catholicum Antistitem, mendacissimam criminationem complectuntur; Sinuëssaneq; Synodi Acta, In hâc Caussâ Pontificis Marcellini,

De hâc Thurificatione, quibusdam videntur corrupta, post Diui eiusdem Aurelij Augustini tempora, impijs à Donatistis edita. Attamen, efficit antiquitatis approbatio, ea penitùs ità nè videantur certè Acta reijciunda; maximè, cum Breuiärium Romanum, ad 6. Calendas Maiäs ex *Damaso, & Platinâ*, lapsum admittat, & facti pœnitentem Pontificem, in Sinuëssanâ Synodo, Centum & octoginta Episcoporum, declaret.

Regia porrò, & Abbatialis Ecclesia Sanctę RICTRVDIS, DE MARCÆNIS, IN OSTREBANNO REGIO, Anno Christi, suprà vndecimum, si non etiam Decimum, Sexcentesimo, In ALODIO Præclari DVCIS ADALBALDI, Sanctæ RICTRVDIS Mariti, primùm constructa, Sancti AMANDI, Belgarum Apostoli curâ, Et Sancto IONATO, sub eiusdem Pontificis D. AMANDI Archipresulatu, administranda concredita; Exindè verò, adaucta, secundo, sub Diuâ Duce Rictrude Viduâ, Sanctimonialium Benedictinarum Cœnobio, Regiè que, ab eâdem, Anno Christi DCLIII. dotata, Consentientibus, & Testamentum firmantibus Frãcorum Regibus, DAGOBERTO, & CLODOVÆO, I. vti clarè apparet, ex Membranis, monimentis, & Dypthicis Ecclesię Marciänensis, infrà, suo loco producendis, CERTAS, &, in fronte Synopseös Franco-Merouingicæ, vetustissimas membranulas profert, innominati cuiusdam

Anni à Christo nato. Numerus Imperatorum Rom.

iuſdam Scriptoris Marcianenſis manu exaratas; Quæ Marcellini Pontificis, & lapſum, & mox ſubſecutam publicam ſanctam pœnitentiam, ſubſequentibus ſtatim verbis expreſſam ampliùs attingant.

Legitur in Geſtis Romanorum Pontificum, Quia, Cùm Marcellinus Papa Idolis Thurificâſſet, Conuenerunt Romam Epiſcopi, numero cxxxxv. *Quibus, Cum lacrymis, & gemitibus ſciſcitantibus, ſi res ita ſe haberet:* Confeſſus *eſt dicens, Se paratum eſſe, Quicquid imperarent, agere. Eique dixerunt. Collige* Cauſam *tuam, in ſinu tuo; Tuque, Proprio te ore iudica. Qui hoc audiens, dictauit ſententiam in ſe.* Ego Marcellinus, *Ob ſcelus Idololatriæ, Quod infelix commiſi, iudico me deponendum. Anathematizo etiam, Quicunque* Corpus *meum aliquando ſepulturæ tradiderit. Sicq́ pergens ad Diocletianum, vltrò profeſſus eſt ſe* Chri*ſtianum eſſe: Et ſic, capitalem percepit ſententiam:* E*iuſque corpus,* Cùm *per dies* xxx. *inhumatum iacuiſſet, nocte quadam, apparuit Sanctus Petrus, Marcello Papæ, qui ei ſucceſſerat; Et præcepit ei, vt iuxta ſe ſepeliret* Corpus *Marcellini: Et ſepeliuit eum iuxta pedes Beati Petri.* Hactenus ibi ſic lego.

Quæ quidem, à me, ex munere veritatis hiſtoricæ elucidandæ, allata ſunt; non autem, vt talis, tantique Viri lapſus probaretur, & grauiùs accuſaretur. Quantumlibet enim cõſenſerim, potuiſſe accidiſſe: Animus tamen non eſt, cæteris præſcribere, nè ſecùs ſentire poſſint. Neque valuit certè quicquam Petiliänus,

2.

rum Anni. ratio. Menſes, Imp. Dies,

lianus, inde virium assumere, vndè probaret, huiusmodi peccatum Pontificis, circa Charitatem, metu mortis intentatæ à Sæuissimo Tyranno, actu externo commissum (Quale fuit & olim Petri, ter Christum negātis) prę iudicium vllum afferre veritati Catholicæ, sinceritatique fidei Orthodoxæ, quæ perstitit semper illibata, æternùmque perstabit in Ecclesiâ Romanâ. Immò etiam, hisce ex Actis euincimus, miro sanè modo, Romani Pontificis auctoritatem fuisse confirmatam. Licèt enim, tunc quidem temporis, quo, in vnâ Ægypto, centum quadraginta quatuor millia hominum, pro Christi fide stantia traduntur occisa, septingentaque millia, in exilium eiecta referuntur; nec minor in alijs Prouincijs strages, nisi in ijs, quas Constantius regebat, Christianis fauens, narratur; Marcellinus, De Infidelitatis actu accusatus vnico, & oculato Virorum septuaginta Duorum Christianorum testimonio conuictus tradatur; Trecenti tamen illi collecti Episcopi, sententiam damnationis, in Summum illum Pontificem, numquam ausi sunt ferre; ipse, antequàm se condemnâsset: Quin potius, omnes acclamâsse asseruntur. PRIMA SEDES, A NEMINE IVDICABITVR; *tu reus, tu Iudex; Noli à nobis iudicari, Ex ore tuo iustificaberis; Et, ore tuo, condemnaberis.* At, de his modò satis. Nisi, Quod, ad fidei Catholicę, maioremque Christi, & Ecclesiæ

clesię ipsius Sacrosanctæ Sponsę laudem, & gloriam, denique, verè addiderim; nullis vmquàm bellis, Mundum, sanguine magis exhaustum exstitisse, vt, & Ecclesiam Christi Seruatoris, maiori numquam vicisse triumpho, quàm, Quùm Decennali Tyrannorum, Diocletiani, Maximianique Cæsarum, hâc atrocissimâ persecutione, innumerâq; ue strage, vinci nequiuit. Eâ tempestate etiam, Cùm Episcopi complureis, impio parenteis Imperatorum Edicto, sacros Codices, traderēt comburendos, aduersusque pios simul conspirarent, & schisma conflarent immortale; Felix, Episcopus Thibatensis supplicia, mortemque maluit subire, quàm suos, Iudicibus tradere. In cuius Martyrio, Luna, in sanguinē est conuersa. Id, testantur sincera ipsius Acta, Ex Gestis Proconsularibus, præsertim accepta.

Omnium quoque Gentium litteris, & linguis, præcipuè tamen, in Ecclesijs, Agnetis vita laudatur, Quæ duodennem vicerit ætatem; Et Diöcletianum Tyrannum: Et titulum castitatis, Martyrio consecrârit. Hanc, subsecuta Emerentiäna Virgo, eius Collactanea. Taceo Serenam illam Augustam, Diocletiani Vxorem Christiänam; Et Susannam; Neptem Caij, Pontificis Max. Filiam Illustris Sabini, nuptias Galerij Maximiäni recusantem, pro Christi nomine obtruncatas; hoc spectatæ feritatis monstro imperante Diöcletiano.

His diebus (ita ſcribit Chronologus noſter Anonymus) *apud Egæäm Vrbem, paſsi ſunt, Coſmas, & Damianus, Inclyti Martyres, Carne, Spirituque Germani, vnâ die, vno partu editi, vno die Martyrij gloria decorati. Apud Frigiam, Vrbs quædam Chriſtiänorum* Ciuium, *Cùm omnes ſimul fidem Chriſti inconcuſſè tenerent, viſa eſt à militibus circundari, & iniecto igne, Cum omni Populo concremari: In Britannia quoque, ferè tota Chriſtianitas deleta eſt, Quæ à tempore Eleutherij, & Lucij, eiuſdem Inſulæ Regis, illic floruerat.*

Diöcletianus denique, ab inuito Maximiano exigit, vt ſimul Purpuram Cæſareäm, & Imperium deponerent; ac Minoribus in Rempublicam ſubſtitutis, in priuato ipſi otio conſeneſcerent. Itaque, ſub vna die, Diöcletianus, apud Nicomediam, Maximianus, apud Mediolanum, poteſtatem Imperij, ſimulque cultum depoſuerunt. Poſt, Quos, Galerius, Maximinus, & Conſtantius, Auguſti, in duas procurationes, Orientis ſcilicet, & Occidentis, primi, Romanorum Imperium Diuiſerunt. Et Galerius, Illyricum, Aſiam, & Orientem; Conſtantius, Africam, Hiſpaniam, & Gallias obtinuit. Verumtamen, Conſtantius, Vir tranquilliſsimus, Galliâ tantùm, Hiſpaniáque contentus, Galerio, cæteras partes conceſsit. Ità, noſter Anonymus, tradit Imperium Romanum diuiſum.

Primùm obſerua diuiſum Imperium Romanum.

Annis 68. vixit Diöcletiänus; Ex ijſque, propè nouennium, habitu communi exegit; Donec, à Galerio, & Licinio, necem dedecoroſam ſuſpectans, venenum, vt putant aliqui, ſum-

sumsit. Achilles P. Gassarus, post Zosimum, & alios scriptores, Imperio Diocletiani attribuit annos 20.

Victor, fractis laqueo ceruicibus iussu Constantini, vult Maximianum Herculium tandem perijsse. Variant tamen, De mortis, & genere, & tempore, Scriptores. Cæterùm, ab ipsis, Diocletiano nimirùm, & Maximiano, deniquè, Cæsares Augusti numerantur, à S. A. Victore;

307. 39. Et Galerius Maximiānus, qui, fœdissimè deficiens perierit, Imperij sui anno 2.

Galerius, Armentarius dictus, quod armētorum pastor exstitisset in Daciâ, vbi, & sepultus est, bellator felix.

308. 40. Galerius Maximinus, Galerij Maximiani, ex Sorore Nepos; Ex cuius nominis similitudine, plerique Scriptores haud rarò falluntur: Qui, & Cæsar exstitit annis 4.

Dehinc, per Orientem, Augustus, triennio: Qui, tametsi ortu, atque instituto pastorali esset; ingenio nihilominùs quieto, & litterarum, ac Sapientissimi cuiusque exstitit cultor. Cumque, vini auidior, eo, quandoque ebrius, aspera quædam, mente corruptâ iussisset, ac, subinde factum piguisset; in sobrium tempus, ac matutinum, quę præcepisset ebrius, ęquiùs semper statuit differri.

Alexander quoque Seuerus, inter Cæsares numeratur; Phrix genere, Vir timidus, & se-

nectæ ętatis vitio, inferior aduersùs laborem. Quibus omnibus absumptis; penès Constanstinum, seu Constantium, & Licinium, Imperij iurâ deuenêre. Ad quos, priusquam stylum suauiorem conuertam, Ex Anonymo nostro Chronologo, MS. Quæ tempora horum Cęsarum attingant, nonnulla mutuari lubet.

Porrò, Galerius Maximianus (inquit ille) *duös post se Cæsares elegit; Maximinum, Quem in Oriente constituit; Et Seuerum, cui Italiam permisit. Hic Galerius Maximianus, Persecutionem à Diocletiano, & Maximiano dimissam, crudelior, edictis accumulauit; Et cùm esset Idololatriæ deditus, Superstitioni: iusit per Orientem Vetusta Delubra reparari; tantâque impietate Christianos cœpit persequi, vt omnes, qui eum præcesserant, Christiani nominis persecutores, magnitudine scelerum auteiret. Sub huius persecutionis impetu, passus est apud Alexandriam, Petrus, eiusdem Vrbis Episcopus, Vir inclytus, & maximis virtutibus adornatus; Passus est etiam hâc persecutione, Pamphilus Cæsariensis Presbyter, inter præcipuos, tàm moribus, quàm doctrinâ præcipuus; Qui, tantam in Bibliothecâ sua, librorum copiam adunauerat, vt, cunctos, qui eum in hoc labore præcesserăt, superaret. Siquidem, in Bibliotheca sua, XXX. millia librorum dicitur habuisse. Huius vitam scribit Eusebius Cæsariensis Episcopus; Qui, & Eusebius Pamphili dictus est; Quia, eiusdem Pamphili Nominis, studio, virtute, & Sacræ Bibliothecæ diligentissima peruestigatione, ità æmulator exstitit, vt alter Pamphilus diceretur. Hæc quidem*

dem, in Oriente Galerius. At, Romæ, Maxentius Herculij Filius, à militibus Prætorianis Imperator creatur: Qui, Beatam Katherinam martyrizauit. Aduersùs quem, Galerius Augustus, Seuerum Cæsarem cum exercitu mittit. Sed, Seuerus, dum Romam obsidet, à suis deseritur, fugiensque, Rauennæ occiditur.

Porrò Maximianus, Maxentium Filium deponere Imperio nisus, sed repulsus, transit ad Generum suum Constantinum, vt ipsum quoque dolosè priuaret Imperio; Verùmtamen, per Filiam, Coniugem Constantini, *detectus, Massiliæ, fugiens occiditur. Intereà, Galerius, Cùm multis Christianorum cædibus exhausisset prouincias, alios proscribens, alios inauditis tormentis afficiens, morbo suprà modum horrendo correptus est, ita, vt, pectus eius introrsùs putresceret. Cùmq; Medicos iam eius fœtorem non ferentes, crebrò iuberet occidi, quia nihil conferrent remedij; A quodam Medico ei responsum est, Non hunc humanum esse mortum, Sed Diuinam vindictam, sibi, ob sua scelera immissam. Quibus verbis commotus Imperator, Edictis latè missis imperat à Christianorũ persecutione cessari. Ipse autẽ, Cruciatus nõ sustinens, miserabiliter interijt.*

Constantius, Cui pallor, Chlori addiderat Cognomentum, Cuique, Genus perIllustre, ac Regium, ab Imperatore Claudio adsignatur, Is est, Quem, Ioannes Carion, Constantinum primum vocat, Imperatoremque numerat quadragesimũ. Hic, in Occidente primùm imperauit; vbi, Cùm Britanniâ, Gallias, & Hispaniam, susceperat regendas: ab Aurelio,

309. 40.

cum exercitu in Britanniam missus. Cumque, Cæsar est subinde creatus, Helenam Vxorem repudiare, Theödoramque, Maximiani Herculij Filiam, superducere coactus est: ex quâ, Gallum, Iuliänum, Dalmatium, & Annibaliänum suscepit. Theödoram hanc, alij Priuignam, Maximiäni, non autem filiam fuisse asserunt, quam, abiecta priore Helenâ legitimâ licèt Coniuge, posteriorem, eamque illegitimam superduxerit Constantius. Ita factum, iubēte Diöcletiano, Eodem, vt videtur Anno, quo Diocletianus, in Gallias, aduersùs Amandum Tyrannum, legiönem Thebæörum Christianam, apud Agaünum, Christo Martyrē decimauit. Dixi, (vt videtur) Quod celeberrimi huius Thebæorum Martyrij annus, ita sit incertus, vt Metachronismus, in Anno 297. sit metuendus. Eodem enim cum ipsis anno, 302. Martyrij palmam consecutos lego, quos prætereram, illustres Christi Martyres, Petrum, Dorothæüm, Zachæüm Alphæüm; &, in Palęstinâ, pręclarum illum Procopium, multâ laude perdignum Christi Athletam; Cuius manum, ipsosq; adeò adhuc vngues, & brachium adiunctū, apud Marcianenseis charactere Sanctorū græcè inscriptū pelle, carneque suâ firmâ, in hunc vsq; diem, vestita; argento, auro, gēmisque decora contegi, & affabrè adornari, nunc nuper curauit R. In Christo Pater, ac Dominus, DN. IOANNES

DV

dv Ioncqvoy, Marcianensis, In Ostrebanno Regio, Cœnobiarcha insigni pietate, atq; doctrinâ conspicuus. Ringuntur Iconoclastæ nostri huius miseri æui, Cùm audiunt, Sacras, hoc ritu Catholico, Sanctorum reliquias honorari, Diuosque, vti certè condecet, coli, & à nobis inuocari: Sed legant, sine atrâ bile, Cyrillum, Cathec. 10. Et Ambrosium, lib. De Isaac. Cap. 8. Hieronymumque, Epistolâ 25. De Blesillæ morte. Desinantq; ringi. Id si nôlint; malè sano Capiti curando, aptiorem helleborum sumant. Fauit impensiùs porrò Christianę Religioni, Constantius Cæsar, De quo, hunc in modum, Anonymus noster. *Constantinus, seu Constantius, in Occidente, multa clementia, apud homines, Erga Deum verò, magna religione vtebatur. Qui tandem. Eboraci, in Britannia obijt; Et Constantinum Filium, ex Helena procreatum, Imperatorem Galliarum reliquit.*

Magnâ cum laude, Galliarum, & Germaniæ regiones imperio suo subactas, & pacatas habuit; victis Francis, & Alemanis; Quorum illi, eam partem sibi Germaniæ vsurpârunt, quæ circà Rhemum esset sita; hi verò, superiores fuêre Germani dicti. Defuncto Diocletiano, imperauit annis 4.

Ita tamen, vt Galerius, à nostro Anonymo, Imperator in Oriente; Constantius verò, in Occidente, Cæsar nominetur quadragesimus. Hinc, Quòd duobus hisce Cæsaribus, Charac-

cterem

cterem eumdem consignauimus 40. tametsi, Ioannes Carion, alijque complureis, Chronologi, velint ijsdem attributum 39.

Porrò verò, Contulit Deus Opt. Max. summas, & prorsùs heröicas in Constantij nobilem familiam virtutes: Cuius, & Originem, & Genus præclarum, iuuat hoc recensere loco.

Claudius Imperator, Quintilium, & Crispum, habuit fratres. Claudia, Crispi filia, Eutropio Principi præclaro, in matrimonium tradita est. Generis ergò Constantini, hi Principes exstitêre generosi.

Primarius Romæ Princeps, Eutropius.

Crispi nobilissimi Herois, Imperatoris laudatissimi Claudij Fratris, Filia Claudia, Eutropi Vxor.

Eutropi, & Claudiæ Filius, Constantius Chlorus, in Occidēte nostro Imperator. Qui, Spiram, Vrbē nobilem condidit, & ergà Christiänos, tametsi Christianus ipse non esset, omnem præsetulit humanitatem. Helena Britannica, coniunx Constantij prior, ex quâ progenitus est Constantinus, cognomento Magnus. Theōdora, Priuigna, si non etiam Maximiäni Filia, Constantij posterior coniunx, ex quâ nati prodiêre.

1. Annibaliänus, Pater Dalmatii.

2. Constantius, Galli, & Iuliani Pater.

3. Constantia, Licinij coniunx.

Constantinus, cognomento Magnus, Mineruinam,

næruinam, Coniugem primam duxit, ex quâ, Filium procreäuit, Crispum.
Fausta, exstitit Constantini Magni Coniunx Secunda, ex quâ quinque proles suscepit.
1. Constantinum Secundum; 2. Constantium; 3. Constantem; 4. Constantiam, Coniugem Galli 5. Helenam, Coniugem Imperatoris Iuliani Apostatæ.

310. 41. Constantinus Magnus, *In Britanniâ, guberna-cula Imperij, à Constantio Patre suscepit* (ait chronologus noster Anonymus) *Et* XXX. *annis* 30. 6. *atque mensibus VI. felicissimè tenuit. Statimq;, vt Imperator creätus est, mirâ quidem gratia cunctis carus, exstitit; fortibus Viris acceptus, & admirandus, facinorosis verò, & ignauis, terribilis fuit.* Constantinus, *Qui de suo erant exercitu* Britones, *posuit in Occidentali parte Galliæ, vbi sunt vsque hodie. In Vrbe Roma, post Marcellum PaPam, Marcellini successorem, Eusebius, Pontificatum tenuit annis* Duobus, *Anno Domini,* CCCX. Alijs triennio videtur præfuisse, Pontificatumque auspicatus, IESV CHRISTI Anno. 309. *Post quem Melchiades substitutus est, annis* III. *Anno Domini* CCCXII. Al. 2 Al. 4. *Hic, constituit, vt nulla ratione, Die Dominica, aut quinta feria, Ieiunium, quisquam de fidelibus; ageret: Quia, eos dies Pagani, quasi, Sacrum Ieiunium celebrabant. Post hunc, Syluester, præfuit annis* XXIV. *Ioannes Carion,* 23. attribuit *Achill. P. Gaßarus,* 21. alij 22. *Anno Domini* CCCXVI. al. 314. *Eius tempore maximè, deleta est Gentilitas, & christiani-*

tas dilatata. Ad hunc Syluestrum, Quotquot Romanæ præfuerunt Ecclesiæ, Martyres aßeruntur fuisse XXXIII.

Interim, Imperante in Gallijs Constantino, & Imperij consorte Lucinio, Maxentius, Herculij Filius, à Prætorianis Militibus Imperator creatus, in Vrbe Romana, plus Tyrannum exhibens, quàm Augustum, in tanto impuritatis cœno versabatur, vt per cuncta vitia deflueret, nullumque genus flagitij præteriret. Deinde, inter Constantinum, & Maxentium, bellum exortum est. Cum itaq; Constantinus, de bello nimiùm sollicitus, multa secum peruolueret; vidit per soporem in cœlo signum Crucis, *rutilans, Angelosque dicentes. Constantine!* In hoc vinces. *Tunc verò euigilans, De victoria spem concepit: Et, Signum, quod viderat, tam in fronte sua, quàm in militaribus vexillis depingit. His itaq; religionis armis instructus, aduersùs hostem progreditur:* Et *ecce Maxentius venit in occursum; Et cum exercitu, è portis Romæ proruens, præoccurrit armatus;* Cùmque *vtrimque acriter pugnaretur,* Et, *non tam armis, quàm virtute Crucis, Constantino victoria cederet, Maxentius ad Vrbem refugit. Et pontem, quem suprà fluuium dolosè poni iusserat, incautus, & rabidus ascendit; cùmq; festinaret, lapsu equi in præceps agitur, & in profundum demergitur. Quo demerso, bellum dirimitur; Et, Constantinus triumphat.* Cùmque *triumphanti, ad honorem, Senatus, imagines erigeret; vexillum Crucis Dominicæ, in dextera sua iubet depingi, Et subtùs ascribi.* HOC SIGNVM INVINCIBILE DEI VIVI. *Sic itaque, his, & omnibus*

alijs

aliȷs ministris nefariæ persecutionis extinctis; ad Constantinum Monarchia deuenit. Nec mirum, si semper vinceret, Qui non tàm armis, quàm Signo Crucis innixus consideret. Hoc siquidem bellicum Signum illi semper, inter alia, erat pretiosius, quod se semper iubebat præcedere, atque antè Ordines vniuersos imponi; Et, à militibus adorari. Vndè, & Decus Imperij Romani, mutatum est in Signum Crucis, vt eius frequenti visione, desuescerent à priore more, subiecti Romani; Et, Illum solum Deum arbitrarentur, Quem coleret Imperator. Constantinum verò, à Beato Syluestro Papâ baptizatum, eiusdem Pontificis Actus declarant.

Postquàm igitur, omni Tyrannorum discussâ caligine, pijssimus Imperator Monarchiam Orbis adeptus est; Christianæ fidei augmenta dedit, Gratias referens Deo, non sibi arrogans, Quòd Deum habere ministrum sancti consilij dignatus sit, Quatenus, per eum, à Britannico mari, vsquè ad Orientem, Christiana religio latè augeretur. Denique, incredibile est memoratu, Quàm breui, eius studio, creuerit Ecclesia Sancta. Publico siquidem Edicto statuit, Paganorum Templa claudi, Sacrificia prohiberi; Per diuersa loca Ecclesias construi; Earumque, in construendo, expensas, ex Imperiali fisco, largissimè ministrari. In terrâ sibi subditâ, Certum Vectigal, Ecclesiis Prouincialibus, Cleróque assignatum distribuit; Et in perpetuum, hoc manere sanciuit. Sed, & per totum Romanum Imperium, Priuilegia singulis Ciuitatibus dedit, vt omnis Populus Christianus, sub Episcoporum ordinatione, liberè Do-

mino Deo seruiret. Signo Crucis signari, Et tam muniri, quàm armari milites fecit. Supplicium etiam Crucis, Quod prius apud Romanos erat in vsu, lege lata prohibuit.

Alexandriæ, post Achillam, Alexander, sanctitate præclarus, ordinatur Episcopus. Huius Presbyter Arrius extitit: Qui à veritate fidei Catholicæ deuians, execrabile plurimis Dogma constituit.

Cumque homines, quos in errorem seduxerat, etiam in seditionem excitaret; apud Nicænam Vrbem Bithiniæ, Conuentus CCC. & XVIII. *Episcoporum, iussu ipsius* Constantini *factus est; Per quos, Arrij dogma execrabile, & miserum, est euidentissimè deprehensum, & detectum; Multaque ab eo fuére salubriter instituta. Huic* Concilio, *Beatus Nicolaus, Mirræorum* E*piscopus interfuisse aßeritur, sicut in verioribus Græcorum historijs reperitur.*

Fertur quoque Sanctus Agrius, Senonensis Archi-Episcopus, prædicto Cōcilio adfuiße. Fuit autem Nicæna Synodus, vt fertur, Anno Constantini Imperij XX. *celebrata.*

Huc vsquè, C*hronica sua perduxit Eusebius Pamphili Martyris Contubernalis. Ab hinc, Beätus Hieronymus, sui temporis historiam digessit.*

Per idem tempus, Helena, Constantini Mater, fæmina incomparabili fide, diuinitùs admonita, Hierosolymam adijt; Et Loco sibi cœlitus ostenso, Crucem Domini, & clauos Dominicos reperit: Et omnibus ritè dispositis, partem pretiosi Ligni, desiderabile munus, filio detulit; partemq́, thecis argenteis conditam dereliquit

quit. Templo ibidem mirifico, regiâ ambitione constructo. Beata igitur Helena, Cruce Dominica cum clauis inuenta, quibus Dominicum corpus fuerat infixum, cum parte Ligni salutaris, clauos ipsos portat ad Filium &c.

Floruit hoc tempore, Sanctus Antonius, Monachorum Regula; Anachoretarum forma, Exemplar virtutis, Speculum sanctitatis.

Ad hunc, Constantinus misit, vt pro se, ac Liberis suis, Domino supplicaret.

Et paulò infrà, res gestas Constantini sic prosequitur idem MS, *Romæ, Constantinus construxit Domino Saluatori, Et Sācto Ioanni Baptistæ, Ecclesiā, intrà Lateranum, Et Palatium; Quam voluit esse Caput, & Verticem omnium Ecclesiarum; Fecit & Basilicam Beato Petro* Apo*stolo, in Templo Apollinis; Fecit, & Basilicam Beato Paulo; Cuius* Corpus, *ità inclusit, sicut corpus Beati Petri. Ædificauit præterea Bizantium, & Mauritaniam, Ciuitates. Imperialem verò Sedem, apud* Con*stantinopolim statuit. Dignitate tamen, Romani Imperij, non* Con*stantinopolitani Imperatores, appellati sunt, Qui post eum Imperium tenuerunt. Præterea cùm consilio Augusti* (Scilicet Constantini) *Sanctus Syluester, post Nicænum* Concilium, *aliud Concilium in Vrbe Romana celebrauit,* CCLXXVII. *Episcoporum : In quo, Arrium, Photinum, Sabelliumque damnauit. Hispanus, Iuuēcus Presbyter, Euāgelia, versibus explicat. Romæ, post Syluestrum, Marcus, Pontifex subrogatur, annis* 2. *Et mensibus viij. Anno Domini* CCCXL. *Cōstantinus,*

Anni à Christo nato.

Numeri Imper. Roman.

Impe. Dies, rato Menses, rum Anni.

Anni à Christo nato. | Numerus Imperatorum Rom. | Anni. | Menses. | Dies.

Cùm bellum pararet in Persas, in Villâ publica, iuxtà Nicomediam; dispositam benè rempublicam filijs tradens, obijt Anno ætatis suæ LXVI. Achilles P. Gassarus, tribuit Imperio Constantini Magni, laudatissimi nominis Cęsari *Augusto*, annos 24. 5. 22.

Ioannes Carion, annos 30. Totidem; S. A. Victor. Pontem, in Danubio construxit, Constantinopolim ędificáuit, & nuncupauit, eo in loco, quo Vrbs anteà insignis, Bizantium, erat abs olim condita: Eòque Sedes Imperij posteà translata est; vti testantur historiæ sequenteis.

Hoc Cæsare, ad fidem Christianam Scotia refertur conuersa. Stipendijs amplissimis, Ecclesias dotauit: Earumdemque Ministros, ab oneribus publicis voluit liberos esse, quibus, & certum Vectigal constituit. Tantâ liberalitate in Summum exstitit Pontificem, vt, ipsam Vrbem Vrbium Romam, & partem Imperij mediam, in Pontificis Summi vsum donârit. Videantur, eâ de re *Decreta Gratiäni Distinct. 96 Cap.* Constantinus.

In publicum Fidei testimonium, Codicem Euangelicum palam sibi semper pręferri iussit, verè pius Princeps. In omneis passim Regiones, Bibliorũ Volumina Sacra, suis sumtibus descripta, mittenda imperauit. Et, Quo statum Ecclesię Sanctę tranquillum, suis temporibus firmaret; Sanctum, vtile, Oecumenicum Concilium, Nicænum coäctum curauit, ab

ab anno Iesv Christi Seruatoris 327. in annum 330. Quo asseritur absolutum. Eleemosynas, & beneficia, ad Ecclesiæ Ministrorum, & Euangelicę doctrinę conseruationem, summâ contulit liberalitate. Vt propterea, Principem Pium, petulantiore, ac prophaniore suo calamo, *Sex. Aur. Victor.* Pupillum, ac immodicè profusum dicere præsumserit.

Ea sanè demùm sunt optimo Principe facta perdigna, Cuius tempore, Crux fidelis, inter omnes, Arbor vna nobilis, passim occœpit summâ libertate, ab omnibus Christicolis, cultu latriæ adorari; Quâ, Dæmonis Regnum dissipatum; Christi, erectum esset: vt, ea propter, Cęsar hic, primus, nominis Christiani Professor, nominetur. Acta certè tanti Principis, ampliorem longè commendationem merentur. At, breuitatis studio, aliò me vocat stylus noster; vt, ea legenda passim, apud selectiores Autores, nostrumque chronologum Anonymum MS. relinquam.

Cometes ingens, mensibus aliquot, mortē Constantini Magni antecessit: Qui, bellum luctuosum, Et, qui subsecutus est, obitum Cōstantini, motum portenderet. Constantini Magni corpus, sepultum est in Bizantio, Constantinopoli dictâ. Dalmatius verò, mortuo Constantino Cæsare, militum furore interemptus est; Itaque, Dominatio Romani Orbis, ad treis est redacta; Constantinum, Con-

stan-

ſtantium, & Conſtantem.

337. 12. 3. 4. Conſtantino, Conſtantio, & Conſtante, Filijs Conſtantini Magni; Arrius, exonerandæ alui cauſsâ, ingreſſus cloäcam, fataliter illicò perijt; morſque inopinata ipſius, Euſebianos conſternauit.

Conſtantinus Iunior, cuncta, trans Alpes; Conſtantius, à Freto Propontidis, Aſiam, & Orientem; Conſtans, Illyricum, Italiam, Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniam, & Achaiam, quę ſinguli regerent, habuêre.

Anonymus noſter Chronologus MS. reijcit exordia trium horum fratrum, & Cæſarum, in annum Chriſti nati 340. In hæc verba.

Anno Domini CCCXL. *Conſtantius, cùm* Con*ſtantino, & Conſtante, fratribus ſuis, adeptus Imperium, imperat annis XXIV. Imperauit autem Antiöchiæ, Conſtans; Romæ, Conſtantinus; Conſtantinopoli, Conſtantius. Conſtantius autem, in Regno confirmatus, magis Arriânus, quàm Chriſtianus fauere cœpit. Indè, factus eſt Arrio, Cæteriſq; Diſcipulis eius, promptus, & facilis. Suadetur Conſtantio, vt quoſdam in Deo gradus credat; Et, qui per ianuam, ab errore Idololatriæ fuerat egreſſus, rurſum in ſinum eius, dùm in Deo, Deos quærit, regreditur.*

Peruerſo igitur zelo armatur illuſus; Et ſub nomine pietatis, ius perſecutionis agitatur. Tanta denique rabies Arrianorum, & cæterarum hæreſum, hoc tempore ef-

Anni à Chriſto nato. | Numerus Imper. | Imper. Dies. | Menſes. | Annorum.

re efferbuit, vt in multis Ciuitatibus Episcopi diuersi ordinarentur. Antiochia enim, Alexandria, & Constantinopolis, multò tempore, binis, siue ternis etiam Præsulibus diuidebantur: Et interdum contentione maximâ miserabiliter dissentiebant, cædesque maximas in Catholicos *ingerebant.* Celebrata *sunt hoc tempore multa Concilia, propter Arrij infidelitatē nequissimam;* Cuius *complures multarum Vrbium Præsules, dolo Inimici sunt decepti, errantes, & in errorem inducentes. Siquidem Quinto anno Imperij Constantij, actum est Concilium Antiochiæ,* LXX. *Episcoporum, vbi Nicæna fides confirmata est. Item, In Smyrnio, fuit* Concilium, *vbi Fotini, & Sabellij dogma damnatum est;* Et *recta fides exposita est in præsentiâ Constantij.*

Constantinus, Dùm Constantem fratrem suum in bello insectaretur; à Ducibus eius, iuxtà Aquileiām occisus est; sub quo, Diönysius Mediölanensis, in exilio mortuus est.

Anno Domini CCCXLIII. *Romæ, post Marcum, Iulius sedit annis* XI. al. 15. al. 17. ab Anno nimirùm, 338. ad annum IESV CHRISTI, 352. Quo, pridie Idus Aprilis S. Iulius, Pontifex Romanus, ex hâc vitâ migrauit, Cùm sedisset Annos 15. Menses 5. dies 17. vt Autor est, *Henricus Spondanus, in Epitoma Annalium Ecclesiasticorum Cæsar. Baron. ad Annum prætactum.*

Romanum Imperium, ingens accepit vulnus, Constantio pugnante contrà Magnentium. Cæsa sunt namque in acie istâ, Christi

anno 353. ad quinquaginta millia, ex lectissimis vtrinque militibus: vt deinceps, ab incursione hostili, fines suos propugnare potuerit nunquàm. Cæterùm, victus eo Anno Magnentius Tyrannus, ob cædem Constantis Imperatoris, Africanæ Ecclesię restitutoris, quem is dolosè occidisset, anno Christi 350. in Oppido, Cui Helenę nomen, hodie Helna vocatur, apud Pyrenæös montes, in ipsis faucibus, *In proximo Hispaniæ* (inquit *Anonymus noster*) commeritas dedit pœnas. vt Autorès sunt *Zosimus, lib. 4. Cap. 1. Socrates lib. 2. Cap. 9. & 10. Hieronymus, in Chronicis.*

Theödoretus, *lib. 2. Cap. 17.* Notat honestam à bello missionem petijsse Martinum, sub Annum Christi 356. Quo Iulianus, à Cōstantio Cæsar creätus in Gallijs, adversùs barbaros irruētes in Gallias, strenuū m belli Ducem agere occœperat. Legi potest *Seuerus, In Vitâ Martini, Cap 3. Martyrol.* etiam, *ad 7. Augusti*, docet tunc temporis, enituisse Victriciüm, Militem; Confessorem, atque posteà præclarum Antistitem Rothomagensem.

Primo vere, Iuliänus, Germanos incursantes Lugdunum vsque, acerrimè primùm fudit. Deindè, ad Argentoratum, septem, acie iustâ, Reges Alemanorum, cum exercitu eorum numerosissimo, fortiter excepit, victoriamque retulit insignem; Et Rege Chonodomario Alemano capto, vt Imperator, ab exercitu est accla-

acclamatus: At,oblatum honorem,tunc quidem, satis modestè recusavit.
Habet etiamnùm hodie Constantius Cæsar, operâ Sixti Quinti Pont.Maximi,nunc nuper repositum antè Lateranensem Ædem, perveterem Obeliscum.
Sapores Persarum Rex,Solis, & Lunæ se Fratrem dicit,repetitque Mesopotamiam, & Armeniam, eapropter,ad Constantium litteris minacibus datis. Iam hyëmem Lutetiæ Parisiorum, vbi veteres Thermarum eius ruinæ hodièque, ad Ædes Cluniacenseis visuntur, transegerat Iuliänus, Cùm indè; cum ingentibus copijs, petit Francos, quos Salios vocant, Qui apud Texandriäm, Romano in agro,pedem fixerant;moxque adorsus Frãcos, ad deditionem cogit; indeque statim, post grauissima damna illata, trans Rhenum, Alemanos,ad pacem petendam, Orbis redemti Anno 358. Quo,Constantius Sirmium venit; Et Apostoli Sanctissimi Andrëæ ossa sacra, Patris ex Vrbe,Constantinopolim imperauit translata. Annus Christi 359. expugnantem in Mesopotamiâ,Vrbem Amidam, habet Regem Saporem.
Habet, & ingemiscentem terrarum Orbem, vincentibus Arriänis,impijssimamque suam hæresim stabilientibus. Gaudentium Episcopum Ariminensem, pro Nicęna fide Martyrem effectum, Alios compluresis Antistites

Sanctos, exilio mulctatos; Rhodanium Tolosanum, Paulinum Treuirensem, apud Phryges exulem, suum pro fide Orthodoxâ, diem ob uutes habet.

Floret hoc tẽpore (vt Author est noster Chronologus MS. innominatus) *Hilarius Pictauiensis Episcopus; Qui nimia profunditate, subtilis, & cautissimus, Disputator, altera Diuinarum Scripturarum Abyssus, abdita, in medium, reuerenter adduxit: Thesaurus nempe scientiæ, lux est Doctrinæ; Cuius Dicta, Qui legerit, non crediderit dicere, Sed tonare. Floruit, & Eusebius, Vercellensium Episcopus, Maximus quoque Treuerensis, à quo Athanasius* Alexan*drinus; Cùm à Constantio quæreretur ad pœnam, honorificè Susceptus est.*

Hi omnes, & doctrina præcipui, & Sanctitate præclari velut luminaria magna, quædam Ecclesiæ immobiles columnæ, magnam fidelibus Constantiam, verbo fidei, atq; virtutibus, in tanta persecutione præbuerunt. E*rat enim Ecclesiæ facies tũc deformis, Cum, hinc premerentur* C*atholici, illinc inualescerent Arriani.* Con*stantius, adversus Persas, & Saporem, Qui Mesopotamiam vastauerat*, IX. *prælijs parùm prosperè certauit.*

Antonius Monachus, Eremi Cultor, Et totius religionis exemplar CV. *ætatis suæ anno migrauit ad Christum. Cuius sepultura, longo tempore fuit incognita.* Mors Diui *A*ntonij referenda est in Annum Christi 3.

Nata in Syria hæresis Antropomorphitarum, Syro quo-

1.

dam, nomine Andro, huius peruersi dogmatis Authore. Is nempè, fatuè intelligens, quod scriptum est, Faciamus hominem ad similitudinem nostram; humanam formam asserebat Deum habere, partibusq; corporis circumscriptam. Nam, Quod scriptura plerumque commemorat Deum habere oculos, vel manus, cæteraq; huiusmodi corporis partes; Nequaquam, per id, intelligenda corporalis formæ distinctio; Sed potius, quædam potentiæ spirituales.

Constantius Augustus XIX. Regni sui Anno, Iulianum Patruelem suum, Galli fratrem, in Cæsarem sublimat, Dansq; illi coniugem Helenam, contra Barbaros, eum ad Gallias destinauit. Is Iulianus, ab initio Christianus, tàm secularibus, quàm diuinis litteris eruditus est: Sed à Christiano, in Paganum declinans ritum; vt interim superstitionem celaret, attonsus, monasticam simulabat vitam. Denique, in Ecclesia Nicomediæ, lector est constitutus. Itaque à Constantio Cæsar factus, euersus, oppressasq; Gallias à barbaris hostibus strenuissimè restituit. Alemanorum, cum paucis, magnam multitudinem strauit, Rheno, Germanos reiunxit.

His elatus successibus, fastigium denique Augusti vsurpauit; Et mox, Italiam, Ilyricumque peruadens, Constantium Parthicis bellis occupatum, Regni parte priuauit. Cônstantius, Iuliani scelere comperto, dimissa expeditione Parthorum, Dum ad Ciuile bellum reuertitur, in itinere, inter Ciliciam, & Cappadociam defunctus est. Itaque factum est, vt, qui Eccclesiæ vnitatem disciderat, totum tempus Imperij bellis, tàm in Consanguineos, quàm in extraneos

neos duceret inquietum; Ac, sub eo, acciderent innumeræ, tàm Populorum, quàm locorum ruinæ, Quas supe riùs, ex parte, retulimus. Hactenus ita noster Anonymus Scriptor, hisce de tribus Cæsaribus, filijs Constantini Magni. Constantius igitur Imperij sui anno 25.
Vt videtur Chronologis eruditis, non à Parthicâ, sed, ab expeditione Persicâ regrediens, cùm Sapore Rege; inducijs vtcunque pactis, in Vico Mopsi, non sinè permagno dolore, impio, ingratoque hosti Iuliäno, Imperium, moriens reliquit, Pontificatus Liberij Anno vndecimo.

362. 41. *Anno Domini* CCCLXIV. (vt est Autor Anonymus noster MS) annis duobus à calculo nostro dissentiens, Iulianus, *iamdudum Cæsar, post autem Augustus, imperat anno* 1. & 8

Hic, Christianam religionem, arte potiùs, quàm potestate cœpit insectari; honoribus magis alliciens, quàm tormentis impellens; Aperto tamen edicto præcepit, nè quis Christianorum, docendorum studiorum liberalium Professor esset; Sed tamen, omnes vbique propemodùm Præcepti conditiones amplexati, Officium potiùs, quàm Fidem déserere maluërunt. Iulianus, paulatim inter-eà ergà cultum Idolorum, Oribasij, Libanij, Maximi, Chrysantij Magorum, & Acebolij; ad nutum Principis, in Religione nutantis, consuetudine vsus, *insanire fortiùs cœpit. Dehinc, publicè iubet edici, vt Christiani Milites, aut sacrificarent, aut cingulum deponerent Militare: Multi autem, illo tempore*

pore, in fide viriliter persistentes, palmam Martyrij perceperunt. Inter quos, Iohannes, & Paulus, Constantiæ, Constantij Magni Filiæ Cubicularij, glorioso sunt Martyrio coronati. Arethusii, Marcum, suæ Vrbis Episcopum, sanctitate, atque canitie Reuerendum, primum, per plateas tractum, ac dilaceratum, truncatum auribus, graphijs transfixum, seu stylis, à pueris; Dehinc, in fœtentia loca depositum; Postque liquamine seu liquiriciæ Succo, Et melle perunctum appendentes, in Sportam, iunceam, vespis, & apibus, ad edendum, imposuerunt. Ecclesia, Marcum hunc, inter Martyres recenset. *Innumera quoque alia, in omni terrâ, & Mari, ab Impijs, contrà Pios commissa sunt mala: Tunc enim maxima Ecclesiæ vastatio fuit; Et Paganitas vehementer efferbuit. Tunc Hilarion Monachus, vitâ, & signis admirandus; Et plurimorum Monasteriorum Fundator, per diuersa fugiebat loca, cupiens latere, nec valens, quia nomen eius, & sanctitas, vbique, per dæmones diuulgabatur. Per idem tempus, Valentinianus erat Millenarius, & circà Palatium constitutus. Hic, quem habebat zelum pro piëtate, non celauit. Dùm enim quâdam die, Templum quoddam ingrederetur Augustus, Et ex vtraque parte Ianuärum astarent Ministri Templi, Qui aspersione aquæ, ficut ipsi dicebant, purgarent ingredientes, Valentiniânus præcedens Principem, aspersionis guttam, suâ vidit in chlamyde; Et indignatus, pugno, Templi ministrum percussit, dicens, se, illa aspersione, maculatum potiùs, quàm esse purgatum. Quod respiciens Imperator, iussit eum in custodiam recipi. Et demùm ad*

Anni a Christo nato. *Numerus Imperatorum Rom.* *Anni.* *Menses.* *Dies.*

ad Etemum destinat. Iudæis quoque Iulianus dedit licentiam, Templum in Ierosolymis reparandi. Qui, ex diuersis locis conuenientes, Cum omnia reædificationi Templi necessaria præparâssent, Terræ-motus ingens oboritur; Et, non solum fundamentorum saxa longè iactantur, sed, totius loci ædificia penè complanantur. Porticus quoque, in quâ commanebat multitudo Iudæorum operi insistentium, subitò corruit, Et omnes, qui ibi reperti sunt, oppressit. De quâdam etiam æde, in qua ferramenta, & alia, operi necessaria seruabantur, repentè globus igneus emicuit, Et per medium plateæ discurrens, omnes qui aderant, De Iudæis, adussit. Sequenti etiam nocte, in vestimentis omnium, qui residui erant, Signum Crucis apparuit, Ita euidens, vt deleri non posset. Sic deterriti Iudæi, malè cœptum deseruerunt, & locum.

Porro, Iulianus, bellum adversus Parthos, seu Persas parans, Christianorum sanguinem, Dijs suis vouit, palam persecuturus Ecclesiam, si potuisset victoriam adipisci. Nam, & Amphiteatrum Ierosolymis exstrui iussit, in quo, reversus, à Parthis, seu Persis, Episcopos, Monachos, omnesque loci eiusdem Sanctos, bestijs sæuissimis obijceret, laniandosq; prospectaret. Itaque, postquàm a Ctesiphonte castra mouit, Dolo cuiusdam transfugæ, in deserta perductus est: Et, Cùm reliquisset exercitum, & inconsultus, armorum exiuisset agminibus, ab obuio fortè Equite hostili conto ilia perfossus est; Acceptoque graui vulnere blasphemiam in Christum protulit, Dicens; VICISTI GALILEE! VICISTI; Atque in his vocibus, miser exspirauit. Sicq; miseri-

misericors Deus, impia Consilia, impia morte dissoluit.

Reuelatum est autem Sancto Basilio Cæsariensi Episcopo, Quod Sanctus Mercurius miles occiderit Imperatorem Iulianum Apostatam; Et hoc reperies, tertio folio inferius sequenti.

Hæc quidem Anonymus noster MS. Apud quem, obseruandum sæpiùs occurrit, *Parthorum* nomen, pro *Persarum* vocabulo vsurpari. Sic etiam scribunt alij, quos vidi complureis; In queis, etiam, in *Iuliano* suo *S. Aurel. Victor*, Et Chronologi Monachi, suo pro æuo, perdocti. Cęterùm, hoc de Certamine *Iuliani*, & apud Ctesiphontem fatalem Vrbem, victoriâ amissâ, pluribus agũt, *Ammiānus, lib. 23. Zosimus, lib. 3. Eutrop. In fine Histo.* At verò, De miserrimâ morte Iuliāni; præsertimque, à quónam is fuerit lethaliter percussus, concertatio maximâ est, apud varios Auctores.

Pagellâ superiori 88. ad 2. *Decij Cæsaris* Annum; monuimus, Venerabile Corpus, nobilis Christi Martyris, MercurI, argentëo lipsanoloculo condecoratum, in Regio, Sanctæ Rictrvdis, De Marcænis, Monasterio, In Ostrevanno Regio, religiosè adseruari, & obseruari; Cuius Dies Natalis, incidat in vigesimum Decembris. Huius porrò Inclyti Martyris, MercurI, præclarum Martyriũ Reuerendus admodùm Archimandrita Marcianensis, DN. Willielmvs Chrestien,

Sacrę Theologiæ Licentiatus, à rebus peregregiè gestis apud suos Marcianenseis, iure merito laudatus, Anno Domini M. CCCXCIV. In Codice peruetusto, manu exarandum piè curauit. Illud verò ipsissimum, opportuniore suo loco, (iuuante Deo) Hagiologia nostra Marcianensis exhibitura est: Vndè pius Lector, clariùs, & fusiùs intelligat, Diuino Iudicio, Cœloque collaborante, impurissimum hunc, & impijssimum Apostatam Iuliänum, à Diuo nostro Mercurio cęsum fuisse; Nè impiâ eius victoriâ, iurata in Christiänos quoslibet atrocior impietas, propagaretur. Huic eidem quoq; Scripsit conformiter, *In suo Damaso*, sępè iam productus noster MS. Anonymus. *Claruit* (inquiens) *Basilius Cæsariensis, scientiä, & sanctitate, Cui Deus apparens ad preces eius; Docuit eum, vt proprijs Verbis, Sanctum Sacrificium consecraret. Cui etiam reuelatum est, Quòd, Sanctus Miles, & Martyr Mercurius, Iulianum Apostatam interfecit.*

Certè, Gregorius Nazianzenus, Orat. 2. In Iulianum, posteaquàm, à quonam percussus Iuliänus interierit, haud satis exploratum fuisse, vel ipsius temporis Scriptoribus, immò, nec ijs, qui certamini acerrimo interfuissent, ostendit; non recipit Socratis historici sententiam, neque Callisti, Satellitis Iuliäni, qui eius res gestas carmine heroico sit complexus, Et Iulianum à Dæmone transfixum commemorârit:

rârit: Sed, necem iustã impijssimi, & impurissimi Iuliäni, ministerio tribuit Angelorum, & Numinis Diuini virtuti. Videâtur, eius etiam Orat. 1. In princip. Et De laud. Athanasij. Et Sanctus Ioännes Damascenus, Qui, ex Discipulo insigni, eodemque Successore perdigno Sancti Basilij Magni Helladio, retulerit; Per visum, eidem Basilio, necem Iuliani, à Beatissimâ Virgine Matre, ostensam fuisse, per Sanctum Christi Martyrem Mercurium, iudicio Diuino, factam contigisse. Hoc etiam ipsum, Sozomenus, accuratè descripsit, Cuidam ex Iuliani necessarijs, diuinitùs innotuisse, quùm iam, ad castra Cęsaris progrederetur. Illudque, ab eo mutuatus Nicephorus, necem intulisse Iuliano, egregios olim Christi milites, Mercurium, & Artemium asseruit, & scriptum posteris reliquit. Id autem memorabile; Quod, ex hostili agmine, vulneris Iuliano inflicti honorem, & præmium, licèt à Rege Persarum, ingens vtrumque promitteretur percussori, ausus sit petere nemo; Quodque, hostium constiterit quoque assertione, non armis ipsorum, sed Romano quodam Iuliänum telo percussum interijsse. In omne quoque genus laudum Iuliani profusus Ammianus, Ethnicus scriptor, tradit; Quod, Iulianus, spretis omnibus portentis, & Aruspicum consilijs, exortâ, quam ipse statuisset, prælij die, moueritcastra; tumque, Persas eum vndi-

que aggressos, prælium acerrimum iniisse; In quo, dum Iulianus, & suos excitaret, & semet audentiùs in pugnam effunderet, subita equestris hasta, cute brachij eius pręstrictâ, costis perfossis, in imâ hæserit iecoris fibrâ, quam, dùm manu dextrâ contenderet auellere, digitorum neruos sentiens ferro vtrimque acuto excisos, relatus fuerit in castra, lethaliter vulneratus, noctisque medio sequentis horrore, aquâ gelidâ epotâ, fuerit vitâ faciliùs absolutus.

Sed, Iulianæ necis casum, sibi prorsùs incertum pro arbitrio sibi confinxisse Scriptores Gentileis locis iam productis, clarè satis significat, qui nobis vnus sit omnium instar, Gregorius ille Naziänzenus: Et Iulianus denique, Orbi vniverso vulnus accepit salutare, vt vno demùm facinore, permultorum perniciosè vetitorũ exolueret Iudici æterno pœnas commeritas, Orbi vniuerso perniciosissimus, & plùs quàm, deceret, Audax Imperator, Cui salus propria, Cùm semper, ad omnium securitatem, maximè, in bellis est conseruanda.

Theödoretus, lib. 3. *Cap.* 10. simul ac vulnus hoc lethale accepisset, tradit Iuliänum, cauâ, manuque plenâ, sanguinem in aërem eiecisse, ac exclamâsse; VICISTI GALILÆE! *Nicephorus*, addit; SATVRARE, NAZARENE! Rursum narrat idem *Theödoretus*, miserrimum Aposta-

Numerus Imperat. Rom. | Nomen a Christo nato. | Anni. | Vita Mensis. | Impe. Dies.

Apostatæ Iuliani Casum, quâ contigisset horâ, eâdem, Anachoretæ celeberrimo, Sancto Iuliäno Sabbæ, plùs quàm viginti dierum itinere longè indè absenti, ac remoto, cognitum reuelatione diuinâ fuisse. Accedant, *Sozomenus* cum *Palladio*, Qui, & referant, Alexandriæ agenti Viro Ecclesiastico, Didymo, eruditione omnifariâ conspicuo, diuinitùs id & ipsum ostensum, vtque Athanasio indicaret, imperatum.

Prævaticinio, Casum hunc Apostatæ miserandum attigerat; Christiänus ille Antiöchenus, Doctor, seu doctissimus Ludi-Magister; Cùm, rhonchissanti, & quærenti Lybanio Sophistæ, Mago, Ecquid actitaret Filius Fabri? apposité respondisset, LOCVLVM, IVLIANO FABRICARI. *Ex Theodoreti lib.* 3. *Cap.* 18. *Et, Tripart. histor. lib.* 6. *cap.* 44.

Interitus Iuliani, tantæque vltiönis dies, sextus, ante Calendas Iulias exstitit, Quo, Corpus, Tarsi Ciliciæ conditũ, eius Encomiästes scripsit Ammianus. Sed tamen, Gregorius Nazianzenus, asserit se audîsse, horrendi huius monstri Cadauer, ad sepulturam non fuisse assumtum, sed, à terrâ, quę propter nefanda eius scelera cõtremuerat, excussum, fuisseq; vehementi æstu proiectum, in primordia cõmeriti iam pridé supplicij sequẽtis horrẽdi. Erat hic fortè natus, annos 31. Cùm vlciscente Diuinitâ Numine, (quod horrẽdum,) extinctus est.

Imperabat hoc horrendum omnigenæ Impiëtatis Monstrum, Et Pythagoreâ metempsychosi, Alexandri animam in se transmigrâsse palàm iactitabat, Cùm, non modò totum per, & Orbem Romanum, & Orientem, in Christianos furenter desæuiret, sed, & in Sacra Diuorum ossa, Cineres, Statuas, & Tépla, Orthodoxæ Fidei perduëllis, & hostis acerrimus, ad insaniam vsquè summam, iniurius esset. Imperabat, (inquiebam) Iulianus Apostata, (Cùm Palatium, Lenonibus, Meretriculis, Cinędis, Aruspicibus, refertũ esset; religionisq́; prętextu circũduceretur, quòcũq́; pergeret Augustus. Cæsar erat idem Augustus, Cùm egregius Christi Martyr, cum Socijs suis Helpidius Senator, indomitis ab equis, primùm distractus; posteà, in ignem coniectus est; Cumque, Labarum, Magnum illud, & Imperatorum pręcipüum vexillum mutatum est; &, indè ablata Crux, quam apposuerat Constantinus Magnus, Et ad veterem Romanorum Ethnicorum formam, labarum est reductum.

Hoc Cæsare eodem, qui etiam familiari Cacodæmonis colloquio, & ministerio vteretur, Ecclesia Christi, annum 362. est admodùm ęrumnosum experta: Cùm is, eorum consuetudine delectaretur, qui, foris quidem, Philosophos agerent, at intùs gererent Magos; (vt etiam sacrificanti, horrenda persępè accide-

rent

derent portenta; animaliumque aliquandò exta, illi Crucem ederent coronatam; Aliquandò rursum, Adolescentis pulcherrimi præsentia, inter eius impia prodiret Sacrificia, Quem ipsissimi Dæmones, horrerent; Quique, victimarum impijssimarum immolationem omninò impediret; vt quidem Authores sunt, *Sozomenus, lib. 5. cap. 2. Nicephor. lib. 10. cap. 3. Et Prudentij Apoth. contrà Iuliā.*

Hæc, & cętera huiusmodi permulta, nil moratus Iulianus, tametsi, palàm exerto in Christianos non fureret ferro, artibus tamen, & dolis suis Sathanicis euicit, vt multa, in ipsâ Ecclesiæ pace, Martyres paterentur sub se, perIllustres. Viōlentiam siquidem, insolentijs maximè popularibus relinquens; sibi verò persuadendi retinens artis parteis; Christianos primùm, vel à professionibus, & scholis suis discedere publicis, àquè dignitatibus abarceri; vel, fidem suam, quàm profiterentur Orthodoxam, versutè iussit abiurare; Discedenteis pauidos, & degeneres, alias posteà effingens in eos necis Caussas, variis supplicijs afficiendos, Christiani nominis odio furentiore præcepit. Id testantibus *Chrysostomo, & Gregorio Nazianzeno. Orat. 1. In Iulia.*

Immò verò, eò dementiæ, ac impietatis progressus est, vt, nè Ciuitatis amplissimæ Constantinopolitanæ, in quâ idem natus fertur, gloria maxima, virtuti Christi tribuëretur,

Quod

Quod in Capite Simulacri Vrbis, Sanctissimum Crucis Signum, Constantinopolitanæ felicitati exculpserat significandæ, Constantinus ille Magnus, terrâ obrutum imperauit, *Sudâ* teste: Et, ad Vrbis Romæ æmulationem, (vt erat nimius inanis gloriæ captator) Constantinopolim, natalem sibi Vrbem, Senatu, Bibliothecâ Regiâ, portuque, SIGMA referente, perpulchro condecorauit. MANVELEM, SABELEM, ET ISMAELEM, Saporis Persarum Regis legatos, belli deprecatores, contrà ius Gentium, in Vrbe Calchedone, Martyrio afficiendos voluit, Quòd Christianos agnouisset.

Porrò verò, Antistites, Et Clerum vniuersum per Imperium suum, Vrbibus exegit, persuasum habens, eo facto fore, reliqui vt Christiani, Doctoribus suis, & Conuentibus priuati, astu hocce suo, ac tẽporis diuturnitate (QVOD ET MEDITANTVR, ET MOLIVNTVR ÆVI NOSTRI HÆRETICI) in suæ ipsorum Religionis venirent æternam obliuionem. Contrà verò, effectum, vt, Cùm Impia Impudentia Iuliani Apostatę, in cultu Deûm Gentilitio restituendo vbique feruesceret; ad eam magnis animis retundendam, Ierobäales, passim complureis, (In queis, fuêre imprimis, Cæsareę Cappadocię Ciues, fidei Orthodoxæ tenacissimi professores, Cũ suo nobilissimo Eupsychio, Iouis, Apollinis, & Fortunæ Fanis dirutis,)

ad

ad Aras profanas conſtantiùs deſtruendas, Spiritus Domini armârit; vt etiam Antiöcheni Chriſtiani, vlturi contemtum ab eo Numẽ Diuinum, ſcommatibus Apoſtatam pungere propalam auderẽt, *Capellam*, ab hircinâ barbâ, *non hominem, talpam loquacem, Simiam purpuratam, Græcum litterionem, Pyſæum, Adonæum, Tauricremu Iſionæum, Idolianũ*, vocitantes. Immò verò, Cùm idem Sacrilegus, Sancti Babylæ Martyris, Et Epiſcopi, Antiöcheni Capſulam, Sacraſque Reliquias, ex Daphnitico Fano deturbari iuſſiſſet, propterea quòd, Daphnem, ore obſtructo, ita otioſum is reddidiſſet, vt nullum prorsùs Oraculum, prout anteà conſueuerat, iam ederet; Antiocheni Chriſtiani, pretioſa Sancti Babylæ oſſa ſummo cũ honore ſuccollanteis, ex ſuburbano Fano Daphnis, in Dominicum Aureum, ſeu Baſilicam Antiöchenã, in Vrbe, à Conſtantino Magno excitatam, ingenti Populi frequẽtiâ, pſalmorumque cãtu, retulêre, Verſum Pſaltis Diuini 96. identidem repetenteis. *Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia; Et qui gloriãtur in Simulacris ſuis.* Vndè Iulianus excandeſcens, permultos in vincula cõiectos iubet; Atq; inter cęteros, nobilem adoleſcentem THEODORVM, Cui, cùm diuinitùs præſtò, in equuleo, ac tormentis varijs Angelus adeſſet, qui, & abſtergeret ſudores, & morſus dolores ſedaret, frigidaq; extingueret omnem ſuppliciorum illatorũ ardorem, ac proindè, alacriùs

T hic

hic adoleſcens nobilis, eumdē versū cantaret, intelligit Iulianus miram adoleſcentis conſtantiam; Conſilioque ſuper hâc re habito, nè ludibrio, & ipſe haberetur, & indè, Chriſtiani, plus gloriæ captarent; Cum nobili THEÖDORO, cæteros liberos dimittit Chriſtianos. Regij, atque antiquiſſimi Marciänenſis, (ſeu, vti nunc quidem loquimur, Marchiänenſis) Cœnobij Eccleſiā Benedictinam, illuſtrat os inſigne egregij Martyris Chriſti THEÖDORI, Græco Sanctorum charactere inſcriptum; De quo, pluribus acturi ſumus, opportuniore loco. Denique, ſacrilegia, Cùm à Iuliano, tùm ab ijs, qui ſtarent à partibus eius, ſunt Sacrilegiis addita, nefandaque ſceleribus, ſcelera concatenata; Siquidem, cò progreſſus eſt ſub furente Apoſtatâ, idque volente, Iuliano, aduerſus nominis Chriſti profeſſores, & Cultores, Aſcalonitarum, & Gazenſium impijſſimus furor, Gentiliſmus, & Sathanica ſęuitia, ventres, vt Sacerdotum, Monachorum, Monacharum, paſſimque Catholicarum Virginum rabido ferro ex ſcinderent, farcirent hordeo plenos, porciſque, ac famelicis ſuïbus obiicerent deuorandos. Accêſſere ad eamdem atrocitatem in ſacras Virgunculas armati, cum Arethuſijs Heliöpolitani, qui etiam ſuperarent ſuperiorem in Cęlibes Chriſticolas furorem. Quippe, Quibus parum fuerit virgineas porcis carnes vorandas expoſuiſſe; Cùm etiam, canina

nina illorum fames, ipſorum Cœlibum carnibus non erubuerit paſci, vt, nec hepatibus crudis, adhucq́ue ſanguine ſtillantibus, lupinâ ingluuie, fœdiſſimè ingurgitari.
Cyrillus Diaconus, confregerat apud ipſos Simulacra Deûm permulta: Huius illi facinoris tunc etiam recordati, diſſecto Cyrilli ventre, Iecur eius furibundi deguſtârunt.
Quid? Quòd etiam in Sacros Diuûm Cineres profaniùs hoc Cæſare ſæuitum? Etenim (vt Auctor Ruffinus) Diui illius, Quo *Maior inter Natos Mulierum non ſurrexit*, Ioannis Baptiſtę, tumulum apertum irreuerentiùs fuiſſe conſtat, venerandaq́ue oſſa Sebaſtæ in Paleſtinâ diſſecta, diſperſa; Rurſumq́ue, (*Superbiâ eorum qui odiſſent Chriſtum Ieſum, ſemper aſcendente*) collecta, & ignibus tradita; pulueribuſq́; immixtos Sancti Ioannis Baptiſtæ Cineres Sacros, per rura, per agros, leueis in auras diſperſos affirmat Theõdoretus, lib. 3. Cap. 6. At, ſi res ita ſe habuerit; Vnde, Antiquiſſima, in hoc noſtro Belgio Flandrico, ſeu, potiùs, In Oſtrebanno Regio, Sanctæ Ducis, & Antiſtitę Marcianenſis Eccleſiâ Benedictina, concretum illum ſanguinem præclari huius Chriſti Pręcurſoris, in Vrceölo ſuo, argenteâq́ue Lipſanothecâ, auro infuſâ, in Capitis formam fabrefactâ, tanto cultu, abs olim, tantâ veneratione acceptum, in Hierogazophylacio ſuo, vti pretioſiſſimum reuerâ pignus adſeruat?

Vnde Melita Inſula; Vndè Alma Vrbs Roma, Vrbium Vrbs, Summorum totius Orbis Pōtificum Sedes Tricoronis? Vndè? Lutetia illa Pariſiorum? Vndè Ambianum? Vndè tot prętereà magni nominis Baſilicæ ſacræ, Sacrum Sinciput, Sacrumque occiput, naſique particulā extremā ac cęteras ſancti Corporis Diui Ioānis Baptiſtę reliquias, alia complura loca, quæ ſingula longum foret recenſere, poſſunt accepiſſe?

Certè, ſiuè, ex ſubductis tùm partibus earumdem per Chriſtianos feruentiores, & collecto priùs ſanguine venerādo; Siue, (vti tradit Ruffinus) ex ijſdem anteà diuiſis, Et varias in prouincias diſtributis, Chriſticolarū pium ad vsū, & iuſtā veneratiõé: Siuè, ex tunc tēporis etiā collectis Cineribus ſacris, & noſtris Occidentalibus piè collatis oportet haberi. Vndè, poſt hæc, varijs ità locis, harum Reliquiarum Præcurſoris Chriſti Seruatoris, ardentior cultus viguerit apud nos; Cùm poſteà, in eâdē Sebaſte, Quæ olim Samaria dicebatur, Sācti Ioānnis Baptiſtæ Sacrum Sepulchrum, eâdē, quâ priùs, immò maiori etiā veneratione, ob præclari Martyris, Chriſtiq; Præconis merita, celebraretur Et, Quod ſignificaret, IN QVO GRATIA, Nomen inuocatum paſſim coleretur, crebriora ob miracula, quæ tùm ibidem, tùm, & alijs per Orbem compluribus locis, præſēteis ad ipſius Reliquias edita, religioſiùs veris à Chri-

à Christi fidelibus, permagno religionis emolumento spectarentur. Illis siquidem ardentiùs firmati, Euangelicæ fidei simplicitatem, quæ est in Christo, illamque Antiquam, Apostolicam, Catholicam, Christianam Ecclesiæ Matris, Quæ Columna est, & Firmamentum veritatis, Doctrinam, quam Supremus Pastor, in terris docuit, Genuini Ecclesiæ Catholicæ Filij, aduersùs omneis Fidei Orthodoxæ Inimicos, siuè terrenteis, siuè blandienteis, viriliter, constanterque retinuêre.

Addendum, Quod hâc quoque tempestate, Ossa Sancti Vatis Elisei, eâdem contumeliâ, qua & Diui Ioannis Baptistæ, ibidem Gentium, affecta fuêre. Videantur, Theödoretus, l. 3. cap. 6. Nicephorus, lib. 10. cap. 13. Et D. Hierony. Epistolâ, 27.

Hæc porrò In, & Diuos, & Christianos indigniùs peracta, corruptis profectò Apostatæ, aliorumq; quos ille prę cæteris charos haberet, fidei secum desertorum, moribus cōsentanea erant; vt quibus, Impius ille gradibus excidens à Fide, perijsset, ijsdem & cæteros, infensissimus hostis Christi perdere secum conaretur. Quo effecto, pereuntium complurium societas, miserrimum ipsi perdito solatij genus esset. Sed, haud diu, Diuina eum suosque illos, quos iam commemoraui, vindicta, de tam horrendâ impietate, tantisque siuit sceleribus exultare. Dentibus siqui-

dem, linguis, ac manibus amissis, diuinas alij pœnas dedêre; alij, In queis Iuliani Cæsaris Avunculus, Iulianus item nomine, Orientis Præfectus, & Ærarij Pręfectus, Felix; olim ambo Christiani, sed facti desertores, in gratiã Imperatoris Iuliani, infeliciter periêre: Ille namque, putrefactis verendis, & visceribus, incrementa, per eas parteis nequaquàm, sed per os, instrumentum blasphemiæ sceleratum occlusâ egestionis viâ physicâ, prodigiosiùs euomens; hic infelix, visceribus diruptis, sanguinis ex ore, item in Filium, & Sanctam Parentem, IESVM, & Mariam Virginem impudenter blasphemo, horrendo profluvio, de repentè, vterque sunt extincti. Videndi sunt de his, pluribus agenteis, *Chrysost. Orat. In Gentes. Theodoretus, lib. 2. Capitibus, 11. & 12. Sozomen. l. 5. Cap. 7.* Libanius etiã, aljique ei persimileis, Philosophi barbati, Magi, & Augures, quos Carissimos habuerat Iulianus, post insulsè tẽtatum, & malè gestum Persicum bellum, turpi letho, perijsse traduntur. Apostata verò Iulianus, vt, Qui succederent Cæsares Augusti, terribilissimo exemplo, *Discerent Iustitiam moniti; Et non temnere Diuos;* atrocium criminum obrutus mole; vt impiè vixerat, blasphemas emittẽs voces, impiè, ac miserrimè diem clausit extremum, posteaquàm totius Imperij Dominus exstitisset anno 1.

Et, vti asseruit Achilles P. Gass. Mensibus 2.

Hen-

Henricus autem Spondanus , Iulianum, in Imperio, menſeis treis,& dies nouem,minus, à biennio expleto, arbitratur habuiſſe , à quo, haud procul recedit Anonymus noſter MS. Qui, ad Annum Domini,ccclxiv. obſcuriùs paullùm attigit Iuliānum ; Qui , dùm ageret Conſtantinopoli , Prætorianos potiſsimùm, quibus eſſet concredita Imperatoris ſalus,voluerit eſſe Deûm Cultores.

Quod, qui renuerent facere, militiâ, & honoribus priuarentur. Fratrum proindè Iouiāni, Valentis, & Valentiniani confeſsio inſignis, tunc certè,inter Prætorianos inclaruit; Cuius,& ijdem treis,poſteà,mercedem perdignam, Imperium habuiſſe referuntur.In Valentiniano verò,id ſpecialiter voluit eo loci, *Chronologus ille MS.* obſeruatū: Quod,is Quùm eſſet Tribunus Prætorianorum,& Imperatorem,ex officio, in Fanum Fortunę,(quod Imperator in ipsâ Regia ſtatuiſſet) choreās præcederet ducentem,& luſtrali aquâ, introëunteis, Ædituï , pro more , expiārent; ipſo obſeruante Iuliano,pugnis, Æditūum audenter cęcidiſſet, vel, ſaltim, ei Valentinianus colaphum impegiſſet,propterea quòd læuę ipſius guttam aquæ aſperſiſſet:Imò etiam, veſtis ſuæ tantùm excidiſſet, quantum aqua madefeciſſet.

Addit tunc, *Socrates lib.* 3. *cap.* 11. Duces iſtos Fratres treis,Balthcā depoſuiſſe;nequaquā tamen

men, eos Iulianum militiæ gradu priuâsse, quos nôsset Reipublicæ pervtiles esse.

Itaque, Cùm rerum angustiæ, moras non ferrent, neque, De Imperatore novo deligendo, post extinctum *Apostatam* Iulianum, Comitia paterentur longiora, ipso quinto, vel fortè sexto die ante Calendas Iuli, statim illucescente, Cuncta suäuiter disponente Sapientiâ, mirâque illa Prouidentiâ Diuinâ, Ducum ferè omnium, Et exercitus totius suffragijs, est in locum Apostatę, fidei Confessor egregius, (vti iam diximus) paternâ Varroniäni Comitis, suâque commendatus spectatâ virtute subrogatus.

363. 44. Imperator IOVIANVS, seu IOVINIANVS, Singidone, in Pannoniâ natus. Quo de Cæsare, sic scripsit noster Chronologus MS.

Anno Domini CCCLXVI. IOVINIANVS, *in summo rerũ discrimine, ab exercitu Imperator creätus, imperat Mensibus* VIII. *Hic fuit Vir fortis, nobilis, & illo tempore, millenarius, quo Iuliänus militibus suis proposuit optionem, vt, aut militiæ cederent, aut Idolis immolarent: Maluit verò cingulum deponere, quàm impijs præceptionibus obedire. Hunc tamen Iulianus ad bellum Parthicum*, seu Persicum, *proficiscens, propter belli necessitatem, inter Viros militares habebat. Qui, Cùm violẽter, post Iuliani necem à militibus, ad Imperium traheretur, Dixit; Se nõ velle Paganis hominibus imperare, Cùm esset ipse* Christianus.

Cùmque vox omnium ei communiter proclamâsset dicentium,

centium, *Se quoque Christiãnos esse; voluntati eorum acquieuit. Imperiumque suscepit. Factus igitur Imperator, Cùm, & locorum captus iniquitate, & hostibus circumseptus, nullam euadendi facultatem prospiceret; fœdus, cum Sapore Rege Persarum, in annos* 30. *pepigit; Et Nisibim*, ac Singaram, incolis patriãs Sedes deserere coãctis, *partemque Superioris Mesopotamiæ illi concessit. Mox. Rex Persarum, Romano exercitui, mediâ iam parte consumpto, Forum venalium statuit in deserto. Sicq̃ue Iouinianus, de medio hostium exercitum reduxit illæsum. Inde ad Illyricum rediens, Cùm. in Cubiculo nouo accubuisset, calore prunarum, & ardore pariëtum aggrauatus, vitam finiuit, Anno Domini* CCCLXVIII. Hæc MS. Codex noster. Ioãnnes Cariõn, auspicatur Imperium Iouiniani, ab anno Christi 367. Et insignem pietate Principem, ex nimiâ laborum fatigatione, febri correptum, vult obijsse. *S. A. Victor*, hyëme asperâ, & mediâ, Constantinopolim accelerantem, stomachi cruditate, novi operis tectorio gravatum, repentè interijsse, annos gerentem proximè quater denos arbitratur. Ita planè occurrit frequens authorum discrepantia, in describendis Principum Virorum rebus gestis, & genere, ac tempore mortis.

Cæterùm, cladis potiùs, quàm Imperij hæreditatem capessere compulsus est, Orthodoxus & excelsi verè animi Princeps, insignis corpore, ingenio lætùs, & litterarum, pietatisque studiosus; Quique Christianum restituit cul-

tum. Qui plura optârit (*Consulat Sozomenum, lib. 6. cap. 3. Socratem, lib. 3. cap. 20. & 21. Theodoretum, lib. 4. cap. 3. Nazianzenum. lib. 2. In Iulia.* Nocturno, & improuiso casu obijsse Iouianum, compertum habemus, *ex Ammiano, Hieronymo, Chronicis, & Eutropio*; Cùm (*inquit Victor*) imperâsset Menses 8.

Eclypsin lunarem huius Anni Intercalaris, quo interijt Iouiãnus, notauit *Theo. lib. 6. ad Ptolem.*

Ceterùm, Qui secuti sunt *Socratis, & Eutropij* auctoritatem; Iouiãnum scripsêre 13. Cal. Martias obijsse, proindeque, Menses tantummodò septem, & dies bis denos imperâsse, cum esset (*inquit imprimis Ammianus*) annos natus 33. Antiquiorum etiam Nummorum inscriptione, IOVIANVS, non autem IOVINIANVS nuncupatus; Eiusque Corpus, ex more curatum esse, ac missum Constantinopolim tradit *Ammianus*, qui tunc in vivis adhuc agebat: Ibique, in Atrio Basilicæ Apostolorum, inter reliquias Augustorum, reconditum est.

Dedastana porrò, locus est, à Galatiâ, Bithyniam disterminans; Quo loci, Iouiãnus, nocte mediâ, casu improuiso, inuentus est exanimatus denso prunarum vapore, incensarum in eius Cubiculo, ad exiccandum parietem recèns ædificatum; Vndè contigerit, vt Spiraminum occlusis meãtibus, sit extinctus.

Exauctoratos Fidei Confessionis caussâ Milites,

tes, proscriptosq; à Iuliāno, Christiānos omneis, reuocatos publico Edicto, in integrum restituĕrat. Verùm Dei vbique restitutum imperauerat cultum; Ecclesijs, per Orbem Romanum, Clericis, Viduis, atque Virginibus, Donatiua, immunitates, priuilegiaque præcedentibus à Cæsaribus Christiānæ Fidei addictis professoribus, concessa, quę abstulisset Iuliānus, reddiderat. Relegatos omneis Episcopos, maximè Athanasium, ad Sedes suas reuocatos, suâ Sponte, vbi primùm is adeptus imperium fuisset, iusserat: Nicænam Fidem, inter varias Arriānorum, & Semi-Arriānorũ Contrarias opiniones, in Synodo Alexandrinâ, sub Athanasio, confirmatam, curauerat; Indeque pergratum acceperat, ad se communi omnium Episcoporum decreto, quem tutò sequi posset, missum Fidei Catholicæ Libellum. Itaque, Si quis, repentini obitus Imperatoris, Caussam, ex me quęrat; Cùm, *Iuxta Philosophicum Axioma, Bonum constet ex integrâ Caussâ, nec admittat particulares defectus*, Ex infenso liceat mihi Numine Caussam afferre: Diuino siquidem hęc omnia transigi arbitrio, ecquis ambigat? At verò, Diuinum in se Numen, non sanè videtur IOVIANVS leuiter concitâsse, Cùm is, *(vt asseruit Eunapius)* pręter omnium spem, immò etiam Gentilium Philosophorum, qui pallium Philosophicum, cum habitu communi, exterriti, commutâssent, delubris suis,

iam occlusis, iussu Imperatoris, Maximum illum, presertim, & Priscum, Philosophiâ, & Magicis Artibus celebreis, quos in Persidem secum Apostata Iulianus duxisset, magnis honoribus prosequi minimè destitit; immò etiam, Cùm idē Tarsum accessisset, (*Si vera narret Ammianus,*) Iuliani, nè suo quidem cespite digni, Sepulchrum voluit adornatū Cæsareo ritu, & cultu; Cùm tamen, *Paralipomeνῶν.* 34. C. negâsset Impios, Sepulchro dignos, Sanctus ille Rex Iosias. Cuius assertionis, hæc esto ratio; Quòd, ornatu Sepulchrorum, iuxtà Sententiam *Matthæi Cap.* 23. eorum, qui sint istis reconditi, acta probentur. Exemplo itaque Iouiani, Qui Successerit Orientali Imperio Valens commonitus, istiusmodi genus hominum impiorum, grauiter exindè refertur insectatus, Cùm precipuè, Maximus Cynicus, eius iussu, Scelera sua, iusto Dei Iudicio, Ephesi, Capite luit: Et quidem, ob eamdem ipsam artem, propter quam, apud Iulianū summam fuerat gratiam consecutus.

364. | 45. | Valentinianus, Cognomento Funarius, Pannonius, Cibele ortus, Gratiano Patre, nō quidem, generis nobilitate, sed propriâ virtute clarissimus, Decimo statim ab obitu Iouiani die, Secundam tunc agebat Scutariorū Scholam; Cùm, absens Ancyræ, cœlestis Numinis adspiratione, omnium suffragijs, & communibus votis, est electus Imperator, & à Sallu-

stio

ſtio creãtus, ſub finem FebruarI. Valentem illc Fratrem, Calendis indè ſubſequentibus Martij, Nicomediȩ, quò citis itineribus peruenerat, Stabulo ſuo, adiunctâ dignitate Tribunitiâ, prȩfecit. Iam diximus, ambos Fratres, ob Chriſti Fidem, ſub Iuliano Apoſtatâ egregiè defenſam, commeritos Confeſſionis laudem.

Addimus nunc, productum à Fratre Valentem, in ſuburbanum, ad quintum Calendas Aprileis, omnium concinentibus ſententijs, Auguſtum, cum Valentiniano pronunciatum.

Contumeliâ fuerant vterque à Iuliano affecti, cùm Iouiano, quòd integritatem Fidei deſerere noluiſſent; Deſtitutus ab eodem fuerat Valentinianus, quòd Ethnico prætereà colaphum infregiſſet Sacerdoti, à quo aquâ porrectâ Idololatricâ, cùm Iuliani aduentum expectaret, fuiſſet ad ſacrificandum inuitatus; Sed, Ecce nunc, *Qui ſuſcitat à terrâ inopem, Et, de ſtercore erigit pauperem,* vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat, Qui, de poſt fœtantes accepit Dauid, futurum Regem Iſraëlitarum,** acceptã ab Apoſtatâ contumeliam illo rependit Deus decore Imperatorij cultus, & purpuratorum honore, in quẽ vterque Frater, Valentinianus, & Valens, fuêre iam tandem ſubuecti, conſtantes Chriſtianæ religionis cultores.

Valentiniani, & Valentis, hoc Imperatorum

* Pſ. 112 & 1. Reg. c. 2.
* Pſal. 77.

tempore, velut vniuersum per Orbem Romanum, buccinis bellicum canentibus, excitæ Gentes Sæuissime; limites sibi quæque viciniores persultârunt. Vt igitur tumultuanteis vndique Barbari, Sarmatę, Pannones, Quadi, Rheti, Saxones, Scoti, Austoriani, Gothi, Persæ faciliùs possent coërceri, præsentius visum est Valentiniano remedium, vt, Fratre Valente, in Oriente relicto, sese in Occidentem ipso transferret. Partitis ergò inter se belli Ducibus, & Copijs militaribus, Valens, Constantinopolim; Valentinianus, se contulit Mediölanum: maximaque bella, in Germaniâ gessit. Saxones oppressit & Burgnndiönes, Qui, inter Saxones recensentur, ad Rhenum, sub id tempus profecti: Quique, recuperatis posteà viribus, Rhenum transgressi, eas occupârunt regiones, quæ, nomine Burgundico hodieque appellantur. De quibus postea, In Erchembaldo, Duce Franciæ, Spectatissimi, prædivitisque Ducis Duwacensis, & Ostrebanni Regij Adalbaldi, Patris S. Mauronti, Sigefridique, Comitis Pontivẽsis, Palatini Comitis, Sanctæ Berthæ Blangiacensis Comitis, & iam Asceterij Benedictinorum Blangiacensis Nobilis Fundatricis, Mariti; atque Landonis, Archi-Episcopi Rhemensis, Fratre, natu maiore, Sancti Petri Latiniăcensis, ad Matronã, Monasterij Proto-Fundatore, pluribus acturi sumus.

Iam

Iam verò; MS. Codex noster Chronologus, De Valentiniano, habet quæ sequntur.

Valentinianus, Magnus Tribunus Smirræorum, è Pãnoniâ, Cyballensis, fortè, Cibelensis, *apud Nicænã Vrbem, consensu militum Imperator factus, imperat annis XI. Is, ab Impio Iuliano, pro fidei constantiâ, militiæ Tribunatu est expulsus; Sed, retribuente Domino, restitutus est cum honore ampliore. Non tantummodò, fortitudine, sed, etiam temperantiâ, & iustitiâ, atque corporis magnitudine præfulgebat: Vir, per omnia egregius, Et, Aureliano ferè in omnibus persimilis. Sic etiam regalis, & vrbanus extitisse perhibetur, vt, Dum illi alium dare Consortem tentaret exercitus, ille responderet: Vestrum, Commilites! fuit mihi dare regnum imperij; Verùm, vt hoc ego suscepi, meum iam, nõ vestrum est, de rebus cogitare communibus; Mox, Fratrem suum Valentem assumpsit in Regnum, Et partes sibi occiduâs retinens, illi verò regendas Orientales concessit. Porrò, Valens, Cùm esset antè Catholicus, Coniugis suæ quæ Arriana erat, alloquio est seductus. Valens itaque, ab* Exodio *Arrianorum Episcopo, Qui, tunc Constantinopolitanam regere videbatur Ecclesiam, secundò baptizatus, & persuasus, in sæuissimam hæresim declinavit, iuramento se coram Onoloxio obligans, Quod, in illa impietate permaneret, & vndiq;, contraria Sapientes, expelleret; malignam tamen insectationem, diu non rexit, nec voluntati potestatem admiscuit, quousque à* Fratre *correctus est.*

Terræ-motu per totum Orbem facto, mare, littus suum egressum est, Et *Vrbes multæ subversæ, & Populi.*

Anno

Anno Domini, CCCLXXI. *Damasus præsidet annis* XVIII. *Is constituit, vt psalmi, die, noctuque, per omnes Ecclesias, decantarentur.*

Anno Valentiniani, & Valentis, III. *Gratianus, Valentiniani Filius, Ambianis factus est Imperator.*

Anno CCCLXXII. *Sanctus Hilarius Pictauensis Episcopus, Romanorum Lucifer, Ecclesiarumque Lucerna, & pretiosus lapis, ad quem, mortalium vix vllus ascendit, pulchro sermone, oreque aureo vniuersa loquitur,*

Athanaricus, Rex Gothorum, *Christianos in Gente suâ crudelissimè persecutus, plurimos, ob Christi fidem interfectos, ad coronam Martyrij sublimauit.*

Quorum tamen plurimi, in Romanorum solum, intrepidè, pro Christi confessione fugerunt. Floruit hoc tēpore Didymus Alexandrinus, qui parua ætate luminibus priuatus, Et ob id quoque, elementorum litteraturæ ignarus, tantum miraculum omnibus suis præbuit, vt Dialecticam, & Geometriam, Astronomiam quoque, & Arithmeticam, Quæ, vel maximè visu indigent, vsque, ad perfectum didicerit. Is, plura nobilia conscripsit; Commentarios in Psalmos omnes, Et in Euangelium Matthæi, & Ioannis: Librum quoque de Spiritu Sancto composuit, Quem, Hieronymus, De Græco in Latinum transtulit.

Per idem tempus, Patres Monachorum, vitæ, & antiquitatis merito, Macharius, & Isidorus, aliusque Macharius, Heraclides, & Paulus, Antonij Discipuli; Möyses, Beniamin, Paulus, Piggiennen, Ioseph, per Ægyptum, Et maximè, in Nicænæ partibus, clari habentur

bentur Viri; Qui, consortium vitæ, & actuum, non cũ cæteris mortalibus, sed cum Supernis Angelis habere credebantur.

Anno Domini CCCLXXIV. Beatissimus Martinus Turonensibus datur Episcopus, Vir, omni virtute mirabilis, Signis, & prodigijs ammirabilis, & Inclytus. Eõdem Anno, Athanasius Alexandrinus, post multos agones, multasq; patientiæ coronas, anno Sacerdotij sui. XLVI. migrat ad Dominũ. Qui sciscitantibus De Successione, Petrum, tribulationum suarum participem, ac Socium delegit, sibi in Sacerdotium subrogandum. Sub hoc tempus, Ambrosius, adhuc Cathecumenus, Mediolanensibus datur Episcopus.

Hic, dum plebem alloqueretur, vt Seditionem inter Catholicos, Arrianosq; compesceret, pro loco, & Officio Præfecturæ suæ, subitò vox Infantis insonuit, Ambrosium Episcopum; Moxq; Ambrosius capitur, & Baptizatur, Et octaua die, Cùm summâ lætitiâ Pontifex consecratur. Hic, cùm quadam die, Verbum in Ecclesia faceret; Quidam Arrianus vidit Angelum Domini, Qui ei susurrabat in aurem, Quod deberet Populo prædicare.

Interea, Valentinianus, Saxones, Gentem in Oceani littoribus sitam; virtute, & agilitate terribilem, Romanis finibus periculosam, Et irruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit: Francos quoque multis prælijs lacessiuit.

Porrò, Franci, Origine fuére Troiani. Hi, post euersionem Troiæ, Priamo quodam Duce venêre iuxta Thraciam, Et suprà ripas Danubij consedére, ibi ædificantes

ficantes Ciuitatem; Et vocabant eam, Sicambriam. Manseruntque ibidem, vsque ad tempora Valentiniani Imperatoris; A quo, indè expulsi, pro eo quòd tributa Romanis, iuxtà morem cæterarum Gentium soluere recusarent.

Egressi indè, Marchomiro, Simmone, & Genabaudo Ducibus, venerunt, & habitauerunt iuxtà ripam Rheni, in confinio Germaniæ, & Alemaniæ. Quos, quùm multis postmodùm idem Valentinianus prælijs attentâsset, nec vincere potuisset, Proprio eos Nomine Francos, id est, Feroces, appellauit. Ab illo tempore, in tantùm virtus Francorum excreuit, vt totam tandem Germaniam, & Galliam, vsque ad iuga Pyranei, & vltra subiugarent.

Alij, Francos, A Quodam Francone appellatos volunt esse. Dicunt namque, Quod, post excidium Troiæ, multitudo magna diffugiens, in duosque Populos se diuidens, Alia, Franconem Super se leuauerit cōstitutum: Alia, Turcum secuta sit: Atque, ex eo tempore, Duos Populos, Vnum, Nomine Francos, Alium Populum, Turcos, vsque hodie vocari.

Valentinianus quoque, (Cùm Saromatæ sese per Pannonias diffudissent, easque vastarent, bellum in eos parans, apud Bigionum Oppidum, subitâ sanguinis effusione, quam Græci apoplexiam vocant, suffocatus est.

Imperij sui Anno 11.

Si, Ioannem Carionem sequi placeat. Si Achillem P. Gassarum, malimus recipere, Imperauerit Valentinianus, annis vndecim, & Mensibus quinq;. Si Chronologiā S. Aurelij Victoris, recipia-

piamus, obierit idẽ, posteaquàm imperâsset, Annis 12. minùs diebus (inquit) centum. Si prę cæteris Ammiãnus arrideat, Valentinianus inquit, Cùm exercitum movisset adversus Quados, & cùm veniâ deposcenteis pacẽ Legatos eorumdem obvios habuisset, tãtâ ob prȩteritam rebellionem in eos excanduit irâ, vt indè contracto Sanguinis vomitu sit repẽtino extinctus, ætatis 55. anno; Imperij verò, nono, menseque tertio, denis insuper additis diebus. Ità, De Cæsarum annis plerumq; Scriptores Historici solent disceptare; vt eorumdẽ lis frequens nõ nisi perdifficilè dirimatur. Cæterùm, In mortis hoc genere, D. Hieronymi Epistola 3. ad Helid: lib. 30. Ammiãni, qui tũc vixerit, adstipulatur. Socrates autem, ad hæc etiam addit, obitum Valentiniani repentinũ hunc, contigisse in Castello Bergitione, 15. Calendas Decembreis. Corpus eius, vt inter Christianorum reliquias Imperatorum humaretur, Constantinopolim translatum est.

Quod autem, Iovianus, Valẽtinianus, & Valens posteriores hi Cęsares treis, tùm ab Anonymo nostro MS. tũ, à Socrate l. 3. c. 11 Fratres dicti fuerint; Ita accipiẽdum est; vt Fratres sint vocati, ex consortio Sacramenti: Quodq; vno Baptismo Sacro, ab vnâ Progenitrice Christianâ Religione, geniti fuissent.

Illud etiã obiter observãdũ in Didymo Scholę Ecclesiasticę Alexandrinę Doctore, Quem

Anni à Christo nato. Numerus Imper. Rom.

ſuperius iam laudârit MS. Codex noſter, fuiſ-
ſe illum quidem magni nominis Virum, &
cunctis planè admirabilem, ob coniunctam
cum oculorum cæcitate doctrinam eximiam,
vt etiam à SS. Antonio, & Athanaſio eumdē
reperiamus egregiè laudatum. Quodq́ue ſit
memorabile; Quinto ætatis anno, cùm oculis
captus fuiſſet, tanta nihilominus perdidicit
adhibito ſibi lectore, vt, *Cùm* cæterarum ar-
tium, & ſcientiarum, tùm, & facultatis Theö-
logicæ, & interpretationis Scripturarum at-
tigerit apicem ſummùm: immò etiam, quæ
maximè indiget viſu, vt addiſci poſſit, *D*iſci-
plina illi perfectè cognita Geömetrica acceſ-
ſerit: Quibus egregiè donatus ille, infinita
propè ingenij ſui Scripta curauit monimenta,
à *D*iuo Hieronymo recenſita. Vndè, magis eſt
quod deploremus caſum Viri tanti miſerri-
mum, quo, ſe dederit pręcipitem in omnes O-
rigenis errores: Neque id modò; Sed & alios
ſecum in pręcipitium idem miſerabile perdu-
xerit, totq́ue malorum, quæ poſteà euenêre
cauſſa extiterit, ac tantorum. In queis vel hæc
ſunto: Quòd, Dùm Summæ Nobilitatis illa
Cum Ruffino peregrinationis *C*omite Mela-
nia, in *Æ*gypto commoraretur, permagnum
ille vtrique attulerit detrimentum. Qùùm e-
nim Ruffinus, & Melania, alioqui ſummę pie-
tatis Fœmina, intimam cum hoc Didymo A-
lexandrinæ Ciuitatis Doctore conſuetudinē
habe-

ten Anni · tatis Monaſi. · Impe. Diui.

haberent; propinauit ille sitientibus ipsis, quē mirè prædicare solebat Originem suum, hau serēque illi ipsi vnà cum dulci, sed lethali potu, Origenicum venenum. Peruenit Didymus ad nonagesimum circiter ætatis annum, vt Auctor est D. Hieronymus. At verò, Eius ex scriptis, vix, Commentarius, De Spiritu Sancto, Cum Expositionibus In Epistolas Canonicas, hodie supersunt.

Sozomenus lib. 6. cap. 38. Eodem, inquit, tēpore, Quo Valentinianus extinctus est, Valens ipsius Frater agens Antiochiæ, odio maiore Catholicos cœpit exagitare. Intereà verò, Dum Valens, iam effectus atrocior Arrianorum fautor, confitenteis Fidem Orthodoxam varijs afficeret supplicijs, Regina Saracenorum Mavvia, eamdem profitetur apud suos Saracenos, quùm eius anteà ibidem Gētium iecisset fundamenta Monachus ille pręstantissimus, & Abba Sanctus Hilarion, Immò etiam pia Regina Mavvia, Cùm masculâ virtute limites Palestinæ, Arabięque cœpisset vastare, ac frequentibus exindè prælijs exercitum attriuisset Romanum, pacem dedit tandem exorata Romanis, hâc lege, vt virtutibus, & miraculis clarum Möysen Monachum Antonij Discipulum, in Eremo sibi vicinâ degentem, liberum ab omni Arrianorum luë, atque persecutione, ab ipsis acciperet Antistitem Gentis suæ. Ita fit nempè, Vt Dum vno loco

deficit, alio accrescat Christi Seruatoris sanctissima Fides. Reipublicæ pacis necessitate coactus Möyses, è latebris suis Anachoreticis, Alexandriam venit perductus, vbi frementes, cum suo Antesignano Lucio, Arriani, viderũt Episcopum Möysen ordinatum ab ijs Episcopis, quos ipsimet in exilium impijssimi ablegâssent: Alexandriâ mox profectus ad Mauviam Moyses Episcopus, Saracenorum Gentẽ ad Orthodoxam veritatem, verbo salutis, sanctitatisque exemplo, Domino coöperãte, sermonemque confirmante, sequentibus signis traduxit Narrant hæc pluribus, Ruffinus, lib. 2. cap. 6 Et Socrates, lib. 4. cap. 29.

Defuncto porrò Valentiniano, Gratianus Filius, Augustus, iam antè septénium nuncupatus, Solus, Cum Valente Patruo cœpit imperare. Sextoque post obitum Valentiniani die, Valentinianus Iunior, Valẽtiniani, ex Iustinâ Filius, operâ Cereälis Avunculi Augustus est solenni more Salutatus. Factumq;, quâ rarâ erat animi præditus benignitate, ratum habuit GRATIANVS. Qui, Cùm, Anno Domini 376. Damasi Pont. Max. 10. probè intelligeret, nimiâ Patris indulgentiâ, permittẽtis agerè pacificè Ariänos impios in Ecclesiâ Occidẽtali, tandem audaciores effectos; Conventus eorũ sancitâ vetuit Lege: Et vindicãda statuit à Fisco Loca, quæcumq; illa essent, vbi conuenirẽt Hæretici Arriani. Hęc inter, Valens, Arrianæ

Hæ-

Hæreſeos per Oriẽtem ſuum adſertor, ab obitu Fratris Valentiniani Cæſaris imperauit, id teſtante Io. Carione, 4. annis. Gothi, regionibus, quas trans Iſtrum occupauerant, ab Hunnis expulſi, ſub Regibus ſuis, Alarico, & Fritigerne, poſteaquàm in tutiora ſe loca Rex Athanaricus recepiſſet, ab hoc Valente Auguſto, Thracias incolendas, impetrâſſe apud Ammiänum, leguntur, Et ſpopondiſſe, Romanis ſe ſubditos fore, Imperijque Romani fines, ab omni barbarorum alio incurſu, ex fide tutaturos. Permiſit autem Valens maximo Reipublicæ Romanæ damno, Barbari vt Iſtrum vmquàm tranſirent, Quem, & aliæ Natïones proximæ, ijſdem ſeſe adiungenteis, maximis copijs, Romanis etiam invitis, haud diu poſteà transmisêre. Quâ quidem in re, illud accuratiùs nobis contemplandum, in hac calce Catalogi huiuſce Cæſarum noſtri occurrit denique; Quàm æquâ Divini penſata Iudicij lance fuerit impietas atrox Valentis Imperatoris, fidei Catholicæ deſertoris, Qui haud ita pridem, Sanctos ad ſubeundam militiam Monachos adigere conatus eſſet, renuenteiſque peremiſſet.

Cùm, is inconſultè, ac adeò incautè, Barbaros hoſtes in ſolum Romanum, à quibus ipſe vinceretur, tandemque occideretur, admiſit. Siquidem, Arrianæ ſuæ impietatis, inſignes pœnas dedit; Quan-

iam occlusis, iussu Imperatoris, Maximum illum, pręsertim, & Priscum, Philosophiâ, & Magicis Artibus celebreis, quos in Persidem secum Apostata Iulianus duxisset, magnis honoribus prosequi minimè destitit; immò etiam, Cùm idē Tarsum accessisset, (*Si vera narret Ammianus*,) Iuliani, nè suo quidem cespite digni, Sepulchrum voluit adornatū Cæsareo ritu, & cultu; Cùm tamen, *Paralipomevῶν*. 34. C. negâsset Impios, Sepulchro dignos, Sanctus ille Rex Iosias. Cuius assertionis, hæc esto ratio; Quòd, ornatu Sepulchrorum, iuxtà Sententiam *Matthæi Cap*. 23. eorum, qui sint istis reconditi, acta probentur. Exemplo itaque Iouiani, Qui Successerit Orientali Imperio Valens commonitus, istiusmodi genus hominum impiorum, grauiter exindè refertur insectatus, Cùm pręcipuè, Maximus Cynicus, eius iussu, Scelera sua, iusto Dei Iudicio, Ephesi, Capite luit: Et quidem, ob eamdem ipsam artem, propter quam, apud Iulianū summam fuerat gratiam consecutus.

364. 45. Valentinianus, Cognomento Funarius, Pannonius, Cibele ortus, Gratiano Patre, nō quidem, generis nobilitate, sed propriâ virtute clarissimus, Decimo statim ab obitu Iouiani die, Secundam tunc agebat Scutariorū Scholam; Cùm, absens Ancyræ, cœlestis Numinis adspiratione, omnium suffragijs, & communibus votis, est electus Imperator, & à Sallu-

stio

ſtio creãtus, ſub finem FebruarI. Valentem ille Fratrem, Calendis indè ſubſequentibus Martij, Nicomediç, quò citis itineribus peruenerat, Stabulo ſuo, adiunctâ dignitate Tribunitiâ, prçfecit. Iam diximus, ambos Fratres, ob Christi Fidem, ſub Iuliano Apoſtatâ egregiè defenſam, commeritos Confeſſionis laudem.

Addimus nunc, productum à Fratre Valentem, in ſuburbanum, ad quintum Calendas Aprileis, omnium concinentibus ſententijs, Auguſtum, cum Valentiniano pronunciatum.

Contumeliâ fuerant vterque à Iuliano affecti, cùm Iouiano, quòd integritatem Fidei deſerere noluiſſent; Deſtitutus ab eodem fuerat Valentinianus, quòd Ethnico præterea colaphum infregiſſet Sacerdoti, à quo aquâ porrectâ Idololatricâ, cùm Iuliani aduentum expectaret, fuiſſet ad ſacrificandum inuitatus; Sed, Eccè nunc, *Qui ſuſcitat à terrâ inopem, Et, de ſtercore erigit pauperem,* vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat, Qui, de poſt fætantes accepit Dauid, futurum Regem Iſräelitarum,** acceptã ab Apoſtatâ contumeliam illo rependit Deus decore Imperatorij cultus, & purpuratorum honore, in quẽ vterque Frater, Valentinianus, & Valens, fuêre iam tandem ſubuecti, conſtantes Chriſtianæ religionis cultores.

Pſ. 112 & 1. Reg. c. 2.
* Pſal. 77.

Valentiniani, & Valentis, hoc Imperatorum

tempore, velut vniuersum per Orbem Romanum, buccinis bellicum canentibus, excitæ Gentes Sæuissime; limites sibi quæque viciniores persultârunt. Vt igitur tumultuanteis vndique Barbari, Sarmatę, Pannones, Quadi, Rheti, Saxones, Scoti, Austoriani, Gothi, Persæ faciliùs possent coërceri, præsentius visum est Valentiniano remedium, vt, Fratre Valente, in Oriente relicto, sese in Occidentem ipse transferret. Partitis ergò inter se belli Ducibus, & Copijs militaribus, Valens, Constantinopolim; Valentinianus, se contulit Mediölanum: maximaque bella, in Germaniâ gessit. Saxones oppressit & Burgnndiönes, Qui, inter Saxones recensentur, ad Rhenum, sub id tempus profecti: Quique, recuperatis posteà viribus, Rhenum transgressi, eas occupârunt regiones, quæ, nomine Burgundico hodieque appellantur. De quibus postea, In Erchembaldo, Duce Franciæ, Spectatissimi, prædivitisque Ducis Duwacensis, & Ostrebanni Regij Adalbaldi, Patris S. Mauronti, Sigefridique, Comitis Pontivẽsis, Palatini Comitis, Sanctæ Berthæ Blangiacensis Comitis, & iam Asceterij Benedictinorum Blangiacensis Nobilis Fundatricis, Mariti; atque Landonis, Archi-Episcopi Rhemensis, Fratre, natu maiore, Sancti Petri Latiniäcensis, ad Matronã, Monasterij Proto-Fundatore, pluribus acturi sumus.

Iam

Iam verò; MS. Codex noſter Chronologus, De Valentiniano, habet quæ ſequuntur.

Valentinianus, Magnus Tribunus Smirraeorum, è Pānoniâ, Cyballenſis, fortè, Cibelenſis, *apud Nicænā Vrbem, conſenſu militum Imperator factus, imperat annis XI. Is, ab Impio Iuliano, pro fidei conſtantiá, militiæ Tribunatu eſt expulſus; Sed, retribuente Domino, reſtitutus eſt cum honore ampliore. Non tantummodò, fortitudine, ſed, etiam temperantiâ, & iuſtitiâ, atque corporis magnitudine præfulgebat: Vir, per omnia egregius, Et, Aureliano ferè in omnibus perſimilis. Sic etiam regalis, & vrbanus extitiſſe perhibetur, vt, Dum illi alium dare Conſortem tentaret exercitus, ille reſponderet: Veſtrum, Commilites! fuit mihi dare regnum imperij; Verùm, vt hoc ego ſuſcepi, meum iam, nō veſtrum eſt, de rebus cogitare communibus; Mox, Fratrem ſuum Valentem aſſumpſit in Regnum, Et partes ſibi occiduâs retinens, illi verò regendas Orientales conceſsit. Porrò, Valens, Cùm eſſet antè Catholicus, Coniugis ſuæ quæ Arriana erat, alloquio eſt ſeductus. Valens itaque, ab* Exodio *Arrianorum Epiſcopo, Qui, tunc Conſtantinopolitanam regere videbatur Eccleſiam, ſecundò baptizatus, & perſuaſus, in ſæuiſsimam hæreſim declinavit, iuramento ſe coram Onoloxio obligans, Quod, in illa impietate permaneret, & vndiq̃, contraria Sapientes, expelleret; malignam tamen inſectationem, diu non rexit, nec voluntati poteſtatem admiſcuit, quouſque à* Fratre *correctus eſt.*

Terræ-motu per totum Orbem facto, mare, littus ſuum egreſſum eſt, Et *Vrbes multæ ſubverſæ, & Populi.*

Anno

Anni à Christo nato. | *Numerus Imperatorum Rom.* | *Anno Domini,* CCCLXXI. *Damasus præsidet annis* XVIII. *Is constituit, vt psalmi, die, noctiúque, per omnes Ecclesias, decantarentur.*

Anno Valentiniani; & Valentis, III. *Gratianus, Valentiniani Filius, Ambianis factus est Imperator.*

Anno CCCLXXII. *Sanctus Hilarius Pictauensis Episcopus, Romanorum Lucifer, Ecclesiarumque Lucerna, & pretiosus lapis, ad quem, mortalium vix vllus ascendit, pulchro sermone, oreque aureo vniuersa loquitur,*

Athanaricus, Rex Gothorum, *Christianos in Gente suâ crudelissimè persecutus, plurimos, ob Christi fidem interfectos, ad coronam Martyrij sublimauit.*

Quorum tamen plurimi, in Romanorum solum, intrepidè, pro Christi confessione fugerunt. Floruit hoc tẽpore Didymus Alexandrinus, qui parua ætate luminibus priuatus, Et ob id quoque, elementorum litteraturæ ignarus, tantum miraculum omnibus suis præbuit, vt Dialecticam, & Geömetriam, Astronomiam quoque, & Arithmeticam, Quæ, vel maximè visu indigent, vsque, ad perfectum didicerit. Is, plura nobilia conscripsit; Commentarios in Psalmos omnes, Et in Euangelium Matthæi, & Ioannis: Librum quoque de Spiritu Sancto composuit, Quem, Hieronymus, De Græco in Latinum transtulit.

Per idem tempus, Patres Monachorum, vitæ, & antiquitatis merito, Macharius, & Isidorus, aliusque Macharius, Heraclides, & Paulus, Antonij Discipuli; Möyses, Beniamin, Paulus, Piggiennen, Ioseph, per Ægyptum, Et maximè, in Nicænæ partibus, clari habentur

Imper. Dies. | *ratio. Menses.* | *tus Anni.*

bentur Viri; Qui, consortium vitæ, & actuum, non cũ cæteris mortalibus, sed cum Supernis Angelis habere credebantur.

Anno Domini CCCLXXIV. Beatissimus Martinus Turonensibus datur Episcopus, Vir, omni virtute mirabilis, Signis, & prodigijs ammirabilis, & Inclytus. Eödem Anno, Athanasius Alexandrinus, post multos agones, multasq; patientiæ coronas, anno Sacerdotij sui XLVI. migrat ad Dominũ. Qui sciscitantibus De Successione, Petrum, tribulationum suarum participem, ac Socium delegit, sibi in Sacerdotium subrogandum. Sub hoc tempus, Ambrosius, adhuc Cathecumenus, Mediolanensibus datur Episcopus.

Hic, dum plebem alloqueretur, vt Seditionem inter Catholicos, Arrianosq; compesceret, pro loco, & Officio Præfecturæ suæ, subitò vox Infantis insonuit, Ambrosium Episcopum; Moxq; Ambrosius capitur, & Baptizatur, Et octaua die, Cùm summâ lætitiâ Pontifex consecratur. Hic, cùm quadam die, Verbum in Ecclesia faceret; Quidam Arrianus vidit Angelum Domini, Qui ei susurrabat in aurem, Quod deberet Populo prædicare.

Interea, Valentinianus, Saxones, Gentem in Oceani littoribus sitam; virtute, & agilitate terribilem, Romanis finibus periculosam, Et irruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit: Francos quoque multis prælijs lacessiuit.

Porro, Franci, Origine fuére Troiani. Hi, post euersionem Troiæ, Priamo quodam Duce venêre iuxta Thraciam, Et suprà ripas Danubij consedére, ibi ædificantes

ficantes Ciuitatem; Et vocabant eam, Sicambriam. Manserunt que ibidem, vsque ad tempora Valentiniani Imperatoris; A quo, indè expulsi, pro eo quòd tributa Romanis, iuxtà morem cæterarum Gentium soluere recusarent.

Egressi indè, Marchomiro, Simmone, & Genabaudo Ducibus, venerunt, & habitauerunt iuxtà ripam Rheni, in confinio Germaniæ, & Alemaniæ. Quos, quùm multis postmodùm idem Valentinianus prælijs attentâsset, nec vincere potuisset, Proprio eos Nomine Francos, id est, Feroces, *appellauit. Ab illo tempore, in tantùm virtus* Francorum *excreuit, vt totam tandem Germaniam, & Galliam, vsque ad iuga Pyrænei, & vltra subiugarent.*

Alij, Francos, *A Quodam* Francone *appellatos volunt esse. Dicunt namque, Quod, post excidium* Troiç, *multitudo magna diffugiens, in duosque Populos se diuidens, Alia,* Franconem *Super se leuauerit cõstitutum: Alia,* Turcum *secuta sit: Atque, ex eo tempore, Duos Populos, Vnum, Nomine* Francos, *Alium Populum,* Turcos, *vsque hodie vocari.*

Valentinianus quoque, (Cùm Saromatæ sese per Pannonias diffudissent, easque vastarent, bellum in eos parans, apud Bigionum Oppidum, subitâ sanguinis effusione, quam Græci apoplexiam vocant, suffocatus est.

Imperij sui Anno 11.

Si, *Ioannem Carionem sequi placeat.* Si *Achillem P. Gassarum*, malimus recipere, Imperauerit Valentinianus, annis vndecim, & Mensibus quinq;. Si Chronologiã *S. Aurelij Victoris*, recipia-

piamus, obierit idē, posteaquàm imperâsset, Annis 12. minùs diebus (inquit) centum. Si prę cæteris Ammiānus arrideat, Valentinianus inquit, Cùm exercitum movisset adversus Quados, & cùm veniâ deposcenteis pacē Legatos eorumdem obvios habuisset, tātâ ob pręteritam rebellionem in eos excanduit irâ, vt indè contracto Sanguinis vomitu sit repētino extinctus, ætatis 55. anno; Imperij verò, nono, mensequc tertio, denis insuper additis diebus. Ità, De Cæsarum annis plerumq; Scriptores Historici solent disceptare; vt eorum dē lis frequens nō nisi perdifficilè dirimatur. Cæterùm, In mortis hoc genere, D. Hieronymi Epistola 3. ad Helid. lib. 30. Ammiāni, qui tūc vixerit, adstipulatur. Socrates autem, ad hæc etiam addit, obitum Valentiniani repentinū hunc, contigisse in Castello Bergitione, 15. Calendas Decembreis. Corpus eius, vt inter Christianorum reliquias Imperatorum humaretur, Constantinopolim translatum est.
Quod autem, Iovianus, Valētinianus, & Valens posteriores hi Cęsares treis, tùm ab Anonymo nostro MS. tū, à Socrate l. 3. c. 11 Fratres dicti fuerint; Ita accipiēdum est; vt Fratres sint vocati, ex consortio Sacramenti: Quodq; vno Baptismo Sacro, ab vnâ Progenitrice Christianâ Religione, geniti fuissent.
Illud etiā obiter observādū in Didymo Scholę Ecclesiasticę Alexandrinę Doctore, Quem supe-

superius iam laudârit MS. Codex noster, fuisse illum quidem magni nominis Virum, & cunctis planè admirabilem, ob coniunctam cum oculorum cæcitate doctrinam eximiam, vt etiam à SS. Antonio, & Athanasio eumdē reperiamus egregiè laudatum. Quodque sit memorabile; Quinto ætatis anno, cùm oculis captus fuisset, tanta nihilominus perdidicit adhibito sibi lectore, vt, *C*ùm cæterarum artium, & scientiarum, tùm, & facultatis Theölogicæ, & interpretationis Scripturarum attigerit apicem summùm: immò etiam, quæ maximè indiget visu, vt addisci possit, *D*isciplina illi perfectè cognita Geömetrica accesserit: Quibus egregiè donatus ille, infinita propè ingenij sui Scripta curauit monimenta, à *D*iuo Hieronymo recensita. Vndè, magis est quod deploremus casum Viri tanti miserrimum, quo, se dederit pręcipitem in omnes Origenis errores: Neque id modò; Sed & alios secum in pręcipitium idem miserabile perduxerit, totque malorum, quæ posteà euenêre caussa extiterit, ac tantorum. In queis vel hæc sunto: Quòd, Dùm Summæ Nobilitatis illa Cum Ruffino peregrinationis *C*omite Melania, in *Æ*gypto commoraretur, permagnum ille vtrique attulerit detrimentum. Quùm enim Ruffinus, & Melania, alioqui summę pietatis Fœmina, intimam cum hoc Didymo Alexandrinæ Ciuitatis Doctore consuetudinē habe-

haberent; propinauit ille sitientibus ipsis, quē mirè prædicare solebat Originem suum, hau sêreque illi ipsi vnà cum dulci, sed lethali potu, Origenicum venenum. Peruenit Didymus ad nonagesimum circiter ætatis annum, vt Auctor est D. Hieronymus. At verò, Eius ex scriptis, vix, Commentarius, De Spiritu Sancto, Cum Expositionibus In Epistolas Canonicas, hodie supersunt.

Sozomenus lib. 6. cap. 38. Eodem, inquit, tēpore, Quo Valentinianus extinctus est, Valens ipsius Frater agens Antiòchiæ, odio maiore Catholicos cœpit exagitare. Intereà verò, Dum Valens, iam effectus atrocior Arrianorum fautor, confitenteis Fidem Orthodoxam varijs afficeret supplicijs, Regina Saracenorum MAVVIA, eamdem profitetur apud suos Saracenos, quùm eius anteà ibidem Gētium iecisset fundamenta Monachus ille pręstantissimus, & Abba Sanctus Hilarion, Immò etiam pia Regina MAVVIA, Cūm masculâ virtute limites Palestinæ, Arabięque cœpisset vastare, ac frequentibus indè prælijs exercitum attriuisset Romanum, pacem dedit tandem exorata Romanis, hâc lege, vt virtutibus, & miraculis clarum Möysen Monachum Antonij Discipulum, in Eremo sibi vicinâ degentem, liberum ab omni Arrianorum luē, atque persecutione, ab ipsis acciperet Antistitem Gentis suæ. Ita fit nempè, Vt Dum vno loco

Hæreſeos per Oriĕtem ſuum adſertor, ab obitu Fratris Valentiniani Cæſaris imperauit, id teſtante Io. Carioñe, 4. annis. Gothi, regionibus, quas trans Iſtrum occupauerant, ab Hunnis expulſi, ſub Regibus ſuis, Alarico, & Fritigerne, poſteaquàm in tutiora ſe loca Rex Athanaricus recepiſſet, ab hoc Valente Auguſto, Thracias incolendas, impetrâſſe apud Ammiänum, leguntur, Et ſpopondiſſe, Romanis ſe ſubditos fore, Imperijque Romani fines, ab omni barbarorum alio incurſu, ex fide tutaturos. Permiſit autem Valens maximo Reipublicæ Romanæ damno, Barbari vt Iſtrum vmquàm tranſirent, Quem, & aliæ Nationes proximæ, ijſdem ſeſe adiungenteis, maximis copijs, Romanis etiam invitis, haud diu poſteà transmisêre. Quâ quidem in re, illud accuratiùs nobis contemplandum, in hac calce Catalogi huiuſce Cæſarum noſtri occurrit denique; Quàm æquâ Divini penſata Iudicij lance fuerit impietas atrox Valentis Imperatoris, fidei Catholicæ deſertoris, Qui haud ita pridem, Sanctos ad ſubeundam militiam Monachos adigere conatus eſſet, renuenteiſque peremiſſet.

Cùm, is inconſultè, ac adeò incautè, Barbaros hoſtes in ſolum Romanum, à quibus ipſe vinceretur, tandemque occideretur, admiſit. Siquidem, Arrianæ ſuæ impietatis, inſignes pœnas dedit; Quan-

Numus a Chryſomio.

Numeus Imperatorum Rom.

Imp. Divi.

...

Quando,(inquit I. Carion) à Gothis, propè Constantinopolim, cæsus, cum omni,exercitu est. Etenim,Cùm in fugam versus Valens, in Oppidulum se recepisset, incēso à Gotthis Oppidulo,concrematus perijt.

Ammianus verò,lib. 31. Valens(ait)aduersùs Gotthos Constantinopoli progressus,ad Melantiada, Cæsarianam Villam, cum copijs quieuit, Vbi accepto nuncio De Alemanis victis â Gratiano, eiusq́;aduentu Sirmium cum exercitu, eiusdem gloriæ æmulus; quasi ad maiorem,certamque ipse victoriam progrederetur. Hadrianopolim venit; Ibique legatū Fritigernis Regis Gotthorum Presbyterum Christianum, pacem rogantem conditionibus honestis excepit; Sed legationem ipse inanem Gothi Regis, remisit (acodęmonis impulsu; neque mox adfuturum Gratianum Imperatorem voluit expectatum, licèt id suaderent agendum belli Duces præstanteis. In pugnam igitur Valens incautius exardescens,ac prosiliens inconsulto ardore aduersùs Gothos,videt suos mox in fugam dedecorosam versos,ipseque turpiter aufugiens, dùm gregarios inter milites latitat tremebundus, sagittâ Gotthicâ percussus,in casam vilissimā, & agrestem à suis defertur;quam intùs occlusam, suppositis cum stipulâ lignis incenderunt Gothi,Et,in eâ,Valentem cum ijs quos secum admisisset, concremârunt,5. Idus Augusti,

gusti, ætatis eiusdem Anno quinquagesimo, Imperij verò anno 14. *Ruffinus lib.*2.*Cap.*13.*Socrates lib.*4.*Car.vlt.Sozomenus,lib.6.Cap.vlt.*eadem ferè tradidêre.*Sex. Aurel.Victor,* Valentem scripsit regnâsse annis duntaxat 10.*&* *Mensibus* 5. Cęteri, secùs sensêre;mortemque Valentis retulêre ad Annum nati IESV CHRISTI, 378. Qui Damasi Pontif. Max.exstitit 12.*Iornandes, cap.* 26. consentit. *Ammiänus Ethnicus Scriptor Historicus*, suam finijt Historiam in Valente,propè Adriänopolim victo,& combusto:In Quo etiam Declinantis Imperij Romani notârunt initia *Hieronymus,&* *Ruffinus.*

Orosius *lib.7.cap.*33.Valentis interitum iusto Dei Iudicio docet accidisse;Vt,Qui palabundos Gothos,à Fide Catholicâ, ad Sectam Arriänorum capessendam,icti fœderis pactâ cōditione coëgisset, vltricibus ipse flammis, ab ijsdem exureretur,& Sepulturâ communi privaretur; Quæ impiörum, Et Orthodoxæ Fidei Perduëllium Supplicia , essent perdigna. Sit igitur iuxtà Calculum Anonymi nostri MS. Quem sępiùs iam approbatum ab eximio Domino,D.Geörgio Colvenerio Doctore Theölogo,& Professore Regio, Almæque Vniuersitatis Duwacænæ Cancellario produximus luce suâ perdignum, Cæsar Augustus.

365. 46. Valens. Quem itâ cupido gloriæ flagrantior

 per-

Anni à Christo nato. Numerus Imper. Rom. Tum Anni. 4. Tum Menses. Imp. Diet.

vicerat, vt, neque signis, ac diris præsagijs, Quæ multa interitum ipsius infaustum prænunciärent; Neque inter alia, Wlgi clamoribus Antiöchiæ editis, *Vivus ardeat Valens*, Neque, Monachi prævaticinium Isaäci, Qui, Constantinopoli exeunti necem ipsissimo, & exercitus Cæsariäni instantem internecionem prædixisset, diem belli cautum infelici præstare potuerit Imperatori Valenti.

Chronologus noster MS. Illud etiam haud prætermisit.

Etenim, *Gotthi* (ait ille) *à Valente deposcunt Episcopos sibi mitti, Qui, eos essent in Fidei Regulâ instructuri, vt essent Christiani verè Catholici. Tunc impius Valens, Arrianos* Episcopos *eis misit, à quibus illi percepére, non, tam Fidei Sacramenta, quàm perfidiæ certa excrementa. Postea ipse Imperator Valens, Cùm, Divino iudicio, sagittâ saucius fugeret ab eis, & ob dolorem nimium, sæpius equo laberetur: Ad cuiusdam Villulæ Casam deportatus est. Quibus persequentibus, accensa Domo, Communi* Caruit *sepultura*

Gotthi, modò dicuntur siti vbi nunc est Hollandia, & Zeelandia, Insulæ. Wädali, sunt omninò destructi. Sed tamen, pars remansit circà Wandalum Fluvium in Polonia. Hunni, In Pannonia resederunt, Qui, ab eis nunc Hungari dicuntur. Alani, In Hispaniæ Montanis; Qui, BASCVLI, nunc enarrati sunt.

Huc vsque Ieronymus Presbyter, sui Temporis Historiam digessit. Abhinc autem, Sigibertus Gemblacensis

censis Monachus Chronographiam suam cæpit. Ita, Auctor MS.

Hosce verò Chronographos, Et, Cùm Anselmo Abbate, Sigeberti Continuatore, Orosium, Gregorium Turonensem, Bedam, Adonem, Vincentium Bellovacensem, Dominicanum Parisinum, seu Iacobitam, aliosq́; cōplureis Chronologos vetustiöres, in suam Epitomen, antè annos 434. contraxit Domnus Andreas Syluius, wlgò DV BOS seu, vt nunc loquimur, DV BOIS, Archi-Prior Cœnobij Marcianensis, nobili antiquitate, Sanctaq́; pietate abs olim vbiq́; spectata, venerandi. De quo, diffusè Hagiölogia Marcianensis actura est. Hunc *I. B. Grammaye, Rerum Duacẽsium parte prima*, Quòd ille fortassis gallicè non calleret, *à Vocabulo antiquo Wallonico DV BOS*. Bovẽ est interpretatus, exq́ue suo illo Bove, Moschvm *seu vitulum*, pseudocognomẽto effinxit; Et, suo Dvaco perperam inscripsit. *Paulo aliter*, inquiens, *Andreas Moschus, in Historia Merovingorũ MS.* &c. Sed in suo *Moscho*, nostro, inquam, DN. Andreâ Sylvio, Marcianensi Scriptore, lapsus est, *I. B. Grammaye*, Cętera, Vir eruditus. Errorem enim ipsius manifestum ostendunt, & probant Dypthica Religiosissimę Ecclesię Marcianensis pervetusta manu exarata.

Porrò verò, Qùum suam ille Synopsin Frãco-Merovingicã, Domnus Andreas, nõcertè Moschus, sed *Sylvius* antiquissimi, Regijq́ue As-

ceterij Marcianensis Archi-Prior, à nostris postremis Cæsaribus hisce Valentiniano, Valente, atque Gratiāno & Theodosio fuerit exorsus; nihil opus est, pluribus Catalogum hunc nostrum Cæsarum Romanorum protrahere; neque vlteriori compendiolo, res ab eis gestas prętereà prosequi; Cùm Andreäna Sylvij nostri Synopsis Frãco-Merovingica, Quæ nostra hæccc statim *P*rolegomena subsequetur, Qui, hinc desiderari possunt, posteriores Cæsares *R*omanos, singulos per ordinem digestos, ad Annum 4. Friderici 2. Qui Christi Servatoris fuit 1214. Sit exhibitura, Quo, nobilis inter Insulas, & Tornacum, ad Pontem Bovinensem pugna commissa est, & profligata. Hactenus autem Catalogum Cęsarum *R*omanorum ex instituto producendum suscepimus, Quo, Lectoris Amici, & Prolegomeνῶν nostrorum, & Synopseos, Frãco-Merovingicæ memoria, vnius Voluminis compacti, & Marcianâ manu adiuncti beneficio cõmodius posset adiuvari: Et ad plureis, plura desiderãti illi non esset & eidem Chronologos (quod incommodum foret) necessariò recurrendũ. Paralipomena denique nostra, eodem à Friderico 2. id nominis Imperatore, Si non etiam à prioribus nonnullis, qui residui fuêre, Cæsares sunt suppletura, & nudâ saltim illos nomenclaturâ, singulorum seriem, eamdem ob caussam superiorem, productura. Creätus itaque,

que, à Patre Valentiniano, Cæſar, & Auguſtus, vti Scripsêre, *Socrates, lib. 4. Cap. 24. Et Ammiänus, lib. 27.* Summam hunc noſtro Cæſarum Romanorum Catalogo manum imponat.

GRATIANVS. Qui, *Piëtate, religione, armorum vſu, Corporis agilitate, permultis Cæſaribus, qui antè illum fuerunt præpollens* (inquit Anonymus noſter Chronologus MS.) Cum Valentiniano Patre (*vt eſt Auctor Sex. Aurel. Victor*) imperavit annis 8. diëbuſque 85. Cum Patruo, & Fratre tribus; Cum eodem Fratre, ac Theödoſio, 4. annis: Et, Cum his omnibus, accedente Arcadio, Menſibus Sex. Is, re, ac nomine Gratiänus, probitate, ac eruditione iuxtà clarus Princeps & Sincerus Religionis Catholicæ Cultor, Exules Epiſcopos, Eccleſijs ſuis reſtitutos inprimis curavit, Arriänis, qui eorum in locum fuerant ſubrogati, expulſis; Lege etiam latâ, Quâ, de cętero liberè omnibus concederetur, quamcumque vellent, religionem ſectari, Manichæis tamen, Photinianis, & Eunomianis exceptis. Siquidem, viſum ſatis eſt, circumſpecto Principi, vlceroſum pedetentim curare morbum, primoque hoc inter turbas initio Catholicam Fidem poſtliminio reſtituere; Et, Quæ haberentur execrabiliores, compreſſas ſtatim hæreſeis exterminare.

Addidit Theödoretus, Gratiänum tunc imperâſſe concreditas illis Eccleſias, Qui, Damaſi, Epiſcopi Romani Communionem religioſe,

religiosè, obseruanterque amplexaretur. Illos, nimirum, ex more significare volés re verâ Christianos, & esse verè Orthodoxos, Quibus Episcoporum Episcopus, & Romanus Pontifex maximus communicaret. Hæc Acta nonum ad mensem à Basili magni obitu, adque Annum IESV CHRISTI CCCLXXVIII referuntur; Quo Concilium Antiochenum, (Cui Gregorius interfuit Nissenus) celebratum est vt, Qui Sanctione Pij Principis Gratiani, suas recepissent Ecclesias Episcopi Orthodoxi, paribus votis Ecclesiæ consulerent Orientali prostratę; Et, Quòd Incosutilem Christi Vestem Tunicam, id est Ecclesiam Vniuersalem laceram dividere contendisset primùm illud Ecclesiæ Antiochenæ Schisma, inter Paulinij & Meletij parteis ocyùs compositum tollere curarent.

Qui de his egerint pluribus Videätur, *Socrates lib.* 5. *Cap.* 12. *Sozomenus lib.* 7. *Cap.* 3. *Theodoretus* verò, *hac De Re lib.* 5. (licet Historicus vetus videatur compluribus, &, Cætera vir eruditus) haud tutò recipiundus hâc tamen in parte censetur, Quod *Paulino* tunc temporis fuerit infensus.

Scripsit etiam, eâdem de Re, *Nissenus Epist. ad Olymp.* fide Sincerâ.

Laudat Gratianum, Cæsarem Augustum, *Augustinus, de Civitate Dei, lib.* 5. *Cap.* 25.

Qui Theodosium, annos natum 33. in publicis

blicis militaribus Comitijs Orientalem creârit Imperatorē, avidior fide Societatis, quàm nimiæ potestatis, Et publicę amantior, quàm vtilitatis privatæ.

Siquidem, revocatus tūc in Gallias, ob rebellanteis iterùm Alemanos, imminenteis etiā proximè in cladem Imperij Romani ingenteis copias Gotthorum, pius, idemque Sapiens Princeps spectabat.

Itaque, Qui post res præclarè gestas adversùs Barbaros, tempore Valentiniani, Patris Gratiani, & invidiam passus, & ad necem fuerat quæsitus, Maximo iam Diuini Numinis beneficio servatus, Cæsar salutatur, Theodosius.

Qui, Cum Gratiano, Imperium Romanum erigeret atque restitueret collapsum; Christique Vicario, D. Petri Successori, Sacram in illa Sanctâ Româ Tricoronidem firmaret Tiaram.

Et iuxta nominis ætymon TheodosI, verè A DEO DATVS diceretur; Qui, Genere Hispanus Caucę in Galęciâ natus, à Cęsare Traiano ducens Originem, vnus denique tot inter Augustos exstitisset repertus, Qui, nec Generis munere, nec ambitione vllâ, purpuram adipisceretur, Sed, Cui certè ipsa se purpura supplex obtulisset, vnus, vt hic demùm A DEO DATVS, Theodosius imperaret rogatus.

GRA-

Anni à Christo nato. | Numer. Imper. Roman. | ... Anni. | ... Mosis. | Impe. Diu.

GRATIANVS porrò Christianissimi Titulo, Principis, à Divo Ambrosio *Epistola* 26. insignitus, à Gallicis Copijs destitutus, acerrimus Hæreticorum Hostis, & Religionis Christianæ constantissimus Propugnator, suorum proditione, ab Androgathio Duce, Lugduni est occisus 25. Augusti, Anno ætatis, vt referunt Historici eruditiores, 28. Imperij 16.
Nati verò IESV CHRISTI REGVM REGIS 383.
Sed, Iam quidem, De Cæsaribus hæc paucula sunto; vt in laudatissimi nominis Imperatoribus GRATIANO, & THEODOSIO, Catalogi Cæsarum nostrorum Romanorum, hic pro-tempore, ac re natâ, sit.

FINIS.

EPILOGVS CATALOGI CÆSARVM ROMANORVM.

COLOSSI denique illius myſtici mentem noſtram ſubit recordatio, Quem & ingentem, & terrificum, ex Procemij noſtri paginâ vndecimâ, Nabuchodonoſori per ſomnium à Deo exhibitum intelleximus, & præmonſtratum. Cuius cùm Rex ille ſuperbiſſimus, aureum Caput, pectus, & brachia argentea, ærea cum ventre fœmora, tibias ferreas, pedum partem alteram ferream, rurſuſque ſpectaret alteram fictilem, & totum hocce Prodigium attentius cōſideraret: Exiguus illi ecce lapis illicò, quod ſtupendū! manibus nullis admotis, excelsâ rupe abſciſſus, & avulſus, ferreós, partimque fictileis impulſos atterit, & convellit pedes. Tumque, terribili, ſtatuâque illâ ingenti concidente, ferrum, teſta, æs, argentum, aurumque, pari caſu cum tibijs, cæteriſque Coloſſi partibus ſimul conteruntur; Et lapis iſte perparvus, ſtragem tantam poſt editam, permagnum in montem excreſcit, ac terrarum Orbem vniuerſum ſtupendâ mole ſuâ complexuui adimplet; Ità tamen, vt Sacramentum, & Regni Chriſti, omnium potētiſſimi Myſterium, in illâ Vrbium Vrbe Româ exponendum planè commonſtraret, Cui, cętera totius Orbis Regna, adventante ſacri plenitudine temporis, eſſent tandem aliquando ceſſura. Quippe, Quod in eâ Imperium ſuum ſacro

Z ſan-

ſanctum Rex ille Regum IESVS CHRISTVS, ORBIS SERVATOR, ſelegiſſet, *Quem* (Apoſtolo teſte*) *Oporteat regnare, donec ponat omnes Inimicos ſub pedibus ſuis.*

* 1. Cor. cap. 15.

En lapis perparvus, Eccùm Petra Chriſtus, ſublimi, per omnium eminentiam virtutum, è monte myſtico, Almâ Virgine Matre Maria, ſinè vllo carnis opere, ſola Spiritus Sancti Divinâ virtute excisus, & Incarnatus; Petra certè, Chriſtus DOMINVS DOMINORVM, à quo Petrus, Petra dictus, Romamq; miſſus, Verbum, Dei Vivi Filiũ incarnatũ intrepidè annunciaret, Cuius præpotenti attritu, Superbia elideretur, & contrita Tyrannis Romana proculcaretur, Quæ baſis, & velut fundamentum cęterorum eſſet Orbis Regnorum; Cùm, tametſi ordine poſtremũ, potentiâ tamen, tunc quidem tem poris, Imperium, Monarchijs cæteris, Romanum præſtaret: Ac proindè pedibus ipſius, Petræ huius myſticæ CHRISTI DOMINI fortioris, attritu validiore comminutis; tota dùm reliqua Imperij maſſa conſiſtere nequiret; certę Tyrannidis, & Idololatriæ damnandæ ingens hic Nabuchodonoſoris Coloſſus, cedens Regum Regi Chriſto, ad terram ſuam, vndè prodijſſet, datus corrueret totus: Coloſſus, ſuę ſolo ſuperbiæ titulo, & vano Regnorum, atque Monarchiarum externo duntaxat ſplendore adũbratus. At verò CHRISTI DOMINI Regno, Quod nullâ virtute, nullâ Tyrannide vnquàm poſſit convelli, Ecquis, aut ſuavior, aut ſanctior, conſtantiorque valeat conſiſtere Principatus? Vti reverâ nullus: Ita, nec vllum vmquàm excogitari queat Imperium aut deterius, aut profectò crudelius illis, Quæ, Quatuor propheticis præviderit oculis, Veridicus ille Vates, & mirus Regnorum interpres, Daniel, * crudelitatis

* Daniel. cap. 9.

litatis exhorrendę beluis totidem typicè repræsentata. Quarum prima, lëæna: Vrsus secunda: tertia, Pardus, essent. Præ cæteris verò, excellenter ferox, horrenda, eademque Anonyma, quæ subsequeretur cęteras feras ordine quarta.

Chaldæorum autem illud, aureo vti Capite, primùm Regnum, Monarchiam primam, naturâ superbâ & feroci adumbrabat leæna, Et verò Superbus, atque ferox exstitit Nabuchodonosor ille Babylonicus Rex, qualis Regum nullus, vt divino etiam iudicio, quo intoleranda ipsius superbia retunderetur, (vti Synopsis Andreäna, in Carolo Martello diffusiùs expositura est) in bestiã fuerit transmutandus. Pectus, & brachia argentea, Medorum præpotens, & Persarum typo suo Regnum Secundũ prętmonstrârunt, perque voracissimum Vrsum expositum admisêre, Qui carnibus humanis avidè vesci exoptet. Vndè nobis ille in mentẽ revocandus Artaxerxes videätur, Quem Assuerum litteræ Sacræ dicant, * Qui Vrsum quemvis ferocitate exuperans, instar Anthropophagi, vnicâ die, Aman vnius, Iudaicum sanguinem insontẽ sitientis, ferino impulsu, innumeram edixerit stragem, & publicam Iudæörum, qui nil deliquissent, instituendam iusserit beluinam lanienam. Raucisoni ventrem æris, suis cum Successoribus Alexander Philippi Macedo expressit, Qui cito præ cęteris Regibus gressu, Nominis, & gloriæ suę famam buccinis bellicum concinentibus, vniversum fermè diffuderit per Orbem, vt ea propter, Pardus, quatuor vti volitans alis depictus, ipsius imaginem aptissimè censeatur prætetulisse. Is enim, Quàm celeri pede, velutque aligeris calcibus, ab Illyrico, & Adriä-

* Esther. cap. 3.

tico Mari, ad Oceänum Indicum, Fluviumque Gangem pervolitârit, Et eò Gentium victrices copias suas militares, fulguris instar, secum infuderit, Orbem domiturus, satis omneis nôsse putem; Vti, Et, Quàm paucis idem annis Alexander Magnus, totâ cum Asiâ, Europæ quoque nostræ partem, suis victorijs, trophæis, & Imperio longè, latèque adiecerit patenti, abundè crediderim eosdem exploratum habere.

Disertâ proindè disputatione Plutarchus, Majorne in Alexandro Fortitudo, An verò eluxerit Felicitas disquirit. Nec dispari quęrit ingenio Titus Livius, Ecquid fuerint Romani, quantumlibet armorũ vsu, & Fortunâ valẽteis, acturi, si ab Alexandro hoc Magno, acri fuissent bello lacessiti? Fortassis certè, Fortunæ novercantis illi ludus, & pila exstitissent. At, Quot ille Iuvenis Princeps vitijs exstitit fœdus, & turpis? Pluribus profectò, quàm quot sint ænigmatici maculæ Pardi nostri. Quippè, Qui (vt fœdiora præteream permulta) polluctasua, mediasque barbaro Cœnas, prorsusque inhumano ritu, cædibus hominum conspurcaret. Instar omnium, historia vnius Callisthenis esto; quę sit eadem satis superque nota. Quàm verò ille idem frequèns, quàmq; lubèns, Natis in vsum letitię Scyphis pugnârit, Et cum suis fuerit solitus pergræcari, prętermitto. Conticeo libidinem, & cæteras eiusdem nimias sordium maculas, Pardorum, numero superanteis; Vt earum etiam causâ, cum Regibus Illustrioribus, Et compluribus nostris Cæsaribus, non fuerit ille fortè in numerum Divûm relatus.

Ordine porrò quartum Regnum, emblematicis tibijs ferreis, Et pedibus illis demùm Statuæ luteis, ac fictilibus,

bus,exſtitit perbellè indicatum,Quod reverâ Imperium foret Romanum,à nobis iam tranſeunter ad Cęſares perductum,à quibus ſuam ſit Franco-Merovingicam Synopſim noſter Andreäs Syluius auſpicatus. Imperium appoſitè,per immanem, & peſſimam Feram, innominatamq ue Beluam Oraculo Divino expreſſum; Quòd immaneis illud, & peſſimas Feras omneis proximè fuerit imitatum,Quarum ſit, ſibi mutuò bellum inferre, Quibuſq ue ad hoc ipſum,ipſiſſima natura videätur arma cōtuliſſe. Romanum enim Imperium, ipſis ab incunabulis eiuſmodi exſtitit, in quod vnum, cęterarum beluarum ęnigmaticarum feritas omnis collecta fuerit ſimul congeſta. Vetus ſiquidem Roma ferox, & agreſtis,non modò tibijs ſuis illa, ſed & dentibus ferreis omnia protrivit, & ita proculcavit Regna;vt beluino etiam impetu,ac furore cunctas fermè Orbis parteis lacerârit,& abſorbuerit, ſuâ poſtquàm ſęvâ tyrãnide Italiam primò totam(quod ſuperius oſtenſum eſt)Imperio ſuo ſubegiſſet.Parumque illud fuiſſet,niſi etiam eädem hæc Æthnica, Gentiliſq; adhuc Roma attendens Spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum,vt aiebat Paulus 1. ad Timothęum cap. 3. Cęterorum Orbis Regnorum omnem ſuperſtitionē,& Idololatriam deteſtandam,Et ſinè impietatis ac impuritatis exemplo,vitiorum,impietatiſque maculas, & ſordes omneis in ſe vnam,quod horrendum! inſulſius contraxiſſet,futura Erroris Magiſtra,omniumque Gentium erroribus adeò infeliciter ſervitura,vt ab eâ potiſſimùm, & impietas, & omnis falſi dogmatis; atque impuritatis lues, vniverſum prodiens per Orbem miſerè propagaretur.

Quod autem eius ad insignem attinet ferocitatẽ ab[...]
spectatam in Cæsaribus nostris, Ægyptus sane nulla v[...]
quàm Israëlitico adeò populo infesta,& infesta feroci[...]
quàm non vicerit suâ ferocitate Idolorum Cultrix Ve[...]
illa iã pridẽ eversa Roma,novas, DEI VERBO incarna[...]
cottidie in Christianos ciens turbas, & suos per Cæsar[...]
efferato animo cruentissimas indicens persecutiones,[...]
nè ipsum quidẽ CHRISTI nomen superesse rabidè velle[...]
Quâ sævâ tempestate, in Gentilem illam Romam ve[...]
quoq; illud Regij Psaltæ * quadravit. *Exterminauit ea[...]*
per de Sylvâ; Et singularis ferus depastus est eam; nascentem [...]
mirum Ecclesiam Christi. Mundus capere nõ poterat[...]
tus,quànam tandẽ viâ,vel arte,metalla Superiora hęc[...]
atq; testa,pedumq; pars posset fictilis simul eversa co[...]
minui: Cùm, Eccè missus ab Arce-Patris natus Orbis C[...]
ditor,Atq; ventre Virginali caro factus prodijt,Qui,[...]
quàm lapis perparvus,Immò etiam *ab ædificantibus*,vel[...]
inutilis reprobatus, in mõtem ita magnũ excrescit,vt,& [...]
tarũ Orbem vniversum,& inferiora loca omnia, & C[...]
lorũ Cælos suo Monarchico Dominio impleret,sũm[...]
suæ præsentiùs subiiceret Majestati IESVS ille CHRISTV[...]
Cuius forti potentiæ genu curvantur omnia, Cœlestia, terrestri[...]
nutu fatentur subdita. Antiqui ille dierum est Filius.
Verum-Enimverò, Ecquis porrò in Chaldęâ prę potẽti[...]
& Nabuchodonosoris olim Regis ex propagine se origi[...]
nem, & avitam Majestatem servare hodie ausit iactita[...]
De Stemmate Regio Cyri, Ecquis in Persiâ; Quisnam [...]
Græciâ, ex Alexandri Magni prosapiâ? Quotusquisq[...]
sit ille, Qui, pro tempore, Iuli Cæsaris, Octauiani, Ti[...]
beri, aliorumve Cæsarum è Sanguine ortum par[...]
tum

* Ps. 79.

tumque Regni Ius sibi, ac purpuram Cęsariãnam hę-reditario iure asserat acceptam, vel arrogare præsumat? Idolorũ cultui damnãdo Principes isti omneis addicti, olim,* *Dormierunt Somnum suum; Et nihil invenerunt omnes illi viri divitiarũ in manibus suis.* *Vidimus impios superexaltatos, & elevatos sicut Cedros Libani; Transivimus recensitos per Cæsares, Et Eccè non sunt*, Quærimus eos, Et non invenitur locus eorum: Numerum attamen ita per vices mortaleis cellulis singulorum sic adnotavimus, vt suum hunc fructũ ex ijs consideratis, valeat quilibet capere Lector.

* Psal. 75.
* Ps. 36.

Nemo mori nescit, vivere disce, vale.

Id, Nabuchodonosoris Regis somnium præfatum; Interpretatio, prævidaq;, ac perprudens Vatis, Danielis ratio id indicare, Regesque omneis seriò commonitos voluit esse, vt saperent omnes, & intelligerẽt, ac novissima providerent. Id quod & ipsum, equidem, Epilogi eò produxerim hocce denique loco; non, Quòd Paradoxum hoc admittam, vt interciderit, penitùs, & in Chaldæâ, & Persiâ, & Gręciâ, & Orbis Capite perIllustri Româ, Dominium perierit prorsùs extinctum; Sed, Quòd feliciùs, ac sanctiùs tandem exstiterit dominandi priscus ille Gentilium, Ethnicorum, & Idololatrarum Principum modus impius, & prædurus ablatus, & vi Petræ, CHRISTIQVE Regum Regis virtute prostratus; Quem oporteret, dirutis Gentilium Aris, Idolis confractis, & eversis Fanis prophanis, vniversum per Orbem, Summo Iure prædominari, amari, adorari: Vt iuxtà illud Ioannis Oraculum sacrosanctum * *Fieret vnum Ovile, Et vnus Pastor.*

* Ioannis cap. 10.

Et suprà Pctrũ à Petra Christo derivatũ mysteriũ excitatę

primùm

ceterij Marcianensis Archi-Prior, à nostris postremis Cæsaribus hisce Valentiniano, Valente, atque Gratiâno & Theodosio fuerit exorsus; nihil opus est, pluribus Catalogum hunc nostrum Cæsarum Romanorum protrahere; neque vlteriori compendiolo, res ab eis gestas prçtereà prosequi; Cùm Andreäna Sylvij nostri Synopsis Frâco-Merovingica, Quæ nostra hæcce statim Prolegomena subsequetur, Qui, hinc desiderari possunt, posteriores Cæsares Romanos, singulos per ordinem digestos, ad Annum 4. Friderici 2, Qui Christi Servatoris fuit 1214. Sit exhibitura, Quo, nobilis inter Insulas, & Tornacum, ad Pontem Bovinensem pugna commissa est, & profligata. Hactenus autem Catalogum Cçsarum Romanorum ex instituto producendum suscepimus, Quo, Lectoris Amici, & Prolegomeνῶν nostrorum, & Synopseos, Frâco-Merovingicæ memoria, vnius Voluminis compacti, & Marcianâ manu adiuncti beneficio cōmodius posset adiuvari: Et ad plureis, plura desiderâti illi non esset & eidem Chronologos (quod incommodum foret) necessariò recurrendū. Paralipomena denique nostra, eodem à Friderico 2. id nominis Imperatore, Si non etiam à prioribus nonnullis, qui residui fuêre, Cæsares sunt suppletura, & nudâ saltim illos nomenclaturâ, singulorum seriem, eamdem ob caussam superiorem, productura. Creätus itaque,

que, à Patre Valentiniano, Cæsar, & Augustus, vti Scripsêre, *Socrates, lib.* 4. *Cap.* 24. *Et Ammiänus, lib.* 27. Summam hunc nostro Cæsarum Romanorum Catalogo manum imponat.

361. 47 Gratianvs. Qui, *Pietate, religione, armorum vsu, Corporis agilitate, permultis Cæsaribus, qui antè illum fuerunt præpollens* (inquit Anonymus noster Chronologus MS.) Cum Valentiniano Patre (*vt est Auctor Sex. Aurel. Victor*) imperavit annis 8. diëbusque 85. Cum Patruo, & Fratre tribus; Cum eodem Fratre, ac Theödosio, 4. annis: Et, Cum his omnibus, accedente Arcadio, Mensibus Sex. Is, re, ac nomine Gratiänus, probitate, ac eruditione iuxtà clarus Princeps & Sincerus Religionis Catholicæ Cultor, Exules Episcopos, Ecclesijs suis restitutos inprimis curavit, Arriänis, qui eorum in locum fuerant subrogati, expulsis; Lege etiam latâ, Quâ, de cętero liberè omnibus concederetur, quamcumque vellent, religionem sectari, Manichæis tamen, Photinianis, & Eunomianis exceptis. Siquidem, visum satis est, circumspecto Principi, vlcerosum pedetentim curare morbum, primoque hoc inter turbas initio Catholicam Fidem postliminio restituere; Et, Quæ haberentur execrabiliores, compressas statim hæreseis exterminare.

Addidit Theödoretus, Gratiänum tunc imperâsse concreditas illis Ecclesias, Qui, Damasi, Episcopi Romani Communionem re-

 ligiose,

religiosè, obseruanterque amplexaretur. Illos, nimirum, ex more significare volés re verâ Christianos, & esse verè Orthodoxos, Quibus Episcoporum Episcopus, & Romanus Pontifex maximus communicaret. Hæc Acta nonum ad mensem à BasilI magni obitu, adque Annum IESV CHRISTI CCCLXXVIII referuntur; Quo Concilium Antiochenum, (Cui Gregorius interfuit Nissenus) celebratum est vt, Qui Sanctione Pij Principis Gratiani, suas recepissent Ecclesias Episcopi Orthodoxi, paribus votis Ecclesiæ consulerent Orientali prostratę; Et, Quòd Incosutilem Christi Vestem Tunicam, id est Ecclesiam Vniuersalem laceram dividere contendisset primùm illud Ecclesiæ Antiochenæ Schisma, inter Paulinij & Meletij parteis ocyùs compositum tollere curarent.

Qui de his egerint pluribus Videãtur, *Socrates lib.* 5. *Cap.* 12. *Sozomenus lib.* 7. *Cap.* 3. *Theodoretus* verò, *hac De Re lib.* 5. (licet Historicus vetus videatur compluribus, &, Cætera vir eruditus) haud tutò recipiundus hâc tamen in parte censetur, Quod Paulino tunc temporis fuerit infensus.

Scripsit etiam, eâdem de Re, *Nissenus Epist. ad Olymp.* fide Sincerâ.

Laudat Gratianum, Cæsarem Augustum, *Augustinus, de Civitate Dei, lib.* 5. *Cap.* 25.

Qui Theodosium, annos natum 33. in publicis

blicis militaribus Comitijs Orientalem creâ-
rit Imperatoré, avidior fide Societatis, quàm
nimiæ poteſtatis, Et publicę amantior, quàm
vtilitatis privatæ.

Siquidem, revocatus tūc in Gallias, ob rebel-
lanteis iterūm Alemanos, imminenteis etiā
proximè in cladem Imperij Romani ingen-
teis copias Gotthorum, pius, idemq́ue Sa-
piens Princeps ſpectabat.

Itaque, Qui poſt res præclarè geſtas adver-
sùs Barbaros, tempore Valentiniani, Patris
Gratiani, & invidiam paſſus, & ad necem fue-
rat quæſitus, Maximo iam Diuini Numinis
beneficio ſervatus, Cæſar ſalutatur, Theodo-
ſius.

Qui, Cum Gratiano, Imperium Romanum e-
rigeret atque reſtitueret collapſum; Chri-
ſtiq́ue Vicario, D. Petri Succeſſori, Sacram
in illa Sanctâ Româ Tricoronidem firmaret
Tiaram.

Et iuxta nominis ætymon TheodosI, verè
A DEO DATVS diceretur; Qui, Genere Hiſ-
panus Caucę in Galęciâ natus, à Cęſare Traia-
no ducens Originem, vnus denique tot in-
ter Anguſtos extitiſſet repertus, Qui, nec
Generis munere, nec ambitione vllâ, purpu-
ram adipiſceretur, Sed, Cui certè ipſa ſe pur-
pura ſupplex obtuliſſet, vnus, vt hic demùm
A DEO DATVS, Theodoſius imperaret roga-
tus.

GRA-

EPILOGVS CATALOGI CÆSARVM ROMANORVM.

COlossi denique illius myſtici mentem noſtram ſubit recordatio, Quem & ingentem, & terrificum, ex Prooemij noſtri paginâ vndecimâ, Nabuchodonoſori per ſomnium à Deo exhibitum intelleximus, & præmonſtratum. Cuius cùm Rex ille ſuperbiſſimus, aureum Caput, pectus, & brachia argentea, ærea cum ventre fœmora, tibias ferreas, pedum partem alteram ferream, rurſuſque ſpectaret alteram fictilem, & totum hocce Prodigium attentius cõſideraret: Exiguus illi ecce lapis illicò, quod ſtupendũ! manibus nullis admotis, excelsâ rupe abſciſſus, & avulſus, ferreös, partimque fictileis impulſos atterit, & convellit pedes. Tumque, terribili, ſtatuâque illâ ingenti concidente, ferrum, teſta, æs, argentum, aurumque, pari caſu cum tibijs, cæteriſque Coloſſi partibus ſimul conteruntur; Et lapis iſte perparvus, ſtragem tantam poſt editam, permagnum in montem excreſcit, ac terrarum Orbem vniuerſum ſtupendâ mole ſuâ complexuu adimplet; Ità tamen, vt Sacramentum, & Regni Chriſti, omnium potẽtiſſimi Myſterium, in illâ Vrbium Vrbe Româ exponendum planè commonſtraret, Cui, cętera totius Orbis Regna, adventante ſacri plenitudine temporis, eſſent tandem aliquando ceſſura. Quippe, Quod in eâ Imperium ſuum ſacro

Z ſan-

ſanctum Rex ille Regum IESVS CHRISTVS, ORBIS SERVATOR, ſelegiſſet, *Quem* (Apoſtolo teſte*) *Oporteat regnare, donec ponat omnes Inimicos ſub pedibus ſuis.*

* 1. Cor, cap. 15.

En lapis perparvus, Eccùm Petra Chriſtus, ſublimi, per omnium eminentiam virtutum, è monte myſtico, Almâ Virgine Matre Maria, ſinè vllo carnis opere, ſola Spiritus Sancti Divinâ virtute exciſus, & Incarnatus; Petra certè, Chriſtus DOMINVS DOMINORVM, à quo Petrus, Petra dictus, *R*omamq; miſſus, Verbum, Dei Vivi Filiũ incarnatũ intrepidè annunciaret, Cuius præpotenti attritu, Superbia elideretur, & contrita Tyrannis Romana proculcaretur, Quæ baſis, & velut fundamentum cęterorum eſſet Orbis *R*egnorum; Cùm, tametſi ordine poſtremũ, potentiâ tamen, tunc quidem temporis, Imperium, Monarchijs cæteris, Romanum præſtaret: Ac proindè pedibus ipſius, Petræ huius myſticæ CHRISTI DOMINI fortioris, attritu validiore comminutis; tota dùm reliqua Imperij maſſa conſiſtere nequiret; certę Tyrannidis, & Idololatriæ damnandæ ingens hic Nabuchodonoſoris Coloſſus, cedens Regum Regi Chriſto, ad terram ſuam, vndè prodijſſet, datus corrueret totus: Coloſſus, ſuę ſolo ſuperbiæ titulo, & vano Regnorum, atque Monarchiarum externo duntaxat ſplendore adũbratus. At verò CHRISTI DOMINI *R*egno, Quod nullâ virtute, nullâ Tyrannide vnquàm poſſit convelli, Ecquis, aut ſuavior, aut ſanctior, conſtantiorque valeat conſiſtere Principatus? Vti reverâ nullus: Ita, nec vllum vmquàm excogitari queat Imperium aut deterius, aut profectò crudelius illis, *Quæ*, Quatuor propheticis præviderit oculis, Veridicus ille Vates, & mirus Regnorum interpres, Daniel,* crudelitatis

* Daniel, cap. 9.

litatis exhorrendę beluis totidem typicè repræsentata. Quarum prima, lëæna: Vrsus secunda: tertia, Pardus, essent. Præ cæteris verò, excellenter ferox, horrenda, eademque Anonyma, quæ subsequeretur cęteras feras ordine quarta.
Chaldæorum autem illud, aureo vti Capite, primùm Regnum, Monarchiam primam, naturâ superbâ & feroci adumbrabat leæna, Et verò Superbus, atque ferox exstitit Nabuchodonosor ille Babylonicus Rex, qualis Regum nullus, vt divino etiam iudicio, quo intoleranda ipsius superbia retunderetur, (vti Synopsis Andreäna, in Carolo Martello diffusiùs expositura est) in bestiā fuerit transmutandus. Pectus, & brachia argentea, Medorum præpotens, & Persarum typo suo Regnum Secundū pręmonstrârunt, perque voracissimum Vrsum expositum admisêre, Qui carnibus humanis avidè vesci exoptet. Vndè nobis ille in mentē revocandus Artaxerxes videätur, Quem Assuerum litteræ Sacræ dicant, * Qui Vrsum quemvis ferocitate exuperans, instar Anthropophagi, vnicâ die, Aman vnius, Iudaicum sanguinem insontē sitientis, ferino impulsu, innumeram edixerit stragem, & publicam Iudæörum, qui nil deliquissent, instituendam iusserit beluinam lanienam. Raucisoni ventrem æris, suis cum Successoribus Alexander Philippi Macedo expressit, Qui cito præ cęteris Regibus gressu, Nominis, & gloriæ suę famam buccinis bellicum concinentibus, vniversum fermè diffuderit per Orbem, vt ea propter, Pardus, quatuor vti volitans alis depictus, ipsius imaginem aptissimè censeatur præsetulisse. Is enim, Quàm celeri pede, velutque aligeris calcibus, ab Illyrico, & Adriä-

* Esther. cap 3.

tico Mari, ad Oceănum Indicum, Fluviumque Gangem pervolitârit, Et eò Gentium victrices copias suas militares, fulguris instar, secum infuderit, Orbem domiturus, satis omneis nôsse putem; Vti, Et, Quàm paucis idem annis Alexander Magnus, totâ cum Asiâ, Europæ quoque nostræ partem, suis victorijs, trophæis, & Imperio longè, latèque adiecerit patenti, abundè crediderim eosdem exploratum habere.

Disertâ proindè disputatione Plutarchus, Majorne in Alexandro Fortitudo, An verò eluxerit Felicitas disquirit. Nec dispari quęrit ingenio Titus Livius, Ecquid fuerint Romani, quantumlibet armorũ vsu, & Fortunâ valēteis acturi, si ab Alexandro hoc Magno, acri fuissent bello lacessiti? Fortassis certè, Fortunæ novercantis illi ludus, & pila exstitissent. At, Quot ille Iuvenis Princeps vitijs exstitit fœdus, & turpis? Pluribus profectò, quàm quot sint ænigmatici maculæ Pardi nostri. Quippè, Qui (vt fœdiora prætercam permulta) pollucta sua, mediasque barbaro Cœnas, prorsusque inhumano ritu, cædibus hominum conspurcaret. Instar omnium, historia vnius Callisthenis esto; quę sit eadem satis superque nota. Quàm verò ille idem frequèns, quàmq; lubèns, Natis in vsum letitię Scyphis pugnârit, Et cum suis fuerit solitus pergræcari, pręteṙmitto. Conticeo libidinem, & cæteras eiusdem nimias sordium maculas, Pardorum, numero superanteis; Vt earum etiam causâ, cum Regibus Illustrioribus, Et compluribus nostris Cæsaribus, non fuerit ille fortè in numerum Divûm relatus.

Ordine porrò quartum Regnum, emblematicis tibijs ferreis, Et pedibus illis demùm Statuæ luteis, ac fictilibus,

bus, exſtitit perbellè indicatum, Quod reverâ Imperium foret Romanum, à nobis iam tranſeunter ad Cęſares perductum, à quibus ſuam ſit Franco-Merovingicam Synopſim noſter Andreas Syluius auſpicatus. Imperium appoſitè, per immanem, & peſſimam Feram, innominatamque Beluam Oraculo Divino expreſſum; Quòd immaneis illud, & peſſimas Feras omneis proximè fuerit imitatum, Quarum ſit, ſibi mutuò bellum inferre, Quibuſque ad hoc ipſum, ipſiſſima natura videatur arma cõtuliſſe. Romanum enim Imperium, ipſis ab incunabulis eiuſmodi exſtitit, in quod vnum, cęterarum beluarum ęnigmaticarum feritas omnis collecta fuerit ſimul congeſta. Vetus ſiquidem Roma ferox, & agreſtis, non modò tibijs ſuis illa, ſed & dentibus ferreis omnia protrivit, & ita proculcavit Regna; vt beluino etiam impetu, ac furore cunctas fermè Orbis parteis lacerârit, & abſorbuerit, ſuâ poſtquàm ſęvâ tyrãnide Italiam primò totam (quod ſuperius oſtenſum eſt) Imperio ſuo ſubegiſſet. Parumque illud fuiſſet, niſi etiam eâdem hæc Æthnica, Gentiliſq; adhuc Roma attendens Spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum, vt aiebat Paulus 1. ad Timothęum cap. 3. Cęterorum Orbis Regnorum omnem ſuperſtitionẽ, & Idololatriam deteſtandam, Et ſine impietatis ac impuritatis exemplo, vitiorum, impietatiſque maculas, & ſordes omneis in ſe vnam, quod horrendum! inſulſius contraxiſſet, futura Erroris Magiſtra, omniumque Gentium erroribus adeò infeliciter ſervitura, vt ab eâ potiſſimùm, & impietas, & omnis falſi dogmatis; atque impuritatis lues, vniverſum prodiens per Orbem miſerè propagaretur.

Quod autem eius ad insignem attinet ferocitatẽ abundè spectatam in Cæsaribus nostris, Ægyptus sane nulla vnquàm Israëlitico adeò populo infesta, & infesta ferocivit, quàm non vicerit suâ ferocitate Idolorum Cultrix Vetus illa iã pridẽ eversa Roma, novas, DEI VERBO incarnato, cottidie in Christianos ciens turbas, & suos per Cæsares efferato animo cruentissimas indicens persecutiones, vt, nè ipsum quidẽ CHRISTI nomen superesse rabidè vellent. Quâ sævâ tempestate, in Gentilem illam Romam verè quoq; illud Regij Psaltæ* quadravit. *Exterminauit eam aper de Sylvâ; Et singularis ferus depastus est eam*; nascentem nimirum Ecclesiam Christi. Mundus capere nõ poterat totus, quànam tandẽ viâ, vel arte, metalla Superiora hęcce, atq; testa, pedumq; pars posset fictilis simul eversa comminui: Cùm, Eccè missus ab Arce-Patris natus Orbis Cõditor, Atq; ventre Virginali caro factus prodijt, Qui, tanquàm lapis perparvus, Immò etiam *ab ædificantibus*, velut *inutilis reprobatus*, in mõtem ita magnũ excrescit, vt, & terrarũ Orbem vniversum, & inferiora loca omnia, & Cælorũ Cælos suo Monarchico Dominio impleret, sũmęq; suæ præsentiùs subiiceret Majestati IESVS ille CHRISTVS, *Cuius forti potentiæ genu curvantur omnia, Cælestia, terrestria, nutu fatentur subdita*. Antiqui ille dierum est Filius.

* Ps. 79.

Verum-Enimverò, Ecquis porrò in Chaldęâ prępotẽtis, & Nabuchodonosoris olim Regis ex propagine se originem, & avitam Majestatem servare hodie ausit iactitare? De Stemmate Regio Cyri, Ecquis in Persiâ; Quisnam in Græciâ, ex Alexandri Magni prosapiâ? Quotusquisq ue sit ille, Qui, pro tempore, Iuli Cæsaris, Octauiani, Tiberi, aliorumve Cæsarum è Sanguine ortum partum-

tumque Regni Ius sibi, ac purpuram Cęsariãnam hęreditario iure asserat acceptam, vel arrogare præsumat? Idolorũ cultui damnãdo Principes isti omneis addicti, olim,* *Dormierunt Somnum suum; Et nihil invenerunt omnes illi viri divitiarũ in manibus suis.** *Vidimus impios superexaltatos, & elevatos sicut Cedros Libani; Transivimus recensitos per Cæsares, Et Eccè non sunt,* Quærimus eos, Et non invenitur locus eorum: Numerum attamen ita per vices mortaleis cellulis singulorum sic adnotavimus, vt suum hunc fructũ ex ijs consideratis, valeat quilibet capere Lector.

* Psal. 75.

* Ps. 36.

Nemo mori nescit, vivere disce, vale.

Id, Nabuchodonosoris Regis somnium præfatum; Interpretatio, prævidaq;, ac perprudens Vatis, Danielis ratio id indicare, Regesque omneis seriò commonitos voluit esse, vt saperent omnes, & intelligerẽt, ac novissima providerent. Id quod & ipsum, equidem, Epilogi eò produxerim hocce denique loco; non, Quòd Paradoxum hoc admittam, vt interciderit, penitùs, & in Chaldæâ, & Persiâ, & Gręciâ, & Orbis Capite per Illustri Româ, Dominium perierit prorsùs extinctum; Sed, Quòd feliciùs, ac sanctiùs tandem exstiterit dominandi priscus ille Gentilium, Ethnicorum, & Idololatrarum Principum modus impius, & prædurus ablatus, & vi Petræ, CHRISTIQVE Regum Regis virtute prostratus; Quem oporteret, dirutis Gentilium Aris, Idolis confractis, & eversis Fanis prophanis, vniversum per Orbem, Summo Iure prædominari, amari, adorari: Vt iuxtà illud Ioannis Oraculum sacrosanctum * *Fieret vnum Ovile, Et vnus Pastor.*

* Ioannis cap. 10.

Et suprà Pctrũ à Petra Christo derivatũ mysteriũ excitatę

primùm

primùm Ecclesiæ Tricoronidis illius Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ, Summâ fidelium omnium felicitate letanter denique spectaretur.
Divino itaque Spiritu afflatus Divus ille Petrus Apostolorum Caput, Et vniversalis in Orbe terrarum IESV CHRISTI Vicarius, petijt Romam, Quàm & Sede, & Summi Pontificatus Titulo Sacro ità illustravit, vt, Quemadmodum Creätor omnium Deus, Moysen secõstituisse Deum Pharaonis dixisset, Ità, Et Cæsarum, Divum illum Petrum. Non potuit sanè Rex ille Christus DOMINVS maius Vrbi, & Romanorum Orbi beneficium vnquàm conferre, Quàm, quùm illi eidem Divum Petrum Proto-Pastorem, Pontificemq; Summum dedit, à quo eiusdem sordes criminum eluerentur, tollerentur errores, præstigiæ, arteisque magicæ, & impia Idololatria, depulsis etiam indè Cacodæmonibus, abigerentur, Et erectâ ibi Cruce quam adorarent, Romani ad Fidem Christi perducerentur; fieretque ex impiâ, pia, ex prophanâ, sacra, exque Vrbe Satanę, Vrbs DEI VIVI Roma, Cui pereundum erat, nisi perijsset, Quùm illam Petrus hic, hęc Petra, in Sacram, & æternam eamdem denuo machinam erexit: & tranquillius tandem stabilivit illud.

CapitolI immobile Saxum.

QVidni enim Divum illum Petrum dixerim, Immobile Saxum? Primarium quidem Saxum Christus; Petra enim erat Christus.* Sed Petræ primitivum, teste Ambrosio, Derivativum effecit Petrum, quem quadratum

* 1. Corinth. cap. 10.

tum esset redditurus, Et, Immobile Saxum, Fundamenmentum Ecclesiæ suæ subindè futurum.* Quàm appositè Aruspex ille digito Iovem suum Capitolinum palàm monstrans, tùnc Imperium Romanum aiebat ruiturum; Cùm prostratum illud decideret Saxum? Per Aruspicem, quidnam vaticinaretur, nescientem, Divinus ille Spiritus, Ethnicis, immò etiam nobis tunc indicabat futurum, *Prius vt Cœlum rueret, Et fractus illaberetur Orbis*, quàm Fides Petri Summo Iove suffulta Christo: Cùm idem rogârit pro Petro, vt non deficiat Fides eius * Ecquis autem ignoret, Ecclesiam, Christi Regnum esse; Caputq; Ecclesię Christi, Romam? Quod quùm ita se habeat; Ecclesia certè Romana, non magis potest interire, quàm tota Ecclesia Christiana. Id quod; vel, Quòd subijcimus Oraculum Poëticum protestatur perbellè.

His ego, nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium sine fine dedi.

Et, Regni eius non erit finis, asserebat Archangelus.* Et, Populi, tribus, & linguæ servient ipsi, vaticinabatur Daniel * Ecce testatum abundè; Quònam Sacrum iam excreverit Imperij Romani Culmen, vt eius Pontificia Sedes vniversũ sit per Orbẽ humillimè suspiciunda, nullusq; S Petro Christi vices obeunti terminus, nulla Sancti Petri Successoribus sit meta prescribenda, cui CHRISTVS DOMINVS voluerit concreditum Imperium sine fine: Ita, vt, Qui anteà duri, & inconvertibileis erant ad Christum, Et ipsius Euangelicam Fidem acerrimè oppugnabant Cæsares nostri; iam denique conversi, eamdem cõstantissimè propugnent: Et qui furentiùs fuerant armati

* Matth. cap. 16.

* Luca cap. 22.

* Luca cap. 1.

* Daniel. cap. 7.

ad Fidem Orthodoxam expugnandam, momento temporis, veritatem in corda eorũ per Divum Petrũ, Theōlogum, immò Theōlogorum Coryphæum, instillante Spiritu Sancto; conversi sint in Orthodoxæ Fidei, Apostolicæque Sedis defensores: vt etiam sanctissimos Petri pedes, in Successoribus ipsius, Christique Beatissimis Vicarijs, aureâ Cruce signatos, ipsissimi Orbis potentissimi Reges, Augustique Cæsares Romani, vtroque posito genu summissiùs, & reverentiùs denique exosculentur.

Quid? Quòd & electos Imperatores, rerum vice mutatâ, oporteat ab Ecclesiâ Romanâ, totius Orbis Ecclesiarum Matre, in Imperio confirmationem efflagitare: Et eosdem Pontifici Summo Romano obedientiam præstare: Immò etiam possit salutem certam consequi nemo, Qui Ecclesiæ Romanæ potestatem, & Sacrum Caput idem agnoscere, ac revereri nôlit? Etenim, Si nequeat illam assequi quisquã, absque Religionis nostræ Christianæ Divinis Sacramentis: nec illa, nisi nostris à Sacerdotibus administrentur; Si Sacerdotes, non nisi ab Episcopis vngantur; Si non consecrentur, Et constituantur Episcopi, nisi à Sanctâ Sede Romanâ: Quî fieri quiverit, vt quisquam salutem assequatur æternam, Qui hanc Ecclesiæ Romanæ potentiam, & sacram Dignitatem, atque supremam à Christo Domino Sacramentorum Conditore collatam in terris Auctoritatem aspernatus, procaciter agnoscere nôlit, atq;, quâ par sit summissione Christianâ venerari? Hinc tot illis Epitheta fluxêre præclara. Hinc, Quòd in Concilijs Generalibus (quę sunt Spiritus Sancti certissimum Tribunal) ab ipsis Cæsaribus, &

Roma-

Romanis Imperatoribus, Pontifices Romani, Sáctissimi, Beatissimi epithetis condecorati: Quodque ab ijsdem Cæsaribus, Episcopi Episcoporum, Ecclesiæ Capita, Doctores, Magistri, Populi Christiani totius Pastores, Papæ, seu Patrum Patres iustis fuerint titulis nuncupati. Est enim, (vti docet mellifluus ille Doctor D. Bernardus ad Eugenium scribens) est certè Papa Romanus, Sacerdos Magnus; Pontifex Summus; Hęres Apostolorum; Instar Abelis, Primus; Generalis Gubernator, instar Noëmi; Instar Abrahami, Patriarcha; Ordine, Melchisedech; Moses, authoritate; Iudiciariâ potestate, Samuël; S. Petrus, Episcopatu; Vnctione, CHRISTVS, Qui super aspidem, & Basiliscum ambulet, & conculcet leönem, & Draconem: vt proindè, sit Pontifici Romano Papę vocabulum, admirationis plenum, pleno iure inditum; Cùm, non modò admiratio, sed & Mundi sit stupor suprema illa, sacraque Papę potestas, Cui nec meta, nec sit à mortalibus vllis terminus temerè statuendus. Cùmque CHRISTI DOMINI, vna sit Persona, Quę tamen duas habeat eadem naturas, Divinam nimirùm, & humanam; Papatus etiam Officiũ quidẽ est; Sed, quod Duas idem Potestates complectatur, Divinam nempè, ac humanã, temporariam, ac spiritualem: Regiam, & Sacerdotalem. Vndè, Quemadmodum Hęretici, Præcones Anti-Christi, nunquàm Pontificem Romanum, CHRISTI DOMINI vices in terris gerentem, convitiis, & impijs calumnijs suis ab incude Sathanicâ prodeuntibus, non rabidè proscindũt; Ità, vice versâ, Quisquis verè Catholicus est; Qui probus: Qui sapiens: Qui virtutis, & Christianę pietatis studiosus: eumdem Beatissimum Papam, Divi Petri Succes-

 sorem

ſorem ſemper veneratur, obſervat, & filiali complectitur affectu; Idemque, Sacri ſanguinis Apoſtolorum, ac Divorum Petri, & Pauli Hæredem ſanctiſſimam, vti decet, colit, & amat Epitomen Orbis ROMAM: Cuius Anagramma ſit AMOR.
Additum eſto, Quod *Roma*, *Ῥώμη*, fortè רום excelſa, Rumen, Manna, Et Veneranda, Colendaque Nutrix Mundi ſit, prę cęteris Mundi Civitatibus digna, quam omnes ament & colant, tanquàm Sacrum Orbis Chriſtiàni, venerandumque Caput; Quò, Divus ille Petrus, inſtitutâ primùm in Oriente Eccleſiâ, *E*t, Quæ ad eam pertinerent, ritè conſtitutis, appulſus, vt vitæ Chriſtianæ normam Occiduo quoque Orbi noſtro præſcriberet, primus omnium Pontifex Summus adventârit; Et poſt Chriſtum paſſum, decimo quarto anno, Qui Claudij Cæſaris (quem vidimus Caïo *C*aligulæ ſucceſſiſſe,) tertius, quartusve exſtitiſſe putatur, mœnia Romana ſubierit; Et ibidem decimo octavo Ianuarl Pontificiam erexerit Sedem; *Ita tradūt Euſebius in Chronicis, Hieron. in Catal. Et præter Martyrol. Rom. Conciones Patrum hâc de re ampliſsimam faciunt fidem.* Cathedra Petri Romæ adhuc eſt in honore, miraculis nobilitata. Ità igitur tunc temporis Romæ Sedem firmâſſe refertur Petrus, non quidem Succeſſor CHRISTI (Succeſſorē namque non habet; *C*ùm CHRISTI DOMINI Sacerdotium maneat æternum) Sed certè Vicarius. Antiquitaſque tota nemine dempto, ſic ſenſit. Firmatamq; meritò Romę Sedem decuit Pontificiam, vt, vel ità magis appareret Eccleſia Catholica, ſeu Vniverſalis, indè nempè imperans aliquando; vbi Vrbs eſſet illa Orbi Communis, &, *(vti loquitur Dio.)* Orbis Epitome:

me: Vtque Sedem ibi præcipuam haberet Evangelium (Secundum hoc, contrà Idololatriam, atque peccata, remedium præsentissimum, & generale) vbi Idolorum cultus, & Sathanæ primaria Sedes, Dominatum obtinebat.

Hanc porrò Vrbem Almam Divus Petrus decimo quarto Iunî, atque sæuissimi Tyranni Neronis vltimo anno, sanguine suo purpuratam nobilitavit.

Ne quid autem gloriç deforet Romanæ, Qui, ex Saulo Paulus, *Post annos quatuordecim ascenderat Hierosolymam videre Petrum*, * Idem quoque Romam subindè appulsus collustravit; Cùm eòdem tulit sanam Veteris & Novi Testamenti doctrinam, quam & ipse Nerone imperante pertuitus est Capite truncato.

* Ad Galat. cap. 2.

SS. proindè Apostolos Christi Petrũ & Paulum, Divus ille Leo PaPa, * vrbis Patres, & Veros Pastores iustis laudibus extollit, *Qui Romam Cœlestibus Regnis inserendam, multò melius, multoq́; felicius condidissent, quàm illi, quorum studio, prima mœnium eius fundamenta locata essent: Ex quibus, Is Qui nomen illi dedisset, Fraternâ eamdem cæde fœdâsset.* Tumq́; Illos addit esse, *Qui Romam ad hanc gloriam provexissent, vt Gens Sancta, Populus electus, Civitas Sacerdotalis, & Regia, per Sacrã Beati Petri Sedem, Caput Orbis effecta; latius præsideret Religione divinâ, quàm Dominatione terrenâ. Quamvis enim multis aucta victorijs, Ius Imperij sui, terrâ, mariq́; protulisset: Minùs tamen esset, quod illi bellicus labor subdidisset, quàm, quod pax Christiana subiecisset.*

* Serm. De Natali Apostolorum Petri & Pauli.

Disposito namq́ne Divinitus operi maximè congruebat, vt multa Regna vno confœderarentur Imperio; Et citò pervios haberet Populos prædicatio generalis; Quos vnius teneret regimen Civitatis.

Hæc autem Civitas ignorans suæ provectionis Auctorem, Cùm penè omnibus dominaretur Gentibus, omniumq; Gentium serviret erroribus, magnamque sibi videretur assumpsisse Religionem, Quia nullam respueret falsitatem, Cæsarem suum Augustum PHILIPPVM, Successorem Gordiäni, id nominis primum, Et Matrem eius, inquit Anonymus noster MS. aut certè Coniugem Severam Augustam, (vt habet Baronius) *tantò per CHRISTVM*, experta est *mirabiliùs*, à Gentilitijs *erroribus*, cum Filio Philippo, *absolutos, quantò anteà fuissent per Diabolum*, ijsdem *tenaciùs alligati*. Etenim, Christiänos licèt *Scaliger* malè neget exstitisse, *Anonymus tamen noster Chronologus MS.* PHILIPPVM, *In Cæsaribus suis*, liberè asserit Proto-Christianum. Idque, vti rectè, ita & verè. Philippus enim, tametsi, Cùm invasit Imperium, turpiter occiso Gordiäno, Christianus minimè putetur exstitisse: Id namque, nè vel leviter quidem innuit Gentilium quisquam Historicorum Scriptorum; Quod *Scaliger* observavit, Et colligi potest ex *Origenis Octauo libro Contra Celsum*, quem *Origenes* sub Philippis elaboravit: Qui tamen PHILIPPVM hunc Cęsarem primus omnium Scripserit Christiänum, *Eusebius* fuit. *Libri siquidem 6. Capitibus, 27. & 29.* Epistolam Origenis ad Philippum Imperatorem asseruit extare; vti, & alteram, ad eius Vxorem Severam, Quam Chronologus noster Matrem dixit.

Qui verò, præter Græcos Scriptores asseruerunt Christiänitatem huius Philippi primi, Latinis ex antiquiöribus, fuêre Divi Augustini æqualeis, *Vincentius, Lerinensis, & Orosius*; exindeque, *Cassiödorus, & noster Anonymus MS. ad annum Domini* 245. *tempore posterior Sigeberto Gemblacensi Chronologus*. Ex recentioribus, innumeri planè. Vincen-

tij

rij verò Lerinenſis hæc ſunt, De Origene verba. *Eiuſdem Epiſtolæ teſtimonium perhibent, Quas ad Philippum Imp. Qui primus Romanorum Principum Chriſtiänus fuit, Chriſtiäni Magiſterij auctoritate conſcripſit.* Hæc ille, *adverſus Hæreſes. Cap.* 23

Quemadmodùm ergò licet affirmare Gentilem Philippùm exſtitiſſe, quùm libidine regnandi percitus, dolo egit, vt à militibus poſceretur Imperij Gordiäni Collega, cùmque perfidioſè Imperium invaſit: Ità quoque eumdem minimè obijſſe à Fide Orthodoxâ alienum conſtanter poteſt probare quilibet, ex Actis S. Pontij Martyris. Quorum autoritate affirmativà, & teſtimonio gravi conſtet, Patrem, & Filium; Philippos ambos, eo Fidem Orthodoxam anno ſuſcepiſſe, Quo, Natalis Conditæ Vrbis Milleſimus numeratur, Qui, & Imperantis Philippi, tertius, à noſtro Chronologo; à Baronio, quartus recenſetur: Quique nati Chriſti exſtitit 249 Fabiäni Papæ 12. Quo iam Proto-Chriſtianus Imperator Philippus ędificavit in Thraciâ Philippipolim, vel potiùs, mutato nomine, Veterem inſtauravit. Extant etiam eädem hæc Acta, apud R. P. L. Surium, ad 14. Maij; Et apud alia MM. SS monimenta, Quæ longum foret recenſuiſſe.

Addamus, Quòd, & omnium ferè ſit ſententiâ receptũ, hęc ſanè ſeria, ſub Fabiäno Papâ, Romæ contigiſſe, Quę libri 6. Cap. 27. Euſebius, De Epiſcopo recitârit; Qui Philippum Imperatorem Eccleſiâ negârit priùs ingreſſurum, quàm peccata ſua, pœnitentiâ diluta expiâſſet. Sequamur itaque Anonymum noſtrum Chronologum, non autem Scaligerum huiuſce rei gravioris parùm ęquum æſtimatorem.

Nobi-

Nobilis illa subindè inclaruit Cæsarum ętas. Etenim cœperunt tùm permulti passim certo periculo Capitū suorum, & bonorum omnium, quæ perampla possiderent multa, Christianę Fidei ardentissimo zelo studere. Nobileis, Crucis ignominiam, Cæsarum purpuræ præferre; Mercatores, contemnere lucra, Fidem amplecti, Crucem adorare; Christianum, præ cæteris nobile nomen colere, ac pertueri; milites, qui ad oppugnandam, & expugnādam Christi Fidem accessissent, momento temporis, instillāte Spiritu Sancto lucē veritatis in corda ipsorū, per Verbi Dei Præcones, conversi, effici eiusdem Fidei propugnatores; Virgines & Viduæ, mortem potiùs pati diligere pro Christi amore, quàm Virginei, & casti pudoris dispendium ferre; Quas & innumeras, duplici auctas coronâ, Martyrij nimirum & Virginei pudoris', castæque honestatis Christo servatæ Cœlum excepit.
Cæsares etiam nostri, Flavium Constantinum Augustū, Cognomento Magnum, post adeptam de Tyranno Maxentio, (quem Tyberis correptum gurgite vasto devoravit) virtute Crucis, victoriam memorabilem; Pacis, & Iustitiæ Cultorem, Publicæ quietis Fundatorem, Religionis & Fidei propugnatorem exhibuêre. Quo verò is fuerit animo ergà Religionis Christianę Primarium Antistitem, munificentiâ in eum collatâ satis declaravit; Cùm Pontifici Summo Regiam ipsissimam Domum, & Palatium Faustæ inhabitandum liberaliter donavit; Cuius, ab isto, ad hæc tempora possessio sit perpetuò continuāta. Testatam quoque Fidem eiusdem Cæsaris in Pontificem summum effecit, Quæ extat Epistola Constantini ad Episcopos, adversùs Schismaticorum Donatistarum per-

pervicaciam, In hæc verba. *Meum Iudicium postulant*, Supple Donatistæ, *Qui ipse Iudicium* Christi *expecto*, *Dico enim (vt se veritas habet) Sacerdotum Iudicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens iudicet: nihil enim licet his aliud sentire, nisi quod CHRISTI magisterio sint edocti*

Idemque se planè Christiánnm probavit, Cùm Caussam Cæciliãni Episcopi Carthaginensis, quem apud se videret accusatum à Schismaticis Donatistis, ad Melchiädem Summum Pontificem, ad quem illa pertineret, delatam imperavit; Et pervicaciam Donatistarum ad se appellantium indignè ferens, in hæc verba scripsit ad Episcopos, ad quos illos remisisset, *O rabida furoris audacia! sicut in Caussis Gentium fieri solet; appellationem interposuerunt.*

Mirè etiam eluxit ingens animus, & vigilantissimum Theödosi Cæsaris nostri postremi studiũ in custodiẽdâ Ecclesiasticâ dignitate, atque Pontificiâ authoritate adversùs Hæreticos sui ævi, Qui Damasum Papam, quanto potuit maximo studio firmavit in Throno; Vt Patres quoque Sextæ Synodi aïant, Damasum, & Theödosium, per Secundam Synodum Constantinopolitanam Macedonio obstitisse: Sicut Syluester & Constantinus, congregato Concilio Nicęno, Arrio obstiterunt.

Et, Cùm constet Nicænam Synodum à Syluestro indictam, à Constantino fuisse promotam: æquè dicendum est, hanc quoque Synodum Constantinopolitanam auctoritate Damasi Papæ indictam, auxilio Theodosij Pij Principis fuisse congregatam, vt Gregorius Episcopus Constantinopoli stabiliretur; Et fides Concilij Nicæni confirmaretur hâc Synodo Oecumenicâ, ad quam convenêre centum & quinquaginta Episcopi litteris Theö-

 dosI

dosI convocati; In queis fuêre Cyrillus Hierosolymitanus, Gregorius Nissenus, alijque nominis præclari. Id testatur disertis verbis Codex pervetustus Bibliothecæ Vaticanę. Tunc, invasor Sedis Constantinopolitanæ Maximus est destitutus, & ab eo gesta rescissa sunt; Deindè Patrum omnium calculo communi probata fuit electio Gregorij Nazianzeni ab Imperatore, & Populo ibidem facta, Mense IunI (*vt Auctores sunt Socrates, & Sozomenus.*) Totus in eo prætereà versatus est eâ tempestate Pius Theödosius, vt Convocatâ Synodo Constant: istâ, dirimerentur in Ecclesiâ, ob diversas Hęreseis, discordię vbique concitatæ.

Quâ de re videri possit Gregorius Nazianzenus scribẽs, ad Posthumianum PP. & ad Saturninum Consulem, eos adhortans, vt Episcopos adigant ad Pacem. Epist. 71. & 72. Theödoretus, lib. 5. Cap. 18. Peregregias Imperatoris TheodosI virtutes, eiusdem Sanctæ Coniugi Flaccillę Augustę fert acceptas, Quæ maximè Christianâ enituerit humilitate, atque tantâ Charitate, vt ipsamet ęgris inserviret; Et, quæ servi, atque Ancillæ solent obire, ministeria sordida; miro affectu exequeretur. Hæc eadem Augusta, (Cuius Imaginem, Pia Dux Duwacensis Rictrudis Cognomento NOBILIS, Sancti Ducis ADALBALDI Coniux Sanctissima, proximè retulit) *Arrianos, & Idololatras est execrata, tenacissima Fidei Consubstantialis, Nisseno teste:* Qui Summam huic Epilogo Catalogi Cęsarum Romanorum manum apponat, Quo, insigniora tantùm ex varijs Autoribus, & nobilioribus suorum temporum Scriptoribus, nostroq; Anonymo Chronologo MS. delibavimus huc vsque contracta.

Duo

Duo ſunt porrò quę moneam Amicum Lectorem. Priùs; Quod Anonymus noſter MS. In Damaſo ſuo, Acta, & Conſtitutiones referens, Pontificis, videatur legiſſe, & ſecutus, Eam, Quæ fertur nomine Damaſi, Inſtitutam Seriem Vitarum Pontificum Romanorum; Quæ tamen alterius potiùs, quàm opus ipſius fuiſſe putatur; In Quo plurimarum poſt ab eo rerum geſtarum narrationem, fuerit Appendix fortaſſis quędam adiecta; Quam ſecutus dixerit Anonymus noſter MS. * Damaſi pręcepto inſtitutum, vt die, noctuque per omnes Eccleſias decâtarentur Pſalmi; Quod equidem nequaquàm putârim recipiundum: Sed, fuerit fortè à Damaſo Papâ forma quædam potiùs pſallendi præſcripta. Certum enim eſt alioqui diurnam, & nocturnam cantu pſalmodiam ab ipſo exordio naſcentis Eccleſię ſtatim viguiſſe. Admiſerim & idem facilè, Pſalterium Septuaginta Interpretum, à Divis Hieronymo, & Damaſo fuiſſe traditum noſtris Occidentalibus concinendum.

Folio 161 ad annum Domini 371.

Damaſum quoque accepiſſe Hieroſolymorum ex Eccleſiâ, Sancti Hieronymi operâ, vt Eccleſia Romana concineret ALLELVIA tradit S. Papa Gregorius. Sed, id ita eſt accipiundum, non ſanè, vt illud cani cœptum ſit à ſolo D. Damaſi Pont. Max. tempore; Sed, vt etiam extra tempus Paſchale cantaretur.

Sanctus enim Pater, & Magiſter Auguſtinus, In Pſal. 106. perantiquum huius Vocis ALLELVIA vſum Romæ docet, Quùm ait, Antiquâ traditione ALLELVIA cantari ſolitum ab Eccleſiâ, Orbe toto diffusâ. Poſſumus autem ex Verbis S. Gregorij Papę Epiſtolâ 63. intelligere, Romanam à Hieroſolymitanâ, Eccleſiam, mutuatū admiſiſſe

misisse vsum peculiarem quemdã vocis ALLELVIA, qui habuerit cõsuetudines diversas; vt népè statis solùm diebus illud solenniter decantari moris esset: Quadragesimali verò tempore, ab eo decantando, (*vti docet S. Augustinus*) cessaretur.

Scripta etiam Divi Hieronymi nomine ad Damasum Epistola, vt psalmis omnibus affigatur Alleluia, habetur apocrypha. Sozomenus quoque sectâ novatiänus, aberrat à vero, Dùm, non nisi semel in anno solitum cantari Alleluia in Ecclesiâ Romanâ scribit. Hæresiarcha namque Vigilãtius, institutionis istius exstitit author; quam, & Hierosolymis statutam sit introducere conatus, *Divo Hieronymo assertore, adversùs Vigilantium, seu potius Dormitãtium*; Cuius etiam temporibus, fuerit vocis huius ita frequens vsus in Ecclesiâ, vt, vel in Defunctorum funere solleret Alleluia cantari: Et ipsissimi infantuli, in primum eius sonum extrà Eccclesiam, soluere linguam edocerentur: Et Monachi, Symbolo vocis ALLELVIA, convocari ad Synaxim cõsueuissent. *Ita tradit Divus Hieronymus, Epistolis 17. & 27.*

Posteriùs denique quod Benivolum à me lectorem oporteat commonitum, esto; Quod Calcographi plantago, multa sit patientia Scriptoris: *Qui cum recipit lucubrationes suas continuis elaboratas vigilijs mendosè ità excusas, vt errorum scatebræ videantur, finè animo astat. Vsu id mihi evenit, Cùm Cæsarum hunc Romanorum* Catalogum *tot mendis, adeoq; ineptis erroribus inspersum intuitus sum, vt etiam in eius contextu, modò partem aliquam deesse, superare modò aliam observarem; Ità quidem ferendum patienter censui, quod in omnes promiscuè Scriptores cadere molestiæ genus commune soleret; vt tamen vlterioris impatiens moræ, eas saltim, hoc magis*

(*vt*

(vt visum est) congruo loco, quæ maioris essent momenti mendas, ineptioraque errata, sic ocyùs sublata, & correctiùs quæque suis reposita locis curârim. Subverebar namque, nè, si neglecta, atque inemendata longiùs excurrissent, (quas ipse pudenter intuerer) frequentiores mendæ: nauseabundum statim principio Lectorem haberent, quas sanè permultis cudissem vigilijs lucubratiunculas, & iussus elaborâssem. Quæ verò supersunt haud parvo numero cætera leviùs errata, & quæ veniâ sint digniora, Lectoris Amici vices nostras humaniùs supplentis oculatiore industriâ emendãda, periodos, & earum parteis dispungendas, commatisq; ac virgulis suis correctiùs distinguendas supplex relinquo. Quæ sint igitur præcipua errata, hocce pagellarum suarum, & versuum. seu linearum numero certo planiùs distributa, sicq; reposita subsequenter sunto; Vt primùm, pagina duodecima versu, seu lineâ vigesimâ tibi sit correctiùs legendum deinceps, pro, totius muro comprehensus. Ambitus eius totus muro comprehensus. *pagina* 14. *versu* 14. Centum altitudine, latitudine centum *&c. pagina* 29. *versu & verbo vltimo*, distributus, *pagina* 32. *versu* 16. studiorum.q; *p.* 36. *versu quarto*, cõstitutum *pagina* 37. *versu secundo* pro CHRISTO mortem, *&c. pagina* 38. *vltimo versu* truncatur. *p.* 48. *v.* 4. Docæus Cœnobita Sancti-Dionysianus *p.* 51. *versu* 25. DN. Parentium *p.* 54. *vltimi versus verbo primo.* Coccæus *pagina* 59. *versusque sexti primo verbo.* sculpi. *pagina* 67. *versu* 11. Italum *pagina* 65 *versu quinto* compertâ *versuque sequẽti* Faganum & Duntanum. *Versu* 19. *eiusdem pagellæ* Sitam. *pag.* 71. *versu.* 9. quo. *pag.* 76. *versu nono, legito.* Macrinus & Diadumenus. *Pagina* 78. *versusque* 7. *vltimo verbo, legito deinceps.* Cisoniense, *non autem Cistercienfe: eiusdem versu vigesimo lege*, Insulensi *pag.* 72. *versu primo lege*, Sextam persecutionem in Christianos, *&c. pag.* 88. *versu.* 25. plenis

pag.92.versu quarto. Cum Cæsareâ *eiusdem versu* 14. artibus *paginæ* 99. *versu & verbo vltimo.* Is. *paginæ cētesimæ versu quarto.* fuit. *paginæ* 110. *versu*, 26. Clodovæo 2. *paginæ* 115. *versu nono, elisâ coniunctione*, Et, *incipe legere*, Galerius Maximianus &c. *paginæ* 121 *versu* 13. quâdam. *pag.* 128. *lecturus versum secundum, incipito.* Cæsaribus Constantino &c. *pag.* 132. *versu* 27. Mors Divi Antoni referenda est in annum Christi, 358. Ex Athanasio in eius Vitâ. *pag.* 133. *septimo versu, seu linea*, cæterasque. *pag.* 139. *versu* 9. assertumque Sanctum &c. *p.* 150. *v.* 8. excrementa. *p.* 170. *v.* 4. *lege.* Valens voluerit premoneri: Neque &c. *p.* 173. *versu* 3. huic nostro &c. *pag.* 174. *versu* 14. *elidito mendosè additam* Tunicam, *Et legito textu continuo;* CHRISTI vestem, id est Ecclesiam &c. *versu* 17 Paulini. *Paginæ denique* 175. *versu secundo lege*, fidæ societatis. *Et, quod exciderat mendum paginæ* 33. *ver.* 13. *tertio verbo* legendum est PICTRVDIS, Tolosana, *non autem* Tolosona.

Iam igitur, Lector Amice! ita habes castigatam Cacographiam, & diligenter hâc in calce Catalogi nostri emaculatam; mendis vtablatis, lacunis accuratè repletis, & tenebris eius depulsis, quæ vel tibi obscuritatem offudissent, vel impuritate suâ legenti nauseam attulissent, certum me operæpretium fecisse puâtrim.

Absit enim vt neglectam vlteriùs vnquam fuerim subausus, probo Lectori, & perito Philistori parum sanè prudenter obtrudere inemendatam. Quod equidem si tulissem imprudens, perindè fuisset, ac si mendosis in locis, certamque cuique nauseam parituris erratis, scriptioneque hianti fructum posuissem, vndè idem ipse iustam pro merito reprehensionem expectare studuissem; atque

atque certæ apud posteros imprudentiæ, crassiorisque, ac supinæ imperitiæ notam pudenter relictam experiri. At verò iam verset loca, verbaque limatius expurgata; Et eadem, qui volet, reverset. Securus nunc videor, & certùs, Quod, sive Amicus, sive forsitan, (qui nunquam defuit Scriptoribus) ęmulus fuerit ille Lector, & Zoilus; me in istis nequaquàm sit reprehensurus, si bene suam is impenderit operam æquitati: per quam, obsecro! humiliùs liceat, ac modestiùs paullùm dixisse, tum de me, tum etiam hisce de nostris lucubratiunculis; quod de se. *D. ille Pater Augustinus* scripserit *Libri primi De Trinitate, Capitibus 2. & 3. Nec pigebit me, sicubi hæsito, quærere: nec pudebit, sicubi, erro, discere. Proindè, quisquis hæc legit, vbi pariter certus est, pergat mecum: vbi pariter hæsitat, quærat mecum: vbi errorem suum cognoscit, redeat ad me: vbi meum, revocet me*, mihique poscenti Christianè ignoscat. Id enim candidè perfecisse; *Alterum est* (iuxtà mentem bene monentis *Apostoli* * *alterius onera portâsse; Et sic adimpléße Legem CHRISTI.*

* Ad Galat. cap. 6.

Quem tollā, superesse memini scrupulum. Caius Iulius Cæsar, eiusque Nepos Octavianus *Cæsar* Augustus, superiore folio Catalogi Cęsarum Romanorum 32. & 33. me habent Sponsorem, & Debitorem præterea sibi iam sistunt certi Capitis, De variâ Anni ratione, atque diversas apud nationes eiusdem Epochâ variatâ, hoc demùm consignato loco, certæ velut Coronidis accessione subiungendi. *P*enès me illud est concinnatum; Ità vt ex eo clariùs perspectum sit, Quod Anni vera supputatio, & ratio certa, seculis prioribus valdè ambigua fuerit, & ignorata: adeòque, vt persępè Scriptores Chronicorum, ad

digla-

digladiandum potiùs, quàm ad iustam historiarum scriptionem compositi videantur. Idque fortassis, quòd primis seculis, Annus modo planè vario & incerto fuerit computatus. Mensibus enim quatuor apud Ægyptios terminari solebat: Apud Arcadas, tribus. Alij, sex numerabant: Antè Numam Pompilium Regem, decimestrem annum habebant Romani; eumdemque diebus 364. quibus initium Martius consignaret, completum volebant: Neque minùs variabant numerum dierum, qui varios tot annos præthereà singuli suo pro modulo complebant. Varietatis tantæ hæc fortè fuerit causa, (vt mihi quidem videtur) Quòd illi tempus vniversum in annos, Et ijdem partirentur in menses, & dies, annos: Quod & variè factitarent nationes variâ ferè omneis, parumque accuratâ, & ratione haud satis certâ. Motus enim Solis & Lunæ priora illa secula multum inter se discrepanteis, certo Mensium & dierum numero comprehendere necdum valebant; vti; nec satis exploratum habere, quibusnam Luna diebus à Sole digrederetur, vndè Mensis saltim Lunaris initium certum assequeretur. Varia (vt paucis absolvam) & turbata ratio mansit Anni, donec Iulius Cæsar, eiusdemque subinde Nepos Octavianus Cæsar Augustus, (quoad eius commodè fieri potuit) convenientem & fixum anni statum concinnarét, ad dies 365. horasque sex, seu quadrantem diei scientiùs Annum reducenteis intercalatione dierum complurium & horarum, convenientiore.

Qua quidem in re primùm C. Iulius Cęsar Ægyptios est imitatus, (civilem annum Solis cursui conformans, qui sit 365. dierum, & quadrantis vnius. Statuit ergò C. I. Cæsar

Cæsar, post convenientem dierum intercalationem, vt redundantem ob quadrantem, dies vnus deinceps quarto quoque anno intercalaretur Februario Mense; idque sexto Calendas Martias: vndè nomen manavit Bissexti, propterea quòd isto die intercalandum, seu dicendum esset bis Sexto Calendas Martij: à nonnullisque Februarius, exindè Mensis. Intercalaris est dictus; Et est facta Correctio hæc Anni à I. Cæsare tertiùm Consule, Cùm: pro diei vnius quadrante, qui videretur annum verum completurus, instituit Cęsar, vt curriculo quadriennij exacto, dies vnus post terminalia intercalaretur. Primus igitur annus Iulianus is exstitit, qui Cæsaris Consulatus, qui proximè sequeretur hanc emendationem, fuit quartus, vti clarè docet *Censorinus*, Observat *Scaliger lib. 2. cap. De Periodo Calippi Atticâ*. Solarem annum istum à Veteribus quidem etiam inventum, & peritioribus cognitum fuisse, sed quo adhuc vteretur nemo. Caïus verò Iulius Cæsar, anni correctionem, & formam ita demùm publicatam imperavit; vt eius scientiam, Veteribus: Iulio Cæsari vsum debeamus.

Cur autem correxerit annum C. Iul. Cęs. Octavianus Augustus, ratio hæc esto. Posteaquàm in Hispaniâ vicisset C. Iulius Cæsar, & annum correxisset, Conditi Orbis anno (vt videtur) 3560. Vrbis conditæ 708. Octavianus Augustus, anno Mundi 397. qui ab Actiäca victoriâ exstitit 22. paulò antè Nativitatem Christi, rursus correxit annum Iuliänum, propterea quòd Pontificum errore nescio quonam duodecim fuissent intercalata Bissexta; quum tamen à Iuli Cæsaris correctione novem duntaxat intercalari debuissent. Iussit itaque Octavianus Au-

gustus annos duodecim transigendos absque intercalatione. Irrepsit novus nihilominus Sacerdotum, (vt fertur) error, quo factum, vt minutijs temporum haud rectè observatis, recta quoque ratio deprehendendi diem Mensis, & Feriam per Dominicalem litteram illorum temporum, obscuraretur: presertimque in illâ celebri disceptatione, de Tempore, Deque die Mensis, & Feriâ Christi, sive nascentis, sive patientis. Christum namque Dominum intrà duodecim illos annos, quos Cęsar Augustus iusserat transigi sinè intercalatione, natum constat. Itaque, si erratum sic est iterum à Sacerdotibus, Theòlogi poterunt faciliùs indè tricas illas de Feriâ, & Dominicali litterâ expedire, seu potiùs negligere. De hoc errore secundo quicquid esse possit: Cùm alia, tùm & tabellæ Mathematicæ Alphonsinæ, Prutenicæ, similesque pretereà variæ, Ferias illas concepti, natique Servatoris Christi satis incertas reddunt, quòd inter se longè dissentiant, sive etiam, quòd sępiùs aberrent. Lege etiam, (si lubet) aliam anni correctionem, vel à Numâ Pōpilio, vel à Tarquinio factam, apud *Censorinum*. Quandò nimirùm annus, Menses duodecim, seu dies 355 accepit. A Pompilianâ, Iulianâ, & Augustanâ, ad Gregorianam anni reformationem gradum facerem; nisi aliò me stylus Regius abductum revocaret. Et, vt, quod res est loquar: Scopulos prætervehere: Si quæ huc spectent, singula pergerem attingere. Ecquid igitur denique? Certè, *Cùm frustrà fiat per plura, quod per pauciora æquè commodè fieri possit*: Qui hac de re disertè, atque ex instituto diffusiùs scripserint, Viros suadeo consulendos perdoctos; *Macrobium, primo Saturnal. cap.* 8. *Censorinum*, *De die Natali cap.* 8.

Ha-

Flavi: Iosephum lib. 1. antiq.Iudäic. Cap. 4. Pandorum Monachum Ægyptium, qui floruit sub Honorio. Solinum, Venerabilem Bedam, De ratione temporum; Christoforum Clavium, In Apologiá novi Calendarij Romani. Cæsa. Baronium. Reverendosque Patres. Iacobum Gordonum Lesmoreum Societatis Iesu Doctorem *Theologum, Tomi prioris Chronologici Cap. 9. Et Ioánnem Azorium, Partis secundæ, lib. 1. Institutionum moralium Capite quinto, quæstionibus 1. 2. 3. & quarta, quas, De Die Paschatis, Æquinoctio verno, Et, Cur facta sit auctoritate Gregorij 13. Correctio Kalendarij decem diebus exemptis ex anno 1582. non autem singulis, ex singulis annis, aut Mensibus detractis, diligenter legisse iuvabit.* Nos interim, ad institutum redeamus; Et à *Cæsari*bus nostris *R*omanis, ad Persarum Monarchicam originem, & seriem visundam denique pergamus.

DE POTENTI, ET ANTIQVO PERSARVM REGNO.

QVÆNAM, quamve potens, & antiqua *P*ersarum Regni sit nobilitas, tum sacra, tum & prophana historia clarè docet. *Ctesias Græcus Medicus, nobilisque Scriptor historicus, vt author est Agathias lib. 2. de bello Gotthorum* perlectis historijs rerum Babylonicarum, numerum annorum ab initio Regni Babylonici, ad hunc modum in ordinem digessit.

A Nino vsquè ad initium Regni Medorum, qui primùm ab Assyrijs defecerunt, sunt anni mille trecenti sexagin-

ta; huncque ſequuntur ordinem, qui poſteà ſcripsêre. *Diodorus Siculus libro* 3. Similiter (inquit) & cæteri Reges ad Sardanapalum vſque triginta regnum tenuerunt; Cuius tempore, Aſſyriorum imperium, quod mille trecentos ſexaginta duraverat annos, ad Medos tranſijt. *Herodotus* aliquid intermittit intereà dum ad Medos collapſum Aſſyriorum Regnum, pervenit. Sed hos equidem annos *Cteſiæ*, non à temporibus Nini, ſed à Nembroth, cum *Carione* facilè putârim intelligendos.

Agathias ſcribit Medos, poſteaquàm ab Aſſyrijs defeciſſent, regnâſſe vſque ad Cyrum, trecentos circiter annos: Idemque tradit potentiſſimum Perſarum Regnum vſque ad Alexandrum annos 238. durâſſe. Alexander verò Magnus, eiuſque poſteri, Babylonem tenuêre ad ea vſque tempora, quibus inciperet excreſcere potentia Parthorum: annoſque circiter trecentos conſtituit *Agathias*: id eſt, ab Alexandro Macedone, ad tempora Auguſti. Regnârunt poſteà in Oriente Parthi, vſque ad tempora Cæſaris Alexandri Severi: Tumque, vltimum Regem Parthorum Artaxerxes Perſa legitur transfodiſſe: Ac ita redijt Orientale Regnum ad Perſas, qui deindè; vſque ad Mahometis tempora, potentiâ claruerunt.

Incidiſſe verò videtur tranſlatio huius Imperij Parthici, ab Arſacidis ad Perſas, in Annum nati Chriſti 214. quo Artaxerxes, (quem nonnulli Xerxem vocant) tertio prælio victor, vir alioqui obſcuro natus loco, regnavit; Parthico nomine in Perſarum commutato; & in Artabano Magno, Arſacidarum Dynaſtiâ tandem extinctâ.

Admitto quidem Aſſyriorum Monarchiam, Perſicâ fuiſſe tempore priorem, & Imperij amplitudine atque diuturnitate

turnitate ſpectabiliorem, vti cœpimus, delibare. Vt enim cenſeatur Aſia, dimidium Orbis; Et pluſquam dimidiam *Aſiæ* partem Aſſyrij occupârint: ſuis ijdem omnium primi citò legibus Mundi partem quartam tenuêre ſubiectam. Aſſyriorum proindè gloria & fama, vniverſum per Orbem terrarum ita pervagavit; vt *P*opulis quibuſdam, terrori; præſidio quibuſdam; omnibus admirationi eſſent: cùm adhuc rudiores exiſterent ad reſiſtendum Genteis. Ad Sardanapalum vſque, ſupra mille trecentos bipartitum: ab Arbace vſque ad Cyrum trecentos quinquaginta durâſſe annos obſervo. Quodque ſingulare, illique fuerit eximium; in vnâ ſtirpe Imperium habuit continuatum: ita vt à Nino ad Sardanapalum, demortui Filius ſemper exſtiterit *R*egni ſucceſſor. Splendor haud exiguus illi acceſſit ex ædificatis Tetrapoli Ninive, quæ poſt Cataclyſmum prima Vrbium quibuſdam putatur excitata; & Babylone, à Nimbroth primùm conditâ: adaucta & perfectâ, à Semyramide *De quibus Videantur Geneſis* 10. *Diodorus*, 3. *Viterbius, Oroſius, Divus Aurelius Auguſtinus, De Civitate Dei.*

At verò, quin fuerit & permagna Monarchię *P*erſicę gloria, inficiari ſanę mẽtis poteſt nemo. Maximis illa victorijs exſtitit inſignis. *P*arthicum nomen, vti iam vidimus in ſuum transfudit: totam & illa ferè Aſiam magno Imperio ſuo ſubiecit: Europam noſtrã trophæis ſuis longè promotis, cladibus graviſſimis afflixit; quarum nonnullas in Cæſaribus noſtris etiam ſpectaverimus. *Sa*pientes, & iuſtos illa Monarchia habuit, qui Eccleſiam Dei ſuo patrocinio plurimum adiuverint tutatum. Terrarum partem florentiſſimam, *vt auctor eſt Zonaras*, Mo-

narchica Persica est complexa. Syrorum namque, Cilicum, Arabum, Ægyptiorum, & Iudęörum Regna Imperio Persarum obsistere nequivêre: at manus certè dare, illiq; colla submittere, nequicquam facto virium suarum & animorum experimento coacta fuêre. Australem præterea plagam & Septentrionalem, insulasque complureis Monarchica Persarum potentia sibi subegit, instructâ Virorum fortium copiâ, & divitijs amplissimis, quas ex devictorum à se Populorũ manubijs permultis coacervâsset. Cyrus, (*vti tradunt, Plinius Naturalis historiæ l.* 33. *Athenæus lib.* 12. *Budæus. De Asse.* 4.) Asiâ devictâ, 34. millia pondo auri reportavit, vt taceam aurea permulta vasa, reliquumque indè asportatum aurum quod esset elaboratum. Detulit & eâdem in prędâ, argenti quingenta millia pondo, Semyramidisque craterem, cuius esset pondus Ægyptiorum quindecim talentorum, id est, librarum mille ducentarum. Cùmque Orbis censeatur totius regiones bonorum omnium feracissimas Persicum Imperium sub se habuisse; Quis non perfacilè intelligat illud ipsum, citrà vllum negotium opes ingenteis congessisse: vt Persarum potentiam præpotentem, & perantiquam, Vates ille Daniel arieti ænigmatico etiam proindè appositè voluerit comparatam.

Qui verò Persarum Imperium Monarchicum rebus pręclarè gestis illustrârint, celebriores Principes exstitêre, Cyrus, Cambyses, Darius, Artaxerxes Mnemon, & Artaxerxes longimanus. Cyrus nominatissimus Princeps, Asiâ, ab Indis Ægyptum vsque potitus est. Adiecit Persis Ægyptum Cambyses: Darius & Artaxerxes Mnemõ, Bactriänos, Caspios, Indiæque populos quosdam subiecêre:

cēre: Habuit pacatum, & Florētiſſimum Imperium Perſicum Artaxerxes Longimanus pacis, & quietis laudabiliter ſtudioſus.

Verùm (quod iam ſæpius monuimus, vti ſunt rerum variæ vices,) Monarchia Perſarum hæc potentiſſima, permagnâ vti gloriâ, pace belloq́ue floruit; ita graveis profectò calamitates eſt etiam experta. Conditor enim illius Cyrus, infeliciter denique contra Maſſagetas pugnās eſt occiſus, eiuſdemq́ue numeroſiſſimus exercitus ad internecionem miſerè deletus.

Duxit Cambyſes adverſus Æthïopes & Arabes militares copias ſuas ingentes; ſed maximâ ſuorum clade ſuperatus, ad ſua tuenda feſtinantiùs eſt retrocedere compulſus. Expeditionem ſumſit contrà Scythas Rex Darius: at è ſuis octoginta millibus deſideratis, in Perſiam ſuam trepidè eſt refugere coäctus. Gręcos exindè maioribus copijs in campis Marathonijs ſat notis idem adoritur; in eoq́ue conflictu cæſa ducenta Perſarum millia rurſus amiſit.

Xerxes infelicior, copias innumeras cùm in Græciam traduxiſſet, duobus prælijs infeliciter geſtis, in pacatum cum perpaucis revertit. Poſtremùm Rex ſubſecutus Darius tertio prælio cum Alexandro congreſſus, profligatis, & qùinquies decieſq́ue centenis millibus amiſſis, à Beſſo denique Bactrianorum ſtrenuiſſimo Præfecto trucidatus, vitam cùm Perſicâ Monarchiâ perdidit: Et ita Perſarum omni gaza, tot laboribus, bellorumq́ue periculis, ex multis nationibus quæſita; varijſque à Regibus contracta, & anxiè collecta, vni demum Alexandro Macedoni prodigo, & profuſo ceſsit adoleſcenti, & Perſica

tùm

tùm gloria concidit; Cum *A*lexander Macedo tribus præfatis memorabilibus prælijs victor, Imperiū sibi Persarum fortunatiùs adiunxit.

Hanc itaque laudem Alexander Macedo cæteris victoribus præripuit, quod fulguri similis coruscanti, hincq; indè discurrenti, celeri victoriarum suarum cursu, cum Persis, populos præterea innumeros subegerit, sibique dicto esse obedientes bello coëgerit; qui eius arma priùs sensissent, quàm famam audîssent; priùsque devictos se cognovissent, quàm ad defensionem parandam consultare potuissent: *inquiunt Orosius lib.* 3. *& Appianus, In Procæmio historiæ Rom.* Tam enim magnum Imperium, per duodecim tantùm annos, & Menses septem acquisitum: intrà tam exigui temporis spatium, tanta multitudo hominum, quam secum ille duceret, armis instructa; in summa rerū omniū tranquillitate, satis habuisset, tot regiones, & regna peragrare potuisse; vndè tantam quoq; prædā illa congessit; vt ad solas manubias Persarū exportandas, decies mille mulorum iugis, & quinquies mille camelis fuerit opus: Cum ille Macedo Magnus, paucis anteà Nationibus cognitum nomen Macedonicum, in omneis Orbis parteis transmisit perIllustre.

Sed, ô fallacem, & stupendam mortalium, rerumque humanarū Sortem! Felicitas illa Macedonis eximia, & singularis, haud profectò diu durauit. Etenim, cùm perpaucis, aut fortè nulli gradū imitabilem Principatus *A*lexandri magni attigisset: mirè brevi multos in Dominatus divulsus, & varias in parteis est distractus. Quod enim duodecennali spatio fortiter simul ac feliciter fuerat partum *M*acedonicum Imperium; quatuordecim annorum

norum prępropero & festinanti decursu, exstitit Imperium citò Alexandrinum amplissimum quadripartitum; Cùm Seleucus, Syriæ: Ægypti, Ptolemęus: Antigonus, Asiæ minoris: Macedonię atque Græciæ, Cassander, Reges effecti fuêre. Quę quidē liceat fusiùs enarrata legere *apud Zonaram, Annal. tom.* 1. *Orosium lib.* 3. *Appianum, In Prooemio.* F*unccium, In Chronicis. Liuius porrò, Decadis* 5 *lib.* 4. *Halicarn. lib.* 1. Crudelia bella scripsêrunt exorta, & inter hosce gesta Reges ob Monarchicum Dominiū, quod quisq; cupidiùs ambiret. Macedonū res parvę concordiâ citò excreverant in immensum: at eædē, discordiâ citiùs ita miserè sunt dilapsę; vt eorum omnis potentia continuis dissidijs & bellis atrocioribus attrita, potentioribus tandem Romanorum sic cesserit armis, vt, qui, & Persis, & populis cęteris Orientalibus, nominis sui terrorem maximum incussissent, sibique pro nutu parendi legem imposuissent; Occiduis ijdem denique prædę, atque ludibrio essent.

Iam videndę nobis rursùs occurrunt rerum Persicarum vices. Gens itaque Persica, vti robusta est, & bellicosa; Ita vario temporis, bellorumq́ue successu, & Regum exinde maioribus animis, industriâ, & arte militari, res Persica florenter exstitit demùm restituta. Verum quidem est, Persas, Traiano Imp. Cùm is Arabici, & Parthici cognomen est adeptus, anno Christi 108. in deditionem, vel fœdus acceptos: vti, Et anno 236. Artaxerxem Persarum Regem potentissimum, cum exercitu ingenti (in quo numerarentur elephanti turriti, suis cum sagittarijs, septingenti, mille currus falcati, equitum cataphractariorum centum viginti millia) barbaricâ inso-

D d lentiâ

lentiâ contemnentem litteras pacis, & Romanum invadentem Imperium, ab Alexandro Imperatore *Rom.* felicissimè superatum: Tumq; *P*ersas primùm apud *R*omanos visos esse servos, Cùm Romam rediens à bello confecto, 7. Calendas Octobris, de Artaxerxe devicto triũphũ nobilissimum egit Alexander. Sed mox fuisse *P*ersas redemtos, & repetitos, quòd indignè ferrent *R*eges Persarũ alicubi suorum quempiã servire, *Lampridius scribit*, *Ex Actis Senatus, Et Annalibus antiquioribus*. Imò etiam Anno DOMINI IESV CHRISTI,* Bellũ novum exoritur Persicũ. Sapor enim, id nominis primus, cupiens illatam vlcisci cladem superiorem ab Alexandro Imperatore, novas, easq; ingentes colligit copias; eoq; furore, ac impetu Romanũ Imperiũ invadit, vt in Syriam vsque populabundus perveniat, ipsamque *A*ntiochiam subactam occupet. Quare Gordiãnus Imp. virũ nactus fidum, cuius optimo cõsilio inter tantos Persici belli redintegrati motus adiuvetur; Misitheum doctissimùm, & eloquentiæ causâ, dignũ patelâ suâ, *P*ręfectũ *P*rętorio statim facit: moxq; permagno cum exercitu, aperto Iano gemino, quod indicti belli signũ foret, contra *S*aporem id nominis primum *P*ersarũ Regem profectus, evicit, vt *P*ersæ, qui etiã in Italiâ timebantur, frequẽtibus prælijs superati, ad sua remeare cogerentur. Fuit hoc ipso anno, eò vsq; gravis terræmotus, vt etiam *C*ivitates cùm Populis, terræ hiatu deperirent; *vt autor est Capitolinus*. Anno Domini 262. Idem Persarũ Rex Sapor, Valerianũ Seniorem Imperatorẽ *R*om. captũ, in *P*ersidẽ abduxit: *E*t ob insignem ignominiã, quamdiu supervixit Valerianus *A*ugustus, incurvato eius collo, suppedanei loco, vsus est Rex Sapor, ad equum conscendendum.

*243.

dú. Quo de miserrimo Imperatore Valeriano, Constantinus Magnus Imp. *In Oratione Ad Sanctorum Cœtum* Cap. 24. ita infit. *Quin tu Valeriane! eamdem crudelitatem, quam Decius, in DEI famulos ostendens, iustum sanctumq; DEI iudicium, quasi ante oculos omnium statuisti, dum captiuus prehensus eras, & vinctus ducebaris, purpurâ, & reliquo apparatu Regio indutus, tandem à Sapore Rege Persarum iussus excoriari, Saleque conditus, sempiternum tuï infortunij Trophæum, antè omnium oculos statuisti.*

Assertio autem de baptismo Saporis huius Senioris Persarum Regis bellicosi, & Filiæ, nonnullorumque, cum Parente & Filiâ, Magnatum Persarum baptizatorum, à plerisque hodie scriptoribus argutioribus reijcitur. Primùm enim; Si Sapores ille Senior, cum Filiâ, & alijs tunc fuissent baptizati, Cùm Cyriacus Diaconus, cum Largo & Smaragdo, à Diocletiano Imperatore Romano est amissus in Persidem, vt Filiam huius Saporis à Cacodæmone liberaret obsessam; & qui successit Rex Persarum, id nominis secundus, Sapores, Senioris præfati Nepos, qui sub Constantino Magno regnare cœpit, Christianus etiam exstitisset: Id sanè silentio nequaquam prætermisisset adeò memorabile, idem Cõstantinus Magnus, quùm Iuniori Sapori Persarum Regi, per litteras, Christianos qui agerent in Perside, studiosissimè commendavit.

Accedat ad hæc, Quod, & ab hoc iuniore Persarum Rege diram adversùs Christianos persecutionem excitatam fuisse affirmârint. *Sozomenus & Theodoretus; hic libri 1. cap. 24. Ille 2. cap. 8.* Mendosa igitur posśint esse; *Acta illa Marcelli apud R. P. Laurentium Surium, ad* 16.

 Ia-

Ianuarl producta, & emendanda, vt quidem Viris & bene doctis Scriptoribus recentioribus nonnullis quoque videtur.

Porrò verò, à CHRISTI DOMINI natalibus anno 325. quo Magnam Synodnm Nicænam fuisse celebratam, perfectam, & absolutam (quidquid aliqui, etiam ex veteribus, re parum expensâ, aliter scripserint) constat *ex Actis 2. Concilij Calcedonensis, Eusebio, lib. 3. Vitæ Const. Mag. c. 14. & Socratis, li. 1. c. 9.* Terminatis quæ ad Arium, eiusque hæresim spectare viderentur, & Quæstione illâ, (Cuius etiam causâ Concilium hoc Oecumenicum coactum superiùs diximus) *De tempore Paschatis celebrandi* pertractatâ, nec sinè labote ad finem feliciter perductâ; Constantinus Magnus, imò Maximus iure dicendus Imperator, Vicennalia Imperij sui magnificè celebravit: Secundo genitum Filium suum Constantium Cæsarem creavit: Cunctos Episcopos Regio convivio liberaliter excepit; muneribus auctos, eosdemque de concordiâ servandâ peramanter, pièque commonitos, ad propria dimisit.

Hùc etiam tunc quidem quod spectare putem inprimis, memoriâ dignum contigit; Quod in eo Cœtu 318. SS. Patrum, inter quos pręstantissimos, ceu fulgentissimum Sydus, apparuisset ille Nicolaus, Mirę in Lyciâ Episcopus, innumeris, in vitâ, & post mortem miraculis clarus; Constantinus idem Magnus, pro pietate effossos oculos à Maximino dextros Episcoporum, qui pro Ecclesiâ Dei vivi aduersùs Arianam hæresim strenuè depugnâssent, perpiè fuerit exosculatus, persuasum eo se habens osculo pio, certam à Deo benedictionem exhausturum.

Hoc quoque præcipuè anno, quo Vincennalia festa hæc solennia

solennia orbe toto Romano celebrabantur, accidisse videtur; vt ex diversis provincijs extra Imperium quoque Romanum positis, complureis ad Constantinum Magnum cum muneribus Legati mitterentur: inter cæteros verò, non defuit à Persarum Rege Sapore 2. missus: Quē pius, & Christianissimus Imperator, vti & cęteros, ab Indis, & Æthiopibus missos, amplissimis muneribus donatos humanissimè remisit; Et cum Iuniore hoc Sapore Persarum Rege fœdus, ac societatem inijt, litterisque perhumaniter rescriptis, multitudinem Christianorum in eius Regno agentem gratulatus est; quos & illi diligenter, ac mirè solicitè commendavit. Meminit harum litterarum *Sozomenus lib. 2. c. 14. Easdem ad verbum recitat Eusebius 4. De Vita Const. cap. 7. 8. 9.*

Mortuo denique Constantino Magno, quod vivo non fuerat ausus vmquam tentare Sapores Persa, Romanum Imperium insolenter invasit: & Mesopotamiâ cædibus, rapinis, & incendio vastatâ, Nisibin, Vrbem optimè munitam audentiùs obsedit. Sed res planè mira! Eccè statim culices, & cyniphes immissi, equos ita pungunt, & elephantes exagitant, vt cum ipsis exercitum quoque totū miraculo disiectū abire, obsidionemq; solvere compellant. Beneficium hocce divinum, precibus assiduis Iacobi Episcopi, eximiæ sanctitatis Viri acceptum constāter refertur, ad annum Christi 338. Interfuit & hic Iacobus Nisibenus Antistes miraculis clarus, & Scriptor illustris, Magno Concilio Nicæno anno 325.

Divus Hieronymus, in Chronicis, notat diram in Christianos à Sapore hoc Persarum Rege, instigantibus Magis, excitatam persecutionem, Constantij Augusti septi-

mo anno, qui Christi exstitit nati 343. Accusatus est à Iudæis, & Magis apud Saporem, Seleuciæ, atque Ctesiphōtis in Perside Archiepiscopus Simeon, quod Romano Imperatori, cum quo gereretur tunc bellum esset amicus, & res Persicas, omniaque proderet arcana. Quapropter irâ commotus Rex, primò tributis immodicis affligit Christianos; Vsthazanem Eunuchum, senem & educatorem suum, quòd ab adoratione Solis resipuisset: interfecit, vti & alios qui detinebantur in carcere, centum, quorum alij, Episcopi; alij Ecclesiastici ordinis varij essent, Crucibus, crudelique neci, passionis Christi ipsô die salutari addixit, *vt auctor est Sozom. lib. 2. cap. 8. Id etiam habet Martyrologium Romanum.*

Hoc ipso anno, subversa est terræmotu Neocæsarea in Ponto, exceptâ solâ Ecclesiâ Cathedrali, Et Episcopo cum cæteris qui ibidem essent: Neocæsariensis hæc Ecclesiâ, in quâ Divus ille Gregorius Neocæsariensis Episcopus, cognomento Thaumaturgus erat sepultus, prærogativam hanc divinitùs obtinuit, meritis præfati Ecclesiæ Præsidis; vt cæteris ædificijs frequenti terræmotu solo adęquatis, ipsa semper incolumis remaneret. *Videatur Epistola 66. S. Basilij ad Neocæsarienses.*

Anno Dominicæ Incarnationis 344. IulI Pontif. Max. 8. Constantij & Const. Impp. 8. Consulibus Leontio & Sallustio, qui secundus persecutionis Persicę recensetur; Regis Persarum Saporis Iunioris Edicto, morti sunt addicti, quotquot in Perside se Christianos confiterentur; è quibus innumeri ferè securi fuêre percussi; quorum è numero exstitit etiam Regi Sapori longè charissimus

simus Azades Eunuchus.

Attamen dolore subinde tanto est Rex affectus, ob *Azadis* sui cędem, vt communem & promiscuam Christianorum cędem sedandam iusserit, solosque Christianæ Legis Doctores præceperit trucidandos. Fuit autem eorum numerus tantus, vt sedecim millia morte affectorum recenseantur: Cæterorum verò, quorum non habetur notitia, numerus extitit ingens. *Extant tamen Acta nonnullorum apud Metaphrasten, ad vigesimum FebruarI diē: Martij decimum nonum; octavum Aprilis; secundum & tertiū Nouembris.* Cùmque ad Ioviani Augusti tempora productū fuerit bellum inter *R*omanos & *P*ersas, constat vltrà biēnium protractam fuisse *P*ersicam Christianorum *P*ersarum sęuissimam persecutionem, qui, tametsi natione existerent *P*er sæ; tamen, ob Christianam quam illi profiterentur religionem, transfugę, proditoresque patrię à Sapore Rege *P*ersarum omneis promiscuè habebantur. *Videantur, qui diræ huius persecutionis meminerint, Cyrillus, Catechesi* 10: *Augustinus, De Civitate Dei lib.* 18. *Cap.* 52. *Sozomenus lib.* 2. *cap.* 10. Extat quoque Canon, qui Concilij Nicęni dicatur esse; Quo, Ecclesiam *P*ersidis, Antiochenæ fuisse subiectam, edocemur. *Eutropius porrò libro decimo, Diversa, (inquit;) Constantii fortuna fuit; A Persis enim multa & gravia perpessus est, sæpè captis Oppidis, obsessis Vrbibus, cæsis exercitibus: nullumque ei, adversus Saporem Regem Persarum, prosperum bellum fuit: nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam, ferociâ militum amisit, qui pugnam seditiosè, & stolidè, contra belli rationem, die iam præcipiti poposcerunt.*

Bellum hoc Persicum per annos plureis gestum est, pluribus pugnis malè pugnatis à Constantio

Im-

Imperatore, quarum *Orosius* enumerat novem: hæcque tot adversa putatur perpessus, quòd is ad bella procederet, Episcopis Arianis, Eusebioque præsertim impietate noto Emisseno comitatus. Amantio & Albino Consulibus, ad annum Christi 345. video Imperatoris Constantij rescriptum Nisibi, ad Nemesianum Vrbis *Præfectū*, *L. 5. De exact. Cod. Theodos.* quod sit argumentum evidens, Constantium Augustum cum suâ expeditione adversus Persarum Regem Saporem, Antiochiâ profectum, ad fines Persarum, Nisibi, cum exercitu Romano consedisse. Ammianus lib. 25. tradit Saporem id nominis secundum Persarum Regem, adversus Constantium Imperatorem semper prosperè pugnâsse: Et superatum denique à Persis Constantium, eumdemque in turpem fugam cum paucis actum, frusto panis præcariò à quâdam anu agresti porrecto, languidè victitâsse. Quis non demiretur adeò disparem Constantini Parentis, & Constantij Filij conditionem in bellis gerendis? Ille siquidem fidei Catholicę armis roboratus, Episcopis Catholicis, & sanctitate claris, comitatus, Labaro sacro, seu Sanctæ Crucis prævio semper vexillo, de barbaris numquàm nō triumphavit rediens victor: At verò miser hic Constantius, novem prælijs, (quæ superiùs Orosio memoravimus auctore) adversùs Persas, & Saporem, parum prosperè decertans, numquam nisi victus, & cum ignominiâ maximâ reversùs est; Arianos Episcopos, maximè autem Eusebium illum Emissenum impietate suâ notum, secum semper ducens.

At in barbaro Sapore, Christiānorum sævo persecutore, illud satis memorabile eluxit; Quod Virgines ille Christianas,

Christianas, Deoque sacras, in aliquot præsidijs Romanorum expugnatis,& à se captis,intactas,religionem servare, solitoque ritu Deo permiserit servire.

Idem, Christíne Fidem amplexus fuerit in extremâ ætate,parum habeo compertum. Quod verò ad hanc rem quodam modo pertinere quibusdam videatur: accidit post hæc, vt Sapores Legatos poscendæ pacis ad Iulianum mitteret Imperatorem:Quos Chalcedone nactus Iulianus, quòd Christianam religionem,& fidem profiterentur, contrà ius Gentium, ignominiâ primùm affectos,neci exindè traditos iussit: eo nimirum prętextu, quòd ad Sacrificium invitati,tantam impietatem magnis illi animis renuissent: vndé in Legatos Regis, tanquam Numinum Persicę Gentis;Solis,Lunæ & Ignis contemtores,quasi pius Legum Persicarum Vindex 15. Calendas Iulias Iulianus imperauit animadverti:Quâ eâdem die, memoria SS. Martyrum Persarum Manuëlis, Sabelis; & Ismaëlis, vt in Iuliano nostro superiùs disseruimus, in Ecclesiâ, tam apud Græcos, quàm Latinos,quo decet honore, ac ritu Christiano celebratur.

Vidimus,in Cęsaribus nostris, Iulianum hunc eumdem transfugæ cuiusdam consilium secutum, incensis navibus,quibus commeatus subveheretur, interiora Persidis penetrâsse,exercitum in magnam rerum necessariarum egestatem coniecisse: ac demùm à tergo, & à fronte invadente Rege Sapore,fortique eiusdem exercitu Persico, infelicem Iulianum,equestri hastâ costas transfixum,in castra relatum,mediâ nocte miserrimam vitam deseruisse.Auctorem lethalem vulneris, Christianis omnibus spectavimus salutarem,

Intelleximus Divino Numine vlciſcente, interitum Iuliani Cæſaris 6. Cal. Iuli contigiſſe, cùm is ageret annū 31. ætatis, Imperij ſecundum. Ex hoc verò inſulsè tentato, & malè geſto tunc Perſico bello, anno Chriſti 263. Romanorum exercitu à Sapore Rege profligato, in tantum diſcrimen adductum eſt Imperium Romanum; vt illud etiam Ethnici, noſtrique Scriptores deploraverint *Nazianzenus, Hieronymus, Chryſoſtomus, & Auguſtinus.* Res enim Imperij Romani exindè retrò fluëre cœperunt. Ioviäno ſiquidem Cæſare, Suza, Niſibis, Imperij Romani firmiſſimum propugnaculum adverſùs Perſas, Singara in Meſopotamiâ, ſinè incolis tamen, Et quinque regiones Tranſtigritanæ cum Caſtellis quindecim, & Caſtra Maurorum, munimentū perquàm opportunum in iura Perſarum tranſiêre, *vt Auctor eſt Ammianus lib.* 25. Quibus ex duris ſanè, atque indignis conditionibus cum Sapore Perſâ præpotenti pactis, & acceptis, quòd eas à Romanis extrema neceſſitas extorſiſſet, permagnum odiū, & maximè Ethnicorum Ioviano Cęſari Auguſto concitatum, & conflatum eſſe referunt Suidas & Nicephorus lib. 10. cap. vlt. Ita vt etiam ſannis paſſim Iovianus irriſus, ſcommatis ob cladem exercitus inediâ conſumti; & maximam illam Civitatum & Provinciarum factam iacturam proſcinderetur.

Quę quidem omnia, Romanorum potentiâ prorſùs indigna, non Iuliäno Cæſari, quem ex inſtituto laudandum ſuſcepiſſet Ethnicus Scriptor Ammiänus, ſed Ioviano Imperatori ſemper adſcribit. Additque inter cæteras icti cum Sapore fœderis conditiones indigniores, in ſe recepiſſe Imperatorem Iovianum, nè denique Ma-

iori

iori Armeniæ Regi Arſaci, poſcenti auxilium contrà Perſas ferret; licèt fidiſſimus Arſaces ſemper Romanis exſtitiſſet. Sed, quemadmodum fabulatur Iuliani Encomiaſtes Ammianus. Cùm tradit iniquā fuiſſe Ioviani electionem; & eumdem inſtituentem ad Perſicum bellū profectionem, deſeruiſſe vallum, inſpectione extorum perſuaſum, quem tamen Chriſtianæ legis ſtudioſiorem exſtitiſſe Principem fateatur. Ita & hâc in re profectò, erroris, & calumniæ certiſſimè arguitur. Quinimmò, Qui etiam temporis illius ſtatum accuratiùs perpenderunt *Ruffinus, Chryſoſtomus, Oratione contrà Gentileis, Et Gregorius ſecunda In Iulianum Oratione*: Divinam tunc ſtatim affuiſſe clementiam Ioviano cenſuêre, qui divino planè impellente Numine Imperium calamitoſum ſuſcepiſſet adminiſtrandum.

Cum enim aſperrimis in locis, deſertiſque, & iiſdem hoſtilibus vndique clauſi, Cęſar, & exercitus Romanus à Perſarum Rege tenerentur, nec vlla evadendi facultas ſuppeteret; omni humanitate Sapores Romanam emendans temeritatem, conditiones pacis contra omnem Romanorum ſpem ſponte per ſuos obtulit Oratores, idemque barbarus hoſtis Perſa, exercitui Romano inediâ, belloque conſumpto, cibos, & cætera neceſſaria, in mercimonijs præſentavit.

Ad annum quoque Domini 381. Damaſi Papæ 15. Impp. Gratiani 15. Valentiniani 6. Theodosii 3. Oroſius ſubdit lib. 7. Cap 34. Perſas, Qui Iuliano Interfecto, alijſq; Imperatoribus ſæpè victis; & Valente demum in fugam acto, recentiſsimæ victoriæ ſatietate, cruda inſultatione, nutarent; vltrò ad Theodoſium Legatos miſiſſe; pacem popoſciſſe; Ictumque tunc fœdus eſſe, quo vniverſus Oriens vſ-

Ee2 *que*

que ad nunc (ait Orosius) tranquillissimè fruitur. Pacatus, In Panegyrico, addit eosdem amplissima ad Theodosium munera detulisse Imperatorem.

Eluxit hoc eodem tempore Theodosl Imp. studium ergà Ecclesias, Regibus & Principibus imitandum; Cùm pius planè Imperator hic, eiusmodi privilegium Clericis indulsit, Quod videre liceat *lib. 26. De Episco. & Clericis C. THEOD.*

Vniversos, quos constiterit Custodes Ecclesiarum esse, vel Sanctorū locorum, ac religiosis obsequijs deseruire, nullius attentationis molestias sustinere decernimus. Quis enim eos, capite censos patiatur esse devinctos, quos necessariò intelligit suprà memorato officio mancipatos?

Anno Christi 369. vt author est Ammianus lib. 27. *A*rsaces, Rex Armeniȩ Maioris, idemque Christiãnus, dolo pacis, & convivij, à Sapore Persarum Rege captus, dirissima pati cogitur. Effossis namque primùm oculis, catenis argenteis vinctus (quod apud eos honoratis, suppliciorum vanum æstimabatur solatium esse) ad Castellum, *A*bagana dictum, exterminatus est: Ibique pænali cecidit ferro discruciatus. Migrat tandem ex hâc luce Sapores Persarū *R*ex, anno Domini 380. Cùm *R*egnū suum *P*ersicū ad annos septuaginta propagâsset, vt author est Agathias li. 4. histor. Succeditque in ius & Regnum Fratris Artaxerxes, vt vult Gordonus, ad annum Christi 380. Reliquam *P*ersarum Regum seriem, in hisce paucis rebus gestis à prioribus eorum *R*egibus, intextam, sic habeto deprompt am *ex Vincentij Bellovacensis secundâ parte Speculi histor.* vt nudam Regum noméclaturam, annorumq;, quibus singuli regnârint, rationem, mihi quidem nunc

satis

ſatis ſit ex eo produxiſſe, ab hiſce nati Chriſti temporibus, à quibus *Andreas noſter Sylvius ſuâ ſynopſim* ſit exorſus.

SERIES REGVM PERSARVM.

SIDIGERDIS, laudatiſſimi nominis Princeps (*vt auctor eſt Vincentius Bellovacenſis. 2. par. Speculi hiſtor.*) Imperio potitus eſt Perſico annis totis 34. poſteaquâm Sapores ſenior, duodetriginta: Sapores Iunior, eius nepos, ſeptuaginta, Artaxerxes, paucioribus, regnâſſent annis:

Sidigerdis Filius Gauraxanes, annis duodequadraginta Perſarum tenuit regnum! Quo vitâ & imperio defuncto, Cluädes Imperator ſalutatur: Quem, exactis in Imperij munere 62. annis, Kabades ſubſecutus, Succeſſorē, ſedecim poſt annis, in Catalogum Perſarum Regū admiſit Coſdroäm, annis 37. regnaturum. Vixit ille tandem: Hormiſdaq; Rex nominatur, & Regni ſui anno decimo ſeptimo à Patricidâ Coſdröe enecatur: qui 38. annis à nefandâ Parentis cæde, Imperio Perſico præeſt. Non tulit impunè Patris cædem impius Coſdroäs, & ipſe à Filio cæſus.

Is fuit Syroïs; Qui Coſroë Parente interempto, vnico anno Regnum nece Patris arreptum infeliciter adminiſtravit.

Hormiſda, huius nominis ſecundus illi ſubrogatur: qui & vno duntaxat anno regnat. Saraceni Perſico hactenus præpotenti paruerant imperio:

At verò, è vivis pariter, & tanto vt eſt Hormiſda regno ereptus; vice verſâ, commutatiſque animis, hoſtilia in Perſas arma Saraceni convertunt, & acie iuſtâ fuſos Perſas, ſuum ſub dominium redigunt, vigeſimo HeraclI anno, iuxtà Chronologos antiquiores (inquit Vincētius

hic noster *Bellovacensis*) Ab eâ itaque tempestate, Imperium Persicum, Regni Saracenici titulum tulit.

Hæc in annum à Christo nato 631. incidisse videntur. Vetustissimus namque Codex Marcianensis Ecclesię, manu exaratus, sic habet. *Anno Domini DCXXXI. Anno Eraclij Imperatoris XIX. Dagobertus, Adalbaldi Ducis Ostrebanni Regij Avunculus, Filius Clotharri Regis, regnat in Francia, annis XVII.*

Saracenorum porrò Ammiras Muhammad (*vti tradit Vincent.*) rebus humanis vbi excessit; Ebubeher statim principatum eius consequitur, ei triennio præfuturus: Quo exacto, duodennio Princeps futurus Haumar est substitutus. Huius ventri ensem vltorem Persa quidam, adorare se velle mentitus, capulo tenus abditum infixit, & ita cæsi Regnum decennale invasit. Hic quoque morte violentâ; è vivis, & regno subripitur. Et in locum eius Muhamas succedens, ex Amireö, efficitur Ammiras, annisque 15. regni clavum tenet. Quo vitâ functo, Gyzich eius filius Imperium triennio moderatur.

Summa indè imperij ad Mahuän, id est Habdalan, seu Hadimelech devoluta, penès eum annis 22. perstitit; atque indè, septennio exstitit penès Vlid. Post Vlid, administrationem capessit Zulennen; illudque imperiū triennio moderatur; vti & biennio Humar, posteaquàm fatis Zulennen excessisset, & Regno.

Secundo autem imperij anno, cum Humar vivendi finem fecisset, rerum potitur Gizid. Hunc Iudæus quidam pseudovates, & sortilegus dementat, & mendaciter pollicetur, annos quadraginta totos, in Imperio florenti transmissurum, si contractis, & deturbatis Christi, Sanctorum-

ctorumque imaginibus sacris, earumdem cultum, & piũ vsum, in suo longè, latèque patenti Dominio penitùs sublatum imperaret: Quod Rex Gizid, spe falsâ diutiùs regnandi pellectus, impio quùm Edicto sanxisset imperãdum, & agendum, vitam, elusus à malefico, & mago Iudæo, cum miserrimâ morte commutavit, triennio, duntaxat, postquàm Imperij summa penès eum esse cœpisset exacto. Horrenda sint hæc exempla lapsus, & necis tãtorum Regum frequentioris, quæ meritò ad timorẽ Dei, Reges & Principes debeant incitare; nè quid in Divos temerè audeant moliri, neu, consilijs humanis, aut prudentiâ suâ solâ, res magnas, & arduas putent tutò, solidèque administrari.

Extincto Gizid Iconoclastà, Elvelid, Saracenorum Rex creatur, in quos annorum viginti imperium habet: Eique mortuo, Gizid, & Murahan, successores acclamantur; quorum hic sexennio; vnico ille anno Regnum moderatur. Confoditur Murahan; Regnoque occisi præficitur Muhamad, qui annis imperaturus sit quinque: post quem, Habdallas annis 19. Mady 9. duobus Moyses: Aaron eius Frater 21. annis quinque Muhamad in possessionem Regni devenêre Muhamad porrò, exeunte iã quinto imperij sui anno, Cùm Habdallâ pugnam acerrimam conferens, vincitur; fusisque permultis copijs suis, vt videt se milite nudatum, Fratrem Habdallam victorẽ, vel inuitus, Regni consortem admittit; Regnumque Saracenorum hoc denique prælio cruento lacerum sic est discissum, vt exindè, historiographia eius, post annos 616. finem desumat Anno Domini DCCC.XXI. Hactenus ergò *Vincentius Bellovacensis*, rem Persicam differuerit paucis.

Id

Id tãtùm modò; Quod hoc Capite De Regno, & Regibus Persarũ, pagellæ 205. *versusque sexti verbo quinto, legendum sit deinceps,* peragravit; *decimo vero:* Imperium bipertitum ab Arbace vſque ad Cyrum, &c. *vigesimo nono,* tutatam.

DE Britannorum Regno: Deq; Rege Bruto, iuxta communẽ opinionem, fuerã hoc loco, Capita tria ſubiecturus: Sed, eccè beneficio Reverendi admodùm in Christo Patris, ac Domini D. FRANCISCI DORESMIEVX, Inclytæ, & pera tiquæ Abbatiæ Montis Sancti Eligij Antiſtitis longè meritiſſimi, Manuſcripta, haud ita pridẽ accepi Chronica Britanniæ, in libros partiales vndecim diſtributa; Robertoque Claudïoceſtrię Duci, ab auctore Anonymo dicata; Quæ in hęc verba incipiant: *Quum multa mecum, & de multis, sæpiùs animo revolvens, in historiam Regum Britanniæ inciderem; nimirum contuli, quod infrà mentionẽ, quàm de ijs, Gildas & Beda, luculento tractatu fecerant; nihil de Regibus, qui antè incarnationem Christi inhabitaverant: nihil etiam de Arturo, cæterisque compluribus, qui post incarnationem successerunt, reperißem; Cùm & gesta eorum, digna æternitatis laude constarent, & à multis populis, quasi inscripta, iocundè, & memoriter prædicentur: Talia mihi, & de talibus multociens cogitanti obtulit Walterus Oxinæ Fordensis Archidiaconus, Vir in oratoriâ arte, atque in exoticis & peregrinis historijs eruditus, quendam britannici sermonis librum vetustissimum, qui à Bruto primo Rege Brutonum, vsque ad Caduáladrum, Filium Caduallonis, actus omnium continuè, & ex ordine, perpulchris orationibus proponebat. Rogatu itaque illius ductus &c.* Itaq; mutavi mentem; Chronica hæcce lucubratiunculis ſuis digna, ſubceſivis temporibus illuſtraturus. Stat enim hæc ſententiá menti; vt quantum deinceps vitę mihi Dei opt. max. beneficio dabitur;

bitur; quantumque à curâ monasticâ, & procurando cultu divino concedetur otioli, id omne, vt subsecundarium, & quasi post necessarias operas, intermissarium tempus, amicis reservatum, absque fructu perire nullo patiar modò; sed ad numeros, & omne genus monimentorum sacrorum accomodem, & ad colligendas, & elucubrandas huiusmodi memoriarum delectatiunculas honestiores conferam; vt litteræ, vtque meæ vigiliæ, iuventuti vtilitatis; Reipub. fructus suavis; nomini benedictino, atque Marciänensi, religiosæ laudis; immò verò, (quæ summa votorum meorum omniū sit) Divino Numini, Divisque omnibus, maioris gloriæ aliquid afferre possint. Has tamen inter moras, liceat transeunter, cum Ioviano Pontano, Et alijs In descriptione Scotiæ dixisse. Scotia, Britanniæ pars altera, per Taum fluviū secta in Australem, quæ fertilior est, & Boreälem, hodie Regni titulum abs olim quæsitum retinet: Quod tametsi, nec multis, nec admodùm amplis victorijs clarum; diutiùs, tamen quàm vllum aliud in Europâ nostrâ durasse; atque adhuc incolume perstare videmus. Etenim, ex incorrupta serie annorum, centum & quinquaginta Reges; à primo Fergusio Rege, ad Iacobum quintum, recensentur anni quibus regnârunt, mille septingenti. Sed de his, *ex compluribus Scriptoribus clasßicis*, pluribus; cùm de Angli-saxonibus, qui Britanniam occupârint, & de se nominârint, autore Polyd. Vergil. libro 3. agemus. Nunc igitur, ad Vandalos, qui Marcianensi, & Hamaticensi, benedictinis Monasterijs Illustrissimis & antiquissimis gravem calamitatem attulerint, transeamus.

mo anno,qui Christi exstitit nati 343. Accusatus est à Iudæis,& Magis apud Saporem,Seleuciæ,atque Ctesiphōtis in Perside Archiepiscopus Simeon, quod Romano Imperatori, cum quo gereretur tunc bellum esset amicus,& res Persicas,omniaque proderet arcana.Quapropter irâ commotus Rex,primò tributis immodicis affligit Christianos; Vsthazanem Eunuchum, senem & educatorem suum, quòd ab adoratione Solis resipuisset: interfecit,vti & alios qui detinebantur in carcere, centum, quorum alij, Episcopi; alij Ecclesiastici ordinis varij essent,Crucibus,crudelique neci,passionis Christi ipso die salutari addixit,*vt auctor est Sozom. lib.2.cap.8. Id etiam habet Martyrologium Romanum.*

Hoc ipso anno, subversa est terræmotu Neocæsarea in Ponto,exceptâ solâ Ecclesiâ Cathedrali, Et Episcopo cum cæteris qui ibidem essent:Neocæsariensis hæc Ecclesiâ,in quâ Divus ille Gregorius Neocæsariensis Episcopus, cognomento Thaumaturgus erat sepultus, prærogativam hanc divinitùs obtinuit, meritis præfati Ecclesiæ Præsidis; vt cæteris ædificijs frequenti terræmotu solo adęquatis, ipsa semper incolumis remaneret. *Videatur Epistola 66. S. Basilij ad Neocæsarienses.*

Anno Dominicæ Incarnationis 344. IulI Pontif Max. 8. Constantij & Const. Impp. 8. Consulibus Leontio & Sallustio, qui secundus persecutionis Persicę recensetur; Regis Persarum Saporis Iunioris Edicto,morti sunt addicti, quotquot in Perside se Christianos confiterentur; è quibus innumeri ferè securi fuêre percussi; quorum è numero exstitit etiam Regi Sapori longè charissimus

simus Azades Eunuchus.

At tamen dolore subinde tanto est Rex affectus, ob *Azadis* sui cędem, vt communem & promiscuam Christianorum cędem sedandam iusserit, solosque Christianæ Legis Doctores præceperit trucidandos. Fuit autem eorum numerus tantus, vt sedecim millia morte affectorum recenseantur: Cæterorum verò, quorum non habetur notitia, numerus exstitit ingens. *Extant tamen Acta nonnullorum apud Metaphrasten, ad vigesimum FebruarI diẽ: Martij decimum nonum; octavum Aprilis; secundum & tertiũ Nouembris*. Cùmque ad Ioviani Augusti tempora productũ fuerit bellum inter Romanos & Persas, constat vltrà biennium protractam fuisse Persicam Christianorum Persarum sęuissimam persecutionem, qui, tametsi natione existerent *Persæ*; tamen, ob Christianam quam illi profiterentur religionem, transfugę, proditoresque patrię à Sapore Rege Persarum omneis promiscuè habebantur. *Videantur, qui diræ huius persecutionis meminerint, Cyrillus, Catechesi* 10. *Augustinus, De Civitate Dei lib.* 18. *Cap.* 52. *Sozomenus lib.* 2. *cap.* 10. Extat quoque Canon, qui Concilij Nicęni dicatur esse; Quo, Ecclesiam Persidis, Antiochenæ fuisse subiectam, edocemur. *Eutropius porrò libro decimo, Diversa, (inquit;) Constantii fortuna fuit; A Persis enim multa & gravia perpessus est, sæpè captis Oppidis, obsessis Vrbibus, cæsis exercitibus: nullumque ei, adversus Saporem Regem Persarum, prosperum bellum fuit: nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam, ferociâ militum amisit, qui pugnam seditiosè, & stolidè, contra belli rationem, die iam præcipiti poposcerunt.*

Bellum hoc Persicum per annos plureis gestum est, pluribus pugnis male pugnatis à Constantio Im-

Imperatore, quarum *Orosius* enumerat novem: hæcque tot adversa putatur perpessus, quòd is ad bella procederet, Episcopis Arianis, Eusebioque præsertim impietate noto *Emisseno* comitatus. Amantio & Albino Consulibus, ad annum Christi 345. video Imperatoris Constantij rescriptum Nisibi, ad Nemesianum Vrbis *Præfectũ*, *L.* 5. *De exact. Cod. Theodos.* quod sit argumentum evidens, Constantium *Augustum* cum suâ expeditione adversus Persarum Regem Saporem, Antiochiâ profectum, ad fines Persarum, Nisibi, cum exercitu Romano consedisse. Ammianus lib. 25. tradit Saporem id nominis secundum Persarum *Regem*, adversus Constantium Imperatorem semper prosperè pugnâsse: Et superatum denique à Persis Constantium, eumdemque in turpem fugam cum paucis actum, frusto panis præcariò à quâdam anu agresti porrecto, languidè victitâsse. Quis non demiretur adeò disparem Constantini Parentis, & Constantij Filij conditionem in bellis gerendis? Ille siquidem fidei Catholicę armis roboratus, Episcopis Catholicis, & sanctitate claris, comitatus, Labaro sacro, seu Sanctæ Crucis prævio semper vexillo, de barbaris numquàm nõ triumphavit rediens victor: At verò miser hic Constantius, novem prælijs, (quæ superiùs Orosio memoravimus auctore) adversùs Persas, & Saporem, parum prosperè decertans, numquam nisi victus, & cum ignominiâ maximâ reversùs est; Arianos Episcopos, maximè autem Eusebium illum *Emissenum* impietate suâ notum, secum semper ducens.

At in barbaro Sapore, Christiänorum sævo persecutore, illud satis memorabile eluxit; Quod Virgines ille *Christianas*,

Christianas, Deoque sacras, in aliquot præsidijs Romanorum expugnatis,& à se captis,intactas,religionem servare, solitoque ritu Deo permiserit servire.
Idem, Christíne Fidem amplexus fuerit in extremâ ætate,parum habeo compertum. Quod verò ad hanc rem quodam modo pertinere quibusdam videatur: accidit post hæc, vt Sapores Legatos poscendæ pacis ad Iulianum mitteret Imperatorem: Quos Chalcedone nactus Iuliänus, quòd Christianam religionem, & fidem profiterentur, contrà ius Gentium, ignominiâ primùm affectos,neci exindè traditos iussit: eo nimirum prętextu, quòd ad Sacrificium invitati,tantam impietatem magnis illi animis renuissent: vndè in Legatos Regis, tanquam Numinum Persicę Gentis;Solis,Lunæ & Ignis contemtores,quasi pius Legum Persicarum Vindex 15. Calendas Iulias Iulianus imperauit animadverti: Quâ câdem die, memoria SS. Martyrum Persarum Manuëlis, Sabelis; & Ismaëlis, vt in Iuliano nostro superiùs disseruimus, in Ecclesiâ, tam apud Græcos, quàm Latinos,quo decet honore, ac ritu Christiano celebratur.
Vidimus,in Cęsaribus nostris, Iulianum hunc eumdem transfugæ cuiusdam consilium secutum, incensis navibus,quibus commeatus subveheretur, interiora Persidis penetrâsse,exercitum in magnam rerum necessariarum egestatem coniecisse: ac demùm à tergo, & à fronte invadente Rege Sapore,fortiq́ue eiusdem exercitu Persico, infelicem Iulianum, equestri hastâ costas transfixum,in castra relatum,mediâ nocte miserrimam vitam deseruisse.Auctorem lethalem vulneris, Christianis omnibus spectavimus salutarem,

Intelleximus Divino Numine vlciſcente, interitum Iuliani Cæſaris 6. Cal. Iull contigiſſe, cùm is ageret annũ 31. ætatis, Imperij ſecundum. Ex hoc verò inſulsè tentato, & malè geſto tunc Perſico bello, anno Chriſti 263. Romanotum exercitu à Sapore Rege profligato, in tantum diſcrimen adductum eſt Imperium Romanum; vt illud etiam Ethnici, noſtrique Scriptores deploraverint *Nazianzenus, Hieronymus, Chryſoſtomus, & Auguſtinus.* Res enim Imperij Romani exindè retrò fluëre cœperunt. Ioviäno ſiquidem Cæſare, Suza, Niſibis, Imperij Romani firmiſſimum propugnaculum adverſùs Perſas, Singara in Meſopotamiâ, ſinè incolis tamen, Et quinque regiones Tranſtigritanæ cum Caſtellis quindecim, & Caſtra Maurorum, munimentũ perquàm opportunum in iura Perſarum tranſiêre, *vt Auctor eſt Ammianus lib.* 25. Quibus ex duris ſanè, atque indignis conditionibus cum Sapore Perſâ præpotenti pactis, & acceptis, quòd eas à Romanis extrema neceſſitas extorſiſſet, permagnum odiũ, & maximè Ethnicorum Ioviano Cęſari Auguſto concitatum, & conflatum eſſe referunt Suidas & Nicephorus lib. 10. cap. vlt. Ita vt etiam ſannis paſſim Iovianus irriſus, ſcommatis ob cladem exercitus inediâ conſumti; & maximam illam Civitatum & Provinciarum factam iacturam proſcinderetur.

Quę quidem omnia, Romanorum potentiâ prorſùs indigna, non Iuliäno Cæſari, quem ex inſtituto laudandum ſuſcepiſſet Ethnicus Scriptor Ammiänus, ſed Ioviano Imperatori ſemper adſcribit. Additque inter cæteras icti cum Sapore fœderis conditiones indigniores, in ſe recepiſſe Imperatorem Iovianum, nè denique Ma-

ioris

ioris Armeniæ Regi Arſaci, poſcenti auxilium contrà Perſas ferret; licèt fidiſſimus Arſaces ſemper Romanis exſtitiſſet. Sed, quemadmodum fabulatur Iuliani Encomiaſtes Ammianus. Cùm tradit iniquã fuiſſe Ioviani electionem; & eumdem inſtituentem ad Perſicum bellũ profectionem, deſeruiſſe vallum, inſpectione extorum perſuaſum, quem tamen Chriſtianæ legis ſtudioſiorem exſtitiſſe Principem fateatur. Ita & hâc in re profectò, erroris, & calumniæ certiſſimè arguitur. Quinimmò, Qui etiam temporis illius ſtatum accuratiùs perpenderunt *Ruffinus, Chryſoſtomus, Oratione contrà Gentileis, Et Gregorius ſecunda In Iulianum Oratione*: Divinam tunc ſtatim affuiſſe clementiam Ioviano cenſuêre, qui divino planè impellente Numine Imperium calamitoſum ſuſcepiſſet adminiſtrandum.

Cùm enim aſperrimis in locis, deſertiſque, & iiſdem hoſtilibus vndique clauſi, Cęſar, & exercitus Romanus à Perſarum Rege tenerentur, nec vlla evadendi facultas ſuppeteret; omni humanitate Sapores Romanam emendans temeritatem, conditiones pacis contra omnem Romanorum ſpem ſponte per ſuos obtulit Oratores, idemque barbarus hoſtis Perſa, exercitui Romano inediâ, belloque conſumpto, cibos, & cætera neceſſaria, in mercimonijs præſentavit.

Ad annum quoque Domini 381. *Damaſi Papæ* 15. *Impp. Gratiani* 15. *Valentiniani* 6. *Theodosi* 3. *Oroſius ſubdit lib.* 7. *Cap* 34. *Perſas, Qui Iuliano Interfecto, alijſq; Imperatoribus ſæpè victis; &* *Valente demum in fugam acto, recentiſsimæ victoriæ ſatietate, cruda inſultatione, nutarent; vltrò ad Theodoſium Legatos miſiſſe; pacem popoſciſſe; Ictumque tunc fœdus eſſe, quo vniverſus Oriens vſ-*

quæ ad nunc (ait Orosius) tranquillissimè fruitur. Pacatus, In Panegyrico, addit eosdem amplissima ad Theodosium munera detulisse Imperatorem.

Eluxit hoc eodem tempore TheodosI Imp. studium ergà Ecclesias, Regibus & Principibus imitandum; Cùm pius planè Imperator hic, eiusmodi privilegium Clericis indulsit, Quod videre liceat *lib. 26. De Episco. & Clericis* C. *THEOD.*

Vniversos, quos constiterit Custodes Ecclesiarum esse, vel Sanctorũ locorum, ac religiosis obsequijs deseruire, nullius attentationis molestias sustinere decernimus. Quis enim eos, capite censos patiatur esse devinctos, quos necessariò intelligit suprà memorato officio mancipatos?

Anno Christi 369. vt author est Ammianus lib. 27. *Arsaces*, Rex Armeniæ Maioris, idemque Christiãnus, dolo pacis, & convivij, à Sapore Persarum Rege captus, dirissima pati cogitur. Effossis namque primùm oculis, catenis argenteis vinctus (quod apud eos honoratis, suppliciorum vanum æstimabatur solatium esse) ad Castellum, Abagana dictum, exterminatus est: Ibique pænali cecidit ferro discruciatus. Migrat tandem ex hâc luce Sapores Persarũ Rex, anno Domini 380. Cùm Regnũ suum Persicũ ad annos septuaginta propagâsset, vt author est Agathias li. 4. histor. Succeditque in ius & Regnum Fratris Artaxerxes, vt vult Gordonus, ad annum Christi 380. Reliquam Persarum Regum seriem, in hisce paucis rebus gestis à prioribus eorum Regibus, intextam, sic habeto depromptam *ex Vincentij Bellovacensis secundâ parte Speculi histor.* vt nudam Regum noméclaturam, annorumq;, quibus singuli regnârint, rationem, mihi quidem nunc

satis

ſatis ſit ex eo produxiſſe, ab hiſce nati Chriſti temporibus, à quibus *Andreas noſter Sylvius ſuâ ſynopſim* ſit exorſus.

SERIES REGVM PERSARVM.

SIDIGERDIS, laudatiſſimi nominis Princeps(*vt auctor eſt Vincentius Bellovacenſis. 2. par. Speculi hiſtor.*) Imperio potitus eſt Perſico annis totis 34 poſteaquâm Sapores ſenior, duodetriginta: Sapores Iunior, eius nepos, ſeptuaginta, Artaxerxes, paucioribus, regnâſſent annis:

Sidigerdis Filius Gauraxanes, annis duodequadraginta Perſarum tenuit regnum! Quo vitâ & imperio defuncto, Cluädes Imperator ſalutatur: Quem, exactis in Imperij munere 62. annis, Kabades ſubſecutus, Succeſſorē, ſedecim poſt annis, in Catalogum Perſarum Regū admiſit Coſdroäm, annis 37. regnaturum. Vixit ille tandem: Hormiſdaq; Rex nominatur, & Regni ſui anno decimo ſeptimo à Patricidâ Coſdröe enecatur: qui 38. annis à nefandâ Parentis cæde, Imperio Perſico præeſt. Non tulit impunè Patris cædem impius Coſdroäs, & ipſe à Filio cæſus.

Is fuit Syroïs; Qui Coſroë Parente interempto, vnico anno Regnum nece Patris arreptum infeliciter adminiſtravit.

Hormiſda, huius nominis ſecundus illi ſubrogatur: qui & vno duntaxat anno regnat. Saraceni Perſico hactenus præpotenti paruerant imperio:

At verò, è vivis pariter, & tanto vt eſt Hormiſda regno ereptus; vice verſâ, commutatiſque animis, hoſtilia in Perſas arma Saraceni convertunt, & acie iuſtâ fuſos Perſas, ſuum ſub dominium redigunt, vigeſimo HeraclI anno, iuxtà Chronologos antiquiores (inquit Vincētius

hic noster *Bellovacensis*) Ab eâ itaque tempestate, Imperium Persicum, Regni Saracenici titulum tulit.

Hæc in annum à Christo nato 631. incidisse videntur. Vetustissimus namque Codex Marcianensis Ecclesię, manu exaratus, sic habet. *Anno Domini DCXXXI. Anno Eraclij Imperatoris XIX. Dagobertus, Adalbaldi Ducis Ostrebanni Regij Avunculus, Filius Clotharri Regis, regnat in Francia, annis XVII.*

Saracenorum porrò Ammiras Muhammad (*vti tradit Vincent.*) rebus humanis vbi excessit; Ebubeher statim principatum eius consequitur, ei triennio præfuturus: Quo exacto, duodennio Princeps futurus Haumar est substitutus. Huius ventri ensem vltorem Persa quidam, adorare se velle mentitus, capulo tenus abditum infixit, & ita cæsi Regnum decennale invasit. Hic quoque morte violentâ; è vivis, & regno subripitur. Et in locum eius Muhamas succedens, ex Amireô, efficitur Ammiras, anisque 25. regni clavum tenet. Quo vitâ functo, Gyzich eius filius Imperium triennio moderatur.

Summa indè imperij ad Mahuän, id est Habdalan, seu Hadimelech devoluta, penès eum annis 22. perstitit; atque indè, septennio exstitit penès Vlid. Post Vlid, administrationem capessit Zulennen; illudque imperiū triennio moderatur; vti & biennio Humar, posteaquàm fatis Zulennen excessisset, & Regno.

Secundo autem imperij anno, cum Humar vivendi finem fecisset, rerum potitur Gizid. Hunc Iudæus quidam pseudovates, & sortilegus dementat, & mendaciter pollicetur, annos quadraginta totos, in Imperio florenti transmissurum, si contractis, & deturbatis Christi, Sanctorum-

ctorumque imaginibus sacris, earumdem cultum, & piũ vsum, in suo longè, latèque patenti Dominio penitùs sublatum imperaret: Quod Rex Gizid, spe falsâ diutiùs regnandi pellectus, impio quùm Edicto sanxisset imperãdum, & agendum, vitam, elusus à malefico, & mago Iudæö, cum miserrimâ morte commutavit, triennio, duntaxat, post quàm Imperij summa penès eum esse cœpisset exacto. Horrenda sint hæc exempla lapsus, & necis tãtorum Regum frequentioris, quæ meritò ad timorẽ Dei, Reges & Principes debeant incitare; nè quid in Divos temerè audeant moliri, neu, consilijs humanis, aut prudentiâ suâ solâ, res magnas, & arduas putent tutò, solidèque administrari.

Extincto Gizid Iconoclastà, Elvelid, Saracenorum Rex creãtur, in quos annorum viginti imperium habet: Eique mortuo, Gizid, & Murahan, successores acclamantur; quorum hic sexennio; vnico ille anno Regnum moderatur. Confoditur Murahan; Regnoque occisi præficitur Muhamad, qui annis imperaturus sit quinque: post quem, Habdallas annis 19. Mady 9. duobus Moyses: Aaron eius Frater 21. annis quinque Muhamad in possessionem Regni devenêre Muhamad porrò, exeunte iã quinto imperij sui anno, Cùm Habdallâ pugnam acerrimam conferens, vincitur; fusisque permultis copijs suis, vt videt se milite nudatum, Fratrem Habdallam victorẽ, vel inuitus, Regni consortem admittit; Regnumque Saracenorum hoc denique prælio cruento lacerum sic est discissum, vt exindè, historiographia eius, post annos 616. finem desumat Anno Domini DCCC.XXI. Hactenus ergò *Vincentius Bellovacensis*, rem Persicam disseruerit paucis.

Id tãtùm modò; Quod hoc Capite De Regno, & Regibus Persarũ, pagellæ 205. *versusque sexti verbo quinto, legendum sit deinceps,* peragravit; *decimo verò:* Imperium bipertitum ab Arbace vſque ad *Cyrum*, &c. *vigesimo nono*, tutatam.

DE Britannorum *Regno*: Deq; *Rege* Bruto, iuxta communẽ opinionem, fuerã hoc loco, Capita tria ſubiecturus: Sed, eccè beneficio *Reverendi* admodùm in *Christo Patris*, ac Domini D. FRANCISCI DORESMIEVX, Inclytæ, & pera ·tiquæ *Abbatiæ* Montis Sancti Eligij *Antistitis* longè meritiſſimi, Manuſcripta, haud ita pridẽ accepi Chronica Britanniæ, in libros partiales vndecim diſtributa; *Roberto*que *Claudïoceſtriç* Duci, ab auctore *Anonymo* dicata; Quæ in hçc verba incipiant: *Quùm multa mecum, & de multis, ſæpiùs animo revolvens, in historiam Regum Britanniæ inciderem; nimirum contuli, quod infrà mentionẽ, quàm de ijs, Gildas & Beda, luculento tractatu fecerant; nihil de Regibus, qui antè incarnationem Christi inhabitaverant: nihil etiam de Arturo, cæteriſque compluribus, qui post incarnationem ſucceſſerunt, reperiſsem; Cùm & geſta eorum, digna æternitatis laude conſtarent, & à multis populis, quaſi inſcripta, iocundè, & memoriter prædicentur: Talia mihi, & de talibus multociens cogitanti obtulit Walterus Oxinæ Fordenſis Archidiaconus, Vir in oratoriâ arte, atque in exoticis & peregrinis hiſtorijs eruditus, quendam britannici ſermonis librum vetuſtiſsimum, qui à Bruto primo Rege Brutonum, vſque ad Caduáladrum, Filium Caduallonis, actus omnium continuè, & ex ordine, perpulchris orationibus proponebat. Rogatu itaque illius ductus &c.* Itaq; mutavi mentem; Chronica hæcce lucubratiunculis ſuis digna, ſubceſivis temporibus illuſtraturus. Stat enim hæc ſententiá menti; vt quantum deinceps vitç mihi Dei opt. max. beneficio dabitur;

bitur; quantumque à curâ monasticâ, & procurando cultu divino concedetur otioli, id omne, vt subsecundarium, & quasi post necessarias operas, intermissarium tempus, amicis reservatum, absque fructu perire nullo patiar modò; sed ad numeros, & omne genus monimentorum sacrorum accomodem, & ad colligendas, & elucubrandas huiusmodi memoriarum delectatiunculas honestiores conferam; vt litteræ, vtque meæ vigiliæ, iuventuti vtilitatis; Reipub. fructus suavis; nomini benedictino, atque Marciänensi, religiosæ laudis; immò verò, (quæ summa votorum meorum omniũ sit) Divino Numini, Divisque omnibus, maioris gloriæ aliquid afferre possint. Has tamen inter moras, liceat transeunter, cum Ioviano Pontano, Et alijs In descriptione Scotiæ dixisse. Scotia, Britanniæ pars altera, per Taum fluviũ secta in Australem, quæ fertilior est, & Boreälem, hodie Regni titulum abs olim quæsitum retinet: Quod tametsi, nec multis, nec admodùm amplis victorijs clarum; diutiùs, tamen quàm vllum aliud in Europâ nostrâ durâsse; atque adhuc incolume perstare videmus. Etenim, ex incorrupta serie annorum, centum & quinquaginta Reges; à primo Fergusio Rege, ad Iacobum quintum, recensentur anni quibus regnârunt, mille septingenti. Sed de his, *ex compluribus Scriptoribus clasicis*, pluribus; cùm de Angli-saxonibus, qui Britanniam occupârint, & de se nominârint, autore Polyd. Vergil. libro 3. agemus. Nunc igitur, ad Vandalos, qui Marcianensi, & Hamaticensi, benedictinis Monasterijs Illustrissimis & antiquissimis gravem calamitatem attulerint, transeamus.

DE ORIGINE, VANDALORVMQVE REGNO.

DE Vandalorum, & Hugnorum origine; Deq; regnis eorum, nunc quidem paucis agendum. Vandali ergò, quibus se Alani Scythæ adiunxêre (vt quidam volũt) ex plagâ Septentrionali, præsertim ex eâ regione, quæ hodie Polonia vocatur, originem sumsêre, dicti Vandali (vt etiam Anonymi nostri Chronologi MS. auctoritas protestatur) à Vãdalo flumine etiamnum hodie vocato. Isidorus tamen (quem sequitur Vincẽtius Bellovacensis, & alij Cosmographi) Vandalos ex Scythia prodijsse tradit. Primas Vandalorũ sedes fuisse regionẽ, quæ nunc est Polonia, & Sarmatia, vsq; ad mare Balticum, notat Ptolomæus: indè verò dispersos, cum Silingis, alterâ Vãdalorum Coloniâ, versùs Orientem sedes accepisse, iuxtà Gothos, multi arbitrantur. Ad annum verò Christi 326. Sylvestri Pont. Max. 13. Constantini Magni 21. bello pulsos à finitimis Gotthis, & eorũ Rege Friderico, ita cõstat; vt novas sedes quærentes, pars ad Mæotidem, pars ad Constantinum Magnum se receperint: à quo Pannonię partẽ sub Haymaro, seu Vismaro Rege suo incolendam impetrârunt, vbi & annis sexaginta manserunt Imperio Romano obtemperantes, cùm inciperent per ea ipsa tẽpora Persæ Romanum Imperium divexare, vt auctor est Nicephosus lib. 7. ca. 47. Exindè verò Vandali per Stillicone Ducem concitati adversùs Gotthos, quę circà Hungariam sunt, regiones Wallachiam & Illyricum, vbi habitârant Gotthi, occupârunt; Vndè, Alanis sibi adiũctis, per Germaniam, in Gallias permagno se numero infuderũt, ibiq; gentiũ magnæ passim calamitatis autores fuerunt, donec à Frãcis & Gotthis, ex Gallijs ijdem expelleren-

lerentur. Delati posteà in Hispaniam Vandali, pugnâ iterum cum Gotthis decertare fuerunt coacti. Cùm igitur Gotthi potentiores in Hispaniâ Vandalos non ferrēt, & illi copijs ingentibus conclusi, hostiū incusso metu trepidarent, novę fortis occasione oblatâ, in Africam contenderunt, in quâ Vandalorum potentia crescere, augerique cœpit, cùm Divus Augustinus diem obijt, anno ætatis suæ 76. sub id tempus, quo Hippo Vrbs à Gēsericho Vandalorum Rege obsessa est.

Migravit ex hac luce Valentinianus: tumque Maximus, privato se arbitrio constituit Imperatorem; contra quē auxilium Vandalicum quæsivit Eudoxia; hęredes posteros in Imperio Romano succedere volēs. Educit proinde instructas suas ad Eudoxiam exposcentem copias Gēsericus Rex, cuius ductu, Vrbs Roma capta est, & direpta, per 14. dies; cum haberet hic barbarus in exercitu suo 300000. *A* cæde abstinet, id exorāte S. Leone, anno 455. Frater erat hic Gensericus, Guderici Regis *V*andalorum, (qui spoliatâ Ecclesiâ, S. *V*incētij Martyris, Hispali, à Dęmone interēptus est, *vt autores sunt, Vincētius Bellovac. & Rodericus Toletanus Archiepis. historia Vādal. c.* 12.) idemq; exstitit, Arrianæ hæreseos labe infectus. Is idem *V*andalicâ fide, atque constantiâ, *R*eginam Eudoxiam, vnâ cum filiabus duabus captam, secum in Aphricam intactam abduxit. Ita profectò vsu evenire solet plerunque, cùm subsidia exterorū advocamus, quibus fortunas nostras tueamur. *Sic iigitur* (inquit *Rodericus Archiepis. Tolet. Histor. Vandàl. cap.* 14. sub finem) *Gisericus victor, & inclytus ad Carthaginem est reversus, & mox misit Nuncios ad Theodosium, qui præerat Orienti; & pace firmatâ, remisit ei honorificè Valen-*

 tiniani

timani relictam, & unam Filiam, alteram retinens suo filio Hugnerico: & tamen persequi Ecclesiam non omisit, insistens hæresi Arianæ. Paucis autem diebus interpositis, Gisericus iterum in Italiam voluit navigare, sed repulsus à Basilisco Patricio, navali victoria, in Aphricam est reversus. Sicq; vesaniæ suæ virus vbique refundens, frequenter victor, vltimò victus, quadragesimo regni sui anno vitam finivit.

At verò posteà sub Iustiniano, quanquàm non fuerint prorsus Vandali in Aphricâ deleti, in eas tamen res eorum est angustias adducta, vt nequiverint ampliùs florere. Anno siquidem Christi nati 534. Ioannis 2. Pontif. Max. 3. Iustiniani 1. Imper. 8. Belisarium equitum Magistrum cum exercitu misit Iustinianus Augustus in Vandalos, qui primo prçlio interfectis Gelimeri fratribus, Gutimiro & Gebanundo seu Gundabundo, trimestri spatio Africam Imperio restituit Romano, capto Rege Gilimerio, quem cum ingenti prædâ Constantinopolim ad Imperatorem Iustinianum misit: Sicque cessavit in Africâ Regnum Vandalorum, anno 97. ex quo Vandali Africam invaserant.

Sed non multo post tempore, Saraceni in Aphricâ dominari cœperunt; *Cum, (vt scripsit Rodericus Tolet. Histor. Vandal. Cap. 16. De Gutamundo, & Thrasamundo) per Mahometi astutiam Aphrica fuit reddita hæreticæ perversitati, in quâ, peccatis exigentibus, adhuc manet. Et Regnum Vandalorum, à Gunderico Rege, vsque ad interitum Gilimerij, duravit centum tredecim annis.*

Verùm hæc de Vandalis dixisse satis sit; Quorum etiam dira barbaries, tanto impetu Marcianensem agrum pulsârit, quùm adversus Gotthos & Francos, hisce in partibus

bus, eorum (vt iam diximus) arma bellarent; vt & Marcianas oppidum vetus, & Hamaticum, gravioribus, olim motibus, agitata, & maximis calamitatibus oppressa, nobilissima loca, & firmissima, suo situ, propugnacula, solo adæquârint: Et proximè Hamaticum, wlgò Hamage, æquivocũ sui nominis, in Wandegnies, quod sit perindè, ac si dicatur, Wandalorum genus, adhuc superstiti loco inditum suum reliquerint perantiquum nomen, & hominum agreste, barbarumque genus, In quod optimè possit illud quadrare:

Rustica progenies, nescit habere modum.

DE GOTHORVM ORIGINE, ET REGNIS.

SVb annum Orbis conditi 4365. conditæ Vrbis 1157. Christi nati 405. permagnâ, & formidabili manu, primùm in Italiam venêre Gotthi. Cùm verò, Marcianensis Ecclesię benedictinæ MM. SS. Codices vetustissimi omneis, Divam Matrem, & Patronam nostrã RICTRVDEM, Cognomẽto NOBILEM, singulari laude, atq; commendatione perdignam Principẽ, à Gotthis originẽ duxisse protestentur, & Gotthorum mentio vbiq; multa fiat; nos, hoc demùm loco, historias, De origine, rebusque gestis eorum, summatim contrahemus.

Primùm igitur dixerim, vnius Populi appellatione nequaquã censeri Gotthos, Vandalos, Rugiänos, Hunnos; Sed ex Gotlandiâ Insulâ putem sanè Gotthos esse Teutones, qui Livonię, ac Lituäniæ partẽ occupârint; (Cùm sit hæc vtraque regio, Gotlandis, ex adverso, per mare, sita; vt proindè Cimmerios, & Getas *Procopius* rectè scripserit esse.

Ioännes Boëmus, Aubanus, Teutonicus, litterarũ humanarũ scientissimus, ex multis classicis Scriptoribus collectum opus elaboravit; In quo tres terræ partes, Africam, Asiam, & Europam, partium regiones, & loca, locorum homines, hominum mores, & ritus memorabiliores

biliores explicantur. Accessit illi libellus De regionibus Septentrionalibus, earumq; Gentium ritibus, Veterum Scriptorum sæculo ferè incognitis, Ex Iacobo Zieglero Geographo, excusus Antuerpiæ, apud Ioännem Steelsium, In scuto Burgundiæ, anno à Christo nato 1533 Vndè, quæ sequuntur, sunt excerpta De Gothia.

Gothia, id est, bona; Dei *quoque appellatio, linguâ Germanica est, Goth. id est, Bonus. Terminatur Gotthia, à Septentrione, fine Australi Sueciæ; ab Occidente, reliquis Nortvegiæ Montibus, qui sūt a Sueciæ limite, ad Trolhetæ Fluvij ostia: A meridie, & Oriente, terminatur mari. Loca eius insigniora sunt hæc. Lodhusia, portus & Emporiū Waleburgū, Vrbs insignis, arcemunitissima. Halmstadt. Helsinburgum, Vrbs arce insignis. Landscrona, Malmogia, portus, & emporium, Rochnabij, Auscher, Calmaria, Vrbs permagna, portus & emporium, habet arcem, quæ operum magnificentia certat cum arce Mediolanensi. Stegolin, Sudercopia, emporium & portus, Nortcopia, Lidecopia, Civitas super Lacu Vener, Tinguálla, Oppidum super eodem lacu: Hic sunt fossiones optimi ferri. Ianocopia, clarum Oppidum. Vastena, Oppidum insigne Monasterio, & Conditorijs Beatarum Brigitiæ Viduæ nobilissimæ, atque filiæ Catharinæ.*

Echesio, Oppidum. Huetlandia Oppidum: Dalia Ducatus nobilis, & Vermelandia, nobilis item Ducatus.

VESTROGOTHIA, DVCATVS.

E*Ius Civitates; Scaris, Varven, In qua est insigne, & antiquum Monasterium Ordinis Sancti Benedicti, vbi sepulturæ Veterum Regum visuntur. Falcopia, nomen habet à Nundinis equorum, qui ibi venduntur. Kindia, Comitatus illustris.*

Est-

corrupte legant. *Exstat hodieque Sinus Finnonicus ab eâ dictus. Habuitq; antiquitus Eningia*, Titulum *Regni; Tanta est eius amplitudo: Nunc* Titulum *Dinastiæ, quam teneat Sclavonum Gens, & lingua.*

Superiori ætate Græci ritus fuit, donec Dominum habuit Moschum. Hoc verò tempore, Sueciæ subest Regi, & communionem Ecclesiæ Occidentalis tuetur. Vina Hispanica eò multâ copiâ inferuntur, Et quibus ea gens ad plurimam liberalitatem & hilaritatem vtatur. Terminatur à Septentrione, linea Australi Ostrobothniæ, & per montes extenditur. Ab Occidente, Mari Finnico. Loca eius insigniora hæc sunt. Tanastiæ, & Satacundiæ Ducatus. Hactenus *Iacobus Zieglerus Geographus* ijsdem ferè verbis de Gotthiâ, *Deque Vestrogothiâ, & Gotthorum locis insigniorìbus disseruerit.*

Illi ipsi Gotthi, eversores Imperij Romani, (vti Cæsares nostri demonstrare cœperunt) non sunt accersendi à Meotidis paludè, quasi sint Getæ: sed ex Scandinaviâ Insulâ, sive Scandiâ, vel Scondiâ, id est pulchra, quæ Gentium sit officina, in quâ Nortvegia, Suëcia, & Gothia, id est Bona. Ipsius Metropolis, Vpsalia, Vrbs Archiepiscopalis. Ea verò Regio, (vti iam vidimus) dividitur in Ostergothiam, hoc est, Orientalem; vndè Ostergothi, suo tēpore in Italiâ spectabuntur. Et Westergothiā, vndè in Hispaniâ Visigothi, malè sic dicti, eò quod aliæ Nationes non vtantur duplici. W. vti facit Germanica, cuius linguę affinis sit Gotthica. Itaque Westergothi, vel, (vt placet eximio Domino Geor. Colvenerio, antiquitatum callentissimo) Wijsgothi erant dicendi. Sic & hodie Oosterfrisia, & Westfrisia: Et in Angliâ, ac alibi, eâ regionum nomenclaturâ.

De his consulere possis *Iornandem, De rebus Gothicis, Ioannem Magnum Vpsalensem Archiepiscopum, In historia Gothica. Marian,* De rebus *Hispaniæ, multa item habet, De Gothis*; Qui, quonam tēpore sobolem suam emiserint ad novas quærendas sedes; & quando Meötidis, & *Asiæ* littora occupârint, parum se compertum habere ex Veteribus Scriptoribus fatetur *Iacobus Zieglerus Geographus*. Fuerunt autem ex eo tempore (inquit is idem) cogniti, quo Romani suum Imperium per Illyridem ad Danubium vsque promoverunt. Atque adeò ab ætate C. IulI Cæsaris, Dictatoris, & Nepotis ipsius OctavI Augusti, bellis maximis gestis super *D*anubio Imperij *R*om. limite, maximè inclaruerunt.

Illi porrò ipsi Gotthi, *R*omanorũ temporibus, in Thraciam, & Hungariam, seu *P*annoniam vsque, Romanis frustrà tentantibus eos repellere, sunt progressi. Historiæ igitur Gotthicæ initia sic iam tandem sub *D*ecio Cæsare Augusto attingere pergo; quòd prima Romanorum, quæ fuerit maxima adversùs Gotthos pugna, sub Decio Cæsare fuisse legatur, in quâ, & ipse Decius Augustus cæsus est. Cùm enim (vt habent Cæsares nostri, paginâ 88.) *C*inna, mortui Ostrogothi, vel Oostergothi Regis Filius, Moesiâ iam, & Thraciâ occupatis, à Decio primùm fusus, & fugatus, inter loca se palustria fortiter munijsset, & strenuè tueretur; Eòdem loci Decius Augustus, è *P*annoniâ Bubaliâ natus, Cinnam Gotthum hostem inconsulto ardore secundò aggreditur, & nimiùm temerè, VIpij Treboniani Galli fraudibus, & artibus doli plenis, (*ita namque correcta hîc pagina nostra* 88. *deinceps legi debet, in qua, pleni,* pro plenis, *corruptè habetur excusum*) impulsus invadit;

vadit; & in solo barbarico, turbas inter confusas malè pugnans contrà Gothos, infeliciùs perit. Is enim, nè in hostium veniret manus, equum impellens, in voraginem insilit paludis, inque paludis eiusdem gurgite submergitur, ità vt nec ipsius cadaver absorptum postea potuerit vsquàm inveniri.

Hactenus sic in Decio nostro, quem Cypriänus ad Antonianum scribens, satis expressè affirmat ipso Cornelij Pōtificis exordio victum, & bello Gotthico extinctum. Quin etiam, is idem, *libro, De lapsis*, diuinâ vltione extinctum Decium planè testatur. Quantum-libet enim optimi specimen Principis visus sit Decius edidisse, vt etiam à suis Traiani cognomento fuerit condecoratus, permulti tamen insontis Christiänornm sanguinis crudeliter effusi reus fuit. Habetur siquidē hoc Cæsate martyrium S. Fabiäni; Cuius exitus, ab Eusebio ponitur anno Christi 253. IanuarI 20. die, posteaquam is sedisset annos 15. diesque 4. Sunt qui tùm Sedem Pōtificiam velint sex tantummodò diebus vacâsse; sed eam vno à nece S. Fabiani PP. anno, & ampliùs vacâsse certiùs putârim. Evicit enim id perfacilè, omnium in Ecclesiam Romanam acerbissima persecutio Deciana, vt, nè per annum quidē, Sancto Fabiäno Pontificè Max. Martyrio coronato, Successor potuerit subrogari; Epistola siquidem Cleri Romani ad Cyprianum, perspicuo huius rei argumento potest esse * quâ traditur, propter rerum, & temporis difficultates; eos tum ab electione Pontificis Romani, non sinè modestiæ magno exemplo abstinuisse, qui residui essent ex Clero; Cùm prȩsertim, Collegas permultos sȩvissima persecutio, in carceres abstractos detrusisset, & cō-

* App. Cyprian. epist. 31.

plureis alios in latebras quæsitas distraxisset. Immò exstat & D. Cypriäni epistola 16. ad Moysen & Maximum, Presbyteros, atque ad Nicostratum Diäconum, carceribus Deciänis detentos, quâ, Sede adhuc vacante, eosdem testatur annum, & amplius, in carceribus exegisse, Cùm autem illam scripserit D. Cyprianus ad treis præfatos Christi Confessores, tunc quidem, adhuc pace fraternâ concordeis, planè compertum habemus, Ecclesiam Romanam, sinè Pastore, post sublatum à Decio Vniversalis Ecclesiæ visibile Caput, S. Fabianum, vltrà spatium anni, lugentem exstitisse. Constat enim Moysen, Maximum, & Nicostratum prefatos, posteà schismate divisos, in Cornelij Pontificis Romani, successoris S. Fabiani PP. electione fuisse.

Feralia prorsùs sparserat Edicta Decius, interfectis Cæsaribus Philippis, *vt auctor est Orosius.* * Sed & minas suppliciorum terribiles in Prouinciarū Præsides, nisi omni genere cruciatuum Christianos cogerent adorare Deos, eumdem statuisse addit *Gregorius Nyssenus* * *Tormenta tunc fuerunt illata Christianis, sinè fine tortoris, sinè exitu damnationis, sinè solatio mortis; quæq; ad coronam nō facilè, sed tam diu torquerent, quàmdiu deficerent, inquit Cyprianus epistolâ 8. Et addit, libro, De lapsis, meruisse Christianos hæc pati: quòd Ecclesiasticam disciplinam divinitus traditam pax longa corrupisset; quodque essent admodum depravati mores, tùm populorum, tùm & Episcoporum; fidesque elanguisset, & quasi semisopita dormiret; vt proindè fuerit opus, vt eiusmodi censurâ cœlesti expergefacta erigeretur.*

* Orosius li. 7. c. 21.

* Gregor. Nysse In Vita S. Gregor. Thaumaturgi.

Cùm verò hâc Decij sęviente dirâ persecutione, permulti divino secederent monitu, & loca peterent deserta, labras-

tebrasque quærerent: contigit, vt etiam Ephesi, tunc tẽporis, in specum confugientes Iuvenes septem, occluso à persecutoribus ostio, obdormierint in Domino: Vndè Septem dormientium nomen manavit; ac demùm, sub Theodosio Iuniore. ducentis fermè posteaannis, ostio reserato; inventis eorum corporibus, apparuisse iterum, veluti redivivi referuntur.

Hæcque cuncta copiosiore historia tractârunt Eusebius 7. histori- cap. 1. & Cassiodorus in Chronicis.

Sed vt in Thraciam, Moesiam, & Hũgariam, vndè paullùm nos avulsit persecutio Deciana, nunc redeamus, & Gotthos nostros revisamus, adversus quos, Moesiam & Thraciam infestanteis, infeliciter dimicans Decius, effusi sanguinis Christianorum insontium meritas exsolvit pœnas: his addendum suadet Historia Gotthica: Quod, etsi posteà Romanis ab Imperatoribus permultum negotij fuerit Gotthis factum, ij tamen in Thraciâ & Hungariâ remansêre.

Quin & in Asiâ, circà Constantinopolim, aliquot regiones occupavêre. Immò verò hodie etiamnum fertur, in Chersoneso Tauricâ, Teutonico vtenteis idiomate Gotthos habitare, neque immutatum sibi vmquàm ibi Gotthicum nomen voluisse.

Reliquerunt porrò Gotthi Hungariam & Thraciam, quùm indè suâ sponte in Italiam, & posteà in Hispaniam sunt profecti: Ita tamen, vt qui eo loci reliqui mansissent Gotthi, à Vandalis, seu Silingis, & Hunnis, ex Scythiâ venientibus, fuerint oppressi, & sedes in Pannoniâ sibi fixerint Hunni, à quibus Pannoniâ Hungariâ dicta. Vandali autem, quę partim

circà, partim infra Hungariam essent regiones, tum occupârunt, atque indè, in Aphricam transierunt, sub annum Christi 433.

Id quod satis est enarratum in superioribus nostris Vandalicis lucubratiunculis, in quibus Vandalos immaneis, & ferocissimos conspeximus, qui paucis antè annis, quàm Gotthi caperent Romam, Gallias invasêre; In ijsque, vt cætera prætercam, territoriũ Adartense, seu Attrebatense, Duwacensem, Döacensem, seu vt nunc loquimur, Duacensem, & Marcianensem, seu (vt hodie pronunciamus) Marchianensem agrum, & Hamaticum, nobilissimum Sanctæ Gertrudis, Sancti Ducis Duacensis Adalbaldi Martyris Aviæ, Alodium, cędibus, & incendijs devastârunt, primoque turbinis sui furentissimo impetu everterunt, vt vel indè, satis appareat, quãtę sint ista antiquitatis, & claritatis ad Scarpam Fluvium constituta loca.

Hamaticum verò, & Oppidum Marcianas, Alodium Sãctæ Principis Geretrudis, seu Gertrudis, Divi Adalbaldi Aviç nobilissimum diximus; Quòd hæc Sanctissima Vidua Geretrudis, seu (vt alij quoque scripsêre Hagiologi Marcianẽseis, Elnonenseis, & Aquiscinctini perveteres) Gertrudis, id nominis, Gertrudum illustrissimarũ, sanctissimarumq; *quatuor*, ordine prima, Princepsq; per Illustris, quæque in suo Hamatico præclaro Alodio, Sanctimonialium Benedictinarum, Sancti Petri Archiapostoli nomini nuncupatum, & consecratum Templum, & Cœnobium, Illustrissimum iuxtà & antiquissimum, in nostro Belgio, à se conditum, dotârit, Anno Domini 550. si auctoritatem sequamur id asserentis DN. Guillelmi Gazetij,

... Canonici *Ariensis*, & Ecclsiæ *S.* M. Magdalenę ... trebates perdigni *Pastoris*; Aut certè, iuxtà cer... Chronologorum Marciänensium fidem, TITV... ECCLESIA HAMATICENSI, ANNO DOMINI 587.* ... IBVS CLOTARRI REGIS FRANCORVM, KILDERICI ... FRANCORVM FILII. Quodque hæc ipsa Gertrudis, ... Theodobaldi Ducis, Mater Ausberti, inclyti Ducis ... mania, qui nupsit Blitildi, sorori Regis Dagober... niux exstiterit *Rikomeris generosi Ducis, qui permultis ... batur possessionibus, in pago Flandrensi, Legiensi, Adar... erat ipsius nobile Castrum, nomine Baïerium, vulgò Bay... rebatensi, Ostrebatensi, vvlgò Ostrevent, & Pabulensi. Ita ... vetus membrana Ecclesiæ Marcianensis.*

* *Antiquitas Monasterii S. Petri Hamaticẽsis, vulgò Hamage proxime Marcianẽse Monasteriũ: Cuius est hodie, Nobilis Prioratus*

... dis hæc, Rikomere marito prædivite, atq; præcla... que orbata, spontaneè se amplissimo Dominio ... ens, erogat bona sua, & fortunas, in pauperes, & ... has suas; ab aulicisque secedens, & seculo renun... monasticum vitæ genus arripit in Cęnobio Ha... Benedictino à se condito, & Regiè dotato, in ... aliquot alijs nobilibus Matronis, ac Virgini... rum accipit velum à Sancto Gaugerico, Came... & Attrebatensi Episcopo 5. qui sedit annis 39. ... ue vndecimo Augusti, Anno Domini 594. tan... e miraculis clara migravit in cœlum, solemni pō... comitata; Eusebiâ Pronepte duodenni, in lo... m subrogatâ; Cui etiam posteà successit tertia ... issa Hamaticensis, nobilis item Gertrudis Vidua, ... inis fecunda, laudabilis meriti mulier, & eximiæ ... benedictina.

... (ait vetus membrana Ecclesiæ Hamaticẽsis, & Mar-

& Marcianensis *)referre sufficiat, quàm ibi virtutum coaluerint incrementa? Fervebat ibi obedientia, assiduitas in continuatione orationum, similiter & Vigiliarum. Et (vt ita dicam) erat ibi cōciliabulum omnium virtutum. Constat autem hanc Ecclesiam, temporibus Clhotarij Regis Francornm, filij Childerici, ædificatam esse, Anno Domini 587. Quem locum, multâ laude in suis scriptis extulerunt, qui antè nos fuerunt; Quòd scilicet paradisiaca ibi fuerit exercitatio vitæ, atque Servorum, ancillarumque Dei frequentia Conventiuncula &c.*

Alius item Codex MS. eiusdem Ecclesiæ Marcianensis vetustior, folio vltimo, ita legendum exhibet. *Interea Dei famula Gertrudis, quæ fuerat Avia Adalbaldi, viri venerabilis, & Martyris egregij, lōgævitate vitæ accumulatis operibus bonis, in Monasterio Amatico ibi diu à se ædificato, vbi etiam Sacra Virgo Eusebia, Sanctorum Adalbaldi, & Rictrudis Filia, eius educabatur Proneptis, viam ingreditur vniversæ carnis, Anno, DC. LV. Cui, velut loco regiminis, eadem successit Eusebia, puella quidem bonæ indolis; sed adhuc satis tenellæ ætatis, vtpotè duodennis.* Hactenus ibi sic. De quibus & nos, tempore, suoque commodiore loco pluribus acturi sumus; Cùm Hagïologiam nostram Marcianensem subtexemus. Ex præfato autem coniugio illustrissimo Ducum Austrasiorum, Ausberti Patricij, & Blitildis, (quam nostri etiam vetustiores MM. SS. Codices Gerebertham, seu Gerbertham vocitant binominem) generosę proles quatuor prodiêre; Erchenaldus, seu Erchembaldus, Adalbaldus, Sigefridus, & Lando, Archiepiscopus Rhemensis, germani fratres præclari, quique ingenij mirâ dexteritate, heroicarumque virtutum meritis, cæteros ævi sui Principes, nō adæquarūt modò, sed sanè longè exuperârunt. Quæ quidem

dem iam per hysterosin, nostris in Prolegomenis relata breviter sunto; donec singula quonā modo gesta, & peracta sint, Hagiologiâ nostrâ Marciänensis, copiosiore historiâ exponat. Intereà verò temporis, ad Gotthos nostros, Divæ Rictrudis Tolosanæ Principis, Sancti Ducis præfati Adalbaldi Coniugis Maiores præclaros regrediamur.

Gotthi, sub Arcadio & Honorio, in Italiā prævalidâ manu sunt ingressi, nominis sui metum, & gloriam, in regiones etiam vlteriores, quòd posteà dicetur, fortissimé prolaturi, cùm viribus illi mirè valerent, callerent, & ingenio præpollerent. Sed & ijdem philosophiæ disciplinis apprimè instructi, & inprimis eruditi, nativam barbariem, optimè instituti, exuenteis; humanitate, morumque honestate, cęteris Septentrionalibus barbaris nationibus præcelluêre, vt etiam admirationi Orbi Romano, & eidem maximo terrori extitisse constanter legantur.

Excesserat feliciterè vivis Theödosius Mediolani, anno Christi 395, 17. IanuarI, præsentibus, Divo Ambrosio, & filijs Arcadio & Honorio, iam à Sancto Arsenio baptizatis, & fidei Stiliconis Vandali hominis, cui Theōdosius Serenam fratris filiam, Vxorem dedisset, egregiè commendatis.

Ruffinum humili loco natum in Aquitaniâ, sed qui magnos & ipse ab eodem Imperatore esset honores cōsecutus, sibi morituro voluerat adesse Theodosius, cui etiam summę iusserat esse curę adolescentes Filios Cæsares. Sed parùm sanè Ruffinus in Dominum suum, & pium Imperatorem vitâ functum extitit fidus.

Is enim ex invidiâ Stiliconis, & iniquâ regnandi lubidine, Hunnos in Asiam immisit; & Gotthos Imperij confœderatos, adversùs Arcadium extimulavit: eâ se occasione sperans affectato Imperio potiturum. Sed impijs conatibus hisce frustratus est. Stiliconis namque operâ perfidus Ruffinus in Oriente, cui præesset Imperator Arcadius, senior, à militibus est trucidatus. Verùm, eccè novos motus. Siquidem, cæso Ruffino homine Gallo, Eunuchorum statim Magister Eutropius, inimicissimus redditur Stiliconi Duci: Vndè occidentalis Imperij occasus exordium sumsit. Porrò igitur Stilico, è Vandalorum Gente oriundus, in re militari conspicuus, cùm in Arcadium Imperatorem Orientis, quidam ex Gotthis essent profecti, quo præpollebat astu, & magno rerum vsu, effecit, vt, quos stipendio pius Imperator Theödosius conduxerat, dimitterentur Gotthi. Acerbiùs etiam commovit, & ad hęc Vandalos adversùs forteis Gotthos Dux belli Stilico excitavit armatos. Sed acerbissimè primùm, vt vidimus, per Gallum Ruffinum cõmotis Gotthis, deinde iam iterum graviter irritatis potiùs quàm victis, ducenta Gotthorum millia, in Italiam adduxit Rex Radagastus Scytha. Cæterùm, Socer Honorij Stilico, per Mariam filiam, quam Honorius duxisset Vxorem anno Domini 398. (cùm iam regnaret Isdigerdes, seu Sidigerdis, Persarum Rex, Romanorum amicus, & cuius tutelæ Arcadius posteà moriens Theödosium Filium commisit) cùm Romanis cervicibus Paganum hunc Radagaïsum, eiusque filios, cum tanto exercitu videret imminere, sub annum Christi 406. pavente Italiâ totâ, Servitiâ iussit armari, & stipendia ingenuis augeri, vt terni

tùm

tùm quidem ſolidi darentur. Sed tamen ſua interim Stilicodum ageret, & abeſſet (vt quidam ſcripsêre) Romani permagnis animis hoſtem ferocem aggrediuntur Radagaiſum, eumdemque apud Florentiam in faucibus anguſtis ſuperant, & proſternunt. *Ita quidem tradunt Oroſius, Sozomenus, Iornandes, & Marcellinus Comes. Zoſimus* tamen, *Proſper*, & qui tunc vivebat *Paulinus, In Vita AmbrosI*, hanc inſignem victoriam Stiliconi aſſcripsêre. Ita res incerta eſt apud Hiſtoricos Scriptores, quid tunc animi habuerit Stilico Wandalus homo; Quem tamen non ita excuſat, neque laudibus extollit *Hieronymus epiſtola* 11. *ad Geruchiam.*

Divus Auguſtinus, De Civitate Dei, lib. 5. *cap.* 23. *Cùm Radagaiſus* (inquit) *Rex Gotthorum, agmine ingenti, & immani*, (*Zoſimus* quadringenta millia numeravit, ſed fabulari putem; *Oroſius enim, & Marcellinus*, ducenta tãtùm, *Auguſtinus*, pluſquàm centum millia fuiſſe, aiunt) *iam in Vrbis viciniâ conſtitutus, Romanis cervicibus immineret, vna die, tanta celeritate ſic eſt victus, vt pluſquàm centũ millia proſternerentur ex eius exercitu atque ipſe cum Filijs mox captus, pœnâ debitâ necaretur. Oroſius* verò, *conterritum* (ait) *divinitus Rhadagaiſum, in Feſulanos montes* Devs *cogit; eiuſq́; , ſecundum eos qui parciſſimè referunt, ducenta millia hominum, inopum conſilij & sibi, in arido, & aſpero montis iugo, vrgente vndiq́; timore concludit; agminaq́; , quibus dudum anguſta videbatur Italia, latendi ſpe, in vnum, ac parvum verticem trudit. Quid multis morer?* &c. *Edentibus, bibentibus, ludentibuſque noſtris, tanti illi, tamque immanes hoſtes eſurientes, & ſitientes, languenteſque confecti ſunt, &c. Tanta verò multitudo captivorum Gotthorum fuiſſe fertur, vt pecudum modo, ſingulis aureis paſsim greges hominum venderentur. Sed nihil ſupereſſe*

DEVS *de populo eodem fivit, cunctis ilicò, qui emebantur, morientibus.* Hæc, & alia plura *Orosius*. Memorabilis hęc sanè, primaq; eadem Gotthorum historia, in Italiâ exstitit; hocque loco perdigna.

Anno Domini 407. Honorius, pro victoriâ de Rhadagaiso, eiusque filijs obtentâ, Deo gratiam relaturus; quod nihil esse gratius Diuinitati sciret, quàm si hostes illius hęreticos debellaret; qui Donatistas legibus fuerat persecutus, Romæ quoque Manichæos Phrygas, & Priscillianistas, bonorum publicatione prosecutus est; eisque nihil ex moribus, & legibus, cum cæteris hominibus voluit esse commune; Immò etiam publicum iussit crimen esse: quia, quod in Divinâ committitur religione, in iniuriam omnium fertur. Ex his autem obsequijs Divinæ religioni pręstitis, pius Imperator à Deo haud prioribus imparia beneficia consecutus est; cùm Stiliconis Comitis est insidijs ereptus.

Intereà verò Galliæ hoc ipso anno, à Wãdalis, & Alanis miserrimè sunt devastatæ. Hisce porrò, alias barbaras cõplureis Gentes permixtas Comitis Stiliconis proditione qui ex Wandalis originẽ duceret, in Eucheriumq; filium suum satagere: Imperium transferre Romanum, accitas, & in Gallias fuisse immissas affirmant, *Orosius*, *Marcellini Chronicon*, *& Itinerarium Rutili Numatiani* Ethnici *Poetæ lib.* 2. Immò *D. etiam Hieronymus*, *epistola* 11. *eamdem à Gallijs nostris acceptam cladem lugens, cum, Marcianas, & Hamaticum barbaræ istæ Gentes everterunt, vti monuimus, Catalogum istius temporis miseriarum hunc in modum contexuit epistola quoque* 15. *ad Ageruchiam. Præsentium (inquiens) miseriarum pauca percurram. Quod rari huc vsque residemus, non nostri meriti; sed misericordiæ*

sericordia Domini est. Innumerabiles & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occupárunt. Quicquid inter Alpes & Pyrenæû est; Quod Oceano & Rheno includitur, Quadus VVandalus, Sarmatæ, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & (ô lugendâ Respub.!) hostes Pannonij vastárunt. Et enim, Assur venit cum illis. *Maguntiacum, nobilis quondam Ciuitas capta, atque subuersa est; Et in Ecclesiâ, multa hominum millia trucidata, Vangiones,* longâ obsidione deleti, Rhemorum Vrbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemete,* * *Argentoratus* translata in* Germaniam. *Aquitania, Nouemque populorum, Lugdunensis, & Narbonensis prouincia, præter paucas Vrbes, populata sunt cuncta: Quas & ipsas foris gladius, & intus vastat fames. Non possum sinè lacrymis Tolosæ facere mentionem, quæ, vt huc vsque non rueret, Sancti Episcopi Exuperij merita præstiterunt. Ipsæ Hispaniæ, iam, iamq; perituræ quotidie contremiscunt, recordantes irruptionis Cymbricæ; Et quicquid alij semel passi sunt, illæ semper timore patiuntur. Cætera taceo, nè videar de DEI clementia desperare.*

* *Colonia Agrippinensi finitimi.*
* *Propè Spiram.*
* *VVlgò Stras bourg.*

Atque mala hæc omnia, hæ lacrymæ Comitis Stiliconis proditione, quem vocat *Diuus* Hieronymus epistolâ hâc eâdem superiore semibarbarum proditorem, contigêre. *S. Prosper Libro, De Prouidentia Dei*, easdem calamitates, suæque præsertim Aquitaniæ deplorans, à VVandalis & Gotthis illatas,

Heu! (inquit) *cæde decenni.*
Wandalicis gladijs sternitur & Gethicis,
Non castella petris, non Oppida montibus altis
Imposita, aut Vrbes amnibus æquoreis,
Barbarici superare dolos, atque arma furoris,
E valuêre omnes: Vltima pertulimus.

Salvianus quoque, libris octo, De recto Iudicio, & providentiâ Dei, inundationem omnium enormium vitiorum in Ecclesiam, quæ tantam calamitatum inundationem provocârit, deplorat: Qui & idem definit, longè præstantioribus moribus enituisse temporibus istis barbaros, quàm Romanos: Et in primis, *libro quinto,* vitia prosequitur Gallorum, in hisque suorum præcipuè Aquitanorum, in quos barbaricus furor irrupisset. Pluribus docet hic Salvianus Episcopus Massiliensis, quàm fœdè soluta esset in Gallijs magnâ ex parte disciplina Ecclesiastica, vt exundātibus vbique vitijs, & fœdà criminum luë, Gallicanæ provinciæ, Vrbes, & Arces, meruerint tradi tot barbaris nationibus devastandæ. Novus planè sui temporis Hieremias Salvianus ille Antistes, qui, (quod deterius sit) suos eosdem luget Gallos, hisce adeò acerbis flagellis, moribus haud emendatos, sed potiùs redditos deteriores.

Isdegerdes Persarum Rex, per hœc tempora, bonâ fide susceptâ tutelâ Theodosij pueruli octennis, Imperatoris Arcadij Filij, qui fratris Honorij veritus indignationem esset, Antiöchum quemdam prudentissimum Virum Tutorem misit, ad Senatum scribens in hæc verba. *Arcadio dormiente, meque Curatorem Filij constituente, qui suppleat locum meum direxi. Nè quis ergò insidias puero conetur; nè prælium intolerabile contrà Romanos exurgat.* Ex fœdere verò in centū annos inter Isdigerdem, atque Romanos inito, & firmato, nō modò Imperij Romani securitati prospectum est, sed & fidei prædicandæ, atque propagandę in Perside via est aperta, Sanctus enim Marutha Episcopus Mesopotamiæ, ab Imperatore Legatus ad Regem Isdegerdum missus,

sus, ob singularem pietatem adeo Regi Persarum carus exstitit, & eò gratus, quòd eũ gravissimo, ac diuturno capitis dolore laborantem precibus suis liberâsset, ab eiusdemque Filio dæmonem expulisset, vt frementibus licèt Magis, Ecclesias vbique ædificandi facultatem ab Isdegerde obtinuerit, & parùm abfuerit, quin & ipsummet Persarum Regem compulerit fidem Orthodoxam profiteri. Honestis demùm perfunctus laboribus Marutha, magnę sanctitatis nomine gloriosus, post mortem apud Latinos, & Græcos veneratione anniversariâ colitur, & notis publicis in Dipthycis Ecclesiasticis celebratur.

Dum hæc agerentur in Oriente, Stiliconis insidijs in Occidente res admodùm turbatæ sunt. Cum enim Stilico pluribus annis, occultâsset animo proditionem Imperij, & aliquibus interdum signis eamdem patefecisset, apertâ iam luce in Honorium egit, Anno Domini 408. Quod facinus indignum ipsa quoque elementa clamare visa sunt, quando Romę, in foro Pacis, per dies septem, terra mugitum dedit. Alaricus Gotthorum Rex studijs Stiliconis inserviebat. Colludebatque Stilico cum Rege Alarico pluribus prælijs, eumdemque reservabat ad terrendam, & terendam Rempublicam Romanam; vt etiam Alaricum diu publicis stipendijs aleret, quasi pro Imperio Romano militaturus esset Gothorum Rex. Id autem versipellis agebat Stilico, eâ quidem specie, quasi operâ esset Alarici vsurus, ad invadendam Imperatoris Arcadij ditionem. Dùm igitur hoc astu Wandalico Dux Stilico studet filio Eucherio Pagano Imperium parare, Alaricus suis militibus Gotthis stipendia per Legatos petit,

ob

ob moras in Epiro contractas, cum is expectaret mitti in Orientem. Sententias Patrum in Senatu eâ de re rogat Honorius Augustus; Sitne videlicet hæc Alarico pecunia danda; an verò adversùs eum ipsum bello decernendum? Decernuntur ex Stiliconis sententiâ Regi Alarico pro pacis redemtione quatuor millia librarum auri, licèt fortiter reluctaretur Lampadius V. C. & in faciem Stiliconi patriâ obijceret libertate, Nequaquâm esse istá pacem; sed certè servitutis pactionem indignam. Hæc (inquam) & nonnulla præterea, eo modo vario, dùm agitantur, Dux Olympus, detectâ Stiliconis fraude, ac Imperij proditione, animum Imperatoris Honorij acriter in proditorem commovet Stiliconem, quem assereret vtrumque Imperium affectare, idque reverâ iam agere cum Alarico Gotthorum Rege. Eam ob causam occiduntur Magistratus Stiliconis studiosi, Satellites eiusdem interficiuntur; Ipseque Stilico sibi timens, Ravennā se cum suis ocyùs confert; ibique occisis à Saro Hunnorum Duce cæteris satellitibus eius; intempesta nocte ad Ecclesiam confugit (iusto Dei iudicio) vt qui tempore Divi Ambrosij, Ecclesię iura violare non fuisset veritus, idem ipse iam Imperatoris Honorij bis Socer, & in tantam evectus potentiam, vt, & Romanos, & Gotthos sibi obsequenteis haberet, Ius Ecclesiæ, quo vitam tueretur, necessitare compulsus, implorârit. Devs enim vltor, ita superbos, qui cornua in res sacras erigere pręsumant, deprimere consuevit. Honorius porrò & Theodosius Ecclesiasticam immunitatem ita ratam voluerant esse, vt etiam crimen Maiestatis esset, quemquam ab Ecclesia abduxisse. Vndè nec perduellis Imperij Stilico est ab eâ,

vi avul-

vi avulſus, ſed Sacramentis, & fide factâ, non eſſe imperatum ab Imperatore, vt necaretur, ſed vt cuſtodiretur, ſpontè indè egreſſus, & deductus eſt; Et paulò poſt, novo edicto Principis, ob delicta in Rempublicam, ab Heracliano eſt obtruncatus 10. Calendas Septembris, Anno Chriſti 408. Sequenti verò, Eucherius Stiliconis Filius, ab Arſacio, & Terentio Eunuchis detentus, eſt interfectus, priorique, mandato Principis præfectura Cubiculi; poſteriori, proximus eſt traditus locus. Sed & Serena, ex Senatuſconſulto paulò poſt fuit laqueo interfecta, inſimulata, quòd cum Stilicone eaſdem Imperio Honorij ſtruxiſſet inſidias, inſano & ipſa deſiderio ardens creandi Filij Imperatoris; quodque eius nutu, ad obſidionem Vrbis, Alaricus ſtatim irâ percitus, cum ſuis Gothis veniſſet.

Cùm igitur Anno Chriſti 409. arctior Vrbis obſidio perduraret, fameque ac peſte populus laboraret Romanus, interclusis commeatibus, Cives vi adacti, auro pacem redemère, perſolutis quinquies mille auri libris, tricies mille libris argenti, quater mille tunicis ſericis, ter mille pellibus coccineis, & piperis pondere, quod ter mille libras æquaret:

Summam illam ex Ærario exhauſto, & parvis privatorum copijs implere, in promtu non erat; in fana Deûm itum eſt, iuſſuque Eucherij pagani recèns exornata Simulacra Gentilium, ac Ethnicorum, auro, & gemmis ſpoliata, nudata, ipſaque adeò aurea, & argentea communi ſunt decreto conflata; Quod Zoſimus Ethnicus ſcriptor deplorat. His acceptis, Rex Gotthorum Alaricus abſceſſit.

Quis ambigat divinâ id planè providentiâ factum, vt, quod Imperatorum tot Edictis nondum perfici potuisset, obsidione Gotthorum Regis perficeretur; & quę superessent in Vrbe, atque Capitolio, reliqua Delubra spoliarentur; simulacra, Ethnicorum iussu, auro, argentoq; facta, vrgente felici hac necessitate, demùm conflata, à Gotthis efferrentur erepta? Cæterùm, obsidionis huius fama cum Orientem pervasisset; Divus Hieronymus, quæ gesta ibi fuissent accepit, dùm appositè Isaiam interpretaretur, In cuius 13. lib. præfatione, hæcce tempora signantur; Et in Præfatione lib. 11. excusat, quod in interpretatione Statuæ, quam Nabuchodonosor per visum aspexisset, per pedes, ferro, testâque compositos, dixisset; In eo Imperium Romanum fuisse significatum, quo, ipso in principio nihil fortius; imbecillius nihil in fine fuerit. *Non mihi* (inquit) *imputetur, sed Prophetæ. Neque enim sic adulandum est Principibus, vt sacrarum Scripturarum veritas negligatur. Dei iudicio repentè sublata est calumnia,* (inquit) *cùm scilicet auditum est, Romam à barbaris obsideri.*
Neque tamen Alaricus cessavit agere de pace, quam sanè Honorius parum prudenter neglexit; viditque Wandalos contrà Constantinum in Gallias regressos. Erant quidem Alaricus, & ipsius Gotthi Christiani, sed Arrianismo infecti, vt auctor est Sozomenus, lib. 9 cap. 6. & 7. Agebat hoc anno 409. Honorius apud Ravennam : vbi & Innocentius, id nominis primus PP. erat, ob negotia pacis. Cùmque inter Honorium & Alaricum non bene conveniret, post ingratam cunctationem, rursus Romam Rex Alaricus obsidet, & anno sequenti 410. captam incendio modico fœdat, iungitque se Prisco Attalo, Ariano,

no, novo Imperatori electo, in opprobrium Honorij, qui obsequium aliquod honoratum, & pacis conditiones à se oblatas obstinatiùs, quàm prudentiùs repudiâsset. Verùm, Attalus anteà Vrbis *Præfectus*, dùm nomen *Imperatoris* insolentiùs vsurpat, brevi à Rege *Alarico* in ordinem redactus, & tandem captus Honorio traditur Imperatori, indèque tertio, vel die sexto in Campaniam, & Apuliam Gotthus *Rex* discedit. *Ita Orosius, lib. 7. cap. 39. Sigobertus, & Sigonius, ad hunc annum.*

Verba Orosij hęc sūto. *Tertiâ die barbari, quàm ingressi Vrbem fuerant, spontè discedunt, facto quidem aliquantarum ædium incendio &c.* Quibus addit *Isidorus, libro, De Mundo. Qui extra loca Martyrum erant, & nomen Christi; vel Sanctorum nominabant, & ipsis simili misericordia hostilis furor pepercit. Sic evaserunt multa millia Romanorum, quibus Gotthi, propter Christum, misericorditer pepercerunt.* Vasa grandia, aurea, & argentea, Sancti Petri *Apostoli*, apud Virginem piam recondita, humeris Gotthorum, iussu eiusdem *Alarici*, hinc indè tuentibus armatis, fuêre tùm quoque relata. Creatus fuit tunc Alaricus vtriusque militiæ Dux; Athäulphus, Sororis *Alarici* maritus, Dux equitum; Lampadius, *Præfectus Prætorio*; Extat ad Lampadium hunc *Epistola, De fato, & fortuna*, quâ hominem omnium superstitiosissimum, studuit Augustinus, ab ineptijs Mathematicorum dimovere. De honore, quo ijdem Gotthi, *Vrbe* captâ, Ecclesias sunt prosecuti, videatur idem Divus Augustinus 11. De Civitate Dei, Gapp. 1. & 7. Illud profectò inprimis demirãdum iam occurrit: Quod *Alaricus* hic Wesgothorum Rex, Qui captâ Vrbe, victore exercitu, consternatis hostibus, Honorio imparato, Innocẽtio absen-

 te,

te, tam facilè invadere poterat Imperium, quasi numine cogente, Vrbem egressus, milite palabundo, Campaniã, Lucaniam Brutiosq; pervaserit. Sed & illud admiratione perdignum; Quod, nec Paulinus, nec Populus ipsius Nolanus mali quidquã hâc in Gotthicâ incursione fuerint perpessi, illos protegente Sancto Felice Vrbis Patrono. Vndè *D. Pater, ac Magister noster Augustinus. De Curâ pro mortuis &c. cap. 2. Non enim* (inquit) *solis beneficiorum effectibus, verum etiam ipsis hominum affectibus, Confessorem apparuisse Felicem Civibus, vel inquilinis, piè à se dilectis, cùm à barbaris Nola oppugnaretur, audivimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis*. Hactenus ibi sic.

Alaricus deniq; Gotthorum Rex, exercitum traijcere in Siciliam frustrà dùm tentat, repentinâ morte apud Consentiã occupatur, & in Basentij amnis alveo medio, multis cum opibus sepultus est, Anno à nato Christo Domino 411. Mort eeius cum accepisset Honorius Augustus, isque esset in processu, ex equo descendit, summasq; Deo gratias egit, à quo esset manifesto, potentique hoste tandem aliquando liberatus. Ita quidem Io. Diaconus, falsò dictus Paulus, Historiæ miscellę lib. & 9. & 13. Dum hæc geruntur in Italiâ, Vandali, certamine inito in Gallijs, occiso à Francis Mogogisil, iacturã sui Ducis fecêre: cui mox substitutus est Gundericus Filius, quẽ Godigiscum vocat Procopius lib. 3. de bello Wandalico. Hocq; Duce, sive Rege novo, Wandali reversi in Aquitaniã, & tandem accedentibus illis Alanis socijs, in Hispanias, quas anno 409. frustrà invadere tentârant, rebus Imperij, vt vidimus, tunc turbatis, cùm nimirùm in Galliâ Armorici, & qui erãt in maiori Armeniâ Romanis subiecti,

iecti, se in libertatem audenter vendicâssent, Romanis Ducibus depulsis, ab Honorio Imperatore admissi fuêre, vt, cum Orosio, & Sozomeno, noster MS. Anonymus, & plurimi alij Chronologi observârunt. Adduntque ijdem, Gundigisco, seu Gunderico Regi novo, tùm Hispaniæ possessionem ab Honorio Augusto fuisse concessam, eâ lege, vt Incolis non noceret. Diviso autem inter Wãdalos tandem & Alanos Regno, Lusitania cessit Alanis; Silingis, id est Vandalis *Bœtica*, quæ Vandalosia exindè dicta est. Extincto porro, vt vidimus, Gotthorum *Rege* potenti *A*lricho, seu *A*larico Arriano, *A*thäulphus, (quẽ Io. Carion Adolphum vocat, Chronicorum suorũ li. 3.) *S*ororis Alarici maritus, Rex est à Gotthis electus, & salutatus. Hic redijt Romam, & Gallam Placidiã, Theödosij filiam, sororemque Honorij, quam cœperat Vrbis invasione, coniugio sibi sociavit apud Forum Cornelij, maximo Imperij Rom. bono. *A*b eâ namque placatus *A*dolphus *R*ex *G*otthorum *R*omæ pepercit. Imò etiam Galla Placidia Honorij Cęsaris Soror, ingenio vt acerrimo erat, subtilibus blandimentis *A*thaülfum Virum suaviter inflexit, vt à *R*omanis vltrò expeteret pacem, & Cęsari Honorio fideliter vellet exindè militare. *Ita Orosius.*

Invaserat *A*laricus anteà hispanos: sed re infectâ primùm recesserat. Iam ergò cum suis Gotthis *A*thãulfus Rex in Gallias profectus est anno Christi nati 412. ab Italiâ penitùs recedẽs. Intereà tẽporis, Burgũdiones, Germanię populi, bellicosissimi, multitudine ac viribus pręstãteis, qui solerent gloriari sobolẽ se Romanorũ, Galliæ partẽ Rheno proximã obtinuisse. (Et, De quorũ denominatione à

Burgis, *vulgò Bourg* sumtâ, Orosius, & Ioannes Marius, In Illustrat: Galliarum plura tradidêre) profligatis in Galliâ Tyrannis, à Constantino pacem petunt, & impetrant, sedibus etiam apud Helvetios, & versùs Rhodanũ concessis, idque fœdere inito. Prosper, Cassianus, & Iornandes, cap. 31. plura subministrabunt legere cupienti, De primâ hac Burgundionum possessione in Gallijs adeptâ; & quo pacto eorumdem Regnum iam nascens, anno Domini 413. temporis progressu fuerit adauctum, provincijs illis accedentibus, quæ hodie, Sabaudia, Burgundię Comitatus, & Provincia nominantur.

Honorio Cæsare, cui Valentinianus 3. successit, ad fidẽ conversi mihi videntur Burgundiones. *Hoc ipsum tuetur Orosius Presbyter Hispanus*, qui hortatu Augustini, scribere tum quoque temporis cœpit, *historiam ab Origine mundi, ad suæ vsque tempora. Quod quidem opus idem perfecit anno* 417. *vti docet D. Augustinus. Epistolá* 102. *Cum scriberet ille*, De *natura & Gratia, contrà Pelagium.*

Britannia maior, *vt scribit Beda*, Anno Christi 414. operâ Constantij, redijt ad iura Imperij Romani; & missus est is idem demùm in Aquitaniam contrà Wijsgothos, qui Duce, Regeq́ue suo Adolpho, seu Athaulpho eam tum invasissent, cùm nimirum Attalus Tyrannidem, & nomen Augusti resumeret in Gallijs, Rege Athäulfo impellente, *vt auctor est Prosper*. Annus iam quartus agebatur ab Vrbe captâ per Gotthos, cum eosdem Constãtius Narbonâ expulsos in Hispaniam abire coëgit. Romani qùidem iam Gotthos, pacis studiosos, & auxiliares habere cœperant; at ijdem copias in eos movêre hoc anno: Quòd Attalus Tyrãnus prenominatus, cum Imperium

perium deponere à nostris hisce Gotthis, seu Wijsgothis fuisset coactus, eorumdem auxilio, iam iterùm tyrannidem, & Augusti titulum, in Gallijs audentiùs resumsisset. Depulsi ergò in Hispaniam Wijsgothi, cùm rursùm Attalum hunc revisissent, & in Hispaniam deduxissent: mox infelix Attalus relictus, & in mari captus, Constantio Comiti est traditus vivus, & in triumphum posteà idem ab Honorio Cæsare ductus, Liparæ demùm miserè vivere iussus, truncatâ manu vitam reliquit, anno Christi 415.

Stragem per Gallias, & demùm in Aquitaniâ editam à VVandalis, & deindè à Gotthis, sub *Athäulfo Rege* eam invadente, de quâ dictum est superiùs, magnâ Dei vindictâ contigisse, Salvianus, *Prosper*, & nobilissimus Aquitanus, Paulinus Consularis, ab Attalo Comes largitionũ privatarum creatus, disertè declarârunt. Quæ quidem vt apertiùs percipiatur, provocatum se velit Lector rursùm ad Paulinum illum, non certè Nolanum Episcopum (quod perperam asserere quidam tentârunt) sed superiorem, qui Maiores Vasatis habuerit ortos, & Nepos Sororis exstiterit Ausonij Coss. Ex eius enim scriptis planè intelliget, depravatissimo illo ævo, vniversum fermè Imperium Romanum, tùm verò præcipuè Gallias, VVeisgothis, & VVandalis, alijsque Gentibus ferocissimis deditas fuisse incursandas: Cùm illæ eædem, vel à Tyrannis essent evocatæ, vel ipse, ab vltore Deo excitæ, (*Vt nullum esset in Gallijs malum, pœna, quod non fecisset Dominus,**) ex diversis in illas partibus cõfluxissent, easdemq; miserè essent depastæ, neque illâ ipsâ clade noster etiam ager caruisset Marcianensis, & Duacensis.

* *Amos cap.* 3.

Quod

Quod equidem iudicij Divini tametsi pondus grave, adhuc hodie, in veteribus nostris, Adartensibus, Duwacenbus, Marcianensibus, Hamaticensibus, & vicinis possim ruinis ipse deflere; tamen si delinquentium eo seculo scelera conijciat mecum æquus Lector in alteram cœlestis libræ lancem, nihil superesse idem mecum sentiet, quod vel miretur, vel conqueratur. Videbit namque referentibus superioribus fide perdignis testibus, omniq́ue exceptione maioribus, id in se concitâsse consequentis pœnæ mali scelera enormia omnium in genere istius seculi populorum maximeq́ue Gallorum, &, vti testantur ijdem, Aquitanorum, vndè vidimus iam denique depulsum in Hispaniam Westergothorum, sive Wijsgothorum, id est, Occidentalium Gotthorum transijsse Regem Athäulfum, seu Adolfum, Qui, anno quarto ab Vrbe captâ fuerit cum suis Wijsgothis Narbonâ expulsus, & apud Barcinonem, dum paci petendæ studiosissimè insisteret, suorum denique dolo cum filiis occisus anno Christi 415. Innocentij Pontif. Max. 14. *vt auctor est Prosper.*
Paulò secus tamen de hoc Rege Vijsgothorum scripsêre *Iornandes & Orosius*. Illi enim, Athaulfus (inquiunt) Rex, qui Placidiæ Vxoris, probatæ religionis Fœminæ, consiliis delinitus Honorio, vt Leviro deferens, relictâ illi Italiâ, in Gallias se contulerat; misertus calamitatis Hispanorum quam à barbaris nationibus patiebantur, in Hispaniam, obviam tantis malis iturus profectus, Barcinone à suis inter familiares fabulas est interfectus. *Iornandes* porrò addit eumdem Athaulfum, tertio anno postquàm Gallias, Hispaniasq́ue domuisset, occubuisse; ilio perforato gladio Vernulfi, de cuius staturâ ridere solitus

litus erat. Idatius scribit Athäulfum Narbone Placidiam Vxorem duxisse, & inde à Constantio Patritio pulsum, Hispanias petijsse. *Petrus Antonius Beuter*, tradit, illũ Barcinone cum 6. filijs, quos ex aliâ, antè Placidiam Coniuge suscepisset, occisum, & Monumento eius hoc insculptum Epitaphium.

Belli potens validâ natus de Gente Gothorum,
Hic cum sex Natis Rex Athaölfe iaces.
Ausus es Hispanas primus descendere in oras,
Quem comitabantur millia multa Virûm.
Gens tua tunc demum Natos, & te invidiosa peremit;
Quem post amplexa est Barcino Magna gemens.

Huius autem Epitaphij Regij versus quintus cùm claudicet, obiter admonendum censui Lectorem, in eo fortè Demvm, quo is claudicet versus, superesse resecãdum. Wijsgothorum Rex Adolfus, seu Athaulfûs regnavit annis Sex, illiq́ue successit Segericus, quem Divus Isidodorus, Siericum, Orosius, & Iornandes, Regericum, (nisi mendosus sit eorum Codex) appellârunt. Sed corruptè apud illos opiner, Siericum, & Regericum, pro Segerico, legi. Sigericus hic, ex Catalogo Regum Gotthorum, qui regnârunt in Hispania, vsquè ad Infantem, sive Sanctum Regem D. Pelagium, ordine quintus recensetur. Hancque habent seriem F. Tarapha. D. P. Antonius, parte secundâ, & alij. Vt sit censendus primus omnium, Radagaisus, Anno nati Christi, Regum Moderatoris supremi, Mundiq́ue Rectoris, & immortalis Dei, 308. Attanaricus 2. Anno D. N. 369. Alaricus, 3. Anno D. N. 382. Ataölfus, 4. Anno D. N. 411. Sigericus 5. Anno D. N. 416. Attamen cùm cæsus fuerit Radagaisus cum proli-

bus, & exercitu Gotthico, haud procul ab *V*rbe *R*omâ, priùs-quàm ille idem Hiſpanias ſpectâſſet, vti ſuperiùs vidimus, Et à fruſtrà tentatâ eâdem Hiſpaniâ, Alaricus retroceſſiſſe, à nonnullis Scriptoribus Hiſtoricis tradatur, prior hæc ſeries parum firma, & conſtans videtur. Itaque ne funê hunc contentioſum, nè lites annoſas trahens, cum varijs Chronologis, qui ſic inter ſe de ineûdâ, tẽporum ratione, & Regum ſerie digladientur: pro inſtituti noſtri breviore ratione ſatis, vt ſpero, fecero, ſi cum recentioribus aliquot Scriptoribus hiſtoricis nobilibus indicâvero, idque, quod res eſt, aſſeruero. Quod nimimirum, *R*ex Sigericus Wijſgothorum, hoc eſt Occidentalium Gotthorum Rex in Hiſpaniâ; vt videtur, ſecundus; cùm itidem DEI nutu ad pacem pronior eſſet, ſuorum quoque fraude, qui pacem ferre nollent, peremptus, mox vitam cum regno reliquerit.

Proſper Aquitanicus, & Severus, Sigericum hunc inter Weſtergothorum, ſeu Wijſgothorum, aut Viſigothorũ Reges in Hiſpaniâ non poſuere, ob temporis, quo is regnârit, brevitatem, quâ regnum inijſſe ſolùm, nõ poſſediſſe videatur. *Rodericus tamen Toletanus Archiepiſcopus, De rebus Hiſpaniæ, quique illum eſt ſecutus, Alfonſus Carthaginenſis*, Vno anno Segericum ſcripſerunt regnâſſe. Nos itaque *S*egerico Wijſgothorũ, vel, (vt etiam ſcribit Doctus Genebrardus in Chronologiâ ſuâ,) VVeſtgothorum in Hiſpaniâ *R*egi VValliã ſubrogabimus, qui interfectis omnibus, quos crederet *R*egnum cupere Viſigothorum, ſeu Occidẽtalium Gothorũ, audenter eorum Imperiũ invaſit; Quod & eius poſteri fortiter in Hiſpaniâ, vſq; ad Infantem, ſiue ſanctũ Regem D. *P*elagium deniq; tenuerũt.

Ab

Ab bis Vijſgothis (*vt eſt auctor Ioännes Carion, Chronicorum lib 3.* §. Devastatio qvartæ Monarchiæ; Et, De Gotthis, *nati ſunt Chriſtianæ profeſsionis Reges in Hiſpaniâ, à quibus originem ducit Clariſsimus omnium Imperator Carolus quintus:* Princeps ſane Chriſtianiſſimus, fideique Catholicæ acerrimus propugnator; *P*rinceps prudentiſſimus, pariter, fortiſſimus, & ſemper Inuictiſſimus, vti res geſtę, atque Orbe toto præclara eius facta proteſtantur. *Quamquam enim (ait idem, I. Carion) poſteà Saraceni Hiſpaniam inuaſerunt, in eaque potentes facti ſunt; tamen reliquos adhuc Reges alios è ſtirpe* VVijſgothicâ nimirùm, præpotenti, & Illuſtriſſimâ, (ex quâ certè prodijt pientiſſima Dotatrix noſtra Diva Rictrvdis, cognomento Nobilis) *perdere nequaquàm potuerunt.*

Atq; hæc quidem, vniversè ſaltim, hoc ordine cognoſci debuêre, ab ijs, qui res Gothicas ſæculorum multorum præclarè geſtas; quique *R*egum Gothorum è ſtirpe productam clariſſimam Rictrudem noſtram, Toloſanam Principem, aut legere, aut certiore memoriâ piè optarent retinere.

Habet quoque ſuam hâc deinde in parte vtilitatem, peculiaris prætereà quorumdam Gotthorum in Occidente præclarè ſeſe habentium commemoratio brevis. Itaque ſubijciam ſequenti ſectione, ſeu paragrapho pauca.

DE OOSTERGOTHIS, SEV OSTROGOTHIS.

POSTEA verò quàm in Hiſpaniâ (quò nunc ſermo noſter redibit) VVeſtgothi, ſeu Orientales Gotthi, ſuas ſedes fixêre, non redierunt in Italiam Gotthi, niſi temporibus Imperatorum OlybrI, GlycerI, & maximè Zenonis *I*ſaurici, quando Othacarus, ſeu Odoäcer ex *R*ugiâ oriundus, Herulorum & *S*cirorum, trans Danubium, in inferiore Germanâ *R*ex, maximis Italię tumultibus excitatus, & à Nepotianis evocatus, in vindictam IulI Nepotis *I*mperio privati ab Oreſte, *A*uguſti Auguſtuli *P*atre, maximis copijs coäctis Italiam invaſit, *R*omæque potens effectus eſt. Barbarus hic Othocarus, ſeu Odoäcer, Oreſtis quondam militiæ magiſtri armiger, *R*omæ ſtipendia fecerat ſub *O*reſtis Filio, Momilio Auguſto, ex contemtu, & wlgi dicterijs, *A*uguſtulo dicto: eâque occaſione potens effectus, Oreſti malam reddês gratiam, anno partæ per Chriſtum ſalutis 475. Auguſtulum, eius occiſo *P*arente Oreſte, in Lucullanum, Campaniæ Caſtellum, propè Neäpolim, relegavit, & *I*taliæ *R*egnum ſibi arreptum attribuere privato iure cœpit, & tenere 23. *A*uguſti; *Ex Marcell. Caſsiod. & Onuphrio.* Et ità demùm; Si Romanum Imperium ſua ſumſit primordia ab Auguſto, & non etiam eius ab *A*vunculo C. Iul. Cæſare, (quod MM. SS. Codices nonnulli volunt ita tueri, vt Octavianū quidem Nepotem, *A*uguſtorum primum; at verò. C. Iulium Avunculum eiuſdem, Cæſarum Proto-Cæſarem cum alijs Scriptoribus hiſtoricis affirment) hoc

hoc posito fundamento, iuxtà vulgatum illud; *Omne quod oritur, occidit*: Romanum hoc idem Imperium in Occidente defecit in Momilio Augusto, vulgi dicterijs Augustulo dicto, & ad Barbaros Reges transijt, Anno à partu Virgineo 475. quò, à glacialis Orbis partibus extre. mis Othocarus Erulorum Rex, vti flagellum novum à Deo iam anteà paratum, per Legatos evocatus, advētâtat, de proditione Orestis & Pauli, Fratrum, pœnas sumturus, & Imperio iam Occidentali extincto, Italiæ Regnum invasurus: Quod & reverà tenuit aliquamdiu, Imperatoris tamen nomine, purpurâ, & Regalibus abstinēs indumentis. *Ità Marcell. & Cassiodorus.*

Miserabilis eâ profectò tempestate cōditio Ecclesię fuit, omnia ferè per Orbem occupantibus Arrianis Principibus. Odoäcer namque Arrianus, Italiam tenebat: Gensericus Wandalus, Africam, & ipse Arrianus: Arrianus item Wijsgothus, ferè Hispaniam, & magnam Galliæ partem suo sub Dominio habebat: reliquam fermè Franciam, Gentiles Franci, & Burgundiones occupabant: Vniversum verò Imperium Orientale Zeno Isauricus, Eutychiänus hæreticus obtinebat.

Ecquis igitur eâ rerum miserrimâ tùm facie, Catholicam Ecclesiam extinctum iri non censuisset; nisi divinâ eamdem promissione potentiùs subnixam certo certius haud ignorâsset, & constanter idem credidisset? Nec enim, Ipsæ, *Portæ Inferi adversus eam prævalebunt* * Stetit certè adversus vim omnem, & Satanicam Synagogam illam terrâ, cælo que firmior Ecclesia Sancta, Catholica, & Apostolica, Victrix: perstitit religio Christiāna instar palmæ adversùs tantùm pondus, fortior assurgens, Cùm

* Matth. cap. 16.

Simplicius etiam, à DOMINO DOMINORVM, IESV CHRISTO, Ecclesię *Sanctæ Rector* constitutus, & *Papa*, eò solicitiùs animum adijceret ad pericula imminentia vndique antevertenda, & evertenda, quò magis circunspiceret rerum Ecclesiæ Catholicę statum pavendum: perque litteras, prudenter, & fortiter adhortaretur Imperatorem Zenonem, vt pulso *Pseudo*-Episcopo Alexandrino, Timothæo *Æ*luro, Ecclesiam Alexandrinam restitueret in pristinum statum.

Addendum; Quod & inter tot turbines, *A*catius Episcopus Constantinopolitanus, Simplicij PP. hortatu, eidem nefario Timothæo omni obstitit conatu, multis, eamdem ob causam ad se sanctis Episcopis, & Monachis, Constantinopolim, ex Eremi latebris evocatis: Ac demùm anno Christi 477. Basiliscum Imperij invasorem, DEO & hominibus, ob excellentem impietatem, & avaritiam invisum, posteaquàm Imperium occupâsset annum, & semestre, ab Ecclesiâ, quò is hæreticus impius, salutis ergò confugisset, protinùs extractum, Zenoni Augusto voluit traditum; qui cùm statim eum cũ Vxore & infelicibus liberis, in exilium relegâsset, brevi miser Basiliscus, cum *A*spide suâ, impiâ (inquam) Coniuge, ac prolibus, frigore, fameque contabuit. **Hæc**, Superûm nutu facta, pro Zenone apud *Deum*, *Sanctâ* Theclâ, (quæ illi per visionem apparuisset) intercedente, *Evagrius* affirmat.

Ad meliorem itaque nonnihil redditus frugem Zeno, magnificum, & peramplum Sanctæ Theclæ Martyri Templum, apud Seleuciam Isauriæ imperavit extructum: Et confestim scripsit ad Simplicium *Papam* epistolam,

ſtolam, quâ fidei ſuæ in omnibus faceret integritatem teſtatam.

Imò verò expulſis hæreticis Epiſcopis, quos impius Baſiliſcus intruſiſſet, ex voto, & Simplicij Pontif. Max. ſententiâ, omnia fuiſſe ab Imperatore Zenone impleta: Et omnium malorum auctorem Timothæum, inſtar proditoris Iudæ, deſperabundum ipſi ſibi mortem funeſtam hauſto veneno conſciviſſe conſtat. Eruditè quoque ſcripſit Samuël Syrus, adversùs hunc execrandum Timothæum, & Timothæänos ab eo dictos hæreticos, qui Eccleſiæ adverſarentur Orthodoxæ docenti, *Verbum ita carnem factum, vt, manente Verbo in ſua ſubſtantia, & homine in ſua natura, ſocietate, non commixtione, vnam Filij DEI reddiderit Perſonam.*

Porrò verò nunc nuper, anno aſſertæ à Chriſto ſalutis humanæ, 473. vires Ooſtrogothorum cœperant Romani ſuo damno experiri. Cùm enim vehementer eſſent res Imperij Romani turbatæ, Olybrio Imperatore occiſo & Glycerio, in eius locum, viâ obliquâ, & artibus verſuti Gundebaldi evecto; in huncque modum, permagno Reipublicæ Romanę detrimento, Auguſtis ſæpiùs mutatis, nova hiſce tumultibus Civilibus calamitas acceſſit. Siquidem, Cùm intellexiſſent Ooſtergothi, hiſce miſeris motibus Italiam fluctuare; Duce Windemiro, ex Amalâ Gente, ad Italię damna deſcenderunt; Theödomirus autem maximas in Orientem copias infudit. Sed erant iam quidem Oſtrogothorum hi motus novi ſedati. Windemiro ſiquidem Oſtrogotho, mox in Italiâ rebus humanis erepto, Glycerius Imperator, quo valebat aſtu, muneribus ampliſſimis datis evicerat,

vt ex

vt ex afflictâ Italiâ Windemirus, defuncti Windemiri Filius, discedens in Gallias, se cum suis reciperet Ostrogothis, vbi is idem Ostrogothorũ *Dux*, Windemirus cùm se parentibus VVijsgothis adiunxisset, vti dudum anteà fuerant, vnum iterum omnium corpus est effectum, *vt author est Iornandes, seu Iordanus Gotthus.*

Verùm-enimverò, *A*nnus Christi Servatoris 484. Imperatoris Zenonis 11. Othacari Regis 9. Consulum primũ habuit à Zenone cum Venantio creatum *D*iëthricum, seu Theodoricum Amalum, Oostrogothorum *R*egem, in Pannoniâ natum, anno Domini 458. Neque id modò; sed & ob debellatos, Marcum & *P*amprepetem Imperij perduelles, meruit, is idem Theodoricus Oostrogothus, & triumphum, & statuam equestrem in Foro, & Consulum, ordinem primum; & insuper, ab eodem Zenone Augusto, in Filium adoptari, & euehi in spem Imperij Occidentalis *(vt habent Euagrius lib. 3. cap. 25. Iordanus Gothus, & alij rerum gestarum nobiles Scriptores.) A*lter hîc nobis occurrit observandus obiter Diethricus, seu Theodoricus VVijsgothorum *R*ex, qui, quo natus est hic posterior noster Theodoricus, in *P*annonijs, Oostrogothus, ex gente *A*malâ, anno Christi 458. per bonam Hispanię partem tenebat; quique, victo tùm ibidem Arnulpho, Lykiæ, seu Luciæ, Heröinæ nobilissimæ Biscaïcæ Cantabrorum *P*roävo, (ex quâ posteà, nostra prodijt *R*ictrudis, Dux perIllustris;) &, diviso exercitu suo, regrediens in Gallias, *R*omanorum provinciam Narbonensem gravissimè vexabat: * Is exstitit *(inquit Ioannes Carion *)* Oostrogothi Theödorici nostri hu'us posterioris, Cognomento De Berna, Cognatus, Princeps tam excelso animo, adeò-

* Ex Idatio.

* Chronic. lib 3. De Gotthis.

adeoque forti pectore, & armis, vt præter eum, contrà Hunnorum Regem barbarum Attilam, *Cognomento* Flagellvm Dei, tentare quicquam facilè voluerit nemo. Tentavit ille, adeoque constanter, & fortiter, vt eius virtute, fuerit Attila egregiè cæsus: sed ità denique, vt ipsus ille Wijsgothus Rex, in hoc ipso conflictu acerrimo fortiter tandem occubuerit pugnans, in Catalaunicis Campis. De quibus, inter Scriptores variè certatur; An ij propè Tholosam sint? Certè, in Campaniâ est etiam Catalaunum, seu Cathelaunum Oppidum, *vulgò Chalons en Champaigne.* Nec pauci, Cathelaunos ibi Campos, Attilæ insigni cæde nobileis esse volunt.

Vixit ille Diethricus Vijsgothus Rex, quadragintâ annis, antè tempora Oostrogothi nostri Diethrici, seu Theodorici De Berna; Qui inter Gotthorum Orientalium, in Hungariâ Reges, tertius numeratur, vt primus fuerit, Hermenrichus; secundus, Ditmarus: tertius recenseatur, (*apud Ioännem Carionem*) Diethricus Bernensis, præfati Diëthrici Wijsgothi, seu Visigothi Cognatus.

Aberrat hic quidem *I. Carion*, à complurium calculatione, aliquot annis, sed non, in historicâ scriptione, eorumdem consensione. Hispania hoc tempore trifariam erat divisa. Galetia, cum Lusitaniæ bonâ parte, Suęvis parebat: Bœtica, & Catalaunia, seu Gotthorum Alania, Gotthis: Reliquas ferè Provincias tenebant Romani. Interim Eurico, (cuius fraude Thēodoricum fratrem perijsse quidam fabulari videtur) Visigothicum cessit Regnum: Qui certè Rex magnanimus, valido exercitu comparato, vniverso tandem Hispaniæ

Regno Romanos spoliavit, quod annis steterat ferè septingentis. *Ita scripsit Marian. Scotus, li. 5. cap. 5. ad annum 466.* licèt, *Idatius*, totam quam vocabant Hispaniam superiorem, non nisi 16. Leonis Imp. anno velit in Regis Visigothi Eurici, fratris Theodorici potestatem venisse, cùm res Imperij Romani ob intestina bella in Italiâ (quò iam redimus) vix consistere possent.

Theodoricus Regis Theodomiri Filius, & windemiri Ostrogothorum Ducis Nepos, Iuniorisque VVindemiri; (quem superiùs victum, præmijs Italicis à Glycerio datis, vidimus cœpto destitisse) Cognatus, mortuo * Patre Ostrogothorum Rege Theodomiro relictus successor, * varijs Provincijs regendis à Zenone præfectus, & Consul designatus Anno Christi 484. ingratus ergà Zenonem (ait Marcell. Chronicôr) post aliqua hostilia in Regiam Civitatem Constantinopolitanam tentata, in Mœsiam, vndè venerat, vocatus à Zenone Augusto, recessit, anno Domini 487. Felicis 3. 5. Zenonis Isaurici 14. quo eodem, Othacarus, aliàs Odoäcer, Rugios in Norico, nunc Austriâ debellavit, & Pheleteo, seu Phebâ Rege capto, redijt in Italiam. *Ita habent Cassiod. & Aventinus, lib.* 7. qui addunt Filium Pheletei Regis Fridericum, tum ad Theodoricum, Ostrogothorum Regem, dictum Amalum fugâ lapsum, se contulisse.

* Anno Domini 475.

Vide *Chronicôr Marcell.* De apparatu Theodorici Ostrogothorum Regis, ad Italiam invadendam, hortatu Zenonis Imperatoris, qui ferre nec posset, nec deberet eminentem Ecclesiæ Romanæ auctoritatem, subijci inscitiam, sub Erulis Arrianis propemodùm captivam; suppressamque tyrannicè Consularem dignitatem in Italiâ, & Sena-

Senatus authoritatem imminutam ab Othacaro, Regem eâ tempestate, omninò agente in Italiâ. *Procopius*, & *P. Diaconus*, scripsêre Imperatorem Zenonem *Isauricum*, id consilium permisisse bello tentari, ab Ostrogotho, & Rugijs Ducibus. Theodoricus igitur armatus Italiam ingressus anno Domini 489. Odoacrum haud procul ab Aquileiâ profligavit: & iterùm, ad Veronam, eodem anno, *Ex Cassiodori Chronic.* Ticinum tunc ab Ostrogothis vastatum, & *Rugijs* traditum est. *Anno* à Christo nato sequenti.* Odoäcer victus tertiò ab Oostrogothis, mœnibus *Ravennæ* se inclusit, vbi & à Theodorico triennalem pertulit obsidionem (*vt sunt authores Cassiodorus, Procopius, & Iordanus, aliàs Iornandes, cap.* 57. Anno denique tertio *Ravennæ* obsessæ * Odoacer convenit cum *Rege* Theodorico, vt pariter ibidem regnarent, & æquâ viverent sorte in illâ Vrbe, id agente apud Theodoricum Episcopo Ravennate. Quibus initæ concordiæ conditionibus aliquamdiu servatis, Theodoricus Amalus, Ostrogothorum *Rex*, eo prætextu, quasi struxisset in se insidias, Othacarum, seu Odoäcrem ad epulas evocatum occidit.

Anno Domini 490.

Anno Domini 493.

Hos inter *Italiæ* tumultus Clodovæus, (quem nonnulli Hludovicum, alij Lodoïcum nominant) bello cum *Alemanis* congreditur, & exercitu suo periclitante, se christianismi obligat voto, si victor evadat. Vincit; & à *Sancto Remigio* baptizatus, Francorum *Populum* Edicto proposito ad Fidem Iesv Christi, anno partæ per Christum salutis 499. invitat. *Ita Sigebertus, Æmilius, & Trithemius Abba.* Hic etiam relinquo legendum *Aimoinum, Baronium, & alios*, De Ampullâ cœlitùs ore columbæ allatâ,

Regno Romanos spoliavit, quod annis steterat ferè septingentis. *Ita scripsit Maria: Scotus, li. 5. cap. 5. ad annum* 466. licèt, *Idatius*, totam quam vocabant Hispaniam superiorem, non nisi 16. Leonis Imp. anno velit in Regis Visigothi Eurici, fratris Theodorici potestatem venisse, cùm res Imperij Romani ob intestina bella in Italiâ (quò iam redimus) vix consistere possent.

Theodoricus Regis Theodomiri Filius, & windemiri Ostrogothorum Ducis Nepos, Iuniorisque VVindemiri, (quem superiùs victum, præmijs Italicis à Glycerio datis, vidimus cœpto destitisse) Cognatus, mortuo * Patre Ostrogothorum Rege Theodomiro relictus successor, * varijs Provincijs regendis à Zenone præfectus, & Consul designatus Anno Christi 484. ingratus ergà Zenonem (ait Marcell. Chronicor) post aliqua hostilia in Regiam Civitatem Constantinopolitanam tentata, in Mœsiam, vnde venerat, vocatus à Zenone Augusto, recessit, anno Domini 487. Felicis 3. 5. Zenonis Isaurici 14. quo eodem, Othacarus, aliàs Odoacer, Rugios in Norico, nunc Austriâ debellavit, & *Pheleteo*, seu Phęba Rege capto, redijt in Italiam. *Ita habent Cassiod. & Aventinus, lib.* 7. qui addunt Filium *Pheletei Regis* Fridericum, tum ad Theodoricum, Ostrogothorum Regem, dictum Amalum fuga lapsum, se contulisse.

Anno Domini 475.

Vide *Chronicor Marcell.* De apparatu Theodorici Ostrogothorum *Regis*, ad Italiam invadendam, hortatu Zenonis Imperatoris, qui ferre nec posset, nec deberet eminentem Ecclesiæ Romanæ auctoritatem, subijci nescìam, sub Erulis Arrianis propemodùm captivam; suppressamque tyrannicè Consularem dignitatem in Italiâ, & Sena-

Senatus authoritatem imminutam ab Othacaro, Regem eâ tempestate, omninò agente in Italiâ. *Procopius*, & *P. Diaconus*, scripsêre Imperatorem Zenonem *Isauricum*, id coactum permisisse bello tentari, ab Ostrogotho, & Rugijs Ducibus. Theodoricus igitur armatus Italiam ingressus anno Domini 489. Odoacrum haud procul ab Aquileiâ profligavit: & iterùm, ad Veronam, eodem anno, *Ex Cassiodori Chronic.* Ticinum tunc ab Ostrogothis vastatum, & *Rugijs* traditum est. *Anno à Christo nato sequenti.** Odoacer victus tertiò ab Oostrogothis, mœnibus *Ravennæ* se inclusit; vbi & à Theodorico triennalem pertulit obsidionem (*vt sunt authores Cassiodorus, Procopius, & Iordanus, aliàs Iornandes, cap.* 57. Anno denique tertio *Ravennæ* obsessæ * Odoacer convenit cum Rege Theodorico, vt pariter ibidem regnarent; & æquâ viverent sorte in illâ Vrbe, id agente apud Theodoricum Episcopo *Ravennate*. Quibus initæ concordiæ conditionibus aliquamdiu servatis; Theodoricus Amalus, Ostrogothorum *Rex*, eo prætextu, quasi struxisset in se insidias, Othacarum, seu Odoäcrem ad epulas evocatum occidit.

* Anno Domini 490.

* Anno Domini 493.

Hos inter *Italiæ* tumultus Clodovæus, (quem nonnulli Hludovicum, alij Lodoicum nominant) bello cum *Alemanis* congreditur, & exercitu suo periclitante, se christianismi obligat voto, si victor evadat. Vincit; & à *Sancto Remigio* baptizatus, Francorum *Populum* Edicto proposito ad Fidem Iesv Christi, anno partæ per Christum salutis 499. invitat. *Ita Sigebertus, Æmilius, & Trithemius Abba.* Hic etiam relinquo legendum *Aimoinum, Baronium, & alios*, De Ampullâ cœlitùs ore columbæ allatâ,

Cuius nostri PP. venerandi Benedictini Rhemenseis sint selecti sacri Custodes. Et *P. Æmilium*, De Lilijs, vt essent deinceps insignia Francorum *R*egum; Cùm anteà fuissent Reges Franci, ad eam diem, tribus albâ in parmâ diadematibus depictis insigniti; tametsi, Tritemius *Ab*ba, authore nescio quónam, Leōnem; alij, aliud *R*egum Insigne Gallorũ voluerint fuisse. Movit idē Clodoveus arma sequenti anno 500. in Gundebaldum *R*egem Burgundionum; victumque apud Divionum, vulgò *D*ijon, coegit impellente Clotilda Vxore, mediam *R*egni Burgundici partem Godegesillo cedere Fratri. *P*rimus *R*ex Christianus Clodoveus vixit annis 15. in paganismo, totidē Christianus. Florentibus intereà Italię rebus, Theodoricus Ostrogothus, omnium voto, & permagno *R*omę excipitur applausu; vbi & ille magnis vicissim operibus, antiqua Vrbis miracula, *Cassiodoro asertore*, superavit; & contrà *P*etrum *A*ltinæ Schismaticis adhærentem Episcopum, more Maiorum, res *E*cclesiæ agi permisit.* Tūc etiam Oostergotho Regi Theodorico partem aliquam Burgundici *R*egni vult esse concessam *Procopius lib.* 1. Hic, idem partum Italiæ *R*egnũ vallavit affinitatibus, cum Franco, Burgundione, & Alarico, VVisigothorũ in Gallia *R*ege, alijsque: *E*t ad firmius stabiliendum sibi *R*egnum Italicum, quo iam toto potiretur, pacem ab *A*nastasio, Zenonis successore, (operâ Ariadnę) per Legatos petijt, & impetravit. *M*isit item Legatos ad *C*lodoveum *R*egem Francorum, quorum Legatione Audeflendam, Clodovæi Filiam, Coniugem pulcherrimã accepit, *vt author est Iordanus, De rebus Gothicis*: Et Filiarum suarum, quas olim ex Concubinâ genuisset, alteram, *A*larico, Eurici

*Anno Domini 500.

Arela-

A relate demortui successori, & Filio; alteram, Sigismundo, Regis Burgundionum Gundebaldi, eâdem in Galliâ regnantis Filio, nuptui tradidit.

Iam etiam pacem Theodoricus prudens cum VVandalis Africæ dominantibus inierat: proindeque, reliquis sibi hostibus prudenter conciliatis; omnium vbique Principum fœdere factus securus, animum totum ad moderandas res politicas sapienter addixit; Magistratibus, & imprimis, Aurelij Cassiodori doctissimi Senatoris industriâ vsus, (quem & Patriciatus dignitate auxit) Italiam cœpit restaurare, legibus adornare, Catholicos, & Sacrum Clerum, clementer, & reverenter habere.

Hunc Principem Oostergothum, seu Ostrogothum Historici plurimum laudant, ab æquitate, atque bellicâ virtute. Arrianus quidem erat, & tamen Catholicis bene vsus est, vt non modò Orthodoxis nihil facesseret negotij, sed illos etiã omni officiorum genere prosequeretur: immò & indigno ferret animo, si quis à Fide Orthodoxâ, in ipsius gratiam deficiens, Arrianus efficeretur.

Id cum Ministrorum eiusdem quispiam stolidè fecisset; obtruncatum voluit, præfatus *Si Deo sinceram fidem non servâsti; quomodo mihi, qui sim homo, conscientiam sanam præstabis?* Huius memorandæ rei assertores tibi sunto, *Nicephorus, lib. 16. cap. 35. Theod. Lect. Collect. libro 2. & alij.* Præstitit & alia laudeperdigna Theodoricus hic complura, optimis principijs Regni sui.

Captivos enim redemit; reõs indulgenter relaxavit; bona item permulta suis subditis procuravit; quibus Italorum cunctorum animos sibi conciliavit: *Quæ refert Ennodius Ticinensis Diaconus, in Rebus gestis Sancti Epi-*

 phanij

phanij Ticinensis Episcopi, quem Theodoricus Rex valdè coluit. In cuiusq; gratiam permulta, permultis humaniter indulsit.

Exstitit hic Ennodius peregregia famæ. Quiq; In Vita Sancti Epiphanij Ticin. Epis: sedecim se natum annos fuisse scribit, Cum primùm, Anno Christi 489. *Theodoricus Amalus Italiam intravit, sibique occurrentem valido cum exercitu Odoacrum, prælijs vicit iteratis: cumque multa sunt perpessi Ticinenseis, & Mediolanenseis. Consulari genere ortus Ennodius, nobilem duxerat Vxorem, puellamque prædivitem. Sed mutuo posteà consensu constat illam cœlibem, sanctamque vitam esse professam: ipsum verò* Diaconum ordinatum, *& demùm ex Diacono Episcopum effectum Ticinensem. Vetus Historia Marcianensis, (quam, Superis fauentibus, Hagialogia Marcianensis, Nomine in lucem educere meditor; persimile ferè narrat De Divo nostro Mauronto Concive, Duceqae præclaro Duwacensi, Cognato, Comite Palatino, exindeque Archicancellario* Theodorici *Francorum Regis, Abbatialis Ecclesia Vedastinæ apud Attrebates Illustrissima amplissimi, & munificentissimi* Dotatoris. *(Vt enim etiam asserunt Chronica Generalia Ordinis R. P. D. N. AntonI Dyeps, Tom.* 2. *ad annum Christi Servatoris* 632. *Sanctique Patris nostri Benedicti* 152. *Cap.* 2. *De excess. Dagoberti* Regis, *& Divi Amandi exilio. Et MM. SS. Codices Ecclesiæ Marcianensis) SS. Ducum Adalbaldi & Rictrudis Filius* πρωτόγονος *Maurontus, Cuius è parentela nobilissima Reges prodijsse* 13. *Reginæ* 9. *Duces* 5. *Divi.* 15. *referuntur, Generosus (inquam) Princeps hic trililiger Maurontus; religione, militarique gloria conspicuus, Magni consilij Augelo præduce, pari nobilitate pijs suis consentientem votis sponsam Hermingardem liberam Principem relinquens, vt carnis continentiam servaret, Christique Regum Regis sacram militiam sequeretur, hortatu Divi Amandi, mundo nuncium remisit, & Aula stupente Regia Francorum, vitæ*

Cle-

Clericali se Marcœnis religiosius addixit, Ennodij, exemplumq; rarum imitatus Nepotiani; De quo videre lubeat Divum Hieronymum, De Vita Clericali, In fine. Divus sanè illi Richarius *Centulensis Abba, Onomastes in fonte sacro, tanquam bonorum futurorum prænuncium, & suis, vt par erat, consonum virtutibus sacraverat nomen, vt is Maurontus, quasi* Regia, *& sua cum Hermingarde cōcœlibe mystica planè munera, Benedictinæ mortificationis myrrham, aurum Splendidæ charitatis, & ardentioris Devotionis thus Christo Cælesti suo* Sponso, *divino prorsus consilio demùm sanctissimè libaturus &, quam posteà Marcœnis exercuit monasticam disciplinam, eamdem in alios idem latiùs propagaturus prædicaretur. Videatur interim, quæ horum quoque fidem adstruat, Vita Sancti Mauronti, Rhythmicè, Wallonico stylo concinnata; anno Domini* 1518. *Authore Domino* N. FEROV, *quam liceat cuilibet legere Tabellæ ligneæ affixam, & in membranula vitro conuecta manu exaratam, Sancti Duvvacenatum Patroni Mauronti Sacellum, in Divi Amati* Ecclesia *insigni, perantiqua, & nunc* Collegiata, *ingressuro. Exstat enim ibi ad Levam semper pendula sublimis, lectuque perdigna. Ingressis etiam illud ipsum peregregium Sacellum, ad dextrum eius Aræ latus (si oculum, non autem Altaris situm observes,) Res ipsa Marcœnis in Æde sacra Monachorum, & Monarum cunctis hinc & indè, supernè, ac infernè conspicientibus gesta, & piè peracta, præsente Sancto Ionato Abbate, reuique sacram ritu Pontificio ibidem tum faciente Sanctissimo Antistite Amando, in tabula lignea, abs olim egregiè depicta, obijcitur spectanda; & clarè satis intelligenda. Sed, & statuæ, Icones, & ipsa saxa per eandem Inclytam Basilicam antiquissimam; à Ducibus, & Germanis fratribus Erchembaldo, Erchenaldo, seu Ereiko, & Adalbaldo restitutam; Anno ab Incardatione Domini* DCXLV. * *cum* Castro *Duacensi, infra quod antiquitùs fuerat consecrata, & Beatæ Ma-*

* Ex lib. Argenaeo Amatensi Et Andrea Sylvio Marcianensi.

riæ

riæ, semper Virgini, nuncupata, hæc propalam loquuntur; quæ iam quidē prodidisse, pretium est operæ, vti suo loco vberiori stylo dicetur. Intereà verò temporis, Vt ad nostros Gotthos, Divę Riƈtrudis Ducis, Sanƈti, prœclariq̃ue Principis *Mauronti* dignissimæ Parentis *Avos*, & *Atavos* Reges sese recipiat sermo noster.

Eccùm superiùs iā satis fortè speƈtavimus Gotthos Cognomines, eosdemq̃ue affines duos, quos Ioannes Carion Cognatos nuncupârit: quorumq̃ue tempore prior Diethricus, seu Theodoricus; posterior item Diethricus, Tethricus, seu etiam Theodoricus Bernensis, & idem Amalus fuerit ita dictus; vt ille quidem, VVestergothus; hic autem exstiterit Ostrogothus in Italià Rex. At verò speƈtare denique licet, vt non fuerit Oostergothorū potentia, nec sanè gloria minor, quęve, pro tempore quidem, VVestergothorum, seu Wijsgothorum, alias Occidentalium Gotthorum potentiæ cesserit, aut splendori. Theodoricus enim Ostrogothus, Italicum solus Regnū tenens, pace quoque cum alijs *Regibus* Orientis firmatâ, tantæ fuit virtutis, adeoq̃ue pacis amans, vt tres & triginta annos, ab occiso Odoäcre, Florenter in *Italiâ* regnans, de eâ totâ fuerit adeò benè meritus, vt (quod historiæ testantur) numquam fuerit eadem vsa *Principe* extero clementiore, vti nec gratiore. In Ecclesiæ vsum, & ad conservandam doƈtrinam religionis, alendosq̃ue Verbi divini ministros multa contulit bona. *Præstititq̃;* Princeps hic Arrianus, quæ in plerisque possint, & *Principibus*, & Catholicis *Regibus* desiderari; Cùm is idem, modestè paruit Decretis Sextæ Synodi, *Romæ* apud S. *Petrum* celebratę, sub Pontifice Symmacho; Quâ *sancitum*

tum, Anathematis pœnâ castigandos omnes, qui Ecclesiastica bona, siue mobilia, siue immobilia, indebitè sibi vendicarent, nisi ea restituerent, haud secus ac si manifesti essent heretici: Teneríque hâc eâdem sententia, declaratum est; omnes, qui sub specie largitatis Regiæ, facultates Ecclesiasticas obstinuissent: eò quòd Regum nequaquàm sit, De bonis, & Ecclesiæ facultatibus decernere. Imò rescripsit Rex Theodoricus, De Berna, & sanxit pro defensioue Iurium, & bonorum Mediolanensis, & Narbonensis Ecclesiarum, quæ exstant apud Cassiodorum 2. *Variar.* 29. *Et li.* 4. *epistol.* 17. *Et ad annum* 502. *à Symmacho PP. interpellatus, quæ imitentur Principes nostri respondit: Esse certè in Synodali arbitrio, in tanto negotio, sequenda præscribere: Nec aliquid ad se, præter Reverentiam, De Negotijs Ecclesiasticis pertinere: Committens etiam Potestati Pontificum; vt, siue propositum vellent audire negotium, siue nollent; quod magis putarent vtile, deliberarent; dummodò venerandi provisione Concilij, pax in Civitate Romanâ Christianis omnibus redderetur. In ea Synodo, impius Imperator Anastasius omnium Episcoporum sententia est excommunicatus. Cætera in Actis Synodi videri possint.*
Consecutus est proindè, (vt observant argutiores Scriptores) à Deo Rex Theodoricus, suum in hâc vitâ præmium, ex compensatione frequentium de hostibus victis, & ad internecionem profligatis, triumphorum. Is anno Christi 504. Regni vero sui, (vt quidam recensent) 11. Bulgaros, è Scythiâ, iuxta Meotidem oriundos, & à quibus, Moesia inferior, dici occœpit Bulgarię Regnum anno 680. *apud Sigeb.* tametsi vniverso terribiles essent Orbi, gravissimè cæsos per Talium insignem belli Ducē, vicit; Pannoniamque sibi Sirmiēsem subiecit, & suæ Italiæ adiunxit, *Cum Sexta Synodus* Romana *sub Symmacho haberetur, De bonis Ecclesiæ non vsurpandis: Cùmque, venerandum*

Corpus Sancti Augustini Episcopi Hipponensis, cum eiusdem Episcopalibus ornamentis, & alijs plurimis reliquijs in Sardiniam, Magni illius Ecclesiæ Catholicæ totius magistri, cum eiusdem sacri verticis ornamento, Mitrâ, & Sambucali, seu Episcopatus Insigni, Baculo pastorali, ac alijs pluribus Sanctorum Reliquijs, in Sardiniam ab ipsissimo Hipponensium Episcopo, & alijs Provinciæ Numidiæ eveherentur; quòd nulla reliqua videretur spes restituendæ in Africa Ecclesiæ adeò frequentibus, & sævis persecutionibus agitatæ.

Videatur ea de re, Et De altera eiusdem venerandi Corporis D. Aurel. August. Hip. ab ea Insulâ Ticinum sub Luithprando Rege Longobardorum factâ translatione, ab Oldrado Mediol. Episcopo ad Carolum *Magnum, id certiùs scire cupientem scripta Epistola.*

Theodoricus Austrogothus, vt accipit anno Christi 506. ortam dissensionem inter Clodovęum Francorum Regem, & Alaricum Gentilem suum, Westgothorum in Galliâ Aquitanicâ Regem, zelo religionis (vt est author Greg. Turon. lib. 2. cap. 37.) pacem inter eos componere primò tentat. Sed, Cum id non succederet, iungere se Gentili suo Regi statuit Visigotho *Alarico*. Traijcit itaque Ligerim, & Viennam, seu Guiennam Clodovæus, & in Alaricum, tendit, qui ferè quinque Leucis ab Oppido Pictavorum consederat. Concurrunt acies in Campo Vocladensi, decimo ab Vrbe Pictaviensi milliario: vtrinque diu, & acriter pugnatur: tandemque ingenti cæde devicti in fugam vertuntur Visigothi: Alaricusque Rex à Clodovæo victore occiditur, qui & Alarici opibus ingentibus, & supellectile pretiosissimâ, immensique pretij gemmis adornatâ potitur, *Anno* Christi

sti 507. *si sequi placeat triplicem Chronographiam Isidori Episcopi Hispalensis.*
Extant etiamnum hodie ingentis huius stragis vestigia. Siquidem in loco certaminis, propè ripam fluminis pręterlabentis, sepulchralia visuntur monumenta, quæ & multitudine, & suâ origine spectatori magnæ sint admirationi. Is locus vulgò dicitur; *Le Cemetier de Civaux.* Sigonius hanc habet victoriam insignem Clodovæi Proto-Christiani Regis Francorum, ad annum 506.
Cùm igitur Anno Christi 507. nequicquam laborâsset Theodoricus Ostrogothus, vt cum Alarico Clodovæū conciliaret, post rem impigrâ Francorum fortitudine feliciter peractam, & Alaricum Regis Clodovæi propriâ manu interfectum, ipse Rex Italiæ Ostrogothus, exercitum movit adversùs eosdem Francos, quos & obsidioné Civitatis Carcassonę, Narbonẽsis Gallię, solvere coëgit. Quã tamen iam Franci occupâssent Gallię parté, ad Oceãnum vergenté, permisit vt sibi haberent: Sed Galliam Narbonẽsem; quæ, post cladem superiori anno illatã, Visigothis restaret, retinuit Theodoricus Amalarico Regis occisi Alarici Filio, & pupillo. Massilia proinde, Arelate, Narbo, & Carcasso, Tutorio duntaxat Nomine, Regi Theodorico, Avo Amalarici admodũ adhuc iuuenis remanserunt. Vasconiam his addit *Æmilius*; Et aliquot millia Francorum, vult esse desiderata in pugnâ contrà Ostrogothos, ab ijs redintegratâ, vel in obsidione.
Id quod, & Vasæus habet in Chron. Ita tamen, vt Francorum reliquas opes maximas, Theodoricum neget tentâsse *idem Æmilius.* Bellum planè deploratum restituit Theodoricus Rex: Idemque in Hispaniam novo, &

copioso, validoque exercitu misso, expulit indè Gesalaricum, seu Gesilicum, ex Concubinâ, filium Alarici, tanquam genere vilissimum, & nefarium vsurpatorem Regni Visigothorum in Hispaniâ. Hic Geselicus, post multas discursiones per Africam, Hispaniam, & Aquitaniam, demũ, vt erat infelicitate, & ignaviâ summus, apud Barcinonem superatus ab Ebbone forti, & strenuo Duce Regis Theodorici; & de prælio fugiens, captus est trans fluvium Druentiam Galliarum, & occisus. Regnumque Visigothorum omne retinuit penès se, quamdiu supervixit Theodoricus Ostrogothorum in Italiâ Rex præpotens; Nomine tamen Amalarici, ad gubernandum nondum maturi. *Ita Isidorus, Iornandes, & alij Scriptores Historici.*

Nec prætereundum putem, hoc anno, præclarum illud specimen iustissimi Principis, quod imitari debeant, saltim Principes Christiani. Quod Theodoricus Rex, *Iustitiæ obseruantissimus, Severo Episcopo mille quingentos miserit solidos, quibus, damna, quæ in transitu, eius Ecclesiæ intulisset exercitus, compensarentur. Ita Cassiodorus.*

Iam res belli erant compositæ: Iam fœdus cum Gotthis inierant Franci, (quos *Procopius* vocat Germanos:) Iam profligatis Burgundionibus, Provincia erat occupata, & inter vtrosque divisa, (*vt habet Procopius:*) Cùm, anno Christi 516. Theodoricus, Gentili suo ex Hispaniâ vocato, Eutherio *V*xorem dat Filiam Amalasuntham, non sinè summa laude Imperio Ostrogothico posteà præfuturam, anno Christi 526.

Hæc dum aguntur in Italiâ, rebus humanis excedit Euphemia Augusta, de fide Orthodoxâ optimè merita, haud

certè

certè extincta sinè permagno religionis Christianæ damno: Iustinus verò Imperator, huic extremis perhonorificè persolutis, Theodoram Coniugem superducit, & Augustam facit. *Hæc Cedrenus.*

Anno Christi superiore 523. Hæreticos Edicto exagitârat Imperator Iustinus: exceperat tamē idem Gotthos; propter pactū cum Rege Oostergothorum Theodorico fœdus: At verò sequenti Anno Domini 524. qui videtur Theodorici Regis Oostergothi fuisse 32. Iustinus memor legis Divinæ * prohibentis, nè quo modo cum Dei hostibus sanciatur fœdus; Arrianos fortiter vexare, Divinique Numinis ardenti zelo exagitare aggreditur. *Cùm enim adhuc, eo tempore, per singula loca hæresis Arriana vigeret, Iustinus Imperator, Imperij anno 6. Orthodoxæ fidei studio, omnimodis satagere cœpit, vt hæreticorum nomen extingueret: statuitq́, vt vbiq́ eorum Ecclesias Catholica religione consecraret. Ita Auctor Miscellæ, lib. 15.*

* Deut. 7. Ios. 9. Iud. 2.

Hanc ob caussam, Theodoricus pręcipuus Arrianorū Patronus valdè indignans, & irâ excandescens, apud Imperatorem Iustinum agere cœpit, quàm potuit potenter, pro Arrianâ libertate: sibique, suisque summam ratus iniuriam inferri, quòd nullum vmquam se diceret negotium Religioni Catholicæ facessisse: ac proinde; benè meritum de Romanâ Ecclesiâ ita esse, vt omnem se crederet à suis Arrianis vexationem meritò redemisse. Verùm-enim verò, Cùm vltrò citroque litteris aliquot nihil proficeret missis, Ioānnem ipsum Pontificem Maximum, ad id munus obeūdum apud Imperatorem Theodoricus Rex compellit, & Legatum ire vult.

Theodorico Rege pro Arriariorum suorum cæremonijs laborante,

solus duntaxat Romanorum sibi decessorum Ioannes Vrbe digressus, Constãtinopolim veniens, miro honore exceptus est. Dexter Dextero Ecclesiæ sedit Solio, *Diemque Domini Nostri Resurrectionis plena voce, Romanis precibus celebravit. Hactenus de hac Legatione sic agit Chronicon Marcell.*

Theodoricus Rex audiens, ablatas supple Arianis in Oriente Ecclesias, iussu Imperatoris Iustini, *exarsit in iram* (inquit Anastasius Bibliothecarius) *& totam Italiam voluit gladio extinguere: Eodem tempore, Ioannes PaPa ægrotus egressus cum fletu ambulavit pergens ad Constantinopolim, & Senatores cum eo, scilicet Theodorus, Importunus, & Agapetus Exconsules, & alius Agapetus Patricius, accipientes hoc in mandatis Legationum ab ipso Rege, vt redderentur Ecclesiæ Hæreticis in partibus Orientis; quod si non faceret, totam Italiam gladio perderet. &c.*

Porrò verò, quantâ cum gloriâ fuerit à Constantinopolitanis exceptus Ioannes PaPa, qui hoc in intinere cæco roganti ad portam Auream lumen reddidit, *assertore Divo Gregorio* * attentè reverenterque intelligatur *ex eodem Anastasio Bibliothecario; Occurrerunt Domno Ioanni PaPæ à milliario duodecimo, omnis Civitas, cum cereis, & Crucibus in honorem Apostolorum Petri, & Pauli, cùm nullum alium Pontificem vidisset Oriens. Tunc Iustinus Imperator dans honorem DEO, humiliavit se pronus in terram, & adoravit Beatissimum Ioannem PaPam*; Et paulò pòst: De *Cuius manu, cum gloria (inquit) coronatus est Iustinus.*

* Lib. 3. Dialog. cap. 2.

Cætera videri possint *apud Miscellæ historiæ Scriptorem, & Anastasium Bibliothec.*

Nequaquam certè fuit eâ in Legatione prævaricator Ioannes PaPa, quod quidam fabulantur, sed gloriosus persti-

perstitit Confessor Christi, atque adeò Martyr, ipso rerum ab eo gestarum id eventu protestante, satisque veritatem firmante. Siquidem, Rex Arrianus Theodoricus, in carcerem compegit Pontificem Ioännem, propterea quòd ipsius mandata nequaquam fuisset executus: Imò etiam in carcere eumdem Pontif. Summum coegit emori luctu, ærumnisque maximis confectum, Rex Arrianus.

Ita *Gregorius Turonicus istius temporis Scriptor*, Capite 40. *De Gloria Martyr. Et Anastas. Bibliothec.* inquiens, *Cùm intereà De Romano Pontifice ista audisset Theodoricus, in nobilißimos Senatores gladium Romæ conuertit &c.*

De hisce quoq; perillustribus viris, Symmacho, & Boëtio, deque Ioanne Pontifice Maximo dira, vltimaque sub furente hunc in modum Arriäno Rege perpessis, ita etiam manu traditum nobis reliquit Benedictinus noster Anonymus Chronologus ineditus, sæpiùs iam à nobis productus,

Anno Domini DXXVI. Ioannes præsidet annis duobus. Boetius, annuente sibi Symmacho Patricio, cum auctoritate Romani Senatus, contrà Theodoricum Regem Gotthorum Arrianum, qui Italiam premebat, tueri dum nititur, ab ipso exiliatur per quadriennium; fugatusque *tandem, à prædicto Tyranno in territorio Mediolani, iugulari iussus est, ac posteà Papiæ sepultus.*

In prædicto verò exilio, Librum De Consolatione Philosophiæ edidit. Hic Vir summæ prudentiæ, Dialecticam, Arithmeticam, Musicam, cæterasque artes nobilita vit eloquio; aliaque plura composuit. Inter quæ, & ad Symmachum, Virum egregium, pium, & qualem rarum tulit Italia,

mirâ

mira conscripsit subtilitate, DE TRINITATE, *libellum. In quo dicit se Beati Augustini vestigia fuisse secutum. Eumdemq́ Symmachum, Patricium, eiusdem Boëtij socium, præfatus* Rex *Theodoricus interfecit. Sed & Iohannem* Reverendum *PaPam necare non timuit. Hactenus MS. Codex, Benedictini nostri Chronologi sic habet.*

Pugnat porrò pro constanti Veritate Ioannis Pont. Max. âdversûs omnes eius calumniatores, Epistola sequenti anno ab ipso data ex carcere, ad omnes Italię Episcopos. *Ecclesias verò Arrianorum, vbicunque inveneritis, Catholicas eas, divinis precibus, & operibus, absque vlla mora, consecrate; quia, & nos, quandò fuimus Constantinopoli, tam pro religione Catholica, quam, & pro Regis Theodorici Causa, & negotijs; suadente, & hortante, Arianosq́ extirpante Pijßimo, atque Christianissimo Iustino, Orthodoxo Imperatore, quascuuque illis in partibus eorum Ecclesias reperirę potuimus, Catholicas eas, (Domino opem ferente) consecravimus.*

Hunc verò tantum denique ausum Regis Oostergothi in Pontificem Max. Ioannem, Virum sanctum, inque Romanam Ecclesiam, & Senatores iniquè occisos, maturâ DOMINVS DEVS, vindictâ est prosecutus, vti iam dicetur. Mortuo Ioänne Pontifice Max. Ravennæ in carcere, Anno Christi 525. 6. Cal. Iunij, ausus est Rex Theodoricus electionē Successoris vsurpare; sed electus ab eo Felix, non nisi post plures dies receptus est, & approbatus à Clero. Effecit vulnus hoc, vt Reges postea, & tandem Imperatores Orientis vsurparent Ius approbādi electos à Clero. Id quod valdè ingemiscit *Divus Cregorius. Anastasius Bibliothecarius*, tradit Regem hunc Ostrogothum, Ravennæ mortuum, nonagesimo octavo die ab obitu Ioän-

Ioännis *Papæ*. *Sanctus autem Gregorius, Quarti Dialogorum, capite trigesimo*, horrendum quidpiam refert, De Solitario quodam, in Insulâ Liparitanâ commorante, eodemque eximiæ virtutis Viro, qui asseruerit sibi visum Regem Theodoricum, quâ vitâ functus esset die, & horâ, inter Ioannem *PaPam*, & Symmachum *Patricium*, discinctũ, discalceatum, vinctisq; manibus deductum, & in Wlcani ollam iactatum: Quo diligenter observato, compertum est, eum de corpore tum exijsse. *Procopius lib. 1. De bello Gotthico*, plura tradit de miserâ Regis Theodorici morte observandâ. Ego id duntaxat: Quod is idem, dum in annum Domini 526. (vt probabilius videtur) non 37. *(quod vult asserere Procopius)* triginta tria annorum curricula, magnâ Regni felicitate transegisset; illo tempore toto, de Sede Apostolicâ optimè fuerat meritus: immissâ cœlitus vindictâ repentinâ, simulac vexare illam cœpit, infeliciter prostratus est; & ad Inferos præceps datus. Quæ quidem, nec *Andreas noster Sylvius*, silentio est prætermissurus. *Iornandes Gotthus Episcopus*, sui fortè Theodorici, quàm par sit, studiosior, hæc siluit, cum eumdem, confectum scripsit senio vitam finijsse, testamentoque suos monuisse, vt Senatum, Populumque *Romanum* amarent; colerent Imperatorem Orientis; & summo opere detestatum fuisse, quæ ipse irâ, percitusque furore, indigna Rege perpetrâsset. Is demùm *Ravennæ*, vbi degere consueverat, in vase *Porphyretico* voluit sepeliri: Princeps sanè multis officijs, & De Vrbe, & de Italiâ totâ benè meritus; imò & inter Magnos recensendus, nisi certè illum ipsũ hæresis infamâsset, & perdidisset Arriana: & nisi eumdem in probatissimos Senatores, (vti ostendit superius

noster Anonymus MS. vtque suo quoque loco declaraturus est noster Andreas Sylvius *Marcianensis*) crudelitas maculâsset extrema. Cęterùm, tantæ is fuit existimationis etiam apud Clerum *Romanum*, vt eum, oratione publicâ, Ennodius *Ecclesiæ Romanæ* Diäconus laudârit.

Himelsuntha, Amalasuëntha, vulgò Amalasuntha, Diethrici, De Bernâ, seu Theodorici Amali, *Regis* Ostrogothi Filia, Adalrichum, seu Athalaricum tunc quidem, cùm absque masculâ prole obijt Theodoricus Pater, octénem habuit Filium, quem ex Eutharico, cognomento, Cillica, susceperat Wijsgotho. Hæc, vt erat ingenij maximi, prudentiæ singularis, & virilis animi Fœmina, *Regnum* Italicum vice Oostrogothi Filij octennis administrandum, non sinè summâ laude suscepit.

Filijs nobilibus Symmachi, & Severini Boëtij, Patritiorum, & Exconsulum, generis nobilitate, sapientiâ, & animi moderatione, cæterisque virtutibus, atque scientiarum omnium hnmanarum, necnon Theölogicarum facultatum peritiâ, inter & Romanos, & Viros Senatores facilè *Principum*, paterna restituit bona. Athalaricum verò Filium, ex instituto *Romanorum*, & Principum more nobiliter educare, atque litteris apprimè statuerat tradere erudiendum: sed Gotthorum suorum tumultu prępedita, qui cæteris barbarum præferendum vellent morem, eorum illum arbitrio educandum permisit, anno vt videtur. 526. quo is Patre orbus, charæ Parenti relictus octennis Athalaricus est.

Hoc

Hoc eodem anno, Amalaricus VVijsgothus, Alarici VVijsgothorum Regis Filius, Regno maturus, VVijsgothorum in Hispaniâ capeſſit Regnum.

Tunc quidem transactum est inter Athalaricum, & Amalaricum, Reges Gotthorum Orientalium, & Occidentalium, vt Athalaricus, quę cis Rhodanum essent, loca: Amalaricus verò, quę trans Rhodanum essent, possideret; &, quas prætereà Theodoricus Amalus, in Hispania, tamquam Moderator, & Tutor Provincias susceperat administrandas, reciperet.

Amalaricus ergo, natus ex Filia Alarici Regis VVijsgothorum, quem Clodovęus Francorum Rex, id nominis primus extinxit: (si Procopio sua fides est) aut certè ipsius Alarici Regis, (vt Visigothorum Chronica notant ad Æram 564.) Filius, Anno Christi 526. administrationem Regni sui VVijsgothici accepit.

Hic Amalaricus, cum duriter sese haberet ob religionem, cum coniuge Clotilda, victus, & occisus est à Childeberto, & Clotario Francorum Regibus, Clotildæ Fratribus, qui, & Victores anno Domini 531. occupârunt VVasconiam, atque, quicquid insuper VVijsgothorum esset cis Pyrenæos montes, exceptis paucis Hispanię Civitatibus vicinioribus, quas sibi VVijsgothi retinuere; Et Provinciâ, quæ mansit penes Ostrogothos. *Ita quidem Aimoinus.*

Iam Clotilda vxor Amalarici Regis VVijsgothi, cum Fratribus Victoribus Childeberto, & Clotario, Francorum Regibus, occiso marito redierat.

Iam Fratres, ijdemque Reges, Aurelianense Regnum inter se diviserant; Cum in Italiâ diem clausit extremum

Athalaricus Ostrogothorum Rex, Anno à Christo nato 534. Imperatoris Iustiniani, huius nominis primi, 7. Quo Amalasuntha, Mater defuncti Athalarici, maritum accepit Theòdatum, à quo brevi in Insulam, ad Lacum Wlsinum Tusciæ relegata est, & ibidem trucidata. *Ita scripsére, Procopius, libro 1. de bello Cotthico; & Iornandes, De Rebus Geticis. Cap. 59.*

Hęc rerum facies, causam dedit Iustiniano Imperatori, De Italiâ recuperandâ cogitandi. Cùm enim Amalasuëntha, Filium suum Iustiniano commendâsset Cęsari, non potuit æquus Imperator, non eam sumere iustissimam occasionem perpetratæ iniustissimæ cædis vindicandę. Quapropter, Belisarium, strenuum belli Ducem contra Gotthos in Italiam mittit, qui per veterem aquæ-ductum, à quodàm Architecto, militibus ostensum, Neäpolim cœpit. Incidit eâ captâ *V*rbe Theödatus in suorum suspicionem, vltionis exemplum relicturus: Et quasi proditurus Gotthos esset, qui hosti non restitisset Theodatus; iussu Wittrichi, (quem Gotthi Regé expetîssent, & salutâssét) à militibus necatus, anno *R*egni sui secundo, meritas perfidiæ pœnas dedit.

Hæc dum aguntur, Belisarius in Vrbem à *R*omanis recipitur anno Christi 537. 10. Maij; eidemque accedit Hetruria. Wittichus, seu Witiges Ostrogothorum *R*ex, Frãcis Regibus, quorum ille sibi, suisque Gotthis vellet amicitiam conciliare, Provinciam concedit: tumque, Ravennâ, suprà ducenta militum millia adversus Bellisariũ Vitiges hic idem educit; & Romam Martio mense obsidet: solvere tamen hanc obsidionem sequentis anni Men-

Mense Iulio Ostrogothus est coäctus. Hic Belisari egregia enituit virtus.
Vrbis Romæ solutâ obsidione, Mediolanum Vitiges obsidet, capit, vastat anno Domini 539. quo Cosróas, ruptâ pace, suis cum Persis Provincias Orientis crudeliter vastaret.

Anno verò Christi 540. Belisarius expugnatis aliquot Italiæ Vrbibus, Gotthos, ob famis magnitudinem, & rerum omnium penuriam, passim, & sinè ordine palantes insecutus, prosternit, tandemque per insidias circumventum, & inclusum *R*avennâ Vitigen *R*egem capit; & cum omnibus thesauris captum Constantinopolim abducit. Cæterùm, Oostergotthi prorsus interim non potuerunt deleri; sed pace cum ipsis constitutâ per Iustinianum sapientissimum Imperatorem, permissum est, vt inhabitarent *R*egiones ab Alpibus, ad Padum vsque; vltrà quas nequaquàm progrederentur. Hic itaque est rerum Vitigis Ostrogothi *R*egis miser exitus, quem, cum alijs ex potentiori Ostrogothorum nobilitate captum Belisarius, in rebus agendis, Imperatori fidus, secum Cõstantinopolim duxerit in solenni triumpho.
Hic finit *I*ornandes historiam suam *G*otthicam, seu, De rebus Geticis, anno quinto belli huius Gotthici, quo Bessa relictus est à Belisario, præfuturus *I*taliæ, iam, vt quidem putabatur recuperatæ. *P*rosequitur autem *R*es Gotthicas Chronologus Isidorus Iunior, ab *Æ*râ 214. vsque ad 666. *Æ*ram: extatque apud me vetustissimus excusus cum Iordane, alijsque Historicis antiquioribus Lugduni Batavorum.
Oostergothi tandem, absente Belisario, qui missus esset

 à Ce-

à Cęsare Iustiniano Christianissimo in *Persas*, Cùm adversus se, adversusque Italos sentirent insolenter agi à *Præfectis* Cæsarianis, Totilam Italiæ *Regem* elegêre novum.

Hic, vt illatam Oostergothis, & Italis iniuriam repelleret, contrà hostem, coäctus, primùm apud Placentiam magna cùm laude pugnavit, idque perparva manu, octo tantùm millium armatorum Ostrogothorum; cùm interim, hostium exercitus, suprà millia viginti haberet. Considerans itaque Totila hostes fortiter pugnare, nec velle cedere, exiguam (sed selectiorem) militum suorum partem tranare iussit vicinas pugnæ loco aquas; sicque per insidias hostes aggressus obtinuit, & nobili victoria est potitus. Facinus quidem memorabile; sed illud exstitisse tunc laudabilius censetur, quòd post ita victoriam adeptam, summa est vsus clementia, tam ergà hostes, quàm amicos. Neque enim exercuit in quemquam tyrannidem, aut iustitiam severiorem.

Idque imprimis in causa fuit, quur sub eius *Imperium* se vltrò plurimæ dediderint Vrbes. Si quæ honestiores Matronæ; si qui nobiliores adolescentes bello fuissent capti; sinè acceptâ quâ redimerentur pecuniâ, omnes sanctè, castéque conservatos ad sua liberaliter remisit. Neäpolim exindè cœpit fame pressam ingenti: Cui, & commeatum suppeditavit; & Cæsarianos milites, abire volentes, salvos, paritérque donatos viatico, equis, ac navibus liberrimè dimisit. Sub Totila, receperunt Ostrogothi Hetruriam, Neapolim, & Campaniam: & post longam obsidionem, Vrbem Romam, quam & diripuêre: Ita tamen, vt ob intercedentis Pelag*I* Papæ preces,

præce-

prȩceperit post primam statim oppressionem Totilas Rex, humano deinceps sanguini parci; nullumque vlli mulieri stuprum inferri; atq; à Templorum ornamentis omninò abstineri.
Capta est Vrbs Roma quater à Gotthis, & VVandalis, intra centum triginta novem annos. Primùm enim, ab Alarico, sub Honorio; Anno Domini 412. Deinde à VVandalo Genserico, temporibus Martiani Anno Christi 456. Tertiò, ab Oostergothorum Rege Totilâ, Anno Domini 548. quo capta, oppressa, & est Vrbs Roma exusta, post eam conditam, anno millesimo, & trecentesimo, qui Iustiniani Augusti exstitit primus & vigesimus. Capta est denique quartò; ab hoc ipso Totila, post hanc omnium grauissimam devastationem, tertio anno. Cœpitque tùm Rex Totilas Vrbem reparare, & Cives redire in Civitatem clementiùs permisit. Quàmque se humaniter exindè gesserit idem, historici complures testantur, qui asserant ijdem in subditos eumdem Regem, & in primis, in Romanos eo fuisse affectu, quo Patrem in filios deceat esse: Atque ita prȩesse Imperio decere, Totilam Regem ferunt didicisse ex doctrina, & sanctissimis admonitionibus Divi Patris nostri Benedicti, quem mirè coleret Totila Rex Ostrogothus.
Postea verò quàm Tibur obsedisset, & expugnâsset Totilas, & Ostrogothorũ, res in Thusciapromovisset; Brussios itẽ; & Lucanos idẽ subegisset; Iustinianus misit in Italiã contrà Totilam, singulari prudentiâ Principẽ Narsen, qui Lõgobardos in auxilium vocavit. Hi Saxones erant, qui copijs instructis se ad Austriæ converterant partes. Hos itaque Narses in Italiam accitos adduxit;
eorum-

eorumque præsidio Totilam vicit: Vicit & postea Theyam, qui Ostrogothorum in Italiâ fuit Rex postremus.

Atque is est denique apud Italos Ostrogothici Regni Finis. Quod iam indè à Theodorico De Berna, vsque ad Teïam Regem, annis steterat sexaginta.

Porrò verò fuisse Theodoricum, Totilam, & Teïam, Ostrogothorum, seu Oostergotthorum (vtrumque enim legitur) Reges prudétissimos pariter, & fortissimos Principes, præclara eorum facta testantur: adeò, vt si ex virtutibus, & rebus gestis illos estimaverimus, barbari minimè videantur appellandi.

Victis in Italia Gotthis, vnum ex Italiæ Regnis, Longobardis obtigit; quod etiamnum Longobardia appellatur. Perstititque Imperium Longobardorum, vsque ad tempora Caroli Magni.

Gotthi verò, quanquam eorum auxilio, ex Italiâ fuerint pulsi; interim tamen, in Hispaniâ, suos Gentileis Wijsgothos, Visigothos, seu Westergotthos, vel VVestgothos (hæc enim est eorum varia, apud varios Historicos Scriptores appellatio) habuêre præpotentes; quique ad hęc vsque tempora nostra, Imperium potentissimum fortiter retinuêre.

Atque ita demùm, sub Honorio, primùm Hispania, & Galliæ quoque pars, à Romano Imperio, ad ipsos est translata. Italia verò, etiam vivente Honorio Imperatore, suæ tranquillitati est restituta. Gotthi siquidem, eâ tempestate, partim in citeriorem Galliam, partim in Hispaniam profecti sunt; Cùm interim, etiam Francorum, in Gallijs magna esset potentia.

Hæc

Hæc, Prolegomeνων nostrorum Paragraphus hic postremus, iam nunc denique, in nostrâ Tolosanâ Principe perIllustri Rictrude, Cognomento Nobili, eiusdemque Gotthis, Ostrogotthis, & *V*isigothis Heroibus, Progenitoribus, disertè demonstraturus est: ET PROLEGOMENIS NOSTRIS, ITA DEMVM IMPONETVR.

FINIS.

DE VVESTERGOTHIS, SEV OCCIDENTALIBVS GOTHIS, SECTIO VLTIMA.

ORIENTALES ergò iam Gotthos, dictos Oostergothos, seu Ostrogothos, vel etiam Austrogothos, pro instituti nostri ratione satis spectavimus, Regnum Italicum permultis occupanteis annis. Cùm autem Gotthicum hocce Regnum Genus Nobile exstiterit geminum ; quod, & duo ex se præpotentia constituerit Regna, Oostergothorum nimirùm, id est, Orientalium, in Italiâ, sub Rege Theödorico De Bernâ, sic dicto, quòd is frequentior Bernæ cum aulâ agere soleret: Westergothorum, seu VVijsgothorum, vel Visigothorum, hoc est, Occidentalium Gotthorum, in amplissimâ simul, & locupletissimâ Hispaniâ: superest denique, vt (quod cœperamus) videre pergamus, quónam pacto, Genus Regium hocce Gotthicum, tantam coaluerit in Gentem, vt tandem vnico suo è capite forti, & præduro, prodeuntibus quasi duobus exacutis cornibus, Orientem pariter, & Occidentem ventilârit, prępotenterque arietârit, & sibi denique subactũ triumphabundè

phabundè occupârit.

Missos itaque vt tandē faciamus Oostergothos, seu Oriētaleis Gotthos, (quos R. P. Iac. Gordonus Lesmorēus, Getas, & Europæos olim Scythas tradit nominatos fuisse) & Occidētaleis nostros Gotthos, Westergothos, Wijsgothos, vel (vt alij, maximeq; Franci malunt Historici scribere) *Visigothos* revisamus; (*quos, Calcographus noster mendosè posuit*, Orientales, *pagina* 260. *versusq; secundi verbo* 4.) Et quæ desideretur, reliquam Wijsgothorum Regum seriem, vsq; ad natam Illustrissimam illam Ducem, nostrāque Marcianensem pientissimā Patronam, & amplissimā Dotatricem Rictrudem * ortu Tolosanam, & Cognomento, nobilem prosequamur: Id mihi modò, bonâ Lectoris Philistoris veniâ, paulò altius repetere liceat observatum; Quod non desint, qui *Visigothos* putent nostros sine Rege mansisse, ab obitu Athanarici, qui Regi Visigotho Fritigerni primo successerat (*vt est autor Vincent. Bellovacen.* ad obitum vsque Theodosi Imperatoris, Vnde, *Vincentius Bellova*, rem Visigothorū hoc stylo prosequitur, *parte secundâ. Extunc VVesgothi, sinè Rege, sub Imperatore Theodosio annis XIV. fuerunt. Post hæc VVisigothi, rupto cum Romanis fœdere, Alaricum super se Regem creant, qui regnavit annis XV. Cognomento fuit dictus Balta.*

* *Anno Domini 613. Ex Gualberto, & Andrea Marcianensi.*

Huic tamen sententię nequaquā videtur subscribere Catalogus Regum Gotthorum, qui in Hispaniâ regnârunt vsque ad Pelagium, excerptus, ex Vasæo. F. Taraphâ, & D. P. Antonio, & alijs, adiunctus Rerum Hispanicarum aliquot scriptoribus, & excusus Francofurti, apud Andreām Wecheli, Anno Domini M.D.LXXIX. Habet enim ille, à Radagaiso, & ab Anno Christi 308. productā Regū

horum continuam seriem, quam nonnulli satis liberè sequantur. Neque videntur hanc etiam probare opinionem, qui nostros illos eosdem fecêre Gotthos adeò potentes, iam inde quoque ab anno Virginei partus 377. Maximo, & Lupicino, Valentis Imperatoris Ducibus in Thraciâ; vt putent illos ibidem, tunc temporis, non vt advenas, sed, vt rerum Dominos hęsisse. *Legatur Sigonius, Initio octavi Libri.*

Immò verò, ad Annum, à salutifero partu, 379. Gotthos ad militiam Romanã admissos, & ex ijs dispersos quosdam diversas per Provincias, nè nocerent, *narrant Sozomenus, & Synesius*: sed arte Theodosl Orthodoxi Principis detectâ, *Zosimus addit*, Gotthos clam convenisse, & tantùm non cepisse Imperatorem; ac demùm prędà ingenti captâ, nominisque sui maximo terrore relicto trãs Danubium potenteis abijsse. Addunt, Socrates l. 5 Prosper, & Iornandes cap. 27. Ad annum nati Christi 380. Theodosium, dum vexatus à Gotthis, seu potius Visigothis, Vrbes muniri curaret, periculosum in morbum incidisse; Quo statim accepto nuncio, volunt ijdem Scriptores historici, Visigothos in Thraciam, Macedoniam, Achaiam, Epirum, & Pannonias, Duce Fridigerne Rege recurrisse; supervenientemq; Gratianum Imperatorem, è Pannonijs quidem Fridigernem Wijsgothorum Regẽ abire compulisse; Id tamen peractum fuisse, cum Fridigerne compositâ pace, quam posteà, & ipse Theodosius valetudine recuperatâ, cum Visigothorum Rege, eiusdemque Successore Athanarico illibatam servârit.

His accedere possint *Prosper, Marcellius Comes, Zosimus, & Iornandes Cap.* 28. Qui scripserint, Mortuo Rege Visigothorum

thorum Fridigerne, Athanaricum à Wiſigothis electũ Regem veniſſe Conſtantinopolim, ad pacem cum Imperatore Theodoſio iam prius initam, amicè confirmandam: eumdemque honorificè fuiſſe à Theodoſio exceptum: Cumque brevi fuiſſet morbo ibidem extinctus, Regio cultu, & apparatu, Theodoſium ibi præcepiſſe ſepeliendum. Quæ quidem res, Wijſgothorum animos adeò devicit, & eadem devinxit, vt exinde fuerint Imperij Romani dicti confœderati. Cùm igitur *Ammianus lib.* 27. bellum triennale Gotthicum contra Regem Athanaricum, ſub Valēte finitum, redemtâ pecunijs pace, Anno à Chriſto nato 370. narret: & mortuo Athanarico Rege, * Anno Domini, 385. decimo quinto die quàm is fuiſſet perhonorificè Conſtantinopoli, & ſuſceptus, & conditus, *(vt quidem refert Ioannes Vaſæus Brugenſis, In Hiſpaniæ Chronicis)* optimè tuuc Wijſgothis convenerit cum Imperatore Romano; nec vlla fuiſſe tum inter Wijſgothos diſcordia legatur, quidnam potuit impedijſſe illos, quo minùs Regem ſibi deligerent Wiſigothi? Vt nihil ſanè ſatis videre poſſum; Ita probè ſequi poſſim Iſidorum, & Tudenſem, quorum aſſertione, VViſigothi, genere ſuo nobili indignum rati Romano parere Imperio, quorum ipſi vires frequentiùs iteratis prælijs fregiſſent, Alaricum, externi impatientes Imperij Regem ſibi creârunt.

Idque fortaſſis, anno Chriſti 386. tametſi Tudenſis, & Iſidorus id actum ſenſerint, anno 382. hoc eſt, Ærâ 420. Ateſt & varia, De primo Rege VWijſgothorum, apud Chronologos aliquot ſententia. Vt enim amicæ, propoſitęque brevitatis ergò, cæteros amittam Autores, quî eâ

dere scripserint; superius à nobis in medium adductus Catalogus, qui continuam Regum Gotthorũ, seu potiùs Visigothorum seriem complectitur, primum illorũ statuit Regem Radagaisum, anno à Sacrę Virginis partu 308. secundumq;, Attanaricum, anno 369. vult habere Regẽ; tertium, Alaricum; Anno D. N. 382. quartum, Ataolfum A. D. N. 411. quintum, Sigericum: A. D. N. 416. Sextum, Valliam A. D. N. 417. scrupulum movet: idque eò magis, quòd, apud S. Isidorum, & Lucam Tudensem, Ragadaisum, seu Radagaisum legam Gotthorum Regem, cùm in Radagaisum, & Alaricum, Reges petitos, essent Gotthi divisi, mutuisque sese cædibus lacerarent; donec posteà in excidium conspirantes Romanorum, cõmuni consilio Italiam deprædari, in eâq; ferro, ac flammis omnia miscere constituissent. Sed quum, *Paulus Orosius Tarraconensis, (vt scribit Raphael Volaterranus)* qui horum cladem Cotthorum, fame magis, quàm ferro, industriâ Stiliconis Romanorum Ducis, & Consulis consumtorum, huiusque Scythæ, cultu Idololatrę, Gotthici exercitus Ducis capti, & interfecti, in verticibus montium Fesulanorum, latè, ac eleganter describit, nihil minùs quàm Radagaisum in Hispaniâ Visigothorum Regem statuat *libri sui 7. cap. 37.*
Neque id etiam habeant *Isidorus, & Lucas Tudensis*, non satis video, quonam modo hic Regum Gotthorum in Hispaniâ ordo à Radagaiso, genere Scythâ desumtus, verè, clareque stare possit, ab anno Domini 308. Quodque ordinem hunc à Radagaiso barbaro Regum convellat, illud fortè imprimis queat esse solidius argumentũ; quod, Anno à partu purissimo Intemeratę, semperque Vir-

Virginis, Dei Genitricis Mariæ 410. Vandali, Alani, Suevi, relictis Gallijs, quas aliquot per annos fuerant miserrimè depopulati, Hispanias invasisse legantur, biennio antè captam Romam Duce Alarico, Gotthorum, seu potius Visigothorum Rege; Huius assertionis testem habeo *Orosium*, quem sequi mâlim hâc in parte; Quippe, Scriptorem Hispanum, reique testem oculatum. Quo de Autore scripsit ad hunc modum Divus Augustinus, ad Sanctum Hieronymum. *Venit ad me religiosus iuvenis, Catholica fide Frater, ætate Filius, honore Compresbyter, noster Orosius, vigil ingenio, paratus eloquio, flagrans studio, vtile vas in Domo Domini desiderans esse.*

Prosper quoque Aquitanicus, & Cassiodorus, scribunt Hispaniam à Vandalis (*quos Procopius li. 3. De bello Vand. vocat* Vandilos) occupatam, anno 411, qui fuerit HonorI Cęsaris Augusti 2. *Severus cum Idacio*, annum consignârunt quadringentesimum nonum, quartoq; Eidus Octobris id contigisse addidit *Idacius*. Primum verò Vandilorum illum tum in Hispaniâ Regem Godiscum vocavit; Procopius; Nicephorus, Modigiscum, in Hispaniâ mortuũ Regem, annuente Honorio Imperatore.

His accedat, quod Honorius Visigothorum Regi Alarico, pro pace optimâ, & sedibus simpliciter oranti, inito cum Senatu consilio, vt Gotthos Italia depelleret, Gallias, & Hispanias, quas iam penè perdidisset, concessisse referatur ab Orosio, Anno (vt videtur. 412.

Qua donatione Visigothis sacro etiam Oraculo confirmata; quum ad concessas sibi Gallias proficisceretur primus in Hispaniâ Visigothorum Rex, ipso Die Sancto Paschatis, Stilico, ex insidijs, Duce belli Hebræö

Sau-

Saulo, irruit in *Visigothos*, nihil tale opinanteis; primoque impetu vicit quidem: sed ab ijsdem posteà Gotthis, seu potiùs *Visigothis*, in Alpibus Coccijs idem victus est turpiter Stilico, qui res Romanas quàm maximè studeret turbare; Filioque Eucherio, Orthodoxæ fidei, & religionis Christianæ infensissimo hosti pervellet Imperium captare. *Ita, Cùm Procopio, Sigebertus.* Hâc proinde victoriâ priore exacerbatus *Alaricus*, cupidusque vindictæ, Italiam repetens, impetu maximo Romam cepit, & est deprędatus, locis tamen *Sacris* abstinens, protestatus est se cum *Romanis* perfidis bellum gerere; Cū Sanctis verò, & *Apostolis* DEI, non item. Quæ quidem omnia, cùm latissimè, ac elegantissimè descripserit *P. Orosius Author Hispauus*; Quare sim equidem ambiguus dicendi; *Radagaisi* Scythæ, barbari, cultu Idololatræ (quique spopondisset Christianorum se sanguine pseudodijs suis litaturum, si victoriam illi concessissent) Italiam, cum ducentis millibus armatorum populabundo ingredienti; Nomen prophanum, & ad barbariem rabidam compositum esse expungendum, & eradendum locum, ac eiusdem ordinem primum, è *Catalogo*, & seriè *Visigothorū* in Hispania *Regum*, in quâ barbarus ille Scytha regnâsse; (quantum capio, quantillumque intelligo) numquam probetur?

Denique, Cum & idem Catalogus *Regum* Gotthorum, seu westergothorum, vel *Visigothorum*, qui regnârunt in Hispaniâ, vsque ad Infantem, sive Sanctum *Regem* D. *Pelagium*, nullo prorsùs habeat loco adscriptum, ordineque constitutum *Phrytigernem*, seu Fritigernum; Nos demùm, hâc postremâ sectione Prolegomενων nostrorū,

hanc

hāc feriem Vifigothorum Regum, excerpere maluimus, Ex Vincentij Bellovacenfis Parte fecundâ, Exque Sigeberto Gemblacenfi, atque Marcianenfibus noftris MM. SS. Codicibus vetuftioribus, Et alijs Chronologis, varijfque certioribus Hiftoricis Scriptoribus producendis fuis locis, fincerâ fide mutuātam, & elaboratam.

Sit itaque Primus Rex Fritigernus, Vifigothico ftemmate nobili, & fanguine longo recenfitus pręclarus; Qui, quâ Gratianus Auguftus imperabat ætate, Regnum Vifigothorum triennnio primus prudenter, idemque fortiter adminiftrârit, futurus fuis cum Weftergotthis omnibus Orthodoxus, nifi Valentis impiæ fraudes, ipfius voluntatem in fidem Catholicam propenfiffimam Arrianę hæreleos labe nequiter fœdâffent.

Anno exindè Chrifti CCCXXXI. Damafique Pont. Max. XV. Fridigerne, VVeftgotthorum Rege primo, fuorum luctu permagno, vitâ functo, Athanaricus à VVifigothis fucceffor eft electus; Hunc, ordine iam fecundum Vifigothorum Regem, nobis defcripferunt Romani Imperij, cum fuis confœderatum, *Procopius, Marcellinus Comes, Zofimus, Vincentius Bellovacenfis, Iornandes, cap. 28. & Sigeb. Gemblacenfis.*

Sequatur itaq; Weftergothorū Rex tertius Alaricus, Pānonius, De Gente Balthorū, qui Hifpanias gubernare occœperit. Anno Chrifti 411. & vigefimo tertio Principatus fui anno fato fūctus fit (*vt refert Michäel Ritius Neapolitanus*) Suntq; (*hoc ipfo, & Francifco Tarapha teftibus,*) Gotthi, Populi Scythici, circà Cimbricā Cherfonnesū, & Nortvegiā, qui nūc Suēci, & Dani dicuntur. Huic Alarico Regi, Honorius Augult. bellorū multitudine, negotiorūq;

 mole

mole gravissimâ pressus, cum Galliâ Narbonensi, Wasconiam liberrimè dedit, eâ lege solâ, vt Imperatori, quoties iuberetur, cum suis Wisigothis fidus militaret. Reiecit idem Imperator, Suëvos, Vandalos, seu Vandilos, & Alanos persimileis in Hispaniâ pacis conditiones postulanteis. *Hæc Iornandes, cap. 32. ad annum assertæ salutis* 419. *Et Orosius Presbyter Hispanus.*

Quartus Wijsgothorum Rex Athäulfus, seu Adolfus, formâ, & mente conspicuus, ob affinitatem, & genus Alarici, ex consensu omnium Visigothorum, in defuncti Ataulphi locum substitutus cœpit regnare in Hispaniâ 434. anno Servatoris Iesv Christi. Gallam Placidiam Theodosij Cæsaris Filiam, & Sororem Imperatorum Arcadij, & Honorij Coniugem habuit. Vandalos, Alanos, Suevos, & Hunnos est validâ manu insecutus. Qui, audito eius adventu, dimisêre Gallias, Hispaniasque repetivêre. At verò Atäolfus, diu vastatis Gallijs, primus omnium Gotthorum, seu Visigothorum est Hispanias felix, victorque ingressus; Vandalos, cæterosque Barbaros cæsurus. Extant quædam vestigia Sepulchri eius, in Vico Paradisi, Vrbis Barcinonensis, (vbi fuit occisus anno 6. Regni sui) parte sublimiore, quæ sint Columnarum partes; Et non Herculis, vt fama malè refert. *Hæc Franciscus Tarapha, & Hieronymus Paulus Barcinonensis, atque Ritius, nobis subministrârunt.*

Sigericus stirpe propior, Rex à Gotthis creätus, anno à Christianâ salute 440. in Hispanijs regnare cœpit. Hic, filios Gesericum, Wericum, Guntamendusum Transamundum, & Ildericum, Reges, & Dominos, per parteis Hispanię varias voluerat collocare: Iamque Quintus

Wes-

VVestergothorum *R*ex Sigericus, Seiericus, sive *R*egericus, De pace pridem initâ cum *R*omanis firmandâ cœperat agere, cum itidem Sigericus *R*ex, suorum VVisigothorũ fraude, quòd territus Iudicio Dei ad pacem quoq; pronior esset, quam nollent vllam cum *R*omanis audire Visigothi, peremptus; mox vitam cum Regnò reliquit. Quam autem ob caussam, *Prosper Aquitanicus, & Severus*, Segericum hunc inter VVisigothorum Reges minimè positum admiserint, iam dictum superius est.

Sextus *R*ex Westergothorum, seu VVijsgothorum, vel Visigothorum, non Gallia, (vti mendosè apud quosdã legitur) sed VValla, seu VVallia, ad hoc est creätus à VVisigothis, vt pacem cum *R*omanis infringeret: ad hoc à Domino Deo est ordinatus, *(inquit Paulus Orosius, lib. 7. cap. vltimo,)* vt (quod optârat Segericus *R*ex) pacem confirmaret. * Hic Placidiam, TheodosI, Cæsarum nostrorum postremi Filiam, honestissimè, atque perhonorificè apud se habitam, Honorio Fratri, cuius ipse pacem vehementer optaret, reddidit, nuptui Constantio Comiti tradendam, & *V*alentinianum HonorI Successorem parituram. *Ita Paulus Orosius, Prosper, & Sigebertus.*

* *Anno* 414. *ex Orosio.*

Pepigit VVallia pacem cum Honorio Imperatore, securitatique *R*omanæ periculum obtulit suum, vt adversus cæteras Gentes, quę per Hispanias consedissent, sibi pugnaret; vinceret *R*omanis. Anno etiam à nato Christo Servatore 419. Alani, *V*andali, *S*uevique *R*eges, ad Imperatorem Honorium hunc in modum scripsêre.

Tu, Cum omnibus pacem habe, omniumq; obsides accipe; nos, nobiscum confligimus, nobis perimus, tibi vincimur: Immortalis verò quæstus erit Reipublicæ tuæ, si vtrique pereamus. Hoc eodem

anno,

anno VVallia Rex *VV*ijsgothorum, ex Hispaniâ evocatus à Constantio *P*atricio, *A*lanis, & *V*andalis, qui Lusitaniam tenebant, & Boeticam, intulit bellum; Alanosq;, qui dominarentur *V*andalis, & Suevis, in eas angustias redegit, vt Rege ipsorum Arace cæso, cladi maximæ perpauci superessent, qui se adiungerent, & ijdem subijcerent Gunderico Regi, qui tunc temporis, in Gallœciâ, *V*andalis, *S*ilingisve imperabat. *Ita tradidére, Isidorus, Severus, Iornandes, Rodericus Toletanus.* Hanc post insignem De Alanis partam victoriam, promissam sibi accepêre *V*isigothi Provinciam; *E*t ijdem Tolosam perIllustrem *R*egni sui Sedem efficere occœpere.

Anno *D*omini 427. *V*isigothi, Ductore *VV*alliâ *R*ege suo, bellicis artibus, & prudentiæ laude pręclaro, Hispaniæ *P*rovincias à *V*andalis relictas occupant; fines Imperij wijsgothici proferunt; rebusque Feliciter peractis, *R*egiam demùm suam Tolosam repetit triumphabundus wallia, wijsgothorum *R*ex 6.

Laudatur wallia Rex à Sabellico, qui afferat etiam bellum hoc, & pręlium atrox adversùs Alanos potenteis peractum apud Emeritam. Laudibus suis effertur idem, qui & *V*andalos *S*ilingos, Orbi Europœo vniverso formidabiles, extinxerit..

Idacius Lamecæ Hispaniarum Vrbis Episcopus, qui Chronologiam suam à Divo Ioanne Chrysostomo, & primo Theodosij Consulatu est auspicatus, walliam *R*egem, refert in Africam Hispanico bello confecto traijcere tentâsse, sed in Freto Gaditano, gravissimâ iactatum tempestate, cœptis destitisse; & Hispaniâ relictâ, Gallias repetijsse: ibique (quod obscurius paulò anteà dictū est) ob res pręclarè gestas, Aquitaniâ

taniâ secundâ, & Civitatibus aliquot, hoc est, à Tolosâ, vsque ad Oceanum, ab Imperatore donatum fuisse.

Anno quoque, à Sacrosanctæ *V*irginis Matris salutifero partu 437. *V*andalos in Africam translatos, Rex *VV*allia, secundò, ingenti classe instructâ, bello persequi parabat; Cum is, subitâ vi morbi correptus, morteque præventus obijt, anno Regni sui tertio exacto, (*vt refert Michael Ritius.*) Sed est fortassis depravatus, Librariorum errore, *Ritij Codex Chronologicus. V*Valliam enim Visigothorum Regem, annis viginti duobus regnâsse testantur Hispanorum Annales, vernaculo sermone conscripti, *Alfonsi Regis iussu.* Et ita sanè satis colligitur, *Ex Prospero Aquitanico, & Paulo Orosio Hispano*: *V*itiosè itaque rursus dixerim legi apud *Sigibertum*, fortè corruptum, & mendosum; Regem hunc eumdem *VV*alliam, tenuisse Regnum *V*isigothicū, *annis duobus*; pro, vigintì duobus. Idq; longè manifestiùs est eiusdem *Gemblacensis Segeberti ex libro, (quem vetustissimum habeo manu exaratum,)* quàm, vt id pluribus probandum sit.

Anno Domini CCCCXXXVII. *vvalla Rex vvesIgothorum (inquit Benedictinus noster MS. ineditus) vvandalos odio insectans, etiam in Affricâ eos persequi disponit, sed morte præventus obijt: eique in Regnum Theodoricus successit.*

VVandali Affricæ, navibus irruentes, Provinciam vniversam devastant, rapinis, cæde, incendijs; nulli sexui, nulli parcentes ætati, vel ordini. Sub hoc turbine tribulationis, Beatissimus Augustinus, amarissimam, & lugubrem præ cæteris, suæ senectutis iam penè extremam duxit vitam, videns tantam sævitiam vbique grassari; videns alios hostili nece extinctos; alios effugatos; Ecclesias Sacerdotibus viduatas; Civitates accolis dissipatas. Accrevit denique cau-

ſa mœroris eius, quia ſub ipſius tempore Yponenſem Vrbem, cui Pontifex præerat, Barbari obſederunt. Sed, eccè tertio menſe obſidionis, febribus decubuit, ſibique ſeptem pœnitentiales pſalmos ſcribi iuſsit; ipſos, quatinus iacens in lecto, contrà parietem poſitos, diebus omnibus infirmitatis ſuæ, intuebatur, ac legebat, & vbertim, ac iugiter flebat: Et nè à quoquam impediretur eius intentio, antè fermè decem dies migrationis ſuæ, petijt ad ſe nullum ingredi, niſi ijs tantùm horis, quibus Medici ad inſpiciendum ingrediebantur, vel, cùm ei refectio offerebatur. Obſidionis deinde menſe XIII. coram poſitis Fratribus, migrauit ad Dominum, anno ætatis ſuæ LXXVI. Epiſcopatus verò ſui Hipponenſis, quadrageſimo. Is Antiſtes, ſapientiæ lumen præfulgidum; propugnaculum veritatis; errorum excidium; Fidei tutamentum; omnes Eccleſiæ Doctores, tam ingenio, quàm ſcientiâ vicit; incomparabiliter florens, tam exemplis virtutum, quàm effluentiâ* doctrinarum. Etenim, tanta ſcripſit, vt non ſolum ab aliquo, toto vitæ ſuæ tempore ſcribi, ſed nec quidem poſsint lectione percurri. Hæc Anonymus noſter Chronologus MS. Ex Poſsidio verò Epiſcopo Calamenſi, qui D. Auguſtino adfuit ſanctiſsimè morienti, vitámque poſteà deſcripſit eiuſdem Auguſtini, cum quo quadraginta, fermè annis ſummâ concordiâ vixiſſet, habemus Sanctiſsimum Auguſtinum vixiſſe quidem 76. annos: at in Epiſcopali functione, annos duntaxat indè conſequimur 35. ac pro eius Corporis depoſitione commendandâ, Domino DEO, ſacrificium ſacroſanctum oblatum. Teſtamentum nullum factum (teſtatur Poſſidius) quòd vndè faceret, pauper Chriſti S. Auguſtinus, non haberet, cum is obijt, Anno Domini, (vt certiùs videtur) 430.*

* *Mido- ſus fortè locus, 13. pro tertio.*

Elogium D. Auguſtini Hipponenſis.

* *F. effluentia.*

Conſanguineis ſuis, dum adhuc ſupereſſet; Id, ſi quando fuit opus, quod & cęteris erogauit: non, vt diuitias haberent; ſed, vt, aut non, aut ſaltim minùs egerent. Cumq; idem frequèns dictitare ſoleret, & Chriſtianos, & Sacerdotes

dotes sinè competenti pœnitentiâ diem obire, deque corpore non debere exire; reliquit, tanquam in exemplari, nobis omnibus, & singulis beatè in Domino mori optantibus, sanctam suam, ad obitum, per pœnitẽtiam, præparationem imitandam. *Denique ad semitam redeo. Rodericus Toletanus, De Rebus Hispaniæ lib. 2. Capite 7. Valia* (inquit) *belli causâ Princeps à Gotthis* (quorum certè, belli quàm pacis potior semper fuisset, essetque causa; *effectus est.* Et post pauca: *Itaq; ad Hispanias per Constantium Patritium evocatus, Romani nominis causâ, barbaris intulit magnas cædes.*

Et rursùs paulò post hęc. *Prostratis igitur Vandalis, Alanis, & Suevis; potitus victoria, ab Hispanijs gloriosus Valia reuertitur in Tolosam. Et data est illi ab Imperatore, ob meritum victoriæ, secunda Aquitania, cum Provincijs, & Civitatibus aliquantis. Post hæc, apud Tolosam, longa valetudine deprimente, excessit rebus humanis, qui felix fuerat.*

Prosequiturque seriem Regum Wisigothorum *Rodericus Toletanus Archiepiscopus,* Capite 8. *historiæ Hunnorum, Vandalorum, Suevorum, Alanorum, & Silingorum,* hunc in modum. *Valia Rege defuncto, Theudoretus succedit in Regno, Æra* cccc. lix. *& regnavit annis* xxxiii. Hic varijs est apud varios autores nominibus appellatus. Quem enim nos Theödoricum, Regem Visigothorum septimum dicimus; Hispani Scriptores, illum eumdem, Theodoredum; *S. Isidorus,* Theudoredum; *Idacius,* Theodorum; *Ioannes verò Carion,* Diëthricum, sive Theödoricum, dixêre.

Huic Theödorico Regi Wijsgotho, Theödorici Ostrogothi Regis Gentili, perparum visum est tenere Aquitanicum Regnum, postea, Hispaniæ adijciendum. Quapropter,

pter, rupto cum Romanis fœdere, municipia illorum occupavit vicina, Narbonensi maximè Oppido infestus, sub annum Christi 439. Quod Littorius Comes, diuturnâ obsidione, ac fame pressum, à periculo liberavit vtroque. Is enim belli *Dux* strenuissimus, binis tritici modijs per equites suos singulos eo advectis, in fugam primò cęsos vertit VVijsgotthos; deindè, annonâ necessariâ Civitatem Narbonam, obsidione solutâ, implevit. Verumenimverò, cùm non tam victorâ vti, quàm vincere nôsset Littorius, exercitus Romani Dux; Dumque victoria recenti superbiens, *V*isigothis à se recèns victis, pacem, quam obnixè peterent, parum prudenter negare pergeret; statim infeliciter pugnat secundò contrà Visigothos: Tolosamque, quam obsidione cinxerat, captivus, & infelix intravit, Aruspicum responsis, & Dæmonum significationibus deceptus. Exindè, pax inter *R*omanos, & Visigothos facta; cum eam, post ancipitis pugnæ lachrymabile experimentum, humilius quam vmquam antè poposcissent.
Anno Christi 445. Theödoricus Visigothorum Rex, Hispanias memorabili exercitu invasit, *vt est autor Sigebertus Abba*; Filiamque dat vxorem *R*ecciario Catholico Süevorum *R*egi, qui, tam amplo Coniugio, magnas, & ingenteis animo spes concepit; vt etiam Anno salutis humanæ 450. Vasconum regionem depopulari non dubitârit:, vndè ingentibus spoliis onustus, ad Socerum profectus, Visigothorum auxilijs, in reditu è Vasconia, Casaraugustam vastavit; *R*omanis subiectam Provinciam Tarraconensem audenter invasit: Carthaginensem *R*egionem, quàm Pater, & Rex Suëvorum Rhecila, pacis

cis ergò restituerat Romanis, in prędam misit: hocq; rerum successu, ad suos revertit triumphabundus, *vt quidem est author* S. *Isidorus*.

Rex Hunnorum Attila, Cognomento, Flagellum DEI, fretus auxilio Regis Oostergothorum Walameris, & Gepidarum Ardarici, atque multarum prætercea Gentiũ Septentrionalium, à *Pannonijs* egreditur, imperiumq; invadit Occidentale cum quingẽtis millibus armatorum. Primùmq; per Gallias tãto grassatur furore, vt nulla Gallica Civitas subterfugere quiverit eius rabidũ furorẽ. Gisericus Vãdalorum Rex, metuebat eâ tẽpestate, nè Theodoricus, Filię, (quã Hunericus Vãdalus Giserici Filius, sibi toro Vxorẽ iũxisset) iniuriam vlcisceretur. Siquidẽ, ob solam suspicionem satis levem parati sibi veneni, putatis naribus, naturali spoliatã decore, ad *Patrem* Theodoricũ eam Hunericus in Gallias indecorè remiserat, vt turpe funus semper spectanti offerret, vtq; tam fœda crudelitas, quã vel externi etiam moveri potuissent, vindictam Patris miserando spectaculo imploraret. *Proin* de Gisericus Hunerici Pater, muneribus permultis mentẽ Attilæ ad bella movẽda in Visigothos astutè pellicit. Hæc vt audit Theodoricus Visigothus, & ab *Avito* monetur *Attilã* de Monarchiâ seriò cogitare, Fredericũ, seu Fregelaricũ, Turicũ, *Rotemerũ*, & Himmerit Filios Tolosæ, domiq; relinquẽtis, maiores natu Thorismundũ, & Theodoricum Filios tãtum duos laboris bellici participes futuros, assumit, cum quibus proficiscitur in auxilium *Æ*tij, Romani exercitus Ducis, contrà Hunnos Aurelianẽsem obsidentes Vrbem, & Gallias fœdissimè vastanteis.

Francorum Annaleis, Sigebertus Abba, Iacobus *Meye*-

rus, ad Annum 453. memorabile illud tunc prælium in Campis Catalaunicis factum, cui quinque interfuerint Reges: Hunnorum, nempe, Attila, Caput belli; Walamer, sive Valamirus, Ostrogothorum; Adaricus, Gepidarum: Merovæus, Francorum: & Theodoricus, Vesegothorum; qui hoc in conflictu, incertum à quo, fuerit fortiter pugnans peremptus. Hermannus contractus, Matthæusq; Palmerius, hanc posuêre pugnam anno peractam 450. Equidem pugnã mâlim cruentã (fretus autoritate gravi Severi Sulpitij, Cassiodori, & aliorum) illam referre in annum 453.

Franciscus Tarapha, De Regibus Hispaniæ, ad annum Domini 450. *Theodoricus (ait) apud Arelatam Narbonensis Galliæ Civitatem, in Campis Catalaunicis, dum pro Romanis adversus Attilã Hunnorum* R*egem pugnaret,* 23. *anno Regni sui occubuit. Michaele Ritio Autore,* Campos istos Catalaunicos, propè Tolosam constituit *Ioannes Vasæus, In Hispaniæ suæ Chronicis.* Nos de ijs superiùs nonnulla diximus. *Platina,* refert eo in prelio ad centum, & octoginta millia hominum vtrinque cecidisse, neutrâ declinare, aut cedere acie volente. Occiso Paréti Theödorico, Theodorici Amali, Ostrogothi, Gẽtili, Thurismundus iusta, honore debito persolvit, & Regnum Visigothicum suscepit. Is idem fusos prælio Hunnos statuerat ad internecionem delere; sed suadente subdolo Ætio domum est reversus, rationibus suis maturè consulturus, antequam absentis Regnum invaderent, qui Tolosæ remansissent eiusdem fratres prænominati. Neque tamen exstitit hoc lætum Ætio Duci consilium. Quippe, qui paulò postea fuerit à Valentiniano Cæsare interfectus, quòd is, Attilæ Regi, quem potuisset, & debellare

bellare

bellare debuisset, effugij locum præbuisset.

Ita quidem S. Isidorus, aliíq; Historici Scriptores. Rodericus Toletanus, De Rebus Hispaniæ, lib. 2. Cap. 8. latissimè, atque disertissimè hoc certamen describens; *In hoc* (inquit) *famosissimo bello, ab vtrisque partibus, trecenta ferme millia cæsa fuerunt. Multa signa Cœli & terræ eodem tempore præcesserunt, quorum prodigijs tanta belli crudelitas signabatur. Nam assiduis terræ motibus homines conturbati; à parte Orientis Luna fuscata; à Solis occasu, apparuit Stella Cometes, atque ingenti magnitudine eâ diu fulsit. Ab Aquilonis plagâ, Cœlum rubuit sicut ignis, immixtis per ruborem igneum lineis clarioribus, quæ in speciem hastarum fulgentium rutilabant. Nec mirum, si tãtarum Gentium tanta strages, tot portentis divinitus monstraretur. Attila igitur cognitâ discessione* Gotthorum, vel potiùs Visigothorum, *& tamen dolo metuens procuratam, diu se continuit intrà castra, Turismundus verò, Tolosam à Campis* Catalaunicis *est reversus. Euphronius autem Episcopus Augustudini* * *innumera occisorum cadavera sepelivit. Igitur Attila Danubium transiens post bellum Catalaunicum, contrà Alanos movit bellum. Quod cum Turismundus Rex Gotthorũ, non imparis gloriæ, præsensisset; in auxilium Alanorum, exercitus Attilæ mox advenit: consertoque prælio, sicut in campis Catalaunicis, pavenda Romanis vexilla Attilæ effugavit, ipsumque Attilam fugientem coëgit oblitum olim trans Danubium repetere mansiones: & ille famosus Attila,* (cuius insignia fuêre Wltur in argenteâ parmâ *) *victoriarum Dominus, bello gemino consternatus, inglorius effugatur. Thurismundus verò repulsis ab Alanis Hunnorum catervis; Tolosam rediјt, & pace compositâ, inter suos dum insolentius solito cœpisset agere; anno Regni sui secundo, cum de venâ sanguinem minuisset, fuit à suo Cliente, consilio Fratrum interfectus. Sed ante mortem, vnâ manu, ganipulo quem tenebat, sui san-*

* Vulgò Authun en Bourgogne.

* Ex Ioãnis Magij Iustrat: Gallarum.

 guinis

guinis vltor fuit, & de insidiantibus aliquos interfecit. Hactenus, in haec verba, scripsit Rodericus Toletanus Archiepiscopus. Rodericus Santius Episcopus Palentinus, Historia Hispanica parte secundâ, Cap. 6. Turismundi Patrem Theodoricum Tenderedum vocat, & ab Athilâ Rege Hugnorum interfectum refert; *Nec à multis seculis* (inquit ille) *legitur tam illustre, immò tam cruentum bellum in Europâ contigisse. Nam, vt historiae habent, trecenta millia hominũ caesa sunt. Paulò antè hoc dirissimum bellum terribilia signa visa sunt, magnam sanguinis effusionem indicantia, &c.*

Consule Autorem, qui addat Athilam demùm inter convivia vino soporatum, sanguine, per os & nares effuso, suffocatum fuisse. Turismundum vero Filium Tenderedi, seu Theodorici, septimo loco regnâsse Anno Domini CCCCLII. *& à suis, decimo anno Regni sui, Fratrum consilio interfectum. Iornandes, tertio anno Regni Thurismundum aegrotasse observat; dumq; tolleret sanguinem de vena, ab Ascalcruo Cliente, inimicos nunciante, subtractis armis peremtum fuisse: vnâ tamen eumdem manu, quam liberam haberet, quâ & ipse Rex, non scabellum, (vti corruptè ibi legi putem) sed scalpellum teneret, aliquàm multos insidiantes sibi, extinxisse, vltoremque sanguinis sui extitisse. Isidorus, vult Regem hunc à fratribus letho datum primo* Regni *anno. Iornandes, Sigebertus, & Chronica* Regis *Alfonsi, triennium malunt regnasse. Severus Sulpitius occisum tradit anno Martiani quarto. Aicobacensis libri marginales Annotationes Turismundum testantur regnasse annos sex. Michaël Ritius Neapolitanus, illi septennium tribuit. Ita saepius variant Scriptores Historici, in ratione, atque calculatione annorum suorum, & descriptione mortis ac necis Heröum suorum. Magis equidem accesserim ad triennale Regnum* Thurismundi, *quòd id asseruisse videam* Iornandem, *Sigebertum, & Chronica Regis Alfonsi.*

Theodoricus Thurismundo *Regi*, Fratrique *Visegothorum Rex* apud Tolosates successit, annosque tredecim regnâsse refertur. Huius nominis secundus Visigothorũ Rex Theodoricus, Regnum Hispaniarũ occupavit, anno salutis humanæ 476. *vt autor est Franciscus Tarapha*, Idéque, cum Rhetiario, Suevorum rege, Hispaniam invadente confligens, & ad internecionem prosternens, sibi subegit armis victos Suevos. Lusitaniam, Boeticã, multaque pręterea regno suo adiunxit. *A*b eiusque temporibus regnârunt potenter in Hispaniâ Principes Gotthorum, seu Visigothorum, Cuius & ipsi Monarchiã tenuẽre, neq; id quidem sub nomine, vel Hispaniæ titulo, sed Gotthorum, seu Visigothorũ. Obtinuit ille demùm eamdem necis fortẽ, quã Turismundus à fratre Himmerith, seu Henrico, & ipse regnandi caussâ, cęsus, anno regni sui 7. *vt Ritius Neapolitanus refert*; *vt alij plureis*; 13.

Himmerith, seu Einrikus, Ereikus, vel Héricus, (hęc eius varia sunt apud varios Scriptores indita nomina) Theodorici, id nominis primi, filius, post cæsum fratrẽ Theodoricum, huius nominis secũdum Vesegothorũ Regem (*sic scribit Vasæus*) Hispanias administrare cœpit, *A*nno ab adventu IESV CHRISTI Servatoris nostri 483. Suis ille Visigothis autor exstitit, *assertore F. Tarapha*, legibus vt scriptis vterentur. Qùumq; Arelatum & Massiliam suo subiugâsset Imperio Visigothico, Theodomerus Rex Oostergothorũ, à iugo Gotthorum, seu *V*isigothorum, ad Orthodoxam fidem conversus, se surripuit, estq; idem Christianissimus effectus.

Michaël Ritius Neapolitanus scribit parum constare, quónam mortis genere obierit Henricus *Rex* Visigothorum,

posteaquã regnâsset annis 19. Florebat, quùm ab humanis excessit Rex Ereikus Visigothus, Sabinus Hispalensis Episcopus, ex Barcinonensi Civitate oriundus, Vir & Sanctissimus, & idem doctissimus, atque spiritu Prophetiæ illustris; Cuius etiam in numerum Sãctorum relati natalis dies celebratur, Eidibus Februarl. *Alaricus*, id nominis secũdus, Enrici, vel, (*vt scripsit Sigebertus*) Einrici, seu Eörici (*vt S. Gregor. lib. 2. cap. 25.*) Filius, postquam Evarix, Eöricus, Euricus, seu Enricus Pater, fatalis vadimonij diem obijsset apud Tolosam, Rex Visigothorum creatus est, anno Zenonis Imperatoris decimo, (*vt habent libri Alcobacienfis annotationes, quas sequitur Isidorus,*) vel septimo, (*vt ait Severus.*) Nasciturque hæc diversitas calculationis, ex eo, quòd, *Hermannus contractus, alijq; Chronologi*; scripseriat Imperium inijsse Zenonem, Anno Iesv Christi 474. alij, duobus post annis: Inter quos *Matthæus* exstitit *Palmerius.*

Habuit hic Alaricus secundus, *V*xorem Teudetusam, Vittigis Orientalium Gotthorum Regis Filiam, (*Procopio assertore lib. 1. De bello Gotth.*) Idemque nonus Rex Gotthorum apud Hesperios, seu Occidentaleis Cotthos scribitur fuisse à Magno illo Alarico, seu Alriko, qui cepit Romam, & Filiam Ostrogothorum, Italiæque Regis Theodorici Coniugem accepit. *Ita quidem P. Æmilius.* Quem hâc in re sequi mâlim; quòd, id denique verisimilius equidem animadvertam. Qui eam namque Amalasuẽntam vocârit, præter *Rodericum Toletanum, & qui eumdem vnum sequi voluerint*, aut nullus, aut certè rarus scriptor reperitur. *Cassiodorus verò, cum alijs aliquot eruditissimis Scriptoribus Historicis*, Amalsumtham, seu Amalasuntam

tam

tam Theödorici Amali Filiam nupsisse volunt Eutharico, ex Hispanijs accito; Ex quo prodijt Athalaricus, qui, post mortem Avi, Rex Italiæ, præmaturâ fuerit extinctus morte. *Platina*, scripsit *A*malasintham hanc, Græcis itâ Latinisque litteris fuisse imbutam, vt cum docto quovis disputando argutissimè congredi auderet; adeoque adhæc exactè barbaras linguas tenebat, & scitè callebat, vt Barbaris omnibus absque vllo Interprete responderet fœmina prudens, & illustris Heröina.

Franciscus Tarapha, *De Regibus Hispaniæ: Alaricus* (inquit) *in Hispaniâ regnare cœpit anno salutis humanæ naturæ* 502. *Cū hoc* * *Clodovæus* Rex *Franciæ bello congreditur, eoq; perempto in Agro Voglodensi; quicquid Calliarum Gotthi possidebant, ad partes Fräciæ trrnstulit; Cum hactenus Reges Gotthorum in Narbonâ Galliæ Civitate sedem tenuissent. Sed Theodoricus Socer, Clodovæo bellum intulit, quòd Alaricum Generum interfecisset; fugatisque ingenti prælio Francis, Vasconiam recepit, receptamque pro Almarico Alarici Filio, donec adolesceret, gubernavit. Regnatum est Alarico annis* 13. *quùm ab humanis discessit. Ex* Ritio, hæc est *F. Tarapha* mutuätus. *Ioännis* autem *Vasæi Chronicon* ad annum Christi 483. Regnavit hic (ait) Alaricus viginti tres annos, *Autore S. Isidoro.*

* *Fladiguius (ait) Redeveeus Sanctiat. Historia Hispanicæ parte 2.*

Codicem Theodosianum ex nimiâ contractum prolixitate, ac interpretationibus quibusdam auctum, per Cancellarium *A*nianum curavit edendum, visum antè, examinatum, probatumque ab Episcopis, Anno Regni sui 22. promulgavit; vtendumque Iudicibus traditum imperavit, *A*nno Domini 506. Id videre licet, In Rescripto, Codici huic, apud *A*durense Oppidum edito, præfixo, & ad Comitem Timothëum Tolosæ dato.

Facul-

Facultatem etiam dedit Alaricus Ariänus *Rex*, vt Episcopi Orthodoxi in vnum possent liberè convenire, Synodumq; Abathensem in Galliâ Narbonensi celebrare, Cui Episcopi 35. interfuêre; Cuique præfuit S. Cæsarius *A*relatensis Episcopus. Huius Canones septuaginta vnus instituti, vel fortè restituti, qui fuissent fortafsis antiquati, leguntur: quorum vigore Ecclesiasticam disciplinam penè emortuam, pristinum in virorem sunt restituêre conati SS. Cæsarius Arelatensis, Firminus, Metensis, Quintianus Ruthenensis, alijque sanctitate celebres Antistites, qui huic Concilio interfuêre anno Domini 506. 5. *Cal*, *Septembris*. Præstiti verò huius sibi beneficij ab Alarico Rege Wisigothorum memores SS. Patres, in ipso Cōcilij Agathensis exordio, pro eodem *R*ege, licèt Ariano preces fuderunt, Dominoque Catholici Episcopi obtulerunt; quemadmodum, & eâdem posteà ratione egisse idipsum Synodi Toletanæ dictæ Secundę reperiuntur sub Rege *A*malarico pariter *A*riäno; Et pro alijs æquè hæreticis, vel aliàs impijs, alijs etiam temporibus factitâsse leguntur Sancti *P*atres. Quâ de re gravi videantur, *Athenagoras*, *Tertullianus*, *Iustinus Martyr*, *alijq; Autores Classici*, qui suas contexuêre Apologias antiquitùs, pro Christiänis, adversùs calumnias *E*thnicorum. Indè namque liquidò constabit *S*anctissimos quoque olim Episcopos illud ipsum, pro Ethnicis *P*rincipibus facere non dubitâsse. Sed & illud observatione dignum est: Quod *A*laricus hic Visigothorum in Aquitaniâ *R*ex, quantùmvis *A*rianus, quamdiu Episcopos Catholicæ Communionis coluit, officijsque frequentavit, & *E*cclesiæ Catholicæ negotium facessit nullum, *R*egnum suum Wisigothicū,

à *R*ho-

à Rhodano, ad Ligerim vſque, atque *Pyrenæos*, ad annos viginti duos, æmulos licèt inter barbaros quàm feliciſſimè propagârit. Poſtquàm verò ſuſpicionibus, & calumnijs aurem præbuit adverſùs Epiſcopos, & *Patres* Orthodoxos, Cæſarium Arelatenſem relegans Burdegalam, Quintianum Epiſcopum *Ruthenorum*, (quod eſſet delatus dicere, Catholicum ſe Catholicis velle Regem dominari; iſque Clodovęus recèns ad Fidem Catholicam converſus intelligeretur) ad necem quæſitum, exulare compellens; res eius in deteriùs ſtatim ita prolabi cœpêre, vt *Regni* pariter cum vitâ infelix diſpendium perpeſſus, Anno IESV CHRISTI 507. à Clodovæo Rege Francorum victus, & occiſus.

Chronologus noster Anonymus MS. ad hæc ferè tempora attexuit, quę ad maiorem Dei, Sanctiſſimique Confeſſoris Christi honorem, & gloriam paucula ſubnectam. *Beatiſſimus quoque Leonardus, Civis Aurelianensis, in Regno Franciæ mirificè emicuit. Hic Beati Remigij Diſcipulus, poſtmodum ad Aquitaniæ partes ſecedens, in Lemovicinæ Vrbis territorio, longo fertur tempore vitam eremiticam duxiſſe, Captivorum Patronus ſemper ſpecialis. Qui apud DEVM ſingulari quodam merito, devotè ſe invocantibus, frequentiùs affuiſſe, experimentis evidentiſsimis comprobatur.*

Burdunellus Gotthus, ſub hæc quoque ferè tempora, traditus à ſuis, & Tauro impoſitus æneo, Toloſæ Wiſigothorum eſt crematus. *Hæc habet Annotationes marginales Libri Alcobacienſis*, Toloſamque Regni Viſigothorum Sedem facit *I. Vaſæus*, cum nobilem De Alarico Rege in Campo Ariano victoriam à Clodovęo Rege partam ad Annum 509. latiùs deſcribit.

Occiſo à Francis Rege Alarico, Frater eius Geſalaricus, ex Concubinâ *R*egis Eörici, Enrici, ſeu Henrici Filius, Viſigothorum *R*ex Narbone creâtus eſt. Amalaricus namque Alarici ex Filiâ Theodorici Gothorum in Italiâ *R*egis Filius, vix dum quinquennis, imperio maturus nondum erat. Hic, (ſi Sanctum Iſidorum ſequi placeat) quadriennium regnavit. *P*lures illi alij; pauciores quoque alij annos regni eidem conſignârunt: Geſeleycumque; & Geſaleicum dicunt. Gaſelicum; *Procopius*. Qui, vt editus ignobili matre; ita degener animo extitit. Cùmque à Gundebadis Burgundionum Regis impetu ſuam Narbonem defendere nequiret, non ſinè magnâ ſuorum clade, turpi fugâ Barcinonem petijt, vbi turpiter deliteſcens, *R*egno eſt à Theodörico Rege Oſtrogotho exutus, *aiunt*, *Severus*, *& Iſidorus*: tandemque, poſt fruſtrà petitum in Africâ Vandilorum, ſeu *V*andalorum auxilium, poſtque varios, & turpes errores, apud Druientium Galliæ fluvium, *R*egnum, moxque ipſam turpem, ignobili morte, perdidit vitam.

Anno Domini 525. Hiſpaniam quindecim per annos Oſtrogothus Theodoricus non ſinè gloriâ rexerat, niſi quod (vt monuimus ſuperiùs) à fide Catholicâ erat aliēnus, idemque *A*rrianæ perfidiæ acerrimus propugnator, *C*ùm *R*egnum ille Veſegothorū Nepoti Amalarico tradidit adulto, in Italiamque ſuam, quodam quaſi poſtliminio regreſſus, aureâ donatur à *S*enatu Romano ſtatuâ. *Lucas Tudenſis*, addit hunc eumdem *R*egem in Hiſpaniâ, primâ ex origine Hiſpanorum *V*xorem duxiſſe, Cuius victus is idem precibus, omneis libertate donârit Hiſpanos; ex eâque filium ſcribit ſuſcepiſſe *S*euerianum,

Sancto-

Sanctorum Leandri, Isidori, & aliorum Patrem.

Amalaricus itaque iam administrando Regno maturus, & aptus, Visigothis suis in Aquitanicâ Galliâ, & Hispaniâ incepit imperare, annisque regnavit quinque (*vt observat S. Isidorus*) Hunc vocat *Almaricum Franciscus Tarapha*, & tradit Hispanias cœpisse gubernare anno, ab Adventu Domini 515. Totillamque Clodovæi, seu Fludiguini, (ita scripsit Roder. Santius, Histor. Hispan. parte 2.) Regis Franciæ vxorem duxisse, atque apud Barcinonem citerioris Hispaniæ Civitatem eidem manenti bellum illatum fuisse à Childeberto Totillę Fratre, quo & perierit extinctus Almaricus, anno Regni sui octavo. (*Ita quidem sentit F. Tarapha.*) De hâc Almarici Coniuge Totillâ, seu Clotildâ, rem totam, fusiùs, & explicatiùs prosequitur *S. Gregor. Turon. lib. 3. capite 9.* Cuius verba, quæ habeant ad hunc modum, non piguerit referre.

Clotildis multas insidias ab Amalarico Viro suo propter fidem Catholicam patiebatur. Nam plerunque procedente illâ ad Sanctam Ecclesiam, stercora, & diversos fœtores proijci super eam imperabat. Ad extremum autem tantâ eam crudelitate dicitur cecidisse, vt infectum de proprio sanguine sudarium Fratri transmitteret. Vndè ille maximè commotus, Hispanias appetivit. Amalaricus verò hæc audiens, naveis ad fugiendum parat. Porrò imminente Childeberto, cum Amalaricus navem deberet ascendere, in mentem ei venit, multitudinem se pretiosorum lapidum in thesauro suo reliquisse. Cumq; ad eosdem petendos in Civitatem regrederetur, ab exercitu in portâ exclusus est. Videns autem se non posse evadere, ad Ecclesias Christianorum confugere cœpit. Sed priusquam Limina sancta contingeret, unus emissâ manu lanceâ, eum mortali ictu sauciavit, ibique decidens, reddidit spiritum. Tunc Childebertus cum

 magnis

magnis thesauris Sororem assumptam secum abducere cupiebat; sed nescio quo casu, in via mortua est, & posteà Parisios allata, iuxta Patrem suum Clodoveum sepulta est. Childebertus verò inter reliquos thesauros, ministeria Ecclesiarum pretiosissima detulit, Nam 60. Calices, 15 patinas, 20. Evangeliorum capsas detulit: omnia, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis ornata. Sed non est passus ea confringi: Cuncta enim Ecclesiis, & Basilicis Sanctorum dispensavit, ac tradidit. Hactenus *Sanctus* ille *Gregorius Turonensis.* Porrò de Amalarico Rege hoc Visigotho, si quid præter ea quæratur, peti possit ex Oostergothis nostris suo superiore narratum ordine, atque certo loco. Almaria Civitas, quæ olim Abdera dicebatur, ab Almarico fertur nominata.

Sub eodemque Rege inclaruit Regiæ Civitatis Toletanę Præsul Metropolitanus post Celsum creätus Montanus: Qui, antiquissimâ, & fideli relatione, *à Sancto Alfonso* narratur, ad propulsandam Coniugalis conversationis infamiam, veste prunas candenteis tamdiu tenuisse, dum perageret Sacrum; eoque peracto, nec ignem prunæ, nec est Sacri vestis Præsulis inventa suum amisisse decorem. Pontificatus ille tenuit illibatam dignitatem annis novem sub Regibus Almarico, & Theudio Visigothis. Historiæ Gallorum asserunt Almaricum fuisse occisum Anno Christi 525. Toletumque eâdem tempestate captum à Francis, & dispoliatum addit Gaguinus ille Scriptor Historicus, Cuius etiamnum hodie nudum Caput in Bibliothecâ Venerabilium Patrum Trinitariorum, Duaci Catuacorum, adservatur spectandum.

Gotthis verò bellum hoc illatum à Childeberto Rege, Anno Domini 532. eripuisse Vacconiam, & quicquid eis

Pyre-

Pyrenæos Montes Visigothorum erat, *Aimoinus* putat. *Vincentius* autem *Belloacen.* & *Gregor, Turon.* (quod equidem demiror) solum Childebertum Regem in hâc expeditione in Hispaniam paratâ; nominârunt, cùm tamen constet Clotarrum quoque Regem Fratri Childeberto à belli huius initio ad finem vsque adfuisse, egregiamque operam navâsse. *V*ndè Procopius, ad Annum Christi 531. si non etiam 532. In Hispania (inquit) Theuda Arrianus electus *V*isigothorum Rex, successit interfecto à Regibus Amalarico Visigotho: Idemque testatur illam Wasconię ad Visigothicum Regnum nobilem accessionem, Gallorum fuisse Titulis factam; licèt errore quodam lapsus, ibidem Theödobertum, pro Childeberto nobis legendũ posuerit. *Regnavitq; Theuda* (vt verba reddam *Vincentij Bellovacen.* 2 *parte Spec. Histor.*) *post Almaricum, annis XVII.* Varijs & hic nominibus ab Historicis Scriptoribus fuit dictus. Quem enim, *Michaël Ritius Neap.* Theutam dixit in Almarici locum, instante cæsi Regis Matre Amalasinthâ suffectum, Theudium vocavit *Rodericus Tolet.* eumdemque alij Ethiudi, alij, nosque ipsi Theödatum nuncupavimus, qui Regnum administrârit annos totos 17. & menses 5. (*vt autor est Sanctus Isidorus.*)

Verùm-enim-verò hic observandum obiter occurrit, duos legi, sedulòque observari debere apud historicos Scriptores id Nominis Gotthos Theödatos, quorũ quidem alter, ad Oostrogothorum in Italia Historiam debeat pertinere; quique & idem Theödahatus inscribatur. Id namque scitè asseruit Vir eruditissimus *Conradus Peutinger*, ex argenteo numismate perveteri erutum: qui

Observa Theodatos duos.

certè (vt ſuperiùs dictum eſt in Ooſtrogothica *Regum* ſeriè) pietatis oblitus, *A*malaſüentham, cui *R*egnum deberet de ſe Conſobrino optimè meritæ Heroinæ, perIlluſtri, iuſſerit malè grata impietate, in balneo ſtrangulari. Extitit & ab eo alius hic noſter Theuda, ſeu Theödatus Viſigothorum in Aquitania, & Hiſpania *Rex*; Cuius anno primo, Franci Hiſpanias copijs maximis inſtructi fuerint ingreſſi, & Provinciam ijdem Tarraconenſem depopulati. Verùm, non ita indè multo poſt tēporis ſpatio, animis pariter ac viribus reſumtis Gotthi Occidentaleis hoſce Francos, Theödiſclo *V*iſigotho Duce Hiſpaniæ ſuæ obicibus interclusis in arctum adeò coëgêre, vt neceſſe fuerit hoſtibus vnius diei, ac noctis auro multo à Regis Theudij Duce Theudiſclo redemtum ſpatium precario impetrare, quo celerrimum Franci ex Hiſpanijs ſibi effugium pararent. Quę verò huic ſpatio brevi ſuperfuit, miſerè proſtrata, & à Viſigothis victa bello turba, crede funeſtâ, eſt conſumta, & ferro Gotthico attrita tota: *Et, ſic* (inquit) *Roder. Tolet. De rebus Hiſpaniæ lib.2.ad Æram* 587. *Theudiſclus Viſigothus inſidioſam Francorum calumniam repulit ab Hiſpanis*. Sed huius Viſigothorum victoriæ gloriam, ſubſecuta poſteà calamitas apud Oppidum Septam obſcuravit. *Ex Iſidoro*.

Anno ſiquidē 546. Gotthi, traiecto Freto Herculeo, Romanos, qui Septā invaſerant, vi maximâ oppugnârūt, ſed nō expugnârūt. Dùm enim die Dominico, religionis ergò abſtinent bello, ſeq; gerunt incautiùs, *R*omanorū hoſtiū repentinâ itā ſunt oppreſſione ad vnū omneis internecione cęſi, vt nè quidē cladis tantæ nuncius fuerit relictus. Sed, neque funeſtum nuncium huius acceptæ cladis,

dis, mors Theudi Regis *Visigothorum* diu morata est. Quidam enim eius Cliens, * qui iamdudum arte finxerat insaniam eum perfodit. Fertur vero Theudius Rex inter effusionem sanguinis, omneis, qui adstarent coniuráße, nequis suum necaret percussorem, congruam se meriti recepisse vicissitudinem asserens, propterea quòd & ipse solicitatus suum Regem privatus enecâsset. *Hæc Isidorus*; Ex cuius Chronicis necem Theudis, seu Theōdis, *Ita Procopius*, vel Thiodis, *Ita enim Iornandes*, sive Theudæ, in annum Christi 548. reijcimus, licet Isidorus *Æ*rani huic occiso in Hispaniâ Regi Theudę minùs det convenientem.

* *Buffonis, vv'gò Bouffon, artem exercens, apud Roder Santium, parte 2. habetur.*

Anacephalæosis Alfonsi à Carthagenâ, cap. 21. *Theudius* (inquit) *licet hæreticus esset, pacem tamen Ecclesiæ concessit, vt licentiam Catholicis Episcopis daret, in vnum apud Toletum, quæ tunc Vrbs Regia habebatur, convenire, & quæcunque ad disciplinam Ecclesiæ pertinerent, liberè ordinare.* Et sub finem Capitis: *Depingitur Theudius occisus, & quasi percussus Clavâ, quia ab Histrione, seu Albardano percussus interijt. Franciscus Tarapha*: *Theuta* (ait) *Frater (Consobrinus Almarici erat; &* (vt refert *Platina*) *ita Græcis & latinis litteris edoctus, vt Platonis disciplinam optimè calluerit.*

Si sequi lubeat Chronologiam *Ioannis Vasæi*, Anno Domini 548. Theudisclus, sive Theodisclus, Theudij Dux, Regno Visigothorum præficitur, *Iornandes*, appellat ipsum Thiodigisglossam: *Vincent. Bellova.* Thedegisillum. *Alfon. à Carthagenâ*, Theudisellum: *Francis. Tarapha*, Tendesilium: alij, Thaudegesillum; eumq; fuisse Nepotem ex Sorore Totilę Regis tradit *Lucas Tudensis*, tribuitque illi annum Imperij vnũ *S. Isidorus*; Sed addunt septimestre

Alco-

Alcobacienseis Annotationes. Subscribit huic calculo *F. Tarapha*, *Ritum* secutus; Consensuque omnium Gotthorum, Regnum accepisse Hispaniarum scribit; Cùm fortè per id tempus is exercitui præesset, Dux impositus à Theutâ, Cuius & affinis esse dicebatur. Hic, (*Ita loquitur Alfonsus à Carthag.*) *Dum plurimorum potentium connubia prostitutione publica macularet, & necem pluribus procuraret: Magnates* Gotthorum, *seu Visegothorum, attendentes grandem maculam, ac plurima opprobria ex hoc posse venire Gothicæ nobilitati, necnon ingẽtia pericula, (Nam si sub tam scelerato, & turpi Principe prælia intrâssent; vinci, & perire timebant, quia nonnunquam propter peccata* Ducum, *exercitus militares sunt cum magna strage prostrati) deliberauerunt eum capere. & occidere, quod opere compleverunt. Nam, Cùm quadam die apud. Hispalim,* * QVÆ NVNC SEVILLA VOCATVR, *in prandio esset, ingressi sunt omnes, qui illius coniurationis, & tractatus fuerant participes, & ceperunt eum; aliqui verò ex illis, quorum Vxores adulterio maculaverat, & consanguineos occiderat, tam lethaliter vulneraverunt eum, quod mortuus est. Depingitur, cùm in mensa sedet, occisus. Hæc Alfonsus à Carthagenâ.* Ita ergò Theudisclus Rex Visigothici in Hispaniâ Regni anno 168. cùm multorum connubia Magnatum Visigothorum nefariâ libidine publicè polluisset, ob idque etiam ipsum plerisque mortem esset molitus, coniuratorum manu vindice præventus, Hispali, *Wlgò Seville*, inter epulas est iugulatus.

* Ex F. Tarapha.

Anno porrò sequenti, si non etiam hoc ipso 549. (*vt mavult S. Isidorus*) Aguila Visigothorum constituitur Rex, quinquennio regnaturus. Alij tamen Visigothos in Hispaniâ Regem Agilam Anno salutari 551. asserunt creâsse; mortuamque hoc ipso anno Clotildam, olim Vxorem

Fludi-

Fludiguini, seu Clodovæi Francorum Regis protochristiani, tradidère. In queis, *Isidorus, Ritius, Rodericus, Gregorius Turonensis*. Huc vsque, Libellum suum, De Regnorum succeßione produxit *Iornandes, seu Iordanus Episcopus, Visigothorum*, qui Regem hunc vocavit Hactenusagil: Cui *Sigebertus* Regni annos consignavit novem. Sed falli putem; Cùm quinque tantùm, & menses sex illi attribuant *Codicis Alcobaciensis Annotationes*.

Hic, per omneis casus, vt nequam, ita & infelix idem exstitit. Primùm ergò facto Cordubensibus bello, dũ Christianæ religionis nefando cõtemtu Sanctißimorũ, Christi Iesu Martyrum. Aciscli & Victoriæ sepulcrum venerandum iumentorum præsentiâ (inquit *Alfon. à Carthag.*) impiè polluëre, ausuque temerario præsumeret prophanare, impietatis tantæ perdignas luit pœnas. Filium siquidem quẽ vnicè amaret eo in conflictu cæsum, & omneis thesauros amisit: ipseque turpi fugâ, salutem quærẽs, Emeritam ocyùs Euro se conferre coäctus est. Emerita Civitas est Bęticæ, vbi Agila Rex, ab eisdem Gotthis, qui Regem eum creäverant, metu Romanorum interfectus est, anno Regni sui quinto, mensèque septimo: *vt Michaël Ritius narrat*. *Cæ*terùm, regnabat impius Agila in Hispaniâ, Cùm anno salutari 553. *Æ*râ 593. vt notavit Isidorus Iornandis continuätor, Illustre illud, ac Regium in Suburbio Parisino Monasterium Benedictinum Sancti Germani. De Pratis, iubente pio Rege Franco Childeberto, suadenteque Sanctißimo Episcopo Parisiensi Germano extructum est: *Depingitur autem Agila pugione in corpore fixo; quia sic occisus est.* verba sunt, *Alfonsi à Carthagenâ, cap.* 24.

Sf Athena-

Athanagildus, post mortem Agilæ, decimo septimo loco per tyrannidem, Anno Domini 555. regnare cœpit, Regnumq; tenuit Visigothorum annis 14. vt autor est Rodericus Santius. Protrahunt alij tempus Regni eius in annum decimum quintum. Hunc Regem occultè fidem coluisse Catholicã, & omni favore amplexum fuisse Christiãnos, Autor est Lucas Tudensis. Decessit Toleti morte propriâ, & vacavit Regnum mensibus quinque; *Ita scripsit Alfonsus à Carthagenâ, cap.* 24. Depingiturque in veste pacificâ, quia bella non dicitur gessisse; *Ex eodem Autore*, Regnum verò Athanagildi, ab anno salutis humanæ 545. auspicatur. *Francis. Tarafa*, Eiusque temporibus addit *Ex Divo Antonino*, legationem in Hispaniam misisse Higibertum Regem Mediomattricum multis cum muneribus, petijsseque Athanagildi Filiam Brucildem * in Vxorem, pulchram, ingeniosam, elegantemque tum adhuc puellam. Quam & à Rege impetrârit Athanagildo, qui, quùm apud Toletum vlterioris Hispaniç Givitatem pertransisset, morbo (*inquit ille idem, teste Ritio*) consumptus est, anno regni sui 15: menseque sexto. Ita pro more variat calculus Autorum.

* Fortè Brunechildem.

Attamen, *Chronica Visigothica Isidori, Et Roderici*, volunt hũc Regem fatis concessisse, Anno Virginei partus 570. Ioannis tertij Pontif. Max. 11. Imper. Iustini, id nominis secundi 5. Filiorum Clotarri Franc. Regis huius nominis primi, 7. Indictione 3.

Athanagildi Successor est subrogatus Leuna, seu Luyba, vel Limba electus Narbone, qui anno 2. Regni sui Visigothici Levigildum, seu Leonogildum Regni Successorem instituit; sequentique anno Luyba obijsse fertur in

ser-

servatâ sibi duntaxat Provinciâ Gotthicâ, quæ in Narbonensi Galliâ tunc erat.

Leovigildus Luibę Regis Frater Germanus, citeriori Hispanię à superstite Fratre pręfectus, Gosuintham Athanagildi Viduam matrimonio sibi dicitur iunxisse. *Ita Ioannes Abba, eius temporis Scriptor.* qui addit Leovigildum ad pristinos terminos revocâsse Visigothorum Provinciam, quę fuisset multorum imminuta rebellione. *Alfonsus à Carthagenâ*, scribit Leovigildum habuisse Vxorē Theodosiam, Filiam Severiāni Ducis Provincię Carthaginensis, Neptem Theodorici Ostrogothorum Regis, (ait Roder. Santius, parte 2. Historiæ Hispan.) Severianus verò, ex Vxore Theodorâ, ex Gotthorum Regū sanguine descendenti, genuit clarissimos Filios, Leāndrum, & Isidorum, Archiepiscopos Hispalenseis, & Fulgentium Astigitanum Episcopum, & duas Filias, Florentiam Monialem, sanctarum Virginum Monasterijs præfectam. Hispalense Breviarum, his sanctis prolibus Severiani & Theödoræ, Ducum Gotthorum, addit Sanctum Brauliū Cesaraugustanum Episcopum, multarum linguarum, & Sacræ Scripturę peritissimum Virum, atque Iustinam, quæ, quinquaginta Sanctarum Virginum præfuerit monasterijs. Sed Iustinam arbitratur *Vasæus* eam esse, quę alijs Florentia dicatur Abbatissa: Neque admittit Braulium Isidori fratrem, sed sanè amicum, plusquam Fraternâ charitate coniunctum; quòd huius rei nullam fecerit mentionem *Sanctus Isidorus, In suis illustribus Viris.*

Qui verò in litteras misêre, Leovigildo Filios fuisse Hermenegildum, & Recaredum, verisimilius nobis sentiendum ijdem reliquêre, Regem Leovigildum Theodoram

Gosuinhæ saltem superduxisse Quod enim, ex Gosuintha. Athanagildi Regis Viduâ duos predictos non potuerit liberos suscepisse Leovigildus Rex, ex eo patet, quòd temporis illius Scriptor Historicus, *Ioannes Abba*, asseruerit Maiori filio Hermenegildo Patrem Leovigildum, & Vxorem Iugundim, Filiam Sigeberti Francorum Regis, & Regni &c. partem regnaturo secū dedisse Regni sui anno decimo: quo certè tempore, si ex Gosuintha fuisset prognatus, nec matrimonio, nec Regno aptus poterat esse; Eo namque tempore, vt plurimùm decem erat annos natus Hermenegildus. *De quo Beda Venerabilis ad hunc modum. Hermenegildus Levegildi Gotthorum Regis Filius, ob Fidei* Catholic*æ confessionem, inexpugnabilem, à Patre Ariano, Regni privatus infulis, & in carcerem, ac vincula proiectus, ad extremum, nocte sanctâ Dominicæ Resurrectionis securi in capite percussus*, R*egnum cœleste, pro terreno Rex, & Martyr intravit*. *Hactenus ille Mors S. Martyris Hermenegildi multis fuit miraculis celebrata. Nam cœptus est in nocturno silentio psalmodiæ cantus Angelicus ad Regis & Martyris corpus audiri: & accensæ lampades apparuêre, vt scribit S. Gregor. Papa, Dialogorum libro 3. cap. 31. Huius etiam Martyris meritis adscribit D. Gregor. Turonen. quod Gens Gotthorum subinde per Richaredum eius fratrem ad fidem* Catholic*am conversa sit. Videlicet, Quòd granum in terrâ mortuum, multum attulerit fructum* Fidemq; *S. Hermenegildi* Gal*licarum rerū Scriptores, partim S. Leandri doctrinæ, partim* Frā*cæ* Iugundis *Coniugis sanctitati acceptam ferunt. Pingitur S. Hemergildus, habens securim in capite fixam; quia à Patre Leovigildo securi percussus martyrium consummavit: Hæc Alfonsus à Carthagena: anno salutis 572. ait* Francis. T*arapha: eiusque festum 6. Eidus Iulij celebratur.*

Leovi-

Leovigildus ſolio & purpurâ regali primus eſt vſus, quū antè ipſum Gotthorum Reges, & conſeſſum, & veſtitum haberent cum alijs Nobilibus communem. Obijt Toleti acerrimâ morte: ac ſub mortem præcepit filio Ricaredo, vt Epiſcopos Catholicos ab exilio revocaret: Beatumque Leandrum coleret vt Patrem. Hæc Iſidorus, & Lucas Tudenſis. Regnavit annis duodeviginti. Depingitur in veſte pacificâ, & longâ, quia leges condidit, quarum promulgatio autoritatem deſiderat, & maturitatem: ſed habet enſem nudum ſub manu, quia bellicoſus fuit. Cantabriam enim obtinuit; Andecam Suevorum Regem bello devicit; Suevici Regni nomen extinxit: evicitque vt Viſigothorum Regno adiectum, eorundem nomine exinde cēſeretur Suevorum in Hiſpania Regnum, quod 177. duraverat ānnis. *Hæc Alfonſus à Carthagenâ proximè annum Domini*. 588. Conſortem iam, & deſignârat Leovigildus Filiū Recaredum Regni ſucceſſorē inde ab anno Chriſti. 585. Nunc verò, Anno à Chriſto Servatore nato. 590. *Recaredus, poſt mortem Leovigildi, Patris ſucceſſit in Regno, anno Regni Hiſpaniæ ducenteſimo ſexto; Et regnavit annis. 15. cultu religionis præditus, & paternis moribus longè diſſimilis. Nam ille irreligioſus, & bello promptus: hic, fide pius, & pace præclarus.* Verba ſunt *Alfonſi à Carthagena*, vti, & quę ſequuntur deprompta, *ex Anacephalæoſeos eiuſdem capite. 27. Ille armorū exercitio Gentis Imperium dilatavit: hic glorioſius eādem Gentem trophæo fidei ſublimavit. In ipſis enim Regni ſui, exordijs, per Leandrum, & Fulgentium Avunculos ſuos (erant enim fratres Theodoſiæ Reginæ Matris ſuæ) in fide Catholicâ inſtitutus, totius Gothicæ Gentis Populos, Arriani erroris labe deterſa, ad cultum rectæ Fidei revocavit. Synodum deinde Epiſcoporum ſexagin-*

ta quatuor, ad condemnationem Arrianæ Hæresis, De diversis Hispaniæ, & Galliæ, supple Gotthicæ, *Prouinciis, in Vrbe Regia Toleto, congregavit, & eidem Concilio Religiosissimus Princeps, devotus advenit; gestáque* Concilij, *subscriptione firmavit, Pontificibus, & Palatij Primoribus, Clero, & Militiâ approbantibus, abdicans cum Populo vniverso, perfidiam, quam huc vsque Gotthorum populus didicerat ex Dogmate Ariano, & prædicans trium Personarum vnitatem, vnum Deum; Filium, à Patre consubstantialiter genitum, Spiritum Sanctum inseparabiliter à Patre & Filio procedentem, & esse amborum vnum Spiritum, vnde & vnum sunt. Egit etiam gloriosè bellum adversus infestas gentes, Fidei auxilio sublevatus.* Et paulò post. *Depingitur* (ait idem) *Recaredus sedens in Veste pacificâ, magnæ autoritatis, propter excellentiã suam, quia fuit vnus de melioribus Regibus Hispaniæ, & habet Crucem in manu, propter expulsionem Hæresis Arianæ, quam fecit. Ab eius tempore, vsque in præsens, nulla alia apud Hispanos publicè Hæresis reperta est. Habet etiam ensem nudum in aliâ manu; quia bella, feliciter, tam per se, quàm per suos Duces, & exercitus egit. Sic enim decet Principes Catholicos, Fidem, nedum monitis, sed etiam ense fortiter tueri.* Hæc *Alfonsus à Carthagena.* Habet eadem ferè verba, *Rodericus Toletanus, libro.2, De Rebus Hispaniæ:* Sed addit quę subijciuntur. *Cap.15. Fuit autem:* supple Recaredus, *placidus, mitis, egregiæ bonitatis, tantâque in vultu gratiâ abundabat, & tanta animi benignitate dulcis erat, vt omnium mentibus influens, & malos in suæ dilectionis reverentia conservaret: adeò liberalis, vt opes privatorum, & Ecclesiarum prædia, quæ paterna labes fisco addixerat, Iuri debito restauraret: clemens, vt tributa Populi indulgendo sæpius relaxaret. Multos etiam ditavit rebus, plures honoribus sublimavit; opes suas in miseris, thesauros, in egenis recondens: Sciens ad hoc illi fuisse Regnum collatum, vt eo salubriter*

briter frueretur. Bonis initijs addidit bonum finem. Fidem rectæ gloriæ, quam initio Regni percepit, novißimè publica confeßione, & pœnitentia consummavit. Hæc ille.

Concilia sub Ricaredo Rege celebrata satis produnt consignationem anni, quo is cœperit solus regnare. Iam ille pridem, à Sanctis Viris Leandro, & Fulgentio, ab ipsis cunabulis optimè in Fide Orthodoxâ instructus Arianismum abiurare, Gentemque omnem Cotthorum, & Suevorum ad vnitatem, & Ecclesiæ Christianæ pacem statuerat revocare, prudenter tamen, ac suäviter id efficiundum curauit; Cùm Anno Imperatoris Mauricij octavo, Regnique sui quarto * celebratum est tertium Cōcilium Toletanum, in quo ipse, cum Vxore suâ priore, Baddâ, Reginâ, Regis Britanniæ Arturi Filiâ, Luibæ Matre, cumque Gotthis suis, seu Visigothis hæresim Arianam abiurauit; & in publico Patrum Concilio, (defuncto Parente suo Leovigildo, quem à pertinaciâ suâ Arrianâ nullâ videret humanâ industria, rationéque nullâ posse divelli) fidem Catholicam, & æqualitatem personarum in Sanctissimâ, & Individuâ Trinitate professus est. Celebratum est autem octavo Eidus Maïas, ab Episcopis Hispanię, Gallięque Gotthicę, * qui numero fuêre sexaginta duo; Et præter hos, aliorum Episcoporū quinque Vicarij. Metropolitani Episcopi præfuerunt, Mausona Emeritensis, Leänder Hispalēsis, quem Lucas Tudensis, Hispaniæ Primatem fuisse dicit, & Ecclesiæ Romanæ Primatem: Euphemius Toletanus: Pantardus Bracatensis: Ingerius, Narbonensis: Stephanus, Tarraconensis. Ab his denique Patribus Venerandis condemnatum est, & exterminatum Hispaniæ finibus Arrianorum

* *Anno Christi 591.*

* *Idem Nebloensis.*

rum dogma perniciosissimum; quo certè Ostrogothica, & Visigothica Nobilitas, ducentos & tredecim per annos fuerat miserrimè infecta, vti ostendêrunt diffusius Cæsares nostri. *Ioannes Abba, deinde Gerundensis Episcopus,* huius Synodalis negocij summam fuisse hoc in Concilio penès Sanctum Leandrum Episcopum Hispalensem, seu Sevillanum, & Beatissimum Eutropium Seruitani Monasterij Abbatem, in litteras misit, Celebratum legitur *Æ*ra. 627. Idque ipsum pertuentur Annotationes marginales libri Alcobaciensis in Sanctum Isidorum. Proindeque, si 38. annos adiunxeris Christi Servatoris anno. 589. Cæsaris *Æ*ram 627. haud dubiè consequeris. Cęterùm prudens, & Sapiens Rex Visigothorum in Hispaniâ *R*icaredus, primùm Sacerdotes, adeoque suos Vaccæos, inde Vascones dictos, & omneis Visigothos, atque Cantabros Arrianâ Lue infectos, sapienti vsus consilio, & colloquio prudenti aggressus, ratione potius, & Concilij Sacrâ Maiestate, suoque ipsius primùm, ac Reginæ Coniugis Baddę forti exemplo, quàm imperio, & ferro statim ad Fidem Orthodoxam, (quam ille pridem animo tenere cœpisset) adque vnitatem, & pacem Ecclesiæ Catholicæ contendit conversos suaviter secum perducere *zelum habens secundum scientiam DEI.* * Is idem munera statim post conversionem suam amplissima misit ad Sanctam Sedem Apostolicam, cui præerat, id temporis Sanctus Gregorius: Idque, per Abbates quosdam, perque Probinum Presbyterum, eruditionis, eximiæque virtutis Virum. Quibus Sanctus, & Pontifex Summus Romanus accuratâ scriptione, gratias & egit, & Sanctus idem Gregorius *R*icaredo Regi Neöphyto Ferreäm vicissim

cissim dono misit clavim ex catenâ, quâ sacrum Divi Petri Archiapostoli collum in Martyrio fuerat constrictum; Crucémque pręterea, in quâ nobilissimum, & cunctis adorandum CHRISTI DOMINI NOSTRI LIGNVM SANCTÆ CRVCIS; Et Beatissimi Iöannis Baptistæ inerant capilli; Palliúmque, pro Sancto Leändro Regis Avunculo perillustri. *Hæc, Ex Epistolis Divi GregorI habentur.* Floruēre hoc ipso tempore in Hispaniâ Viri complureis, tum vitæ sanctitate, ac eruditione eximiâ; tum & rebus, pace belloque fortiter, & præclarè gestis percelebreis, quos, & varij rerum Scriptores singulos suis laudibus commeritis disertius extulêre. Vtque, brevitatis ergò, silentium de cæteris liceat fecisse: Qùùm Rerum Visigothicarum florentissimus hic in Hispaniâ status esset; ARNALDVS, (ita quidem Hispani Scriptores) ceu ERNOLDVS Cognomento NOBILIS (vt Marcianenseis MM.SS. Codices, & Chronica Ordinis, Autore R. P. DN. Anton. DVEPS, habent) Ducis Emeritensis præclari Claudij Gētilis, & Recaredi, seu Ricaredi Regis Cōsanguineus, Vaccæorum Dux, virtutis indole insignis, & merito fidelis obsequij, apud Atavos Reges Visigothos iam dudum clarus habebatur. Hunc Vaccęorum haud procul à Viscaiâ, & Asturiâ Illustrissimum Ducem, eumdemque Fortissimum pariter atque prudentissimum Principem, Reges Visigothi, copulatiorem sibi vt facerent, Dynastam, Tolosanumque Principem constituerant perdignum. Cùm itaque Francorum exinde permagnus exercitus, cuius numerus, ad 60. fermè armatorum millia excresceret, (*vt est autor Roder. Tolet.*) à Gonteranno Rege missus, Basone Duce, Narbonensem Galliam Gotthorum Arria-

 norum

norum invasisset, iuxtaque Carcassonem castra posuisset; Claudius Emeritensis Dux, & Arnaldus, seu Ernoldus noster, Cognomento Nobilis, Tolosatum Princeps, cum aliquot alijs Ducibus, à Ricaredo Rege Visigothorum adversus copias militares Gonteranni Regis missi, Francorum exercitum, cæso eorum Duce, partim profligârunt, partimque fugârunt, dispoliatis ipsorum castris. *Rodericus Sanctius, Historiæ Hispanicæ. par. 2. cap. 20.* bellum hocce cruentum scripsit peractum fuisse apud *Linguam Occitanam, Wlgò Languedoc*, prostratis ibi, atque devictis 40. millibus Francorum. *Quo, (inquit ille idem Autor) bello, præter illud in Montibus Catalaunicis commissum, nullum acrius commissum in Gallia legitur. Alfonsus verò à Carthagenâ, Nulla inquit vnquam in Hispanijs Gotthorum victoria maior, vel similis invenitur. Prostratis enim, & captis plurimis millibus hostium, residua pars exercitus, Gotthis sequentibus vsque ad limina Regni sui, cæsa fuit. Alia bella feliciter, tam per se, quàm per suos Duces, & exercitus egit* Ricaredus, Visigothorum Rex. Qui, quum per annos 15. Gotthis tantâ benignitate imperâsset, vt meritò Pater Patriæ salutaretur, relicto sui maximo desiderio, rebus humanis sublatus est Toleti, posteaquam Imperium Visigothorum Florentissimum reddidisset.

Mortuo Rege Ricaredo, Filius succeßit Loïba, siue Luïba. Quo de Rege Visigothorum, ad hunc fermè modum *Sanctus* scripsit *Isidorus. Luïba, ignobili quidem Matre, progenitus, sed indole virtutis insignis. Quem, in primo adolescentiæ Flore, Victericus, tyrannide sumptâ, innocuum Regno deiecit; & dexterâ præcisâ, nequiter interfecit, ætatis anno 16. Regni verò 2.* Quæ quidem si pensites *Isidori* verba: Luïbam facilè colliges

Nothum

Nothum extitisse. Constat siquidem Ricaredum Patrẽ Vxores habuisse duas; quarum prior fuerit Badda, Britannorum Regis Arturi (vt est dictum) Filia; posterior autem, Clotosinda, seu Clotsendis, Childeberti Mediomatricum in Franciâ Regis Soror. *Vide Paulum Æmilium, & Francorum Annales.*

Victericus, (quem Bertricum appellat *Paulus Æmilius*, sicut Detericum, *Robertus Gaguinus, alij*, Vintericum) Visigothorum in Hispaniâ Regnum invasit, Luibâ Rege occiso, anno Domini 592. (*vt est Autor Franciscus Tarapha*) vel 603 (vt recensent *Marian. lib. 6. cap. 2. & Ioännes Vasaus.*) Is, inter Visigothos quidem illustris, belloque strenuus, Hermembergam habuit Filiam, quam Vxorem iustam duxit Theodoricus Mediomatricum *Rex*. Sed, quum ille idem Visigothici Regni decus varijs obscuraret probris, tùm verò illo præcipuè, quod Arriänam hæresin conaretur revocare, id exoptantibus maximè Vaccæis, Asturibus, & Tolosanis Vasconibus, atque Cantabris; eodem exeunte anno quo cœperat regnare, inter epulas, & natos in vsum letitię tragicos scyphos, suorum occiditur coniuratione; iustoque DEI iudicio, sicut Luibam gladio peremerat insontem, ita & ipse vicissim gladio cæsus, Parricidij atrocioris divinas dedit pœnas. Præclarum in vitâ gessit omninò nihil, nisi quod suos per prænominatos Belli Duces, Claudium Emeritensem, & Arnaldum, seu Ernoldum, Cognomento Nobilem, Lykiæ, seu Luciæ Cantabrorum Heröinæ Maritum prædivitem, & præpotentem, Seguntiam Romanis hostibus ademit. Corpus denique Vinterici, seu Victerici Visigothorum Regis elatum viliter, viliùs est sepultũ.

Hoc Rege nequam, Vascones Provincias vicinas direptionibus, & incendijs diuexantes, à Theodorico *Austrasiorum* Rege, & Theodeberto Fratre castigati, & in ordinem sunt redacti, *Ex Amoino, Et Appēdice Gregorl Turon. ad Annum* 606. Succefsit Victerico malorum multorum, Arianorumque novo in Hispaniâ Coryphæo cæso, Rex Gundamirus, à Visigothis creatus, duósque regnavit annos, ab Æra scilicet 648. hoc est, ab anno nati Iesu Christi 610. (*vt Sanctus tradidit Isidorus*) Regnum suum exorsus. Cavit ille in principio statim Regni sui, Nè, qui ad Loca confugissent Sacra, violarentur extracti. Vacceis, cunctisque, qui vellent Hæresin Arriänam procaciter pertueri Vasconibus, acerrimum intulit bellum; ijsque vnicâ expeditione vastatis, Toletum revertit; vbi morte propriâ decessit. Hoc Rege inclaruit Vir eruditissimus, *Maximus Episcopus Cæsaraugustanus, qui, De rebus gestis Gotthorum in Hispanijs, scripsit.*

Sisebutus, Westergotthorum in Hispanijs Regem Gundemirum proximè subsecutus, Rex salutatur optimus, & Catholicæ Religionis Cultor obseruantissimus, Fidéique Orthodoxæ acerrimus Propugnator. *Hic* (inquit *Rodericus Tolet. lib. 2. cap. 17. De reb. Hispa.*) *initio Regni Iudæös ad Fidem Christianam permovens, æmulationem DEI habuit,* * *sed non secundum scientiam; potestate enim compulit, quos provocari oportuit fidei ratione: Sed sicut Paulus dicit, Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur, In hoc gaudeo, & gaudebo. Fecit baptizari omnes Iudæos in Regno suo* (addit *Alfon. à Carthagenâ.*) *Sisebutus itaque Iberiam, vt Vir sapiens, & nimium litteraturæ deditus, per annos 8. retentat. Hic, per Hispaniam, Vrbes Romanas sibi subiecit. De Romanis personaliter bis triumphavit.*

* *Ad Rom. Cap. 10. Versu 2.*

vit. Tanta clementia extitit erga victos, vt, quos hostilis potentia mancipauerat seruituti, dato pretio restitueret libertati, eiusque thesaurus redemptio existeret captiuorum. Asstures sæpius rebellantes, misso exercitu, in deditionem reduxit. Rucones, montibus arduis conceptos vndique per Duces euicit. Fuit autem eloquio nitidus, litterarum sapientiá doctus, in iudicijs strenuus, ac præstantissimus pietate, mente benignus, gubernatione Regni *præcipuus, in bellicis documentis, & in victorijs semper clarus. Huius temporibus nefandus Mahomet nequitiam sectæ suæ stultis Populis prædicauit. Hunc alij proprio morbo, alij medicaminis immoderato haustu, alij veneno asserunt decessisse, relicto* Filio *Riccaredo paruulo, qui post* Patris *obitum, Princeps paucorum dierum, id est, septem mensium consummatur. Huius vitæ breuitas nihil habuit memoria dignum.* Hæc, *Rodericus Toletanus.*

Alfonsus à Carthagenâ, Cap. 31. Anacephalæöseos Reg. *Hispan.* Sisebutum vult regnâsse annis 9. & mensibus 6. CHRISTIANISSIMVMQVE, ab Historicis Scriptoribus fuisse vocatum. *Franciscus Tarapha, De* Regibus *Hispa.* regnare cœpisse Sisebutum tradit Anno Saluatoris IESV CHRISTI. 595. transque Fretum Herculeum ducto exercitu, plures in Africâ Gentes in deditionem redegisse: Vasconiam quoque totam Arianâ luè infectam Regno suo adiecisse. Iam monuimus, sub Riccaredo id nominis primo, Leovigildi Regis Filio, Vaccæös, Wacones, seu Vascones exindè dictos, Montium Pyrenæörum Incolas, in eam, quam hodiéque tenent Guasconicam Prouinciam descendere occœpisse, Sedésque ibi nouas, ab Vrbe Vacceâ, in radicibus vicinorum montium olim constitutâ, easque firmas collocâsse.* *Cornelius Tacitus, Annalium suorum lib. 20. Silius Italicus, horum meminêre. Iuuenalis, verò, Ad Volusium Bithynicum,* *Anno Domini 588.*

Satyrâ 10. *Versu* 37. Vasconicæ Gentis immanitatem, quæ carnibus humanis vesceretur, cum *Ægyptiacâ* composuit hisce metris.

—— —— —— Qui mordere cadaver,
Sustinuit, nihil vnquàm hâc carne libentiùs edit.
Nam scelere in tanto, nè quæras, & dubites, An
Prima voluptatem gula senserit, vltimus autem
Qui stetit absumto iam toto corpore, ductis
Per terram digitis, aliquid de sanguine gustat.
VASCONES, fama est, alimentis talibus vsi,
Produxère animas; Sed res diversa, sed illic
Fortunæ invidia est, bellorúmque vltima, casus
Extremi, longæ dira obsidionis egestas. &c.

Quibus Iuvenalis Aquinas docet, Vascones à Sertorio diuturnâ pressos obsidione, cadaveribus vixisse.

Sisеburus porrò, seu Sigebodus, (vt scribit Vincent. Bellovacensis) Visigothorum Rex in Hispanijs, cùm *Vascones* Arrianos in ordinem redegisset, Ecclesiam Sanctæ Leöcadiæ in Ciuitate suâ Regiâ Toletanâ, miro opere, suis sumtibus extruxit: *Platina*, Romanos in Hispaniâ imperare desijsse à tempore huius Sisebuti scripsit: Fitque mentio Regis huius Christianissimi; *Distinctione* 45. *DE Iudæis*. Franciscus *Tarapha, De Regibus Hispaniæ*, asserit hunc eumdem regnâsse annis 26. mensibusque septem; * quem, & morbo consumtum interijsse ait *Kitius*. Rodericus Toletanus, & Alfonsus Carthaginensis retulêre Sisebuti Regis initia ad Annum salutiferi partus 616. Æramque 654. At verò MM.SS. Chronica, Recentioresque Historici, & Andræäs noster Sylvius Marciänensis Archiprior, Sigebertum secuti Gemblacensem, maluërunt illa

* *Sigebertus annos 29 Sisebodo tribuit.*

illa conijcere in Annum quem nunc tenemus nati IESV CHRISTI. DCXIII. Quo Diva Mater, nostraque Dotatrix pientissima RICTRVDIS NOBILIS, Tolosæ nata est Patre, ARNALDO (vti scribunt Hispani, Gotthique Chronologi) seu ERNOLDO, COGNOMENTO NOBILI, (Ita enim nostri MM.SS. Codices Marcianenseis malunt scribere) & LYKIA, seu LVCIA apud Cantabros Illustrissimâ Heroïnâ Genitrice, Clotarri 2. id nominis Francorum Regis anno 16. Vndè, Appendix Synopsi Franco-Merovingicæ Domni Andreæ, Marcianensis Illustrissimi Cœnobij Sanctę Rictrudis olim Archi-Prioris adiuncta. MS. hoc stylo Nataleis nobis Regios, & VVisigothicos, huiusce Principis Tolosanæ RICTRVDIS, Cognomento NOBILIS, descripsit.

Tempore huius Clotharri Regis, nata est Beatissima Matrona nostra RICTRVDIS in VVasconiâ, ex Agili, pugnacique Gotthorum Gente, Patre HERNALDO, Cognomento NOBILI, Matre verò Lykia, seu LVCIA, à Cantabriæ, & Asturiæ Ducibus oriundâ. Subiungitque ibidem, hisce statim, nec paucioribus, nec pluribus verbis. *Eodemque tempore, * Monasterium Marcianēse, à Beato Amando tunc quadragenario, postea Treiectensi Episcopo, In possessione eiusdem Beatæ Matris Nostræ,* (Supple, Rictrudis) *ædificatum est, tempore Clotharri Regis, in ALODIO Præclari Ducis Adalbaldi, Filij Blitildis, Sororis Dagoberti Regis Francorum (vt quibusdam certioribus placet) ex Ausberto Duce nobili in Germaniâ. Imperij Romani supra Scaldam Marckione.*

* Anno Christi 611. Clotharri Regis 14.

Vndè constantiùs Vetustiores Scriptores. MM.SS. Marcianenseis, extructi primùm Cœnobij Marcianensis, *à Beato Amando, tunc quadragenario,* (Notato verba) *postea Treiectensi Episcopo,* (Notato rursus vetustissimi textus verba)

ba) certiora initia desumsêre, quæ sanè fuerint præiecta, *In Alodio præclari Ducis Adalbaldi, Filij Blitildis, Sororis Dagoberti Regis Francorum*, quam, & alij Scriptores Gereberbertham, id est, gerentem splendorem Regię originis Francicæ vocavêre, &c. Fabulentur itaque novi Centuriatores, primævæ antiquitatis monasticæ Benedictinorum Marcianensium hunc certiorem calculum nequicquam evertere contendenteis. Per me sanè id licet. *In antiquus* enim illis *est sapientia* certior. Agnovit istud certè, R. Ille P. ac Domnus. D. Franciscus Barius Vir, & religiosissimus, & idem doctissimus, Celeberrimi Aquiscinctensis Monasterij ArchiPrior meritissimus; ac proindè, Benedictinorum Asceterij Marcianensis primordia, non est subausus in annum à Christo Seruatore nato quartum & trigesimum, cum Oudemburgensi Chronologo temerè conijcere; quòd Calculationem istam cunabulis primis, Nobilissimi, & antiquissimi Marcianensium Benedictinorum Asceterij, Chronologiæ peritissimus ille Barius, minùs rectè intelligeret assignari; sed vt propiùs, ac veriùs accederet ad Chronica Blandiniensia, Elnonensia, Amatensia, & Marcianensia, Ecclesiæ Marcianensis Benedictinæ, Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Nomini primùm consecratæ certiora initia, In manuscriptis, De Sacris Belgij nostri antiquitatibus collectãdis, ac perdoctis suis lucubrationibus, Anno Christi Domini nati, post sexcentesimum, duodecimo reverentiùs consignavit. Nos porrò constantiùs illa, pauloque propiùs, excitati primùm à Divo Amando Cœnobij Marcianensis, in Alodio præclari Ducis Duwaicensis Adalbaldi, Id est, In fundo Nobili, quisque pleno Iure,

ad

ad præclarum Ducem, Adalbaldum, Ausberti & Blitildis, Markionum S. Imperij, & Ducum in Germaniâ Filium, pertineret, primordia, in annum partę salutis humanæ DC. XI. Si non etiam in DC. X. annum à Virgineo partu, (vti & cöætanea Blandiniensia) referre, cùm Vetustissimis MM. SS. Codicibus, & demùm, cùm *M. Iacobo Lessabæo eruditißimo Scriptore* meditamur, Qui, Ex Annalibus permultis laboriosam *Anacephalæösin* ediderit *Hannoniæ Vrbium, & Nominatiorum locorum, ac Cænobiorum, adiectis aliquot limitaneis, excusam AntuVVerpiæ, apud Michaëlem Hillenium, In Rapo, Anno Domini M. D. XXXIV.* In quâ scripserit hunc in modum *MARCÆNÆ, Cœnobium Amplissimum, Sancti Benedicti Canonibus inauguratorum est, Divarum RICTRVDIS, & EVSEBIÆ Filiæ pignoribus celebre. CONDITI LOCI ANNVS PRÆFERTVR DCXI.* *Hæcque antiquitas Benedictinorum Marcianensium pro cöstanti vulgata est, ab omni retrò memoriâ. Immò verò, hanc eamdem iam etiam pridem firmavit primariam Marcianensis Asceterij antiquitatem *Annotatio marginalis Sigeberto* adiecta *Gemblacensi* pervetusto Charactere, ad Annum Domini 610. in hæc verba ad nos transmissa. *Fundatur Ecclesia Marcianensis à Sancto Amando, suæ ætatis Anno XL. & XXIV. Regni Clotharij.* Ita Vetustum penès me in membranulis manuscriptum adservo, vt illo vllum vetustiorem haud facilè crediderim reperiri posse.

* *Monasterium Marcianense Conditum Anno Domini 611.*

Chronicon quoque Marcianense manuscriptum pervetustâ, eòdem nos ducit Cap. · hoc ipsissimo Stylo. Anno igitur Lotharij XXIV. porrò à Nativitate Sancti Amandi quadragesimo, construxit Beatus Amandus Ecclesiam Sancti Petri in Blandinio: Et paulò post, Marcianensem Ecclesiam. Quæ quidem æquâ si quis lance

Vu pen-

perſiſtet,verbáque libret,apposite idem ex verâ ratione annorum nati Sancti *A*mandi Aquitani,annum nati Ieſu Chriſti ſexcenteſimum & vndecimum conſequetur, qui & incidat in ætatis quadrageſimum præfati Sancti Antiſtitis noſtri annum;iuſtamque intelliget. *M. Iacobi Leſſabæi* calculationem Anni. DCXI. in quem conſtanter retulerit originem primævam Cœnobij Marciänenſis. Addendum, quod & in eumdem annum DCXI. incurrat Clotario,id Nominis ſecundo,Francorum Regi XXIV. adſcriptus annus, quo Conditum aſſeratur Monaſterium Marcianenſe perantiquum,à ter Beatiſsimo illo Gallo-Flandrorũ Apoſtolo S. Amando.*Videätur Correctiores Francorum Annales ad annum* 611. *qui fuerit Clotarij Regis*,24.

Acceſsit demùm proximè ad vera exordia Marcianenſium Benedictinorum, quos ibidem Sanctus *A*ntiſtes *A*mandus, ævi ſui Antiſtitum Decus,Beatiſsimo concrediderit ſub ſe Preſuli noſtro Ionato, *DN. Claudius Roberti,Lingonenſis Presbyter*, Vir egregiâ eruditione celebris, Cum is *In ſuâ Galliâ Chriſtianâ, Marcenias, vel Marchiänas, Marcianas vel Martiänas, Marcenıacũ,ſeu Marchianenſe Monaſteriũ, Ordinis Benedictini, Diœceſis Attrebatenſis,in Flandria,ad Scarpam Fluvium,In ALODIO ADALBALDI DVCIS, Circà Annum CHRISTI Sexcenteſimum & Decimum,à Sancto quoque AMANDO conſtructum ita obſervanter conſignavit*,vt, (quod nonnulli ſubtiliores,quàm ſolidiores, & certiores agere tentârunt)Conditum illud, *Paulò poſt Sancti Petri,in Vrbe Gandâ,Benedictinum Marcianenſe Monaſterium, Virorum primitùs*, ab Annis ſalutiferis IESV CHRISTI. DCX. & DCXI. in inferiores,vel ſuperiores annos,(no-

va

vâ Chronomachiâ, incude nescio quâ excusâ, & per Calculationem incertiorem, *Circâ* & *Circiter* productâ) temerè reijcere, Antiquiorumque Chronologorum nostrorum domesticam fidem, & spectandam, observandamque Autoritatem, atque assertionem affirmativam, convellere, sciolorum pro more solito, nequaquàm subausus est. Pervetus namque, ac indè perpetuò inviolabiliter observatâ, (vti à Maioribus nostris honorandis certiore manu tradita, abs olimque firmiore vsu recepta) est hæc Sententia ineluctabilis, quæ nostros Manuscriptos Codices Vetustissimos opplevit, quam & proindè non liceat temerè antiquare. Et sunt enim *Interrogandi Patres nostri, & annunciabunt nobis; Maiores nostri, & dicent nobis*, * Supple, Distinguendum esse inter *Condere*, & *Dotare*. Ita namque distinguendo tempora, Divum Amandum, qui Condiderit Monasterium Marcianense, Anno Christi DC. XI. si non etiam simul cum Blandiniensi, Anno DCX. Et Serenissimam Principem Tolosanam, (tunc quidem duntaxat biennem) S. RICTRVDEM Viduam, quę quadraginta exindè post annis, prius illud Benedictinorum Marcianense Asceterium, posteriore secundo Benedictinarum Sanctimonialium excitato Cœnobio adauxerit, & vtrumque Dotârit Anno Domini DCLIII. Constanter consequemur. Hocque distinctionis rerum & temporum, modo, quadrabunt omnia. *Hæc diligentius observata, & accuratiore stylo descripta mihi benivolè suppeditata communicavit R. P. Cornelius à Marka, Blandiniensis Asceta, Vir longissimâ vitâ perdignus, quique hæc ipsa indefatigabili studio consectatus, mihi ampliora erat pollicitus, è monimentis eruta veterrimis* Blandiniensium *Coætaneorum nostrorum,*

* Ex Cātic. Moys. Deu. 31.

ſtrorum, & initæ abs olim Fraternæ Cõſociationis vinculo in Chriſto Ieſu nobis coniunctiſsimorum, ſi longiorem lucis vſuram Dominus illi Deus concedere voluiſſet.

Cæterùm, eruditus ille Vir, Claudius Roberti, In *A*bbatijs ſuis Galliarum, & Abbatibus, nudâ nomenclatura inſertis, Venerandum Aſcetarcham noſtrum Marcianẽſem, (qui hodieque perhonorificè, atque proborum, & eruditorum Virorum omnium eximiâ laude pręſit Sanctiſsimæ *D*otatricis noſtrę RICTRVDIS Familię Sacrę) Ioannem Honcquoy mendosè inſcriptum nuncupavit. Loco itaque mendoſo reponẽdus eſt, Cœnobij Marcianenſis *R*everendus *A*bba DN. D. IOANNES DV IONCQVOY, BERSEENSIS, *ad Montem Pabulanum, *S*acroſanctæ Theölogiæ, In *A*lma *V*niuerſitate Duäcenâ Licentiatus; Qui, tam divinis, quàm humanis litteris ad integrum imbutus, morum etiam ſuävi honeſtate, atque vitæ puritate, Præſul in Eccleſiâ Dei fulget. Quem eumdem Omnipotens DEVS ſuâ ſemper curâ, & cuſtodiâ pertueätur, & rectiſſima ipſius conſilia, Nobili, ſacręque RICTRVDIS MATRIS FAMILIÆ, atque Reipublicæ Chriſtianæ fortunet. Ipſi ſanè hæcce prolegomena, & qui proximè ſequetur excuſus tandem aliquandò Domnus *A*ndreäs Sylvius, quondã ArchiPrior Marcianenſis, Vitam & ſpiritum debent referre acceptũ. Hunc porrò ſuperiorem calculi perperam adſignati nequaquàm perferendum errorem, nuperrimè ſtructum adverſùs primęvam originem Monaſterij Marcianenſis, ex eo præſertim ſubortum irrepſiſſe animadverto, quòd non ſatis ſolidè fuerint à nonnullis recentioribus Chronologis rerum tempora diſtincta, vt omnia, citrà vllam

** Vulgò Berſée, pres Mons en Pevle.*

quod

(quod perfacilè semper potuit factum) controversiam quadraret. Quo enim modo iam monuimus necessario, distinguendum illis re verâ fuit. Inter *Condere*, seu *adificare* Marcianense primum illud Monasterium Benedictinorum; & subinde *Dotatum exstitisse* Geminum illud effectum; cùm eòdem Locorum accessit Diva Mater nostra RICTRVDIS Vidua, Dotatrixque Marcianensium, cum Virginibus Prolibus SS. Closcende, Eusebiâ, Adelscende, aliisque præclaris Matronis, atque Virginibus, reliquum vitæ tempus, ex Sancti ArchiPræsulis nostri Amandi consilio religioso, exque Divi Patriarchæ Benedicti sanctissimis Regulis adgregatim transactura Marcænis: Vbi (inquit *Autor Miraculorum Diva RICTRVDIS*, quem stylus, & temporis ratio arguit exstitisse *Dõmum Andreäm Syluium*, vti postea dicetur) *B. Amandus, Qui Monasterium ipsum in honore B. Petri construxit, Monachorum Ordinem haberi voluit. Disponente autem DEO, S. IONATVS ABBAS Sanctimoniales aggregavit, vt esset ibi congrua habitatio, tam Beatæ RICTRVDI, quàm Filiabus eius Virginibus Sacris.* Vtque primos Marcianēsis Asceterij ab Anno Christi *DC. XI.* si non etiam DCX. Conditi, Inquilinos, sub Præsulatu Sanctissimi Patris Ionati, (quem Venerandus Amandus Antistes, Antistitum çvi sui Decus, sui assimilem Discipulum perfecisset, & præfecisset) Divi Patris nostri Benedicti Monachos exstitisse clariùs intelligamus; Chronographi Marcianensis liceat quæ sequuntur ipsissima verba citare. *In eodem Cœnobio* (Supple MARCIANENSI) *primùm Monachis ad serviendum* DEO, *à* B. AMAMDO *delegatis Pastor Vigilantissimus, & Procurator interiùs, exteriùsque, Vir Fidelis & Simplex* IONATHVS *donatus*

natus est eis. Qui Beati AMANDI *Pontificis Discipulorum vnus, eius sacrâ eruditione admodùm informatus, ad hoc Officium idoneus maximè inventus est. Sed non post multum temporis, altiori investigatione consultum est, vt, quoniam* GLORIOSA MATER RICTRVDIS, LOCI, (supple MARCIANENSIS) FVNDATRIX, *& vniversorum quæ ibi contradita fuerant,* DOMINA, *In illo Sancto Contubernio, inter Servos* DEI *famulari videbatur; congruentiùs foret* SECVNDI SEXVS FIDELES, IBIDEM, (nempè MARCÆNIS) *ad servien-dum* DEO *immittere, & illius sanctæ inhabitationis Primatum Sanctimonialium Ordinem aptius obtinere. Semoto siquidem, pace eorum, Modico* tunc (*Conventicula, Nobiles Matronæ illuc vndique certatim confluunt: Religiosæ Viduæ, quæ verè Viduæ erant, alacriter eo concurrunt; Puellaris etiam pudoris iuventus, casta introducitur, Spiritualis Gymnasij Palæstram Omnis * in Commune aggrediuntur.* Ita quidem *Auctor ille Anonymus MS.* quem, *Domnum Andream Du Bos, seu Du Bois,* nostrum *Sylvium* esse putem, id coniectans ex ratione persimilis styli, & temporis, quo vterque Codex manu exaratus deprehenditur.) Cuius ex Verbis id omninò est certum; *In Cœnobio Nobilissimo, & antiquissimo Martianensi,* priùs agitâsse Monachos Benedictinos, ab Anno videlicet Christi Nati DCXI. vel fortassis etiam DCX. (vti videre licebit postea) vsque ad annũ DOMINI DCXLVI. quo, *D*uce Adalbaldo ab *A*rrianis quibusdam Wisigotthis Sanctę Rictrvdis Consanguineis cęso in *P*etragorico Agro* Vidua effecta Dux Illustrissima *R*ictrvdis, annis iã aliquot antè conceptum, & altâ mente repostũ sanctioris vitæ genus occœpit efficaciter amplecti, dùm intereà Marcianenseis Monachos. B. Ionathus eximiæ sanctitatis

* Vetus Scriptio. OMNIS pro Omnes.

* Vulgò Periguex.

tis

tis exemplo moderaretur, ipſamque Principem Viduam conſilijs RICTRUDEM, neceſſaria Familiæ ſuę ſubminiſtrātem, adiuvaret. Ad cuius rei veritatem habendam, ſunt rurſus expendenda, quæ ſuis in Chronicis Cameracenſibus in hæc verba repreſentârit.* *Apud Villam quoque Marcenias, Virgo DEI Glorioſa RICTRUDIS, Ex proprijs opibus, & prædijs, conſilio S. Amandi, qui tunc inſignis habebatur, Monaſterium ſtruxit; vbi Sanctimonialibus ad ſerviendum delegatis, ipſa etiam Abbatiſſa, habenas regiminis moderata eſt.* Verùm hæc paulò latiorem exigunt narrationem, quæ ſtato ſuo tempore, locoque ſit reſtituenda; quo eximiæ ſanctitatis duo hæc Sidera, Divi; Amandus, & Rictrudis, luce meridianâ clariùs eluceant: quorum ille prior Monaſterium Condiderit Marcianenſe *In* ALODIO preclari Ducis *A*dalbaldi, *A*nno DCXI. vti memorat *I.* Leſſabęus: hæc poſterior, geminum; dotârit, Clodovæo Francorum Rege id nominis ſecundo, Teſtamentum, Diplomate ſuo Regio Firmante, Anno Domini DCLIII. vt inferiùs demonſtrabitur. Eſt hæc ſanè diſſertatio momenti permagni; eademque ſeſe habet, nõ vt quidem. N. Vir alioqui doctus, probus, & diligens ſcripſit coniectans; ſed, vt nos, ex *A*utoribus probatis, equè ſuo à nobis diuturno erutis, ſitu, & qui res geſtas ſui fermè temporis oculatiore fide, atque notitiâ domeſticâ deſcripſère, ad ſuos ſtatos annos congruẽtius referemus.* De his ergò nunc quidem ſatis. *A*d Reges Weſtergotthos, ſeu VViſigotthos, Sereniſſimæ Principis noſtræ RICTRUDIS Toloſanæ *A*uos, & Pröavos nunc redeamus. Cuius pręclariſſimos Nataleis, vel ipſum NOBILE, *A*uitumque Cognomentum ipſius abundè declarat. Sed & eòdem nos trahere videtur *Auctor Miraculorum*

*Baldericus Noviomenſis & Tornacenſis Epiſcopus.

*Ad Annum Domini 610 Cum Blandinienſi Cœnobio.

culorum S. RICTRVDIS, lib. 1. cap. 2. Cum scribit. Imperantibus, Clothario secundo Francis, & Romanis Eraclio, qui devicto Cosdröe Rege Persarum, & Filijs eius, Dominicæ Crucis. Lignum Victor Hierosolymã reportavit, BEATA RICTRVDIS, In VVasconiâ, Ex Tholosâ Vrbe, Ex Regali prosapiâ orta est. Anno Domini 613.

Aimoinus, P. Æmilius, & Michaël Ritius, tradunt Sigebodũ, seu Siseburum Regem VVisigothorum in Hispania prefatum, vsque ad Montes Pyrenæos totã sibi Cantabriam subegisse, Christi Liberatoris Anno 619. Conciliumque sub eodem Hispalense secundùm contrà Acephalos, vel certè contrà Episcopum Eutychianum, qui ex Syriâ in Hispanias advolâsset, hæreseosque prædictæ acerrimus esset Propugnator. Hic, post longam disputationis pertinaciam, argumentis S. Isidori, aliorumque Patrum Sanctorum convictus, ad Fidem Orthodoxam conversus est. Ita enim ex *Capite* 12. Concilij constat. Duarum in Christo Naturarum proprietatem negabant Acephali, sic dicti, quòd nullus, à quo essent exorti Autor certus inveniretur. Acephalus enim, & absque Capite, Synonima sunt. Ioännes Vasæüs, octennium cum semestri Regno Sisebuti duntaxat tribuendum vult, Cui Filius successerit Ricaredus, huius nominis secundus Anno Christi Servatoris 622. Clotarri secundi Francorum Regis 35. *(vt quidem aiunt Roder. Tolet. aliique Chronologi.* Hunc Ricaredum secundum tacuit V*incent. Bellova.* simili fortassis errore, quo in Luïbâ secundo elusus. Is, anno salutis humanę 623. Clotarri Franc. Regis 36. Ricaredus Iunior, vitâ, Regnoque defungitur. *Depingitur verò Sisebutus armatus, & cum ense nudo, scuto autem rubeo, & albâ Cru-*

ce,

ce, propter zelum Fidei quem habuit. Sic enim depinguntur Reges, ac milites Hispanorum, qui Sanctum inuocantes Iacobum, Infideles expugnant. Recaredus verò, In veste depingitur puerili; quia puer obijt. Hæc, ex Alfonso à Carthagenâ, Qui Wisigothorum Regum seriem ita prosequitur.

Suintilla huius Nominis primus, filius Recaredi primi, Regis Gloriosissimi, Rex efficitur Anno Domini 626. Regni Hispaniæ 234. Et regnavit annis 10. Sub Rege Sisebuto, Ducis nactus officiū, castra domuit Romanorum. Rucones etiam superavit. Idem ille Rex à VVisigotthis creatus, totius Hispaniæ Monarchiam intrà Fretum Oceani, (quòd nulli retrò Principi est collatum) exclusis Romanis, primus obtinuit inter Gotthos. Huius Filius Rachimirus, in consortium Regni assumptus, pari cum Patre solio corregnavit. Lucas Tudensis scripsit Suinthillam Regem, *Recaredi* primi Filium, sub Sisebuto Rege exercitum duxisse, Theödoramque *Regis* Sisebuti Filiam Vxorem duxisse, ex quâ & *Sisenandum*, & Cindasuinthum Filios susceperit: Sed vti Coniugem illi Theödoram facilè admitto, ita Filios ex eâ *Sisenādum* & Cindasuinthum susceptos in dubiū revocare cogor; vt ex sequentibus patebit. Huius porrò Suintillæ *Regis* successio docere nos videtur, non fuisse morem apud Westergotthos, seu Occidentaleis Gotthos, vt Filij Patribus necessariò succederent in *Regno*; sed apud eos regnâsse, qui *Regno* idonei, & apti cēserētur, & à Magnatibus, Populoque Westergotho Reges seligerentur. Imò etiam, Concilium *Toletanum* quintū evidentius nos pedocet, Chatolicorum consortio priuādum, & Anathemate divino fuisse apud Gotthos Occidentaleis condemnandum: Si quispiam fastigium *Regię* Maiestatis aliâ ratione ambijsset.

Hoc Rege Vaccæi, seu Vascones, Satrapiam sibi patentiorem, & potentiorem effecerant. Cùm itaque *Provinciam* Tarraconensem, & sibi Gallicas viciniores, Provincias, cœde, prædisque infestarent, Arrianę suæ rebellionis pervicacem culpam, proprijs sunt à Süinthillâ Rege stipendijs compulsi Oligitim Civitatem ędificare. Civitatem in Navarrâ esse volunt nonnulli, qui & eādem vocitent Olit. Alij constitüêre illam in Veteri Castellâ, quæ nunc Valladollit, vernaculo Nomine nūcupetur. Id Philistori Lectori liberius agitandum; Et eâ de re. *RR. Patrum Iac. Philippi Bergomatis Supplementum, atque ABBATIS. DN. AntonI De Teps Chronica Benedictina* consulenda, lubens relinquo. Ad annum vsque præsentem Nati Christi. 626. vel fortasis 629. qui, (vt verba reddā *Beatorum Isidori, & Alfonsi*) quintus Süintillanis Regis Visigothorum recensetur, numerantur à Sancto Isidoro anni. 256. qui fluxerint ab exordio Athanarici Westergothorum Regis; Quod, *Illeidem Isidorus*, conijcit in Æram. 470. *Id est*, in Annum à Christo nato, 369. Cui si adijcias summæ. 256. annos, Calculum recipies, qui propè respondere ad amussim, possit: Cùm inde resiliant, fiantque anni. 625. Vnius autem, atque fortassis alterius anni tanto in temporum intervallo differentia, modica esse videtur. Ideò dixerim hoc quidem loco, ne sinè iusto delectu me *Sanctum Isidorum potius, quàm alios Historicos Scriptores, & Chronologos* esse secutum in annorum subducendâ ratione, temerè quispiam arbitretur. Ego verò id vnum non possum non frequens demirari, quam ob caussam, quove *Rodericus Toletanus Archiepiscopus*, Autore, *à Divo Isidoro*, cum quo constanter conveniat,

veniat *Lucas Tudensis*, frequentior dissentiat. Hæc ratio, hoc ingenium videtur fuisse semper Chronologorum, vt, *Quot Capita; tot Sententiæ haberentur*. Certa si Eclipsium series, eademque continuata, & rectè demonstrata, ordine perpetuo proferretur; hanc equidẽ lubèns subducẽdę temporum rationis normam consectárer. Sed vbinam, illa; & vndè Mathematica Demonstratio hęc constans, & exacta nobis demùm expandetur? Expecto, illud qui certiùs nobis demonstratum prę stet *A*pollinem Magnũ, illumque omni parte absolutum exopto. Qui, si quispiã, Illis accuratiorẽ antiquioribus Patribus, & Scriptoribus Historicis, hâc in re, connexionis annorum inire potuerit rationem: illâ feliciter, & letanter is vtatur. Quin etiam, & ipse illi subscripturus sum; & si certam, suisque omnibus numeris absolutam annorum consignationem per suas eclipseis, & orbium cœlestium motus recensitos certam exactiùs, & constantiùs probârit: calculationem annorum, nostrorum, iuxtà Veterum Chronologorum assertiones hactenus initam; lubentiùs sum eiusdem cum calculo correctiore commutaturus.

Illud interim nunc quidem Westergotthis nostris *Regibus* liceat addidisse: Quod, Cũ paribus auspicij Süintilla & *R*echimirus, parens cum Filio, *R*egnum Westergothorum in Hispaniâ administrarent, *Mahometes*, monstrum impietatis, & impuritatis, *mortuus est, idemque* insignis Impostor, & Pseudopropheta, *sepultus est in Inferno. Is, cum prædixisset*, per collum suum impudenter mentitus, *sedecimo Regni sui anno moriturum, tertioque post obitum die resuscitatum iri, Albimar ipsius Discipulus, experiri cupiens num vera prædiceret Mahometes; obtulit venenum Pseudovati: quo ille*

 hausto,

hausto, mortē imminere sensit, astantibusque sibi iamiam morituro dixit, quod per aquam essent peccatorum expiationem accepturi; hocque mendaciter *pronunciato, continuò est extinctus. Discipuli verò custodiebant Corpus, expectantes rei eventum. Sed tandem, fœtoris impatientes, reliquerūt; quod vndecimo post die, quum revisерent, invenerunt à canibus Laceratum. Hæc fere Lucas habet Tudensis*. Contremuit eodem anno terra, perque dies ferè ter denos in Cœlo apparuit gladij stricti figura. Successit Anno. 630. Mahometi, Abubachar Rex Arabum, degenere Mahometis; tribusq; regnavit annis(vt author est idem *Lucas Tudensis*.) Eique defuncto, Homer, seu Emer Arabū Imperio successit, Rex toto decennio futurus; *Ita scripsére Isidorus Pacensis, & Rodericus Toletanus*.

Scriptores Hispani, tradunt Suintillanem Regem morbo fatali peremtum, & elatum fuisse honorificè. Laudibus etiam varijs hunc eumdem Regem suum optimum extollunt, *Pauperum Patrem* nuncupanteis. Neque velim ipse subdubitâsse, quin Regni sui principio fuerit talis Suintilla. S. namque Isidorus, Suintillam, illaudabilem alioqui Regem, præconijs suis nunquam fuerit adornatum cumulaturus. Verùm enimverò, Quod is ingenium mutârit, Regiumque diadema non potuerit ad finem vsque vitę pertueri, compertū habetur ex Paulo Æmilio, qui De Suintillâ hunc in modum scripserit. *Mortuo Sisebuto Regi clarissimo, haudquaquàm pari gloriâ successerat Sentilla:* Cuius, *quùm Vesegothos, ferocem Gentem, puderet, pœniteretque; Sisenandus æmulus Regni, in Franciam, ad Dagobertum Regem profectus, auxilium impetravit. Abundantius & Venerandus, Duces, Nobilitatem Burgundionum Cæsaraugustam duxêre: continuòque Vesegothi, à Sentillâ, ad eum quem Dagobertus* Regē *dabat*.

dabat, defecêre.Is, decem pondo auri Francis appendit, quæ, Ædi. D. Dionysij absoluendæ attributa sunt. Hæc ille. Ad hunc quoque modum lego *In actis quarti Concilij Toletani. lib. vlt. De Suinthillane verò, qui propria scelera metuens, seipsum regno priuauit, & potestatis fascibus exuit, Id, cum Gentis consultu decernimus, vt neque eum, vel Vxorem eius, propter mala quæ commiserunt, neque filios eius vnitati nostræ vnquàm consociemus, nec eos ad honores, à quibus ob iniquitatem deiecti sunt, aliquando promoveamus. Quique etiam, sicut in fastigio Regni habentur extranei, ità à possessione rerum, quas de miserorum sumptibus auxerunt, maneant alieni, præter id quod pietate Pijssimi Principis nostri fuerint consecuti. Non aliter, & Gellanem, memorati Suinthillanis, & sanguine, & scelere Fratrem, qui nec in Germanitatis fide stabilis extitit, nec fidem glorioso Domino nostro pollicitam conservavit. Hunc ergò cùm Coniuge suâ, sicut & ante factum est, à societate Gentis, atque consortio nostro placuit separari: nec in amissis facultatibus, in quibus per iniquitatem creverant, reduces fieri, præter id quod consecuti fuerint pietate Clementissimi Principis.* Ex hisce verò quæ ibi leguntur obiter adnotandum occurrit, quanta, id temporis Episcoporum exstiterit autoritas, tam apud Reges Weisgothos, quàm in Populo ipso, vt in ipsos etiam Reges, suam exercerent liberam censuram, quos, & Regni fascibus exuerent, & communi Patrum decreto graviter delinquentes Anathemate obstringerent. Simithilane, seu Suinthillane, vel certe Suintillâ hunc in modum Regni fascibus deturbato, Sisenandus Rex Visigothorum est creâtus. Hunc filium fuisse Suinthillanis Regis affirmârunt, *Lucas Tudensis, & Michaël Ritius.* Sed, *ex actis 4. Concilij Toletani modò relatis*, falsum id esse deprehenditur. Versatur tamen in eâdem sen-

tentiâ *Alfonsus Carthaginensis*, cùm scripserit in hæc verba. *Isto*, supple Rachimiro, *ferè cum Patre mortuo, superstites remanserunt alij duo Filij, Suïntila, & Sisenandus, quos susceperat ex Theodorâ Filiâ Principis Sisebuti:* Additque, *Depingitur Suintila, armatus, quia bella plurima feliciter gessit; & habet propè se adolescentem Filium Rachimirum, quia illum se vivente, conregnare fecit.* Túmque pergit, & *Anacephaleôsin* suam prosequitur hunc in modum, *Cap. XXXIV.*

Sisenandus Suïntilæ Filius cœpit regnare Anno Domini 635. Regni Hispaniæ 242. & regnavit annis 5. Mensibus 11. Iste per Tyrannidem in Regni Gotthorum solio collocatur, cum Suintilæ Fratri suo primogenito deberetur. Depingitur Sisenandus in veste pacificâ, quia non legitur bella gessisse, sed Leges condidit, quæ in Foro illo, quem Librum Iudicum vocant, continentur. Concurrerunt cum Sisenando, & propè tempora eius in Sede Apostolica Martinus primus, natus de Civitate Tiburtinâ, annis 6. In solio verò Imperij Romani imperabat Constantinus tertius. Sub hoc magna pars Romanæ Reipublicæ à Sarracenis destructa est. Hęc ille. Cõsentitque *Isidorus Pacensis*, qui Emer, sive Homer *Arabum*, eâ tempestate, Regem ferocissimum dat cõstanter. Tertio verò anno Sisenandi *Regis*, quem *I. Vasęus* cẽset 633. Orbis redempti, celebratum est Concilium Toletanum 4. Mense Decembri, in Sanctæ Leöcadiæ Templo, Cui, *Rodericus Archiepiscopus Tolet.* sexaginta Episcopos dicit interfuisse, connumeratis eorum Vicarijs, qui iustis de causis venire non potuerant; inter quos, Mironem Vicarium Emeritensis Episcopi Metropolitani Stephani ponit. Alij constituunt præsentem, cum S. Isidoro Hispalensi, Iusto Toletano, Iuliano Bracatensi, Audace Tarraconensi, Silvâ Narbonensi, Sisisclo Eborensi, *Isidorus Pacensis,*

Pacensis, Episcopos dat. 66. *Alij*, 70. qui Concilio huic interfuerint Toletano 4. In quo disputatum, & excussum est, *An, Qui à Sisebuto Rege VVestergotthorum in Hispaniâ vi ad baptismum accipiendum fuissent adacti, obligarentur ad Fidei Catholicæ professionem servandam? decretúmque fuit à Patribus, vt qui sacro tincti iam Lavacro fuißent Iudæi, ÿdem, ad Orthodoxam quam accepissent Fidem servandam compellerentur: Sed ita, vt in posterum ad baptismum sacrosanctum desinerent Iudæi cogi*. Id, *Ex ipsis Concilÿs*, constanter habetur. Institutum est eodem hâc quoque Synodo celebri Regis Sisenandi iussu, *Vt omneis ingenui Clerici, pro Religionis officio, ab omni publicâ Indictione, atque labore haberentur immuneis, vt liberi DEO servirent, nullâque præpediti neceßitate, ab Ecclesiasticis officÿs retraherentur*. Hæc videri possint *Capite* 46. Præter ea, *Capite octavo eiusdem Concilÿ, Exponitur Causa Benedictionis Cerei, In Vigilia Resurrectionis Iesu Christi, quæ quidem fuerit: Vt sacræ Domini nostri Iesu Christi Resurrectionis Mysterium recolendum, quod huius tempore Noctis votivæ advenerit, sanctificati Luminis huius Benedictione venerabundi susciperemus omneis Christi fideleis. Præceptum etiam est constitutione salutari, Nono Capite Concilÿ Tol. 4. Vt Oratio Dominica quotidie recitaretur; quòd ea sit Oratio Christianorum quotidiana; quâ quotidiana, & minima peccata delerentur. Docetur denique, toto illo Capite, Virtus, & mira efficacia Dominicæ Orationis*.

Anno sexto Sisenandi Regis, Iudæi Toletani, qui à Rege Sisebuto fuerant ad fidem Catholicam adacti, ceremonias vltrò, & ritus Iudaïcos abiuravêre; professi, si quem ad eos deficere deprehenderent, lapidibus illum se obruturos: aut, si Rex illi vitam concedere benigniùs vellet, bona illius fisco cederet, perpetuamque ille idem

serviret

serviret servitutem. Eodem hoc anno, die 19. post Episcopum Iustum, vitam exhalavit Sisenandus Rex VVestergotthorum in Hispaniâ. *Ex S. Alfonso.* E vivis autem excessit Toleti, *vt est autor Lucas Tudensis.*
Defuncto Sisenando, Chintilla, seu Suintilla, huius nominis secundus, succeßit VVestergotthorum in Hispaniâ Rex proclamatus. *Michaël Ritius. Doct. Pet. Anton. Beuterus, In Chronicis, & alij Scriptores Historici* (vt iam dici cœpit) hunc, sicut & Sisenādum, filios putârunt fuisse Suinthillanis, seu Suinthillę 1. Regis. Sed, vt neutrum mihi verisimile videri poßit, efficiunt quę Quarto ex Concilio Toletano superiùs annotavi observanda, *ad annum fortè tertium regnantis in Franciâ Dagoberti*, primi Regis id nominis; qui, per Beretrudem, seu, (vt nonnulli malunt legere) Geretrudem Matrem, ab Athanagildo Rege prodeuntem, VVestergotthorum Regum Illustrißimæ Familiæ adiunctus esset. *Tertium fortè dixerim Dagoberti Regis annum*; quòd, vti de annis, quibus Reges VVestergotthorum, Sisenandus, seu Sisunandus, & Chintilla, seu Suintilla in Hispania cœperint suam Monarchiam administrare, varia est apud Chronographos sententia; Ità variant & Chronologi, Scriptoresque Historici, dùm annum, quo Rex Dagobertus, Clotharri Magni Filius, in Francia, mortuo Patre, Gallorum præpotēti Monarchâ, constanter occœperit regnare, contendunt consignare. *Vasæus* enim, obitum Sisenandi, & primum statim subsequentis Regis Cinthillæ annum, quo, Concilium Toletanum quintum, in Templo S. Leöcadiæ, à 24. Episcopis, præsidente Eugenio Præsule Toletano fuerit celebratum, cōtrahit in annū Christi 647. In quo, (ait idem)
Braulij,

Braulij, seu Braulionis Episcopi Cęsaraugustani, qui pręter alia, vitam S. Æmiliani Monachi scripsit, exstitit laus magna. *Rodericus Santius*, (librariorum fortassis errore) *Suintilla* (inquit) 2. *Filius Sisenandi*, 28. *loco regnavit, Anno Domini DCCXL. Regnavit annis IV. Cuius tempore, Concilia Toletana fuerunt frequentata sub B. Eugenio Sedis Toletanæ Archiepiscopo, Hispaniarum Primate; subscribentibus Narbonensi, & Tarraconensi Archiepiscopis Metropolitanis, sub eâdem Toletanâ Primatiâ.* Hæc ille. *Alfonsus à Carthagena*, Sisenandum asserit regnare cœpisse Anno DN. 635. Suintillam verò, Anno D.N. 640. *Genealogia porrò Regum Hispaniæ, Et Catalogus Regum Gotthorum qui in Hispania regnârunt, vsque ad Infantem sive S. Regem D. Pelagium, ex Doct. Pet. Antonij Beuteri Chronic. parte 2. & alijs concinnatus, & excerptus.* Regis Gotthorum in Hispania Sisenandi, qui proximus Suintillam præcessit, initia consignat *Anno* D.N. 631. Angelum, (vt mihi quidem videtur) oporteat esse, qui Chronographicum hocce per omnis æui historiarum certamen, exoptatâ omnium, & singulorum Scriptorum pace componat. Non enim esse putem humanæ industriæ, vt Chronologus quispiam, inter tot priscorum Historiographorum de certis annis contentiones, omni difficultate superior facilè evadat. Sit proindè veniæ locus, dùm, quo possum iudicio, inter discrepanteis quoque sententias, de annis Regum Clotarii, & Dagoberti, præfatorum, eam investigo, quam sequi possim certiorem; & paullùm à Suintillâ nostro VVestergottho Rege, huius nominis secundo, pro re natâ retrocedo.

Aimoinus, &, qui Appendicem ad S. Gregorium Turonensem scripsit Fridigundus Scolasticus, Clotarium Secundum, Regem

Francorum decimum volunt obijsse Anno Christi 632. *duobus Filijs, Dagoberto & Ariberto relictis ex duabus Vxoribus; (addit Ioannes Tilius,) & in Æde Divi Germani sepultum. Sigebertus Gemblacensis,* ad Annum Domini exeuntem 631. Lothario (inquit) Medio Francorum Rege mortuo, Dagobertus filius eius regnat annis 14. *Andreâs verò noster Sylvius,* In suâ Synopsi Franco-Merovingicâ, Regnum Dagoberti in Franciceâ Monarchiâ, ab anno post salutarem partum Virginis Deiparæ 630. exorditur. *Annaleis Ecclesiastici Cæsaris Baronij, operâ Henrici Spondani in Epitomen redacti. Hoc* (aiunt) *anno,* id est 631. *ubi Clotarius Rex Francorum annos 44. regnásset, ex hac vita migravit; eiusque Filius* DAGOBERTVS, *solus potitus est vniuerso Francorum* Regno: *Cuius regimini reliquit Clotarius Præfectum* Pipinum *Ducem Neustriæ, quem sibi in* Maiorem *Domus ob egregias virtutes adsciverat.* Dagobertus igitur regnat hoc anno Monarcha; laudatus sane Princeps, quandiu Episcoporum, & Pipini cōsilijs voluit regi. Is Ariberto Fratri adhuc puero, prudenti vsus consilio, velut Paternis ex bonis, legitimam partem dedit hęreditariam Aquitaniam; Cuius terminos Regios esse voluit Ligerim, & Pyrenæos Hispaniæ Montes, sic nominatos, à crebris igniū fulminibus, *Autore V. P. Iacobo Philippo* Bergomate, *Supplementò Chronicorum lib.* 12. Vaccæi, seu VVaccones, vel Vascones, VVestergotthorum affines, Gens naturâ ferox, moribus incondita, corporum mole, armisque ingētibus, nomine quoque ad terrorem composito, eas tunc temporis parteis incolebant, quas, partim armorum vi, partim (provt superiùs dictum est) beneficij titulo à Cæsaribus, & Francorum subindè Regibus acceptas habuissent. Eò nos etiam duxit *Garsias Loaisa,*

Lōaisa, qui Ecclesiasticas Hispaniæ antiquitates illustravit ex Veteribus scriptis Codicibus, Cùm idē testatus est Narbonēsis quoq; Galliæ partē, Westergotthis, seu Wisgotthis Vasconū Satrapis, & Dynastis affinitate coniunctis paruisse, cùm Anno Domini 633. *Honor I Pontif. Max, id nominis primi* 8. *Imper. Heracll, huius nominis primi* 23. *Dagoberti primi, Franc. Regis exeunte secundo; Sisenandi VVestergotthi regnantis in Hispaniâ, tertio, Nonis Decembris,* est habita *Synodus* 4. *Toletana, eademque Generalis appellata,* cui præfuit *S. Isidorus Hispal.* editis in eâ. 74. Capitibus obseruatione perdignis, quæ ad doctrinam Catholicam, Ecclesiasticam disciplinam, & bonos mores spectarent. In quâ memoria, notatu, & imitatione illud obtigerit dignissimum: Quod, In Præfatione Synodi celeberrimæ istius nos edocuerint Patres, VVestergotthum hunc ipsum Regem præpotentem Sisenandum, cùm esset in S. Leōcadiæ Basilicam ingressus, in quâ Synodus haberetur, primò, coram Episcopis prostratum humo, summâ demissione animi, cùm sanctis lacrymis postulâsse, vt ipsi pro se DEVM OPT. MAX. orarent: eosdemque magno deinde religionis ardore, atque zelo laudabili exhortatum esse, vt omnia cōstanter agerent secundùm Paterna Decreta. Post hæc denique, primo loco, fidei Catholicę, à Patribus, professio edita est, in quâ, (præter cætera doctè, piè, & non-nisi Sancti Spiritus illustratione à Patribus sancita, quę Philistori Lectori, apud Acta relinquo consulenda) Spiritum Sanctum à Patre, Filioque procedere, Antiquorum Patrum ex Sacrosanctâ Doctrinâ sunt professi. Decretū præter & alia eodem fuit in Concilio, vt vnus vbique in Hispaniâ facer deinceps cunctis in ministerijs Ecclesia-

sticis ritus observaretur. Sanctus proinde Isidorus (vtpote illarum rerum scientia cæteris præcellens) à Concilij Patribus rogatus, Officiorum Ecclesiasticorum *Volumina*, quibus omneis Hispaniarum VVestergothicarum Ecclesię, tum sacris in MISSIS, tùm in HORIS CANONICIS psallendis, Communi, & vnico deinceps Ritu deberent vti, accuratiùs elaborauit *prout ipsissimus testatur Isidorus Orig lib. 7. Quin verò etiam adhuc extant, & Missale, & Breviarium Ecclesiasticum, edita sub Titulo S. Isidori, quæ maximam redoleant antiquitatem.*

Hæcce inter tempora, totus fermè Oriens hæreticis scatere diversis, potissimùm vero Eutychianis, & ijs qui ex eisdem progeniti, varij nominibus essent: insuper & Apollinaristis, & Nestorianis. Tumque improbis Eutychianis divinum quoddam inventum visum est, si Satanicum assererent Dogma in quod omneis nominati pariter hæretici convenirent, & pax proindè inter eos sanciretur, dùm vnica nimirum esse tantùm in CHRISTO, Voluntas assereretur. Constat namque Apollinaristas in id convenisse, qui verbum ponerent in CHRISTO, loco Animæ, vel Intellectus. Itemque Nestorianos, qui constituerent Vnionem DEI, & Hominis secundùm solùm affectum & voluntatem. Certum est autem huius omninò damnatę damnandæ assertores blasphemiæ exstitisse peculiareis Eutychianos, vnam duntaxat in CHRISTO Naturam cùm procaciter asseruërunt. Quam ob blasphemam caussam sic res sese in Oriente habebant, vt impijssimus error specioso ementitę pacis velamine obtegeretur, ipsorum huiusmodi cùm conatus à Cacodæmonibus perniciosè fabrefactus, hæresis potiùs

extir-

extirpatio.quàm certa eiusdē propagatio exteriùs quidem videretur. Fucatâ siquidem hâc imagine rerum externa, perditissimi Monothelitę suo cum Heraclio, Chalcedonensis sese Concilij defensores pręseferebant; vti, & Hæresum, cùm Nestorij, tùm & Eutychetis, atque cœterarum euersores complectendos esse. Vndè contigit demùm, permagno vt Ecclesiæ DEI detrimento, toto fermè quo vixêre reliquo tempore, tùm Sergius Patriarcha Constantinopolitanus, Iacobitis natus parentibus, tum, & ipse Imperator Heraclius, Monothelitæ, Catholico inter suos abusi nomine perseverarint; nec fuerit perniciosissimorum huiusmodi fucata vafricies Hæreticorum plureis per annos detecta.

Huius porrò Synagogę Satanicæ pestifer conatus in Vnicâ in CHRISTO adstruendâ Voluntate, eò demùm (vt omneis æquè consentiunt) tendebat, differentiam vt tollerent duarum certè Naturarum in CHRISTO vnitarum, & eâdem hâc viâ, & tartarea operâ Eutychianam hæresim versutè instaurarent, cæterósque totum denique suum per infectum Orientem Hæreticos vaferrimè consociarent. Id quod perspicuè intelligi potest ex eius temporis Scriptoribus, * quodque ipsum *Sanctus Maximus planè testatur, In celebri Disputatione quam habuit cum Pyrrho Monothelitâ; S. Ioannes Damascenus, De Hæresi: in fine; Et, cum recentioribus, S. Thomas part. 3. q. 18. art. 1.*

* Consulatur Baronius, ad Annum Domini 646.

Ex quo itaque infelicissimos istos nactus Pręceptores, Monothelitas, Athanasium, Cyrum, & Sergium, Patriarchas, Antiochenum, Alexandrinum, & Constantinopolitanum, Funiculo triplici vinctus Heraclius impietatē Monothelitarum ex eorum consuetudine accepit nefan-

 dâ,

dâ, & idem anteà feliciſſimus Imperator, deceptus à fide Orthodoxâ eſt naufragatus, cuncta Romanum eius Imperium mala invaſêre; quòd, dùm ille idem Catholicam puritatem coluit, & excoluit pietatem, florentiſſimum ſtetit. Siquidem, DEVS *ille* REX MAGNVS *Super omnem terram*, Quique in rebelleis Fidei ſacroſanctæ Principes novit vltrices excitare Genteis, quibus velut furoris iuſtâ virgâ plagas illis iratior effectus infligat; barbaros Arabes (de quibus nihil tale fuiſſet ſuſpicatus) contra Heraclium Cęſarem excitavit; Cùm poſtea, defuncto deformi monſtro illo Mahomete, (cuius oporteat cedere deformitati, cætera, quę vel Daniel, vel Evangeliſta Ioannes ille Apocalypticus, mala divinitùs demonſtrata proſpectârint, reformidandum quoddam pręſignificantia malum;) Hoc (inquam) Antichriſti præcurſore extincto Imperatoris Heracli anno 21. qui Orbis redemti videtur exſtitiſſe 630. Saraceni ex Arabiâ egreſſi, Gazam Civitatem occupavêre anno Chriſti 631. ad eoſdemque illi defecêre Saraceni, qui pro Cæſare Heraclio fines Imperij in Syriâ propugnabant. Dictos autem omneis putârim Saracenos, ab Arabię fortaſſis Civitate SARACA: vel, quòd ab Abrahami Vxore SARA progenitos illi ſeſe iactitarent. Hinc ergò Arabes, & Mahometani, poſt ea Saraceni nuncupati. Qui, Anno 29. Heraclij, * (quo Othman Filius Ophan, Amiram Scenitarum Arabum, *Calipha Babyloniæ Ieſdagirdum Regem Perſarum vltimum occidit) in Palæſtinâ victo Heraclij Fratre Theodoro, ab Haumaro Ebubezer, ſive Abubachar ſucceſſore, quique in locum eius eſſet Amiras factus, (Id erat nomen Arabum Principatus ſupremi) eoque pręlio profligatis

Anno Domini 633.

fligatis Romanis, & Bostrensi Civitate occupatâ; in eam desperationem Orientis Domitorem, dùm esset Catholicus; nunc factum hæreticum coniecerunt, vt præfectis exercitui alijs Ducibus, ipse relictâ vbi tunc erat Syriâ, & ab Hierosolymis sanctissimæ Crucis Ligno festinanter sublato, Constantinopolim, tutiorem in locum se recipere fuerit coäctus. Quod equidem magna divinę iustitiæ vindictâ arbitrer factum, vt eiusmodi clades Imperium ibi sit magis depasta Romanum, vbi & hæresum, & Schismatum scaturigines erumperēt frequentiores, quę sulphurei quasi amnes indignationis divinæ igni assiduā adeò materiam subministrarent, vt quę annis exindè fermè singulis ad præsens ætatis nostræ seculum vsque, non sine lacrymis referri possunt, perspicuè demonstrant. Hæc igitur exstitère initia dolorum, quos primùm in suum Orbem Orientalem Heraclius inuexit, dùm Cyrus Episcopus Alexandrinus, habitâ pseudoSynodo cautè hæresim induxit Monothelitarum: dúmque, is idem, specioso Cōcordiæ prætextu, Vocibus suppressis Vnius, & duarum Voluntatum, Voluntatem CHRISTI vocādam suadet *DEIVIRILEM*, Θεανδρικήν.) At verò, Duas Naturas, vnamque *Personam* perspicuè profitetur Honorius Pontif. Max. *Epistolâ posteriore ad Sergium* : *CLARVM* itaque omninò est, duas ab eo cōcedi operationes. *Videatur etiam post alios Doctus Genebrardus, in Honorio Papa,* Vndè impostura hæreticorum deprehendatur, qui mendacissimè dixerint Honorium Monothelitam fuisse.

Denique parum is omninò à veritatis scopo aberrârit, qui Romanorum Cæsarum nullum damna dixerit maiora; quàm Heraclium Monothelitam effectum in Christianam

ſtianam Rempublicam invexiſſe; dum is, non modò non occurrit, maturèque advolavit ad ignem extinguendũ, quem Cacodæmon per tùm adhuc arma debilia Iſmaëlitæ Mahometi ſuccendere, & Orbi Chriſtiano inferre cœpiſſet: quin verò etiam is ipſe alteri rapido rurſus à Diabolo per Monothelitas incendio invecto fométa interim nefanda paravit; & impio Edicto, ſeu Ecthesi Ecclesiam Ieſu Chriſti miſerrimè divexauit. Hæc quidem pluribus Annaleis, & *Acta* Conciliorum, Inijſque, Synodi Lateran. ſub Martino PaPa, quæ fuerint acta declarent. In ea namque fortiter pugnatum eſt adversùs Orientaleis Hæreticos, ipſumque Heraclium, qui ſemel à DEO averſus, & animo induratus publicum etiam Edictum promulgârit, quo ſtabilire tentaret, cui favebat impenſiùs Monothelitarum hæreſim: Edictumque vocavit ECTHESIM, hoc eſt, expoſitionem: impiam quidem illam, ſed à Sergio Conſtantinop. ità concinnatam, vt incautum quempiam fallere potuiſſet.*

** Videatur Martinus PaPa.*

Verùm-enim-verò hæ tot dùm tenebræ infelicem Heraclio Cæſare occuparent Orientem, Lux, & Evangelica Salus in Occidente noſtro fulgentibus radijs cœleſtibus coruſcavit. Siquidem; Gens Occidentalium in Anglia Saxonum, qui dicebantur antiquitùs *Gevißi*, vnà cùm Rege Cynigiſſo, IESV CHRISTI Fidem ſuſcepit, Verbum DEI prædicante illis *Byrin*, Epiſcopo, Viro Sanctiſſimo, & miraculis multis præclaro ad Angliſaxones ab Honorio Pontifice Summo miſſo. *Conſule Bedam Venerabilem*, 3. *Hiſtor*. 7.

Ad hęc tempora Dagobertum Regem mulieroſum conijcit *Ioannus Tilij Chronicô De Regibus Francorum, apud Vaſcoſanum*

sanum Lutetiæ, Anno Domini 1551.*excusum*; Cuius habeto verba. *Anno Mundi.* 4597. *Christi verò.* 636. *Adeò mulierosus erat Dagobertus, vt quocumque proficisceretur, secum agmen scortorum, & Pellicum traheret. Nec eo contentus, varijs in locis Collegia formosarum instituit, quæ habitu, & elegantiâ Reginarum vestirentur. Quam rem dum Diuus Amandus liberè reprehendit, in exilium mittitur.* Hæc ibi.

Henricus Spondanus, In contractis in epitomen Annalibus Ecclesiasticis Cæsaris Baronij, Ad annum Iesu Christi. 632. Rē hāc paulò aliter enarrat, *Eodem* (inquiens) *pariter anno, Dagobertus Francorum Rex, Gomatrude Coniuge, eo quod sterilis esset, quorumdam Aulicorum consilio repudiatâ, Nantildem puellam, à Monasterio raptam in matrimonium sibi iunxit* * *Additque: Horum etiam meminit, Hugbaldus Monachus, In Rebus gestis. S. Rictrudis omnium fide conscriptis, cum De Sancto Amando Episcopo Traiectensi agens, ait illum, quòd vnà cum alijs Episcopis eiusmodi impium Dagoberti facinus liberè reprehendisset, ab ipso Rege pulsum esse in exilium. Ex quo malò illud bonum elicuit Deus, vt idem Pontifex Sanctus Amādus in Vasconiā, eiusdem Sanctæ RICTRVDIS patriam perveniens, multos illic à Gentilismo, cui adhuc quibusdam locis addicti erant, ad fidem converterit. Quod idem alio priori tempore eumdem Tornacensibus, & Gandensibus præstitisse, quamplurimis in confirmationem fidei miraculis editis; sed & traiecto Danubio, spe Martyrij, ad Sclavos Populos perrexisse, frustratum verò ad suos redijsse, Baudemundus, eiusdem sæculi Auctor, enarrat in rebus gestis ipsius.* Hæc ille.

* *Id habet Ex Aimoino lib. 4. cap. 19.*

Ioannes Molanus, Ciuis, & Doctor Theologus Lovaniensis, In Natalibus Sanctorum Belgij, ad 12. *diem May*, eâdem de re sic loquitur. *Cùm Dagobertus se non ferret reprehendi à Sancto Antistite* (SCILICET AMANDO) *ob immoderatum mulierum*

amorem, eum è Regno eiecit. Vnde aliquamdiu Guasconiam illustravit, vbi Beatæ RICTRVDI pietatis Christianæ Magister obtigit; multumque, dum adolesceret, in pietate profecit, sub sanctissimo Præsule Amando: *Hactenus* I. Molanus DN. *Fräciscus Haræus Vltraiectinus, S. Theol. Licentiatus. In Vitâ Sancti Amandi, ad 6. Februarij*, Martyrium miro ardore quærentem. S. Amandum, hancque rem ipsam ab eodem gestam, hoc ipso descripsit stylo *Prætereo dicere, quomodo Sanctus Pontifex, AMANDVS, dum Regem* Dagobertum *pro capitalibus criminibus, omniquespurcitiâ libidinis, quod nullus ex Sacerdotibus facere ausus erat, redargueret, non absque iniuriâ de Regno eius fuerit expulsus*: Et post pauca subnectit. *Nec multo post, Cùm à fratribus, quos, ob animarum curam per diversa reliquerat loca, rogaretur, vt eos præsentiâ suâ visitaret, tandem prece acceptâ pervenit ad eos, audivitque ab eis, Gentem, quam Vaccæiam appellavit antiquitas, quæ nunc vulgò nuncupatur Vasconia, nimio errore deceptam, ita vt Idola pro Deo coleret. Nec mora. Vir Domini Amandus etiam ibi enixè elaborare cœpit, vt eos à Diaboli revocaret servitio, licet parvo successu. Nam, & nonobstante quod irrisor quidam Viri Dei, à Dæmone arreptus, hocque ipsum confitens, proprijs se manibus laniasset, ac tandem in tormento quoque exhalasset spiritum, illi nihilominus in cæcitate permanebant*. Verba sunt *Haræi partim ex Milone* mutuata, *partim aliundè*.

Tentat S. Amandus etiam convertere Vascones.

Hucbaldus, Sacerdos, ac Monachus Elnonẽsis, iussu R.P.DN. Stephani Episcopi Leodiẽsis, Sanctissimę Rictrudi, eiusdéq; Sancto Duci Adalbaldo Marito, ac prolibus sacris, Beatissimisque Maurõto, Closcẽdi, Eusebiæ, & Adelscendi *addictissimi*, Vitas cõpendio metrico, prorsáque Scriptione, (*Anno*, inquiẽs *Nativitatis Christi, summi Regis nongentesimoseptimo, ordine revoluto, decimo Indictionis anno, ex Historicis Marcianensium*

cianensiū exemplaribus sibi à Marcianensibus exhibitis) cōplexus est: Vitæque. S. RICTRVDIS *capite primo, sectione secundâ,* postea quam præfatus est S. RICTRVDEM, Claro exstitisse oriundam Germine, ERNOLDOQVE, NOBILI *editam Genitore, & LICHIA, siue LVCIA,* (vti adnotavit D.F. Haræus, in vitâ ipsius) *Genitrice, ex agili, pugnacique Vasconum Gente:* statim subiunxit.

Huius autem Gentis antiquiores primò dicti sunt VACCEI, *à quodam Oppido iuxtà Pyrenæum sito, sic cognominati. Sed post ea VVascones, quasi VVaccones, demutata C. in S. litteram nuncupati. Et ipsorum Regio, quæ anteà dicebatur* VACCEIA, *appellata est VVasconia. Cuius Incolæ, licet illo tempore penè omnes Dæmonicis essent dediti cultibus; à* DEO *tamen prælecta* RICTRVDIS, *sic ex eisdem impijs, & sine* DEO *prodijt hominibus, velut solet Rosa de spinosis efflorere sentibus. Quæ ab ipsis incunabulis, cum ætatis teneræ provectibus, honestis est alta, & instituta moribus.*

Vt autem, pietate ac eruditione insignis Asceta Elnonēsis Hucbaldus, sive, (vt alibi lego) Hugobaldus, *Rictrudem* primò quidem *Arianis*, (quod sæpiùs iam observatum est) vel Gentilismo adhuc irretitis Parentibus natā, ortu Tolosanam Principem *Anno* Domini 613. (provt superiùs monuimus:) exindè verò, cūeò advolauit exul Sanctissimus Pontifex *Amandus*, in CHRISTO per sacrosanctum Baptismatis Sacramentum, feliciter renatā sub annum *Iesu* Christi 632. acutiùs indicet.

Fuit verò (subnectit idem) *temporibus Clotharij Regis Magni, qui, à Chlodovæo, ex Francorum Regibus* (*vt præfatum est*) *primo, ad fidem Christi converso, quartus exstitit:* SEV *etiam Filij eius* DAGOBERTI *Regis inclyti.* &c.

dit, & in omni virtute, ac religione roboravit vt pergeret in Nomine Domini, partes illas aggrediēs; &, vt bonus miles Christi præliaretur prælia Domini Dei sui. Fuitque illi semper præsto Divina potestas, sicut illi prædixerat S. Petrus Romæ, quandò illum misit ad partes Occidentis, vt opus faceret Evangelistæ, ministerium suum impleret; vt Christi notitia per eum vbique diffusa, à Domino in die retributionis mereretur audire; Euge Serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui; sciens pro certo, quia, qui plus laborat, plus mercedis recipiet in die Christi Iesu.

Amandus itaque Confessor, & Episcopus, à Beato Petro Romæ in Visusic ante ad prædicandum promotus, comitante se DEI gratiâ, in signis, & miraculis Venerandus enituit; Charitatisque geminæ calore succensus, ad Gentes varias cognitione Legis Divinæ imbuendas, scilicet Sclavos, Gallos, atque VVascones simul, & ad alias nationes properavit, vt eas fidelis dispensator salutari Baptismate innovaret, & benedictione consecraret. Vndè factum est, vt multi postposito Mundi amore, & abrenunciata Diaboli pompâ, sancti Baptismatis vndâ perfusi, Domino fideliter deservirent. Inter eos autem qui speciali gratiâ doni cœlestis attracti, ei familiarius, & sanctius adhærentes, velut Maria secus pedes Domini sedendo, verbum ex ore illius attentius audiebant, necnon prædicatione, & exemplis illius animati, iustitiæ merito, ad excelsum sanctitatis culmen sunt elevati, fuit in primis illic B. Rictrudis, cum quibusdam ex parentelâ ipsius, & familiâ. Sed de his nunc quidem satis, Ex Homiliarum totius anni præfato Codice, pervetusto charactere, cura, & iussu R. P. ac DN. D. Guillelmi Chrestien, S. Theologiæ Licentiati, & perdigni Præsulis Ecclesiæ Sanctæ Rictrudis De Marcænis, manu piâ exarato, hæc sunto.

Intereà temporis, Hernaldus, seu Ernoldus, vel Arnol-

dus, seu Erkenoldus, (Ita scripsit I. Molanus In Natalibus SS. Belgij, ad 12. Maij) Cognomento NOBILIS, & Lickia, seu Lucia, vterque Parens S. RICTRVDIS, Tolosæ primarij Principes agebant. Aribertus verò, ex secunda Clotarij secundi Francorum Regis Coniuge Frater Dagoberti, primi huius nominis Francorum Regis, primus Aquitanorum Rex, à Dagoberto creatus, vt erat animo generoso, & armis aptissimus, ne sitũ suum ignavum arma suâ in Aquitaniâ Regiâ sentirent, in vicinam illa Garumnã, vniversam exacuit, & commovit Vacceiorum Visigothorum Vasconiam, latèque tum patentem Regionem. Quapropter accitos ad se Aulicos, & prçclaros sanguinis sui Duces, eò exercitui educendo præfecit, (vti clarè docet, In suis, De rebus Aquitanicis Annalibus Iöannes Boucher.) In ijs principem obtinuit locum Dux Adalbaldus, nobilitate, virtute, & sapientiâ clarus; quique propior genere Fratres, & Reges, Dagobertum, & Aribertum Avunculos attingeret. Indè mirũ in modum efferati Vaccei exarcerbantur Wisigotthi; lectissimumque & ipsi militem adversùs Francicas copias emittunt. Vtrinque igitur dum curritur ad arma, vario quoque Marte pugnatur; nec sanè tandem incruenta pugnâ, vel absque insigni suorũ strage, De Vasconibus Wisigothis quæsitam victoriam Aribertus Rex Aquitanorum reportat, & Vacceios cum suis Ducibus vniversos bello domitos Aquitanico suo adijcit Regno. Id attigit his paucis P. Æmilius; Aribertus Aquitaniæ Rex Vascones rebellantes domat. Ioannes verò Tilius; Franci, (ait) Vasconiam debellant, Anno Christi 635. Dagoberti Regis 4. vel 3. Christi verò 634. (vt mavult Chronologia R. P. Ia-

P. Iacobi Gordoni, Societatis Iesu Theologi Doctoris. Cùm igitur Cruentum hocce bellum, & mutuâ clade peractũ esset, Arnoldus Cognomento NOBILIS, Princeps, non minùs genere, quàm militari gloriâ, & iam indè ab adventu in Vrbem suam Sanctissimi Pontificis Amandi, susceptâ fide orthodoxâ illustris, paci prudẽs locũ denique fecit, ita tamen, vt victor Vrbem Tolosam Rex Aquitanicus ingrederetur, & ibidem Regiam sibi figeret Sedem. Vndè, *Hucbaldus Elnonensis Presbyter, & Asceta bene doctus*, rem in hæc pauca contraxit. *Hairbertus igitur Sedem tenens Tolosanam, cùm & in partibus Provinciæ regnaret Aquitanicæ, Non post multum temporis, etiam totam subegit VVasconiam ditioni suæ.*

Adalbaldus apprimè nobilis, quique in Aulâ Regis Dagoberti educatus, cùm paucis eidem charus esset; Ariberto Regi Avunculo in eâ expeditione Guasconicâ operã navârat præclaram, (vt prætactum est, *ex nostris. MM. SS. Chronicis, & I. Bucherij Annalibus Aquitanicis:*) Cùm Ecce (inquit) *D. Ioannes Monachus, per doctus*).

Ergò suprafatis * *tandem cùm per via Francis*
Hæc eadem fieret VVasconia, Quæ vocitata
Vaccæia est alio cognomine: Cumque frequenter
Iam penetraretur crebrò properantibus illuc
Militibus Regis, RICTRVDIS sancta puella.
Flore iuventæ, perfectâque ætate potita,
Cernitur, eligitur, blanditur, diligitúrque
Francigenâ à quodam prædulce Viro, atque venusto,
Nobilibus, seu præclaris Natalibus orto,
Nomine Adaboldo, ex Blitthildâ Matre creäto,
Filia quæ fuerat CHRISTI famulæ Geretrudis. &c.

* *Supple temporibus. vel diebus.*

Et

goberti.8. Aribertus Rex Aquitaniæ moritur relicto infante Chilperico. Quo mox extincto, summa rerum Dagoberto cessit.

Clarissimus DN.*Iacobus Charron Toparcha de Mouçeaux, in sua vniversali, quam Gallicè conditam nobis dedit, Historia,* Aribertum cum Chilperico, cum Filio Parentem, in Vrbe Regia Tolosana sepultos fuisse addit: vultque *idem, hoc eodem loco, & Capite primo, fol.* 717. primum Regem hunc Aquitanicum, diversa quæ subsequuntur, diversos apud Scriptores historicos nomina fuisse sortitum, Aubertum videlicet, Aribertum. Charibertum, & Heribertum: quò proximè accessit. *DN. Hucbaldus Elnonensis,* qui hocce stilo nuptias illustres Ducum Adabaldi, & Tolosanæ RICTRVDIS prosequitur. *Hoc totum, & propter quædam præcedentia, maximèque, pro his quæ sequuntur, interposui: Vt legentes (inquit) vel hæc audientes, noverint, quæ Beatæ Rictrudi fuerit causa in* Franciam *veniendi.*

Temporibus ergò præfatis, cùm crebrò Francis VVasconia fieret permeabilis, Rictrudis, puella bonæ indolis, iam facta nubilis, videtur, diligitur, atque eligitur à quodam Francigenâ, Adabaldo nomine, natalibus orto præclarus, & iustis. Mater denique eius Gerebertha, aliàs autem, vt monuimus, Blittildis, Vxor Auselberti, sive Ausberti Ducis fuerat. Hincque, *D. Iac. Charron, In suo Dagoberto,* Adalbaldum satis ostendit sanguine gentilitio Dagobertum Regem proximè per Blitthildem, seu Blitthildam Matrem, Dagoberti Sororem, attigisse: vti, & Dagobertum eumdem, Reges Westergotthos, per priorem Coniugem Parentis sui Clotharri Regis Frãcorum, id nominis secundi, quæ & Beretrudis, seu Geretrudis vocaretur, eadèque Filia esset Clotakarij Regis Westergotthi. Porrò, *Adalbaldus ipse, (vt auctor est idem Hucbaldus,*

hoc

hoc eodem contextu) *etiam, à puero, optimus institutus disciplinis, copiosis pollebat fundis, & diuitijs, atque in Aulâ Regis,* (Dagoberti nimirùm Avunculi) *valdè charus erat, & honorabilis. Dignus planè Vir, qui Maritus existeret dignæ Rictrudis. A quo, iuxtà morem, desponsatur, dotatur, atque in matrimoniale contubernium, (licèt quibusdam nolentibus Puellæ Consanguineis) assumitur.* Hactenus hæc sunto sincerâ fide paucula carptim desumta *Ex Hucbaldo Elnonensi, Ioanne Marciänensi, Iacobo Charron, & Cathanæo, Scriptore Italo*, quem allegat *Domnus Iacobus Doubletius, Sancti-Dionysianus Cœnobita, in historiâ suâ Sanctidionysiana, cùm De Dagoberto agit Rege Francorum id nominis primo, deque ipsius Matre Beretrude, seu Geretrude, à VVesegothorum Rege Athanagildo oriunda*: Ex quibus sanè, Illustrissimorum Coniugum, & Ducum præpotentum ADABALDI, & RICTRVDIS Genus Regium, à Francorum, & VVestergotthorum Regibus potentissimis eductum clariùs eluceret.

Denique verò, nè longiùs excurrere videar, aut certè de causâ nimiò procul digredi quoque dicar, à nobis etiam discedens, ad Westergotthos redeo Reges, à quibus iam perspicuè satis ostensum, & probatum est, Illustrissimam Ducem Tolosanam, pientissimamque Matrem nostram RICTRVDEM NOBILEM, *vulgo nunc*, LE NOBLE, stemmata quoque sua Regia desumsisse: Vt eòdem nos, vel eiusdem antiquissimum etiam *Epitaphium* ducat, cui, & quę subijciuntur vetustissimi styli fuerint appensa metra.

Moribus ornata, Regali stemmate nata,
Sponsa Deo grata, iacet hic RICTRVDIS humata.
Hæc Tolosana fuit generosa, procul dubio res. &c.

Dictum

Dictum est superius, *(ex Io. Tilio, Vasæo, & alijs Autoribus,* excellentis feritatis Regem Suintillam, ope Dagoberti, Regno depulsum, cui Frater Sisenandus, Regis eiusdem, & Monarchæ auxilio fuerit subrogatus, appenderitque Francis (vt est antè observatum) decem pondo auri. Vt autem posterior scripsit. *DN. Iacob: Charron;* Is, ducentis aureorum millibus, Monarcham Dagobertum, (à quo, in Franciam ipse profectus, auxilium impetrâsset,) muneratus est. Non desunt Historici Scriptores, qui asserant id esse peractum Anno Christi 643. *Sigebertus Gemblacensis,* ad annum 644. refert. Consentit. *D. I. Charron.* Cæterũ, *Sigebertus* longè videtur fidelior in historiâ, quàm temporum supputatione. De ijs loquor, quæ præsertim ad Gotthorum pertinent Reges. Alij nãque *Annalium Scriptores,* huic rei peractæ, auroque numerato, annos malũt inferiores consignare; retroceduntque ad annum Domini 637. quo, Dagobertus, Templum, & Monasterium Augustissimum Sancti DIONYSII Gallorum Apostoli, à se condita, & dotata, plurimis donis adornârit. *Consule historias Francorum.*

Cæterùm regnabat Sisenandus Visigothorum Rex in Hispaniâ, cùm à Saracenis est Hierosolyma capta, & ab ijsdem exinde captiva tenta, quadringentos sexaginta treis per annos, donec piâ Francorum fortitudine, auxilio cœlesti munitâ, Anno Christi millesimo nonagesimo nono est à iugo tyrannico liberata. *Sylvius noster,* hæc fusiùs est traditurus. Moritur denique Sisenandus, vel Sisecundus Visigothorũ Rex Hispanię: succeditque Suintilla secundus, Anno Domini 638. Quo, *(vt sentit Ritius,* vel sequenti 639. (vt alij nonnulli sentiunt) *quinto Idus Ia-*

 nuarias)

nuarias, celebratum habetur *generale, siue dixeris Nationale* CONCILIVM TOLETANVM 6. nominatum; cui præfuit *Sylva Narbonensis Episcopus, cæteris senior*; interfuerũtque, siue per se, siue per Legatos Episcopi, numero 52. Inter alia, illud in eo memorabile, ex Cinthilani, seu Suintillę Regis sententia, atque consensu Optimatũ Regni, in odium maximè Iudæorum, decretum, & à Patribus sancitum est; *Non esse vllum in posterùm, in Regno Hispaniæ tolerandum, qui Catholicus non esset: adeóque, vt si quis Visigothorum Rex Hispaniæ, Legis huius, ac promissionis existeret temerator, idem, Anathema maranatha in conspectu DEI existeret, & pabulum efficeretur ignis æterni. Similique cum eo damnatione percellerentur, quicumque, vel Sacerdotum, vel quorumlibet Christianorum eius implicati fuissent errori.* Hanc subinde SS. Patrum Sententiam memorabilem, & pij Chintillę Westergothi Regis decretum hoc, piè quoque secutus est FERDINANDVS cognomento CATHOLICVS REX, dum Regnorum suorum finibus Iudæos omneis, & Arabes, siue Saracenos expulit, & exterminauit. *Adnotavitque illud memoria dignissimum R. Pater, Fr. Bartholomæus Carranza Mirandensis, Vir pius & eruditus, qui omnia in certam epitomen Concilia, pio, & per vtili studio redegit. Ex prædictis autem satis apparet, Hispaniarum Regibus, (qui etiam per Reges VVestergotthos, Familiæ, Sanctissimæ Rictrudis cognomento NOBILIS sint inserti) vt CATHOLICI cognominentur; Titulum perhonorificum haud indebitè tributum sit; vtpotè, tanto effectus Titulo perdignis, proptereà quòd, non iurent solùm Catholicos se fore; sed neque passuros in amplissimo Regno suo quemquam haud Catholicũ permanere.* Anno Domini nostri Iesu Christi 640. Rex Aquitaniæ Aribertus, Tolosæ mortuus, & cõditus Regio cultu refertur,

tur. *Consulatur, Appendix Gregorij Turonensis, per Fridigundum Scolasticũ edita, & Paulus Æmilius, Alijque Annaliũ Scriptores.* Sine prole vllâ è vivis etiam erepto Cinthillæ, vel Suintillæ, secundo id nominis Regi Visigothorũ in Hispania succedens, Tulcas, Regni Westergotthici apicem sortitus est, Princeps, iuvenis, indole præditus Regiâ, omnibúsque virtutibus optimo Principe dignis adornatus. Is, De Visigothorum, Nobili & pugnaci Gẽte; adeòque de Hispaniâ totâ videbatur optimè meriturus, si vita ei longior comes obtigisset.

Sed Toleti præmaturâ morte abreptus, est anno Regni sui secundo, (vt fertur) magno sui desiderio relicto. Hunc alij Tulganem, Tulcam, vel Tulgam *Mich* Ritius, *alij*, Clugam appellârunt. Quo vita functo, Cindasiunthus, vel Cindasuindus, vacuam Visigothorum Regiam occupavit, solusque sexennium regnavit: Et cum Filio Flavio Reccesiuntho, quadriennium, atque septimestre. Id enim colligere licuit nobis *ex Isidoro Pacẽsi, Lucâ Tudensi, Chronicis Alfonsi decimi, & Alcobaciensibus annotationibus*, tametsi non desit magna inter illos discrepantia, quæ fortassis emerserit ex librorum vetustiorum depravatione. Harum autem rerum Visigothicarum initia referre videtur constantiùs *Michael* Ritius, *librorum suorum quarto*, ad Annum Christi Iesu nati, 645.

Hoc verò ipso Anno ab Incarnatione Domini. DCXLV. (vti legendum exhibet *Argenteus Liber Auatensis*, (*Erchenoaldus*, * *cum Fratre suo Adabaldo, Patre* Sancti *Mauronti, readificauerunt Duacense Castrum; & infrà Castrum, Templum Beata Maria. Hic enim locus antiquitus fuerat consecratus.* Hic Erchenoaldus, Maior domus Regię *VVulgo Grand*

* F. Erchembaldus.

 Maire

Maire du Palais, varia, varios apud Autores nomina sortitus est. Is enim apud *Sigebertum Gemblacensem*, ad Annum Christi 645. dicitur *Erchanoaldus*. Apud nostros Codices MM.SS. *Ercenaldus, & Erkembaldus. Apud Ioannem Tilium, In Chronicis*: ad annum Christi 648. legitur, *Ercembaldus Magister Equitum Francorum. Ioannis Dongeois Chronica, nuncuparunt eum Ereikum, Einrikum, Hëricum*. DN. *Iacobus Charron Erchembaldum, gallicè verò* inscripsit illum ipsum *Erchembault*, vti & Adalbaldum *Adalbaut. Quem quidem Adalbaldum, Ercembaldi Fratrem, Venerandi Senis Domini Stephani Colroit, Insignis, & Collegiatæ Divi Amati apud Duacenses Ecclesiæ Cantoris Canonici assertione certiùs accepi, Ducem Austrebatensem in Cartulario, & Amatensibus monimentis inscribi. Ecclesiamque Beatæ Mariæ Virginis, in Castro ipsius hæreditario Duvvacensi, ab eo è ruinis suis vetustioribus restitutam, anno (vt est dictum)* 645. *inter duos eminentes* Colles *exstitisse hinc indè extanteis Arcis extremos. Quorum fortè alter, hodieque, Veteris Castri ruinas relinquit spectandas proximè Gymnasium Regium, quod, vulgus, Inferiorem* Castri *aream vocitare solebat, cùm antè annos quinquaginta ibidem politioris litteraturæ perdiscerem elementa sub Gymnasiarcha. DN. eximio, D. Antonio Surio S. Theologiæ Doctore*, Canonico Amatensi, &c. *Viro probatissimæ vitæ, ac purissimæ famæ: cùmque ibi me puellum, haberetque alumnũ Matradelphus meus Dominus Arnoldus Maßius, Hannonius, Divi Amati Decanus, Sacrosanctæ Theologiæ Doctor eximius, eiusdemque Ordinarius in Almâ Vniversitate Duacena, & Regius Professor, omni litteratura, & eruditione tersissimè excultus, vitæ moribus, & pietate præclarus. Alter verò Collis eminens, Turris vetus dicebatur, ad forum piscarium exstructa, quo loci Pupillorum infantum nunc pia domus est excitata, in qua, & Alphabetarius ipse vixdum sexennis*

ſexennis fui inſtitutus. Ita piè, religioſèque pertranſijt tota penè hæreditas perilluſtris Sanctiſſimorum Coniugum, & Duwacenſium Ducum Adalbaldi, & RICTRVDIS, Sanctorum Mauronti, ortu Duwaceni, *Virginúmque Benedictinarum Cloſcendis, Euſebiæ, & Adelſcendis Parentum ſpectatiſſimorum, in Opera pientiſſima, Ædeſque DEO Opt. Max. & Sacroſanctæ Virgini Matri ſacras erogata, commutata, & religioſius dicata.*

Quodque maximoperè decus augeat Duacœnatum Concivium noſtrorum, illud eſto; Quod, hoc etiam in Caſtro NOBILI, ac perantiquo Sanctorum olim Ducũ Duwacenſium, ſive Duwaicenſium ADALBALDI & RICTRVDIS Cognomento NOBILIS Domicilio, ſit ille Princeps, & Dux Illuſtriſſimus protogenitus, ac feliciter exortus noſter Divus Tutelaris Maurunthus; Cuius exemplo, omneis DEO Opt. Max. myſtica munera Myrrhã, AVRVM, THVSque offerre, adeoque nos ipſos totos Cœlibes conſecrare ſanctiùs perdoceremur. Eſſe porrò Divum noſtrum Tutelarem Duwaci Catuacorum natum re verâ obſervare liceat. *apud R. in Chriſto Patrem, & Abbã Olitenſem Benedictinum DN. Antonium D'yeps.* 2. *Tom. Chronicorum Generalium Ordinis Sancti Patris noſtri Benedicti, ad Annum IESV CHRISTI, 632. S. Bened.* 152. *Cap.* 2. *De Inſolentijs, & moribus depravatis Dagoberti Franc. Regis: Deque Sancti Præſulis Amandi exilio. Conſule Autorem, qui pluribus, diſertiùſque hiſce de rebus agat.* Hocce, aliaque De Divis Adalbaldo & Rictrude Coniugibus, & Illuſtriſſimis Parentibus Divorum Mauronti; Coloſcendis, ſeu Cloſcendis, Euſebiæ, & Adelſcendis, Virginum, Ordinis Sancti Benedicti, Capita nonnulla attentiùs lectitâſſe, fructui erit.

Autor Vitæ, & Miraculorum Sanctæ Rictrudis, libri primi Capite,

pite, seu sectione 2. Erat (inquit) *tunc temporis Erchenaldus quidam Francigena, Nepos Regis DAGOBERTI, & secundus à Rege, in Palatio eius, Vir prudens, & magnæ gratiæ apud Deum, & homines. Qui, ad ædificaudas tres ecclesias, de suo procuravit sumptus, & expensas. Quarum una, Sancti Petri Latiniaci* * *constructa est: Alia, Sancti Fursei apud Perronam: VVlgò S. Fursy de Peronne; Tertia, Dnaci, in honore Sanctæ Virginis Mariæ, quæ nunc Sancti Amati nominatur. Iuxtà illam, Turrem quoque munitissimam, & miræ altitudinis construxit, quæ in Ius proprium, Beatæ RICTRVDI, post mortem Viri sui, hæreditaria successione obvenit.* * *Vndè, quia Flandriarum Comites, Turrem illam nunc possident; prout sibi invicem succedunt, huius rei causa Marcianensi Ecclesiæ conferre quinque solidos annuatim consueverunt.* Hęc, nō mea, sed Autoris Vitæ, atque miraculorum Sanctæ Rictrudis verba sunt, ex MS. Codice desumta. Floruit autē, & libros treis edidit MM. SS. Anonymus ille Marcianensis Cœnobita, Anno Domini 1163. vt quidem ipsissimus testatur, *libri secundi Capite xxiv.* sub finem, in hæc verba. *Hæc omnia, (sicut superius dicta sunt) Iuvenis ille Gualterus nomine, in territorio Insulensi, In Vico Sanctæ Rictrudis, qui Roncinium nominatur, meritis S. Rictrudis, forma, & habitu, ultrà quam credi possit, venerabilis, à paralysi liberatus, qui etiam adhuc superest, Domno Ioanni, huius nominis primo Abbati, & Fratribus nostris fideliter, & cum magna devotione narravit. Domnus verò Abbas, ad ædificationem audientium, ut scriberentur mibi præcepit. Ea igitur fide, & devotione, quâ nobis ille narravit, retulimus; & vobis Fratres sanctissimi! descripsimus, ut ista audientes, & legentes, cum Psalmista David dicatis;* * Mirabilis Deus in Sanctis suis. Domnum autem Andream Sylvium hūc esse MS. Autorem, indè facilè collegerim, & putârim quòd

* *Gallicè, Laigny sur Marne.*

* *F. Dei Sanctæ RICTRVDIS, Castrum nobile Doacum, sive Duacum, & Duvacum, apud Baldericum, in Chronicis.*

quòd is eâ quidem ętate vixerit annos circiter quinquaginta tres natus; quodque hæc etiam miraculorum Sãctæ Rictrudis Patronæ nostræ Marcïanensis conscriptio, Andreänum Sylvij nostri stylum planè redoleat. Quin verò etiam is idẽ, libri primi Capite.i.hæc ipsa, quo sequitur ordine, ac stylo describit.

Imperantibus Romanis, Eraclio, filijsque eius Eraclonâ, & Constantino; Et Francis, Clothario, Dagoberto, Clodovæo, filijsque eius, Beata Rictrudis, in Gallijs, ex Regali orta prosapia claruit Et post pauca: *Igitur, Beatæ* (ait) *Rictrudi Hernaldus Cognomento* Nobilis, *Pater extitit, & Lichia, seu Lucia, Mater: Ambo sanè præclari, & Christianæ Religionis cultores. Educata est autem in Wasconia, quæ est Provincia Galliæ, satis deliciosè, sed, de barbarie Gentis illius nichil trahens, Deum cœpit ab infantiâ venerari, & timere. Cúmque Dagobertus Francorum Rex pro fratre suo Hairberto, qui paulò ante defunctus, Wasconiam rexerat; partes illas in potestatẽ suam redegißet de amicis suis illuc frequenter mittere consueverat, prout necesitas postulaßet. Erant tunc temporis tres Clarißimi fratres, Erchenaldus scilicet Maior* Do*mus, atque Francorum Patricius, Adalbaldus Dux Duacensis, & Comes Sigefridus, Consanguinei supradicti Regis Dagoberti; Viri prudentes, & magnæ gratiæ apud Deum, & homines. Equibus Erchenaldus, ad ædificandas tres Ecclesias, de suo procuravit sumptus, & expensas. Quarum vna, Sancti Petri Latiniaci* cõstructa est. Alia, Sancti Fursei apud Perronam. Tertia, Duäci, in honore Beatæ Virginis Mariæ, quæ nunc Sancti Amati nominatur. Et iuxta illam, Turrem quoque munitißimam, & miræ altitudinis cõstruxit, quæ in Ius proprium Beatæ Rictrudis, post mortem Viri sui, hæreditariâ succeßione obvenit.*

Huius frater Adalbaldus Dux, pro quodam Regis negotio, in wasconiam

* *Laigny sur Marne.*

* *Domicilium, & Dos Sanctæ Rictrudis Duaci cõcessum ad Ædem B. Virginis Mariæ.*

Wasconiam profectus est. Et *hic reditibus affluens innumeris, potentia, & Genere, quia Regia stirpe progenitus; magnus erat, iuxtà nomen Magnorum qui sunt in terrâ, optimis disciplinis à puero institutus, & in domo Regiâ admodum omnibus per omnia gratiosus, visa* Tolosæ *puellâ* Nobili, *de quâ intendimus, pro eâ*, Scilicet RICTRVDE, *sibi desponsandâ in vxorem Parentes inquirit, precatur, & obtinet. Et ecce viri potentes, Puellæ Consanguinei, frustrà resistendo contradicunt; indignantes quod tantæ prosapiæ Puella, cuilibet Francigenæ iungeretur. Contendunt, & omnia irrita facere moliuntur; sed non datur vltrà. Dotatâ enim Virginæ, & nuptijs ibi solemniter celebratis; Vir, cum Vxore in Franciam feliciter reuertitur. Sed, quod solâ successionis causâ matrimonium inierint, statim in suæ conuersationis initio cœpit apparere. Scientes enim membra sua Templum esse Spiritus Sancti; Satagebant vt sibi esset honorabile connubium, & thorus immaculatus. Erat ambobus veræ dilectionis indicium, idem velle, & idem nolle. Sed in ipso apice nobilitatis, multo nobiliorem Matri Ecclesiæ devotionem cottidie impendebant.*

Inter ea nati sunt eis filij; sacer scilicet Maurontus, postea Monachus, & religiosus Abbas, & filiæ tres, à prima ætate in virginitatis proposito placentes Virginũ Sponso. Quos per se, & per Viros sibi familiares, & religiosos, doctrinâ, & exẽplo, bonis moribus informare studuerũt. Prosequiturq; Hagiologus noster in hæc verba. Vndè, bonum quod ætas immatura non dederat, hoc in eis multiplici virtutum decore, coöperante DEI gratiâ, brevi enituit. In quibusque etenim excessibus, & levissimis, timentes offendere Divinæ majestatis aspectum, bene intrà se compositi, carnis gloriam, & eius voluptates pro nihilo habuerunt. Maurontho siquidem Sacer Presul Richarius Doctor, & Patrinus extitit; & cum

eum per Baptiſma ſalutare DEO regeneravit. Cloſcendem, & Adelſcendem, Beatus Pontifex Amandus; & eas, vtpote filiolas, ſalubrirer inſtruxit. Euſebia verò, Dagoberti Regis, & Nanthildis Reginæ manibus, de ſacro fonte ſuſcepta eſt. Cui poſſeſſiones dederunt, & reditus permultos in Franciâ, quæ omnia Marcænienſi Eccleſiæ Sanctæ Rictrudis, occultâ DEI diſpoſitione erant profutura. Libri verò tertij, qui Miracula Sanctæ Virginis Euſebię complectitur capite ſeptimo, hic idem Autor, hanc Regis Dagoberti & Reginæ Nantildis in Eccleſiam Marciänenſem Sanctæ Rictrudis, & filiolam ſuam Euſebiam Virginem, pręclaram munificentiam his deſcripſit fuſius expoſitam conceptis verbis.

Non longè (inquiens) à Suëſſionis Civitate, Beata Virgo Euſebia, & eius Mater RICTRVDIS, Villã habent,* Cuius VERNI vocabulum eſt. Hanc Dagobertus Francorum Rex, & eius Vxor Nantildis, memoratæ Virgini, eo quòd eã de Salutari lavacro ſuſcepiſſent, Regali munificentiâ contulerunt, ſuis etiam Regalibus confirmãtes Privilegijs, vt deinceps nulla ſuper hoc terrena poteſtas ei moleſta eſſe præſumeret. Mater verò RICTRVDIS, poſt hęc, in MARCIANEMSI MONASTERIO, habitu religionis induta, & ipſa coöperante Domini gratiâ, filiam ſuam EVSEBIAM ſecum introduxit: quę, Villam hanc VERNI, cum appendicijs ſuis, ſicut liberam poſſidebat, eidem Eccleſiæ Marciänenſi, *perpetuò, & liberè poßidendam contradidit. Hinc eſt quod de loco, illo, annis ſingulis, Marcianas vinum mittitur; vnde, portione aliquà, ob Miſſarum celebrationem, in parte vna decenter repoſita, de reliquo, Fratribus infirmis, & Hoſpitibus ſufficienter, & cum Charitate,*

* *Obſerva Regis Dagoberti. & Nantildis Reginæ munificentiam in Eccleſiam Marcianenſem, & S. Euſebiam.*

 annuâtim

annuãtim ministratur; nimirum, per Mouachũ, qui ad custodiendas res Monasterij, & faciendũ quod opus est, illic deputatus est. At de his hactenus quidem ibi sic assertum esto. Ad semitam redeamus.

Dagobertus Galliarum potentissimus hisce temporibus Monarcha, Sigeberto Seniori filio, ex Ragnitrude susceptо, & à S. Amando baptizato, dat Austrasiam; Clodovæo autem Iuniori, ex aliâ Cõiuge Nantilde; Neustriam; quæ hodie Regnum Franciæ vocatur: additque ipsi Burgundiã, vt Autores sunt *Aimoinus, & Fridigudi Scholastici, ad Gregorium Turonensem Appendix,* ad annum Christi Servatoris 644. Cuius Indictione secundâ, fides Christiana in Britannia est admodum per D. Furseum Hibernum propagata: Et Orientalium Anglorum Rex Sigebertus, Regno relicto Cognato suo, Monasticam vitam est professus, & à Merciorum Rege Pagano Pendâ occisus. Vide V. Bedam lib. 3. cap. 4. Hoc eodem anno Redẽptoris. 644. decimus quartus refertur inchoatus Dagoberti Francorum Regis, quo idem Rex, omnibus circumpositis nationibus sibi subiugatis, vt se Cœlestibus suprà modum in se fluentibus beneficijs exhiberet gratiorem, cum Erchembaldo, Adalbaldo, & Sigefrido Nepotibus, atque cunctis Regni sui Primoribus, cõvocatis Filijs Sigeberto, & Hludovico, vniversas penè Galliæ Ecclesias, patrimonij sui instituit hæredes: multa singulis dona largitus, cùm in malorum quę gessisset congruam satisfactionem, & dignam expiationem, tum, vt etiã post obitum suum, pro animæ suæ requie ter vbique in hebdomada Sacrum Sacrificium, Immaculata hostia offerretur: hocque ipso die, (quod coeperamus dicere) filios suos

ſuos conſtituit Reges. Pluribus hęc Aimoinus lib, 4. cap. 30. & Chronica Marcianenſia manuſcripta proſequuntur.

Anno Redemptoris 645. Omar, ſive Haumar Princeps Saracenorum, qui Hieroſolymam ceperat, Cruceſque multis locis fixas deturbârat, & eam quæ Templo montis Olivarum impoſita erat, depoſitam iuſſerat, ſceleris tanti pœnam tulit, per fraudem, à Perſâ quodam occiſus. Huic Cognatus eius Hoämen ſubſtitutus legitur apud Theöphanem.

Intereà temporis, Vaſcones, inſtauratis viribus, maximas dum audent ciere turbas, à Rege Dagoberto rebellantes domantur. Quę quidem I. *Tilius* in annum Domini 643. in hunc modum reijcit. *Dagobertus, Vaſcones rebelles in fidem recipit. Gordonus*, in annum Chriſti 646. hæc protraxit; *alij, noſtrique Chronologi MSS.* ad eumdem calculum ferè accedunt, dùm, poſt Veteris Caſtri Duacenſis ruinas, fortè, illatas Vandalorum, & Hunnorum barbaro furore, reparatas, & *reædificatum Duacenſe Caſtrum, à Fratribus, Erchennaldo & Adalbaldo; Anno (vt vidimus ex libro Argenteo Amatenſi MS. DCXLV.)* præcipiente Dagoberto Rege, & Avunculo, eòdem profectum Ducem Adalbaldum hiſce produnt verbis ipſiſſimis.

Dagobertus Rex, cernens Toringam regionem, cæteroſque Francorum pagos, à VVenedis graviter depopulari; conſilio Procerum, Sigebertum Filium ſuum ſuper Auſtraſios Regem conſtituit, ſedemque Regni in Mettis Civitate habere præcepit, commēdans eum, cum regio apparatu, ad conſanguineum Agyſilum, Ducem Palatij, & Cunibertum Coloniæ Vrbis Pontificem; qui, Sanctiſſi-

mo Severino in eâdem Sede quintus successerat: secum autem retinuit Lucdovæum puerum, quem, ex Nantilde Reginâ, diu sterili, Deo annuente, susceperat.

VVascones, cùm acriter rebelles esse cœpissent, prędasque multas super Francos exercerent, Dagobertus, decem Duces, cum Adalboldo, Exercitúque super eos direxit; qui adeò perdomiti sunt, vt suâ spôte impulsi, Clipiaco, ad Regem venirent; & rursus fidelitatem promitterent. Hæc mutuati sumus, ex Chronicis MSS. Anonymi Cuiusdam Monachi Artesij,* qui Chronologiam suam ab Orbis conditu sic exorditur: *Ab optimo rerum Creatore, & Summo, Opifice Deo, Primâ die facta est Lux & primâ ætate seculi, primus Adam, in delicijs paradisi collocatur, &c.*

* Ad annum Domini DC. XLV.

Hucbaldus verò *Elnonensis*, qui vixit, & scripsit De SS. Adalbaldo, & Rictrude Cõiugibus; deque sanctis eorumdem quatuor prolibus, anno Christi nongentesimo septimo, & cum ipso *alij aliquot Scriptores Marcianenseis*, Ducem Adalbaldum, Erchembaldi Principis Palatij Fratrem, eâ memorant tempestate, in Vasconiam, Dagoberti Regis, & Avunculi mandato iter suscepisse, negotiorum Regni Gallici gratiâ: suntque hęc ipsa *Hucbaldi* verba.

*Post hæc, (*supple natas eis proles quatuor, *secundùm benedictionem Domini) bonæ, & laudabilis memoriæ Adalbaldus, Devotæ Christi famulæ Rictrudis Maritus, à Pago Austrebatensi, * vulgo Oostrevent, vbi etiam plurimis locupletabatur possessionibus, eundi Wasconiam nimium triste suis iter arripit. Quem Nobilis Matrona RICTRVDIS aliquantulum prosequitur, sed quàm-citiùs domum, (prout ei iussum fuerat) mœrens revertitur. Mens eum futuri quodam modo præsaga doloris, iam portendebat, quod adhuc ignorabat*

* Alij scribunt Ostrebanni.

rabat, & , quod nondum patiebatur, iam veluti lamentabatur. Hęc ille.

Hagiographus autem noster Marcianensis, libri primi paragrapho quinto. Post hæc (ait) *Adalbaldus Dux, ab omnibus bonum habens testimonium, eundi in VVasconiam, pro quodam Regis negotio, iter arripuit, suis tamen contradicentibus cum ploratu, & vlulatu multo. Quem Rictrudis Nobilis Matrona, quantum licuit prosecuta; est, quia statim iussa domum mœrens revertitur, eum amplius non visura. Gaudium planctus excludit, & iam mens quodammodo mali futuri præsaga, dolorem quem passura est, in proximo, reveretur. Homines igitur nequam, quibus matrimonium displicuerat, cum propinquis, & amicis consilium inierant, quo modo Virum illius Sanctũ dolo tenerent, & occidereut. Et iam ad perficiendum scelus quod cõceperant, nacti tempus oportunnm, inter eundum præparatis insidijs, eum qui nihil dignum morte egerat, occiderunt. Offertur pro eo sacrificinm, & honorificè, vt decebat, sepelitur. Sanitatum vero gratia, quam vsque hodie, ad Sepulchrum eius quærentes inveniunt, testis est, quod in consortio Angelorum receptus, cum eis pari gloria letetur.* Hæc Hagiographus noster. *Aliud* quoque *Chronicon Marcianense manuscriptum, Capite primo; Pro quodam* (inquit) *grandi negotio Regis Dagoberti, in VVasconiam iter arripuit Dux Adalbaldus, Sancti Mauronti Pater. Qui, malignorum, & Vxoris suæ Consanguineorum, insidijs (nam indignè ferebant Neptem suam matrimonio iunctam Francigenæ, Quod Genus, vtpote Gotthi, oderant) peremptus est, & capite trnncatus. Quod ipse, Divino auxilio fultus, dicitur indè* ad Ecclesiam, in qua tumulandus erat, ambabus manibus deportasse. Ad cuius Sepulchrum, multa, illo tempore, miracula edita sunt.*

* *Ex agro Petragerico VVlgo, Perigueux.*

Eximius Theologus. DN. *Ioannes* Molanus, attexuit *Isuardi Martyrologio adnotationes*; Quas si legere lubuerit, *ad* 17. *Calendas*

Calendas Apriles, eximiè laudatū intelliget Lector *Dominum Ioannem*, *Chronologum scientiæ profundioris*, Cuius sunt, quæ subnectūtur hoc loco, De Duce Illustrissimo, Christique Martyre aliquot Metra hactenus inedita.

———————————— *Sanctus*
Martyr Adalbaldus Cœlestia Regna meretur,
Præscierat proprijs consortem ... Deitatis,
Martyrem Adalbaldum merito sub honore vocandum.
Id, qui contigerit, dictâ ratione liquebit. &c paulò post.

———————————— *Regni publica Caussa,*
Impulit hunc etiam fatis erumpere; Caussa,
Ob quam VVasconiæ fines tentarit adire?
Aptum consilio dictum esse Virum: &c. ————

Tunc iter accelerat, mora quamvis parvula vexat.
Spernit conductus, subit discrimina solus.
Adsunt insidijs protecti more latronum,
Cognatæ nuptijs quibus apparebat ineptus.
Invadunt, lacerant, Gazas sibi spargere certant:
Detruncant demùm Caput à cervice revulsum;
Emicat ad Superos exultans spiritus: Illos
Angit formido, fugiunt, nec sistere tutum.
Res admiranda, mira novitate secuta;
Nec putet idcircò creperum quis me; neque ficto,
Vti pro facto. Post famam Plebis opinor.
Nisibus erectum proprijs stetit ecce cadaver
Martyris, ambabus manibus Caput accipit, atque
Vlnis devectat; Non prædux vllus euntis;
Angelicus tantum Chorus hymnizans comitatur,
Vsque locum tumuli; mirantur numine facti,

Cernen-

Cernenteis; meritum Sancti venerantur, & illum
Condigno tumulant Loculo, cum supplice voto.

Hactenus, de Martyrio Sanctissimi Ducis Austrebatensis, & Duwacensis Adalbaldi, seu iuxtà ætymon nominis sui, Ad Deum validi, egerit Virille bene doctus, & pius Asceta, *Domnus Ioannes, à Domino Ioanne Molano Doct. Theol.* eximiè laudatus. M. ac DN. Iacobus Pollectius, S. Theologiæ Doctor, & Professor, atque Canonicus insignis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Amati, Duaci, in vitâ Sancti Ducis, & Abbatis Mauronti Gallicè editâ nuperrimè; Sanctus (ait) Dux Adalbaldus, exectum à Sicarijs Caput suum, Sanctorum Angelornm ministerio, ambabus manibus in Templum Dei detulit vicinum; in quo, flexis antè Aram sacram genibus, Maiestati divinæ, & Sanctum Caput suum, & vitam insontem, pro perfidis, & inimicis obtrūcatoribus suis, Christum imprimis Dominum, tùm, & Proto-Martyrem S. Stephanum sanctiùs æmulatus, obtulit; vti constans est rei fama. Hocque miraculum insigne, cæteris, quæ ad præclari Ducis sacrum Sepulchrum patrata fuêre, iure merito adiunctum, vbi agrum statim vicinum omnem celebri rumore opplêsset, effecit, vt Martyris nomine venerabundo passim salutaretur, & suppliciter invocaretur Dux noster Divus Adalbaldus, Divi Mauronti Pater, *Cui* perillustris Dux Tolosana Rictrudis, Coniux, *Mulier bona, parsque bona, in parte timentium Deum fuerat data, pro factis bonis, iuxtà Ecclesias: Oraculum, Cap.* 26.

Cæsus porrò legitur insons, & Sanctùs Athleta Christi Adalbaldus apud Vesunam Petracoriorum *Wlgò Perigueux*, à Vaccæis Visigothis, aut Arianis, aut certè Gen-

 tilismo

tilissimo adhuc deditis, & Orthodoxæ Fidei, Regnique Francorum hostibus infensissimis; atque, à Præsulum tunc temporis pellucẽti Gemmâ, Sanctissimo Amando Aquitano, quo decebat Liligerum Ducem, ritu conditus perillustri, sacrá in Elnonẽsi Æde Benedictinâ, Divâ ipsius Coniuge, cum nobilissimis prolibus, præsente Rictrude, Anno Domini DC. XLVI. Quo, Rex Dagobertus, apud quosdam Scriptores Historicos, *Cognomento Magnus*, Wacçones, seu Vascones, acri bello, & acie apertâ dicitur devicisse, exindèque in fidem recepisse. Videantur, *Sigebertus Gemblacensis, Ioannes Tilius, Cathanæus Italus Historiographus, DN. Iacob. Charron, in Dageberto primo.*

Natales Sanctorum Belgij, Auctore Io. Molano, ad diem secundam Februarij, hunc in modum tradunt. De Beato Adalbaldo Duce Duacensi, *Ex Hucbaldo, & Catalogo Sanctorum Hannoniæ.* In territorio Petragorico,* Passio Sancti Adalbaldi, Ducis Duacensis, *qui, coniugem habuit Sanctam Rictrudem.* Paullòque inferiùs; *Additur in Catalogo Sanctorum Hannoniæ, apud Petragoricum caput haberi, licèt, Corpus, ad Sanctum Amandum, in terrâ sit: festumque eius solenniter in Aquitaniâ fieri. Quod indè certius cognosci velim. Recẽtiores, passum notant, quarto nonas Februarij: è quibus, obitum eius notavi ad hunc diem. Frater eius fuit Arkembaldus, Tertius Frater, Sigifridus nominatur. 4. Iulij.* Hæc I. *Molanus, Civis, & Doctor Theologus Lovaniensis.* Quartum & nos superius adiunximus Anselberti, & Blitildis Filium, Erchembaldi, Adalbaldi, & Sigifridi Principum Liligerorum Fratrem, Landonem, Archiepiscopum Remensem vigilantissimum, eximiâque virtute, atque multâ rerum cognitione, & experien-

* Vulgò, En Perigueux.

experientiâ præſtantiſsimum: Virum, in cuius nobili pectore certam fixerat Sapientia ſedem, idem vt eſſet pietatis avitæ eximium exemplar, decusque immortale ſuorum. Hic Sanctum Sancti Remigij Remorum Archipræſulis exemplum imitatus, Sanctam, & Venerabilem Eccleſiam Sanctæ Mariæ, condito Teſtamento, eorum quæ ſui iuris eſſent, munificè conſtituit hæredem,* & vixit denique. 14. Martij, Anno à Natiuitate Chriſti 655. Remis ſepultus, in Eccleſiâ Sancti Remigij, ſeu Remedij, Filij Laudunenſis Comitis Æmilij, & Sanctæ Ciliniæ. Animadverto etiam apud *Ioannem Marium, in elucidationibus Galliarum*, (ſi tamen, quod negat Franciſcus Belforeſt, hoc Titulo mereatur eius opus indici.) Senatori, primoque Marchioni hæreditario S. Rom. Imperij ſupra Scaldim *A*uſelberto, ſive *A*usberto, & Blitildi, coniugibus præclaris, Filios prætereà treis, & Filiam adnumerari; quorum omnium natu maximus, extiterit *A*rnoldus, *A*rnulfi Pater; 2. Feriolus; 3. Modericus fuerit nuncupatus; vterque Epiſcopi: hic *A*uſidienſis, vbi pacificè denique conquievit; ille Traiectenſis, quo loci occubuit, Martyrij glorioſi pro Chriſti fide pertuendâ, lauream conſecutus. Ipſorum verò Soror, Tarſitia dicta; Virginitatem, perpetuo cum odore ſanctitatis, coluiſſe aſſeritur; in Britanniâ *A*rmoricâ, apud Rhedonenſeis, *Wlgò, Renes en Bretaigne*; vbi, poſt ſanctum obitum, Servator omnium pius Chriſtus *D*ominus, eius virtutes, & merita magnificavit, ad ſacrum eius tumulum mortuo quodam exuſcitato. Quonam autem pacto, Carolus Hasbanius, Brabantinorum *D*ux S. R. Imperij ad *S*caldim, ampliſsimo Marchionatu fuerit exutus; & eodem

** Videatur Ioannis Chenu, Bituricis Historia Chronologica Archiepiscoporum & Episcop. Galliæ.*

hæreditario Ausel bertus, seu Ausbertus Adalbaldi, cæterorumque præfatorum Principum Pater fuerit ab Imperatore Iustiniano donatus, prolixè narrat *Io. Marius libro tertio elucidationum Galliæ Orientalis, & Occidentalis*. Quo eodem etiam *libro, & paragrapho, De* Clotario Rege, ipsiusque Filiâ Blitilde, quæ habeatur Sancta, longè plura tradit; quæ suo loco copiosiùs poterunt à nobis referri. Intereà temporis, Adalbaldum nostrum, & Ducem Duwacensem, & Sanctum Martyrem, cõstanter ab alijs quoque Scriptoribus, & Viris gravibus nominari, atque reverẽtiùs coli intelligamus. Primùmque de Duce Catuacorum, seu Duäcensium Adalbaldo, atque ipsius Coniuge S. Rictrude, Rythmus exstat, Cuius paucos versus subiungam, qui sint excerpti, *ex Hymnario Ecclesiæ Marcianensis libro vetustissimo manuscripto*; quique suis in membranulis ita pangant.

Hâc in die pangat piè, noster Chorus concanorus, Rictrudis præconia: De Wasconum stirpe clarâ prodit ista Deo chara, factis, famâ, moribus. Annos Virgo sortita nubiles, apud Viros fit nota Nobiles, formâ, vitâ, laudibus; Nubit DVCI DVWACORVM, Viro Sancto, Viro morum, Viro Summæ indolis, &c. nimirùm ADALBALDO. Conformiter huic hymnario omneis Codices MSS. Marcianensium Chronologorum tradidêre, quos longum fuisset hoc loco produxisse. Hosce, atque Catalogum Sanctorum Hannoniæ secutus *D. I. Molanus*, affirmativè in eamdem sententiam conscripsit *In natalibus SS. Belgij, ad diem 2. FebruarI.*

Secuudus item Tomus Chronicorum Generalium Ordinis Benedictini, quem iam produximus, Sanctum Adalbaldum, Ducem inscribit Duäcensem, germanumque Fratrem Erchembaldi,

chembaldi, Regum Dagoberti, & Clodovæi secundi Palatini, seu Equitum Præfecti. Hisce Testibus omni exceptione maioribus, suam quoque appendit subscriptionem *D. ac M. Guillelmus Gazetius S. Petri Ariensis Canonicus, & S. Mariæ Magdalenæ, Regiaci Attrebatium Parœcus, in Catalogo Sanctorum, quorum Festa celebrantur in Diœcesi Atrebatẽsi,* conceptis hisce verbis, *folio* 654. *Saint Adalbald, Duc de Douay.* Sanctus Adalbaldus, Dux Duăcensis. *Hierogazophylacium etiam Belgicum, Auctore DN. Arnoldo Rayssio, in Æde Divi Petri Catuăcorum Canonico editum,* silentio minimè prætermisit, hunc Mattyrem Christi, & Illustrissimum Ducem Duăcensium, Sanctum Adalbaldum; sed ipsius iure merito honorificè itá meminit, vt *folio* 37. chartis suis illiverit, piæque posteritati, quæ subnectuntur, reliquerit scripta. *Sancti Amati Insignis Collegiata Ecclesia Duaci, præter Sanctorum quatuor Corpora, etiam debito honore in Sacrario obseruat, & in Altari, solenniorıbus Anni Festivitatibus, venerandas exponit* Reliq. &c.

Brachium Sancti Adalbaldi, Ducis Duăcensis, & Martyris, Sancti Mauronti Patris; &c.

Quin ergò fuerit Duacum nostrũ, olim nobile. Castrum Ducis Sancti Adalbaldi, Ducatus Titulo præclaro illustratum, hisce tot testibus gravibus id ipsum constanter asserentibus, nullus porrò videtur relictus ambigendi locus, Cùm *in Ore duorum, vel trium Testium, stare* dicatur *omne verbum,** Immò verò, Duacensem nostrum Adalbaldum, Inclytum Ducem vocat Gerardus Episcopus Cameracensis, vt inferius dicetur. Gestant porrò tanto abs olim Titulo Nobileis Duacenseis, pro Insigni, parmam rubram, aureo *D.* superiore demonstratam. A

* *Deuter. cap. 19. Matth c. 18. 2. Ad Cor. c. 13.*

vita gerit eadem insignia Ducum Albretanorum Illustrissima Familia; Cui & Lalanigena fuerit pręclarè coniuncta, quæ suis, & hoc nobilissimum proindè scutum, Inclytorum insigne connubiorum, & iure nobilis Coloniæ suæ fortassis etiam Albinianæ voluerit adiunxisse; sed absque D. Duacæno. Vtque meum huius Castri, (quod in Opidũ Musarum, hoc est, omni disciplinarum generi feliciter excreverit dedicatum) amplificandi pro virili studium declarem: aliquantam veræ Duacensium vetustatis delineationem, ex recentium quoque Scriptorum Musæo labore, atque monimentis, hæc strictim, & pro re natâ, quàmbrevissimè proponam, nihil ab instituto facturus alienũ. Ab hoc enim Castro Nobili, quod Vetustissimi Codices nostri. MSS. ab omni hominum, & Scriptorum memoriâ ostendunt vocatum fuisse Duwacum, vrbis post ea Duacænæ primordia celebriora, vnà cum reflorescente Nepotum gloriâ, quasi de novo, & ceu postliminij iure in honoratę appellationis redivivam lucem emersisse intelligentur.

APPENDIX AD DVACVM.

Ioannes Baptista Gramaye, Rerum Duacensium partis primæ, Sectione 2. Non absimile vero putat esse à Barbaris Hunnis Castrum hoc exstructum; & à Gotthis, Turrim Divo Amato proximam; quæ Vetus Tudor, nunc affinitate vocis, Antiqua Turris dicitur; eò maximè, quòd vulgi opinio per manus tradita, credat hæc Castra, à Gigantibus habitata, firmante suspicionem itinere subterraneo, ducente ab vno Castro, ad aliud, & repertis portentosæ magnitudinis, sub terrâ, ibidem, ossibus, cum locus alter carceri publico solitus subservire, ad Orphanotrophij vsum est applicatus,* & fundamenta Collegij Mottiani iacta fuere. Cæterum, pulsis sub annum*

* Vulgò la Vieille Tour.

* Tudor Vetus eversum.

530. Gal-

530. *Galliâ Gotthis per Francos, probabile est dirutum fuisse Iudori Castellum,* * *& obscuriorem fuisse hunc locum; maximè cùm in vicino loco, Lambras Portus, Emporium, Fiscus Regius esset, primus pagi Austrovandiæ,* * *quem Comitatum posi dixêre,* A L. DVCATVM, *cuiusque membru erat, hic locus, ignobile; donec, Anno* DC. XLV. *(verba sunt Antiqui Codicis apud Amatenses Canonicos) Archinoaldus cum Fratre suo Adabaldo, Patre S. Mauronti, reædificavit Castrum Duacense,* * *& infrà Castrum, Templum Divæ Mariæ. Hic enim locus, antiquitùs fuerat consecratus. Paulò aliter tamen Andreas Moschus,* (REPONE HVIC, MENDÆ LOCO: ANDREAS SYLVIVS, VVLGÒ DV BOS, SEV DV BOIS) *in Historiâ Merovingorum (extat M S. apud Marchianenses) Ricirudem ait in diebus adolescentiæ suæ nupsisse Adalbaldo Duci; de Genere Regis Dagoberti; Cuius Fratres fuêre Sigifridus Comes Pontivensis, Maritus S. Berthæ Blangiacensis, & Archenaldus, Maior Domus, & Patricius Clodevaei, Filij Dagoberti Regis, qui post mortem Fratris,* * *in eius possessione, reædificavit Duacum Castrum, & intrà, construxit Ecclesiam Beatæ Mariæ, quæ hodie Amati dicitur, &c. Qualiter autem hæc Ecclesia Cœnobio Broyelensi in Morinis sit attributa, Gerardus Episcopus Cameracensis, in Epistolâ quæ extat inter Privilegia Capituli Amatensis, declarat his verbis. B. Mauruntus Inclyti* * *Ducis Filius, & Sanctæ Ricirudis, satis accuratè consideravit, quod, vt Electorum numero asscriberetur, in proprio fundo, antiquitùs Broylo, modernis autem Meurevilie nominato, in honore Dei, Sanctiq; Petri, Ecclesiam, à fundamentis struxit. Idem verò, tempore Luduvici Franc. Regis, ex Dagoberto prognati, bona sibi hæreditario iure attingentia contulit Beato Amato, Theodorici tyrannide, à Zenonensi Episcopatu pulso; Et post Sancti Viri exitum ex huius mundi Ægypto, ad ipsius honorem, Deo cum Sanctis famulandos Fratres congregavit.*

* *La Vielle Tour. gallicè*

* *Gallicè, Le pais D'ostrevant.*

* *Reædificatio Castri Duacaui & Templi Mariani.*

* *Observa tempus casi Ducis Adalbaldi.*

* *Dux Inclytus.*

Ex

Ex quibus omnibus, certum euadit de tempore, & loco reædificati Castri Duaci; *&, partim, de Auctore. Ampliusque, apparet hinc, Adalbaldum dignitate Ducem, à loco Patrimonij sui famoso, ut solent olim, Ducem* Duacensem *nuncupatum* Hucbaldo, *& Historicis. Conijcitur etiam, inter possessiones à B. Mauronto assignatas, Broylensi* Cœnobio, *Duäcum esse, cuius tamen* Castellum, *Principes Austrebanti, tanquam Aduocati Monachorum,* possederint. Populus autem, nec infrequenter, loco remotiore incolebat Vicum, qui denique Duacum Vetus est nuncupatum, * & ab antiquo, in Senatu, & Republicâ Vrbis, & alibi suos habet Prærogatiuos. Ita in diplomate Ferrandi Comitis, iubentur quatuor; Et in altero Luduuici Comitis, iubentur tres Burgenses, vulgò* Bourgeois, *vltrà aquam, ex loco, qui,* Vieux Douay, *dicitur, in Senatum assumi.* Nec ambigi potest quis sit iste locus, quandoquidem etiam nunc, tres illi Viri assumantur ex Paræcia Sancti Albini, & superest nomen Duaci Veteris in Hospitali antiquo D. Albini. Et indè non procul, hinc, Castrum, posteris Burgense dictum.* Interiecto autem tempore, cum varijs his locis nascerentur, & magna ambitione peterentur honorum Tituli, Pagi Veteris Austrebanti; siue Osteruandiæ, nomen ei* Comitatus *fuit honoratum; &* Doäcum, Comitatus *membrum principale habitum.* Et hinc, quod Archidiaconus Osteruandiæ, Stallum in Collegiata Ecclesia Doacensi suum soleat habere perpetuum.*

* *Aduocati Monachorum.*

* *Vieux Douay.*

* *Præeminentia Veteris Duacy.*

* *Vulgò Chastel Bourgeois.*

Quonam Authore asseruerit ad Asteriscum superiorem, I. B. Gramaye, Duacum, Comitatus Ostervandiæ membrum principale habitum fuisse, ingenuè fateor me non posse intelligere. Evolvi, perlegique nostros MSS. Codices omnes, qui ex instituto eà de re egerint; quique Osterbantensem agrum seu Pagum, in quo Adalbaldus Dux Duacensis, multis locupletabatur possessionibus,

(vt

(vt ſepiùs iam ſuprà vidimus.) Sed horum, vt & poſteriorum Scriptorum marcianenſium, nemo prorsùs Duäcum Oſterbandiæ membrum principale habitum, nè per ſomnium quidem videtur vnquam ſuſpicatus, Inter autem tam crebram Duäcenſis Caſtri, & Auſtrebatenſis, ſeu Oſtervandiæ Pagi memoriam, apud noſtros MSS. Codices, altum adeò eâ de re ſilentium obſervo; vt mirandum ſit, tam profundo vetuſtæ oblivionis ſitu, rem ponderis tanti, & obſervatione ſuâ perdignam, obrutam omni ævo, & indigno hactenus ſepultam ſilentio exſtitiſſe, vt in lucem noſtrâ demum emergeret ætate, per peregrinum Scriptorem. Certiùs itaque, ex relatione, aſſertioneque Venerandi Senis DN. Steph. Colroit, Canonici, Cantoris Amatenſis, ſuperiùs productâ, placeat admittere Duäcum Nobile Caſtrum, totius agri, ſeu Pagi Auſtrebatenſis Caput exſtitiſſe; ita vt, qui Duäcenſis, idem & Auſtrebatenſis Dux diceretur. Sed, eſto vt demus Auſtrebatenſem agrum, ſeu Pagum Oſtervandię, ab ipsâ Divi, & Inclyti Ducis Adalbaldi, ætate, Comitatus Titulo inſignitum fuiſſe: nonne decuit ignobiliorem Pagũ, nobiliori cedere, ac ſubijci Caſtro Duacæno; illudque agnoſcere, ceu nobiliſſimum Caput, quod Ducatus Titulo gauderet? Certe. Sed, obijciet fortè rursùs quiſpiam, apud Priſcos illos Heroäs, Comitis nomen, Ducum dignitate nobilius habitũ fuiſſe. Genebrardus, & Vaſæüs id quidem obſervârunt ex Conciliorum Toletanorum Lectione, quòd ij legiſſent in Actis Octavi, ELLA, COMES, ET DVX; FAVDIA, COMES, ET DVX. Argumentandi genus iſtud, mihi quidem videtur antiſtrophum, idque dicere duntaxat valere; Ita quidem eſſe

 poſſe;

posse; posse verò etiam esse, vt res eo ordine necessario apud omneis nationes minimè procedat. Evincet igitur hæc obiectio id tantùm, vt fortasis apud Visigothos Reges, & Heroäs ipsorum in Hispania, tunc temporis, Comites exstiterint maioris dignitatis, quàm *Duces*: Sed apud Gallos nostros, & Belgas, non item. Quem porrò primùm observo nuncupatum Ostervandiæ Comitem, Aldebertus est, cui fuerit; S. Regina, Neptis Pipini Regis, ex stirpe S. Arnulfi Metensis progeniti, nuptum elocata, sub annum 754. Centum, & decem annis post interfectum, & Capite truncatum S. *Ducem*, & Martyrem Adalbaldum. Eâ verò tempestate, rerum discolor vsus, & *Duacensis*, atque Marcianensis erat adeò status à priore mutatus, vt Ducum hæreditaria dignitas, & nomen præclarum in ipso *Duaco* Nobili (quo iure, nescimus; aut subticemus,) frustrà desideraretur; Cùm iam statim ab obitu. SS. Ducum Adalbaldi, Rictrudis, Mauronti, & cæterarum Virginum Sanctarum prolium (*vti monet I. B. Gramay*) esset extincta; possessio autem Turris præcipuæ in Castellanorum potestatem, exindèque in Reges Francorum, ac denique, in Flandrorum Comites esset transfusa; ita tamen, *vt huius attributæ possessionis caussâ, prout sibi invicem succederent; huius rei caussâ, Marcianensi Ecclesiæ conferre quinque solidos annuatum consuevissent, adhuc ad Annum Christi* 1168. *quo vixit Auctor miraculorum Sanctæ Rictrudis*, suprà, à nobis sincerâ fide productus.

Transactum quoque persimiliter apparet, de Comitatu Austrovandiæ; Cùm id nominis, & Tituli, evanuisse statim notetur, extinctis fato statim Aldeberto Comite Austrovādiæ, atque S. Reginâ Nepte Pipini Regis, Coniugibus;

iugibus; Qui Cellam, seu Cœnobium, Monasteriumve Donpnij, *vulgò Denain*, ad Scaldim, Ragenfredi Filię fundârint ex rebus sui Iuris, vbi Sanctimonialibus constitutis, ipsa, scilicet Ragenfredis, Abbatissa, loci regimonium duxerit. Vide hæc, & plura, apud Chronica Balderici, Episcopi Camerac. & Attrebatensis, lib. 2. cap. 28. Iacobum Lassabæüm, in Dononio. Gazetium, ad annum Domini 764. Et Nataleis SS. Belgij, Indiculumque eiusdem, ad 8. Octobris. Intereà temporis, I. B. Gramay repetamus; Qui, *Parte quoque secundâ Rerum Duäcensium, paullò post initium, addiderit.*

*Ex his porro manifestum evadit, statim à Normannorum discessu Castrum Duaci celebratum fuisse; Cui exaltando Comes Arnulfus enixè studuerit. Restat videre, quo illud situ, & quâ amplitudine locum occupaverit. Eminentiori Vrbis parte, ad divaricati Scarpis interamnium superest monumentum; Supererant & antè annos aliquot fossarum, & muri reliquiæ insignes, & Turris, quæ nunc in rudetum corruit, vestigia. Et quamvis speciem antiqui splendoris amiserit; servat interim veteris eminentiæ solennia. Hinc enim Dynastiæ frequentes, & feuda nobilia moventur. Hic beneficium profitentur, & Clientelam iurant Vassalli plures. Hic pagis Ius dicitur, & Sedes quodămodo est Tribunalis per Gallorum Regem formati, quam, Gubernantiam vocant. Hic, & in Veteri Opido, murisque, & fluvio iura habebant Castellani illi Vrbis, aut veriùs, Castri vocabulum induentes.** Qualis inter Heroës dedicationi Ædis Insulanæ assistentes Balduino Comiti, memoratur Valterus de Duaco, cum Vgone Fratre; & inter socios peregrinationis Asiaticæ, recensetur cum Roberto Frisio, alter Gualterus à Duaco. Et fallitur, qui opinatur hos, è veteribus Duaci Principibus ortos, cum stirps eorum diu interciderit;*

* Castellani de Duaco.

deu it; & simili normâ loquendi, qui, à Gandavo, à Brugis, à Curtraco, cognominati reperiuntur, è Castellanis duntaxat esse noscuntur: & denique, quod omnem tollit dubietatem, idem ille, qui Meyero Galterus à Duäco vocatur, antè quàm ad peregrinationem se sacram accingeret, in donatione Vedastinis factâ Anno 1090. *Castellanum de Duaco se indigetat. Quæ Dignitas, per varias Nobilium stirpes errabunda, tandem in Dominorum D'Inchy familiâ conquievit Anno* 1464. *Senatui Opidano vendita. Patebat etiam extra septum Castri superioris, Castellani Iurisdictio, in Castello inferiori, in Villa Sancti Amati, & in parœciâ Divi Albini, Cuius Altare, in extremo Castri prædicti quasi suburbio situm, Lambertus Episcopus Atrebatensis, ad petitionem Galteri Castellani, Amatensibus confirmavit Anno* 1097. *Quin imò mœnium antiquorum pœnes Castellanum erat ratio, & Palatij etiam Ducalis. Duces enim, & post eorum obitum,* IVRE QVO NESCIO, *Flandriæ Comites, imò & Franciæ Reges, frequenter Regiam illic suam fixêre. Castri forma trigona erat, & ferè æquilatera, eiusque patebat porta, vbi hodieque pons ad Villam Sancti Amati patet. Ita voco subiectam Castro superiori planitiem, (præeunte veteri Codice Bertiniano) quæ quidem planities Duacum etiam dicta, & Fluvio circummeante commodè cingebatur. Videatur Chronicon Cameracēse, ante quinque sæcula exaratum, In Duwäyco. Ponè hanc Arcem Columna eminere solebat, & Regia dici, quo nunc loco Regium Pædagogium est excitatum, & Flandriæ Comitis stabularia contenditur fuisse. Summus porrò Pontifex Paschalis, in Sanctæ Sedis patrocinium acceptis confirmavit Canonicis Amatensibus, Ecclesiam Sancti Amati sitam in Atrebatensi Parochia; Et Diploma Anni* 1104. *In Duaco, Altare Sancti Albini, & Thelonium, foragium, stallagium, ab hora nona festi Sancti Amati, vsque ad vesperam sequentis diei; Et totam terram à parte S. Amati, vsque*

ad

*ad aquam, quæ dividit Duäcum, & Duäcellum. Et obtinent iam indè ex patrimonio Divi Mauronti, Iurisdictionem hanc intra limites dictos Canonici, & Ius dicunt, & Iustitiam administrant feudalibus, & exercent; Balivum peculiarem, & feudalem habent Curiam. Docet porro nos, & ducit aliquatenus laudatum hocce Diploma, ad primæ Vrbis Duacensis notitiam, quam definio vnâ parte, aquagio profluente retrò Castrum Scarpo, & in eumdem relabente infrà Ecclesiam Amatensem; quo ambitu, quicunque habitabant, homines Sancti Amati veteribus dicebantur, & habebant Nundinas suas, Thelonium suum, Iura, & consuetudines suas, Senatores suos, & Curiam, vt dixi, viâ appellationis recurrentem ad Bellam Quercum, vulgò Beaukenne. Ex adverso denique Castri, erat Castellani Treila, & colebatur; vbi Thelonium Comitis, & Clientes Castri tres Insulas, vndè Treilæ nomen esse credo, occupabant, Scarpi divortio natas, aut factas. Chronicon Cameracense, & Atrebatense, à Balderico Noviomensi, & Tornacensi Episcopo editum, libri 2. cap. 21. Sciendum est (inquit) quod antè constitutionem huius Castelli, (DuWacum intelligit) vsus Telonei, quod nunc pro immurentis Flandrensium Comitis potentiâ, in ipso Castello, mutato pristino ritu, sumitur; apud Lambras Villam Sanctæ Dei Genitricis, solvebatur. Erat enim Regius Fiscus, sed tempore Stephani Episcopi, à Karolo Rege, Sanctæ Mariæ donatur habendus. Illo etiam tempore, portus illic habebatur. Postquàm verò incolatus huius Castelli cœperat, illic navigij vsus derivatur, & huic nostræ Villæ tantùm dimidia portio Telonij solvitur. In hâc autem villa Rex Sigebertus fortè sepultus est. Cui, cùm ad obsidendum fratrem suum, qui tunc temporis Tornaco morabatur, ire pararet, B. Germanus Parisiacensis Episcopus præsago spiritu prædixerat, non posse se * consummatum ire illiusmodi negotium, si germanæ*

* Consummare.

 neci

neci ep spiritu intenderet. Hic autem verbis surdescens, exequi parat dispositum. Sed nè Beati Pontificis irritum haberetur præsagium, in ipso itinere morte præventus, in prædictâ Villâ Lambras subterratur. Ita quidem Baldericus scripsit. Ioannes vero B. Gramaye. Lambras (ait) vicus est haud procul ab Opido, (scilicet DuWaco) ignobilis modò, olim portu nobilis, & sepulturâ Chilperici Regis, dum Fratrẽ obsidere Tornaci parat. Is mortuus hic. Additque: Quid ergo? inques: Cis flumen duntaxat homines S. Amati, & in Insulis Castri, Clientes, aut familiares agebant; nec villi Cives, aut municipes in tam celebri loco? Omninò. Omnes autem illi trans aquam Duacellum inhabitabant, sivè Duaculum, quod erat velut Appendix, & præurbium Castri Duaci, & imò Duaci nomine nonnunquam appellatum. Docentur hæc singula Diplomatibus Gerardi Episcopi suprà laudati, vbi fit mentio aquæ separantis Duacum, id est Villam Sancti Amati, à Duäcello, sive, vt alius Codex legit, Duaculo. Lãberti quoque, Dato ad Annũ 1097. *vbi memoratur Ecclesia Sancti Albini,* In quâ quiescit Corpus Sancti Christiani, gloriosi Iesu Christi Confessoris, & habet locus, in quo sacrum eius fuit Corpus conditum, tabulam marmoream, quâ tegatur, sublimem, cuius hęc est inscriptio. SEPVLCHRVM SANCTI CHRISTIANI, PRESBYTERI, CONFESSORIS. cereisque cum accensis, aliquot gradibus, salutatum *D*ivum, in Conditorium descenditur. In eâdem quoque sacrâ Æde, in extremo memorati Castri, quasi suburbio sitâ, congruo etiam honore, ac pio cultu, venerandum Sancti Evangelistæ *Lucæ* Caput adservatur; non autem in Hospitalis *D*ivi Iacobi Compostellani Æditulâ, quod quidam autumârunt. *Territorium porrò hoc Sancti Albini, sensim, nomine quoque Duaci, quod Duaculum primò diceretur,*

cœpit

cœpit honorari, diversisque temporibus, & fossâ ductili, & vallo, mœnibusque est instructum, ita vt non vallo tantùm & fossâ, Cives fortunarum suarum securitatem pollicerentur; sed & Arce contra vehementiores hostium impetus firmatà, quæ tamen fuerit eversa, bellis, vt opinor, antè quinque sæcula natis inter Flandrum & Hannonem; vt hodiernum plateæ, à Castro Civium, nomen remanserit Vlgò, *Rüe de Chastel-bourg.*

Cùm itaque pomeria Vrbis Duacenæ hac parte bis essent extensa, eâtenusque nomen Duaci patuisset munitum: Et ampliùs, cùm sua Duacenses Castellani Latifundia intra Castri inferioris ambitum pios abdicassent ad vsus, loco, pascuis in pratis amœno, Prætorium vetus restituerunt, vbi & diversanteis ipsi, dici à Sancto Albino occœpêre. Ità sanè ad Annum Christi 1207. *Philippi Regis sanctioni subscripsit* G. *de Sancto Albino, Castellanus* Duacensis. *Quin verò etiamnum hodie, vendito licèt munere Castellani, hæreditas manet penès hæredes Gentilium de Sancto Albino, Lalanos Dynastas præclaros; hocque* Titulo *certis eminentijs adhuc fruuntur, quæ suo loco poterunt declarari.*

Sed & Nobilis exstitit ille tractus Duacænus, qui altera Scarpi ripa antiquas, & honorandas Ædes Divi Petri Apostoli Christi, *Sanctique respiceret Nicolaï, quam etiam frequẽtibus mox à Nortmanorum recessu colonis, & Orthodoxis, atque honestissimis habitatoribus insessam lego, ità vt totus fermè tractus ille Villa Sancti Petri diceretur apud Castrum sita Duacum, præeunte Chronico Sancti-Bertiniano; Cuius pij* Canonici, *Principis Apostolorum Titulo pientiùs fundati, dono Roberti Frisij Comitis Flandriarum aliquam hodieq; habeant, & ampliorem hoc & Nobili tractu Iurisdictionem soleant habere, nimirùm Atrium, & in eo forum, Anno Domini* 1252. *Duacensibus venditum Civibus,* Curiam, *& Tribunal beneficiariorum, Scabinagium, & Prætorem, quæ tamen multum*

tum ævi decurrentis calamitoso lapsu fuerint imminuta. Exstititque pridem hic etiam locus totus ductili fossa, interpolato turribus muro, & aliquot cinctus, beneque instructus portis, quarum nobis nomina eccum profert Anni 1345. vetus, & Wallonicum Rescriptum. Vndè manifestum evadat, quantus fuerit interioris ambitus Duacensis, vt (nunc loquimur) Opidi, in Parochia Divi Petri, vno, & perpetuo murorum tractu productus. Du Mur du garde du Catel, iusques à la porte de Lannoy; Et de-là, iusques à la porte de Saint Nicolas; Et de-là, iusques au port du Cerf; & de-là, iusques au port du Marché; & de-là, iusques au port du Canteleu; & de-là, iusques à la porte de Neuf-ville; Et de la, iusques à la porte des Wez; & de-la, iusques au port de l'estancq, iusques à nœuf Moulin. Id est, A muro custodiæ Castri, per portas Lannoyensem, S. Nicolaï, Cervi, fori, Campilupi, nouæ villæ, Vadorum, Cataractæ, vsque ad novum Molendinum. Præter has, videntur fuisse Portæ, Quercinienfis, Fontis, & Castri, ad partes Divorum Amati, & Albini. Videatur Icon Vrbis delineari à Senatu curata, quæ hasce portas ad oculum possit indicare.

Huius autem possessio, Ducatus Titulo extincto, ab excessu B. Mauronti, (qui vt Nobilissimo Maiorum, Duacensium, genere ortus, ita exemplo Sanctissimæ Parentis, Iesu Christo devotus, & transfuga pompæ sæcularis, in omne piæ liberalitatis genus profusus exstitit) quin paucis post annis, ad Franciæ primùm Reges, exindèque, ad Flandriæ Comites, Fiduciariæ Clientelæ titulo fuerit devoluta, minimè dubitatur. Siquidem Arnulfus Cognomento Magnus, partim opera R. D. Gerardi Cellensis, (qui & Gandavensis, & Marcianensis Cœnobiarcha fuisse legitur) in suo Principatu, Monasteria duodeviginti, (nostri tamen MSS. Codices 12. duntaxat recensent) Benedictini Ordinis, atque inter cætera, Inclytum illud Divi Amati Duacensis, novis institutis asseritur reparasse, atque ad pri-

stinas

ſlinas morum Leges reuocaſſe: partimque Attrebatum, Doäcum, Hanas, vulgò Haines, à Francis iniuria ablata, recuperaſſe probatur. Quæ tamen, haud ita multò poſt Francus Lotharius Rex, Arnulfi Iunioris ætate fretus, cum omni Flandria, denuò depopulatus, Liſam-tenus inuaſerit. Tanti certè ſemper apud Francos, & Flandros Heröes Doäcum noſtrum hoc eſt habitum, vt nihil mirandum ſit, illud à Galfrido, ſeu Gaufrido Epiſcopo Aſaphenſi rerum Britannicarum veteri Scriptore qui penes me MS. exſtat, NOBILE CASTRVM, DOVAY, *à Cantipratano*, Opidum Duacenſe, *Amplum*, *Magnum*, *populoſum*, inſcribi; quod fide, officioque, erga Deum, & Principem ſuum ſit ſpectatiſsimum. Atque hi certè noſtri memorabiles Caſtri, & Vrbis Duacenſis præclari Duces, & fundatores, (vt vidimus) exſtitêre Adalbaldus, & Maurontus, atque Erchembaldus, ſummo inter Aulicos Proceres loco ſemper honorati, ſtirpeque Regiâ nati: quique, non caducâ Nepotum ſerie, non glorioſâ, & inſanâ Arcium ſubſtructione, ſed pijs hominum Chriſto Deo devotornm Septis, tanquam firmiſsimis præſidijs partitum Dominium ſuum ampliſsimum vndique circummunierunt. Qui denique ſuâ ergà Deum Opt. Max. pietate, vitæque ſanctitate, inter tam luctuoſam vicinorum vtrimque populorum defectionem, & ſceleratos furentium hæreticorum conatus, ſartam tectam, & politiæ, & religionis incolumitatem hacteuus Duacœnis promeruiſſe iure cenſeantur.

Poſtea verò quam, in tantis hiſtoriarum tenebris, & initiorum omnium denſiſſimâ caligine, noſtris præeuntibus. *MSS. Codicibus, & cum Chron. Bertiniano, Galfrido, Britanno, Cantipratano, Balderico Nouiomenſi, & Torn. Epiſcopo,*

Ioanne Gramaye, Et à scriptis, ac fama, Clarißimo Viro DN. Andrea Hoïo, Brugense, Regio Græcæ litteraturæ apud Duacenses Professore, Nobile Castrum Doäcense, propinquamque ipsius, & omnium Veterrimam Ædem Sancti-Marianam, quæ nunc Divo sit Amato sacra, & nuncupata, simulque spectavimus Vrbis Duacænæ, quæ accesserit, postea, certiora primordia, munitiones; & vidimus, quibus paruerint singula, in tantâ rerum vicissitudine, Principes, atque Duces: addendum censuimus; Collegium illud Nobile Canonicorum Amatēsium, suo cum Territorio, in Francorum Regum, præcisè clientelâ vsque fuisse, dùm ex Conventu Madrilitio, Flandria, Artesia, Nerviorum, & Attrebatum Civitates, Regio Francorum Dominatu liberatæ, in Carolum quintum Austriacum translatæ fuêre. Et licèt, Duacum, vti. Flandriæ Gallicanę membrum effectum, ad Curiam Flandrię perfugiat, in appellationibus, & actionibus, summi Iuris: Amatenseis tamen, postquam *Tribunal* sublatum est *Bellæ Quercus, qui fit Pagus Ambianus interiectus, & Dorlensibus*, ex eiusdē Invictissimi semper, & Augustissimi Cæsaris Caroli V. consensione, hactenus, à Curiâ Artesiæ solēt pendere. Plura, de Duaco, Annonæ frumentarię horreo, nostra suppeditare parat, (Christo Duce, vitâque comite,) *Hagiographia Marcianensis*. Nunc igitur superest, vt quomodo Adalbaldū Duacensem satis intelleximus Ducem exstitisse; itâ, Sanctum Martyrem ex antiquioribus, imò etiam recentioribus Scriptoribus erutum, brevi ἐξηγήσει complectamur; Et, quæ de illo etiam sint scitu digniora, commemoratione hâc illustrare, pro virili, paucis contendamus. Quodque eò spectet, illud imprimis esto.

De

De Martyrio S. Adalbaldi Ducis Duăcensis. Qui per-paucis ab hinc annis Sancti Ducis prædicatum abs olim Adalbaldi Martyrium in dubium revocare tentârunt, ijdem, (vt equidem audio,) adversus illud allegant; Sanctum Ducem hunc Duacensem, in Vasconiam, rem privatam, atque domesticam curaturum, suo motu profectum fuisse. Homines autem nequissimos, quibus Sanctum Sanctorum Ducum, pari nobilitate, Adalbaldi, & Rictrudis, Tolosæ contractum displicuerat matrimonium, ad famam tanti Ducis in Vasconiam contendentis, excitos, & atrociùs commotos, consilium cum propinquis & amicis Wesgothis perniciosissimum inijsse, quânam ipsi potissimum viâ, quove modo, Virum Sanctum, dolo tenerent, & occiderent. Et insidijs, quâ is erat iturus viâ, structis, iam tandem, ad perficiendum quod pridem scelus Gothicâ conceperant mente tempus oportunum nactos, insontem Adalbaldum Ducem, tametsi, *morte nihil vnquam egisset dignum*, nequissimè occidisse.

Alij, Quum expeditionem adversus Imperio suo Gallico rebelleis Vaccæos, suscepisset Dagobertus Rex Francorum, & militarem apparatum, cum selectis decem præclaris Ducibus, maximasque in rebellanteis Vascones, & Aquitanos copias educendas curâsset; Adalbaldum Regis Nepotem, eòdem quoque missum scripsêre, qui partem exercitus ductaret: tumque, paratis ex insidijs, putant impetitum à perfidiosis æmulis, Beatæ Rictrudis Consanguineis, à quibus idem fuerit cæsus, equo deiectus, & capite obtruncatus Adalbaldus.

Ita ferè cæsi, & obtruncati Ducis Adalbaldi historia hæc eadem,

 antiquitus

antiquitùs depicta, in fenestra Vitreâ, intrà Sacellū Deiparæ Virginis, iussu R. DN. D. Guillelmi Lotin Abbatis Marcianensis, visitur Marcanu. Cùmque (subinferunt illi) ob fidei Catholicæ certam defensionem, Viro huic, licèt sanctissimo, & Principi nobilissimo æquè ac prudentissimo, belliqúe fortisimo Duci, non contigerit gloriosè obijsse: nec eidem sanè Martyrij veri Laureŏla certo credenda est tribuenda. Vehementer quidem optavit, & dum imperaret Phocas, sub annum Iesu Christi 610. quibus potuit maximis contendit studijs, vt ij, quos in bello adversus Christianæ fidei hosteis, (qualeis erant, partim Ariani, partim quoque Gentilismo dediti, per id adhuc temporis, plerique Vascones, & Aquitani) vti superiùs monuimus, fortiter occumbere pugnanteis, & occidi contigisset, inter Martyres censerentur; sed ab hoc suo cessare instituto compulsus est, cùm ei constanter restitissent Constantinopolitanus, & alij Antistites: Videatur eâ de re, *Theŏdorus Balsamon, in c. 13. Cum is interpretatur Canones S. Basilij, cuius extat Epistola ad Amphilochium.* At videntur mihi quidem opiniones, seu obiectiones illæ sanè duæ infirmo adeò nixæ fundaméto, vt haud ita difficilè possint eo convulso, labefactari. Et nos enim in illud haud certè cuniculis, sed solo ariete veritatis, quę vel in minutisimis etiam, quanto magis in gravioribus hisce rebus existat, nunc ita aggredimur oppugnaturi. Quantum ad Phocam Imperatorem attinet, qui Martyres haberi milites in bello cæsos, frustrà, resistentibus Episcopis, fuerit conatus; Id eò fortasis fuerit, quòd hâc viâ putem Phocam Imper. enervatum duntaxat militum tunc robur erigere potisimùm tentâsse, quos annis singulis à

Rege

Rege Persarum sterni miserè videret, atque turpiter fugari: Sed & eumdem, nihil minùs quàm hac viâ maiorem Dei gloriam quæsijsse; verùm, commodis suis studuisse, atque persuasum habuisse, non viros tantùm, sed & ætatis tenellæ Fœminas ipsas, & Virgines, Martyrij eiusmodi spe propositâ, quælibet tormenta fortiter superaturas, & cuilibet periculo sese temerè obiecturas. Horum verò nihil prorsùs in Principem Virum, in preclarûm Ducem nostrum, Divum Adalbaldum cecidisse potuit, qui, (vt est antè dictum) *aptus consilio Princeps haberetur ab Avunculo, Regeque Dagoberto; qui, in quibusq; excessibus, etiam levißimis, timeret offendere Divinæ Maiestatis aspectum; quique bene intrà se compositus, carnis gloriam pro nihilo haberet; omnia, ad maiorem Dei gloriam, facere studeret & religionis Catholicæ propugnator, in Alodio suo Marcianensi, iuvenis adhuc Princeps, biennio antè natam Tolosæ Rictrudem, ante annos 35. construendo Cœnobio Benedictinorū Marcianensi congruum concesßisset fundum.* Vnde fas sit elicere, quàm semper is exstiterit vitæ purioris, & religiosioris studiosus, quem denique Deus Opt. Max. Martyrij laude voluerit insignitum, à nobis condecorari. Amicior autem omni genere argumentandi, & eâ de re cōcertandi adversus martyriomachos, veritas, & certum studium, in hoc Illustri, Sanctoque Duçe Duacensi Adalbaldo Iesu Christi gloriam amplificandi, me pro tempore impulit in huius aliquantulam rei seriæ investigationem: sive potiùs, ad nuperam commētationem nonnullorum, repensiculatiùs exquisitâ, dèprimendam; qui audeant S. Adalbaldum Martyrem negare, eumdemq́ue solo, eoque novo Confessoris Christi nomine velle videantur insignire. Qui

 quidem,

quidem, suam vt nuperam posint opinionem, seu potiùs suspicionem tueri; arbitrantur, iidemque quasi palpitando, & callidè inquirendo, dictitant S. Ducem Adalbaldum, de Vasconiâ cogitâsse, Tolosamque repetere voluisse, quo loci, cum Tolosanæ Principis Rictrudis Parentibus præpotentibus, de re sua familiari, & domesticâ liberiùs, & coram agere valeret: & eumdé, ea in profectione insidiosè à perfidis, & sicarijs interceptum, in agro Petragorico demùm furéter enecatum fuisse. Quę, cùm non sit caussa sufficiens proprij nominis cōstituendo Martyri Christi; impropriè quoque nuncupari Martyrem Adalbaldum Ducem asseverant. Sed quónam illi Marte cusum hocce teneant nuperum argumentandi genus, velim certiùs nôsse. Si namque suo; infirmum adeò videtur, vt vel solo silentio evertédum putetur: Si prisci cuiuspiam Scriptoris; nominatum, indicatumve obsecro; cui è vestigio, respondeatur. Affatim enim Auctorum suppeditat nobis antiquitas Marcianensis Ecclesię, quæ semper abierit in diversum, & contrariam sit sententiam constanter secuta. Quin verò etiam planum id esse crediderim, ex ijs, quos antè iam produximus abundè. Ecquid namque sibi vult illud *folio 377. De Occidental. Gotthis, vltimo versu desumtum ex libri primi Vitæ, & Miraculorum S. Rictrudis, cap.* 15. *Huius* (Supple Erchenaldi) *Frater Adalbaldus, Dux, pro quodam Regis* (scilicet Dagoberti) *negotio, in Wasconiam profectus est.* Consentit *Hagiographus Marcianensis, libri primi,* §. 5. Cuius videto verba, *fol. superioris prolegomenων nostrorum* 387. *versu* 4. *statim à quarto verbo sequentia* Rursúsque, *eâdem pagellâ, lin.* 19. *Aliud quoque Chronicon Marcianense MS. cap.* 1. *Pro quodam* (inquit) *grandi negotio*

tio Regis Dagoberti, in Wasconiam iter arripuit Dux Adalbaldus, Sancti Mauronti Pater, &c. Hęcque referri debent, *testibus, Libro Argenteo Amatensi, & Chronologis Marcianensibus MSS. ad annum* Incarnati *Verbi Divini, DC.XLVI.* cùm interfuisse Funebri polluсto *D*ucis Adalbaldi, *in Villa Bayerio, vulgò nunc Boiry Saincte Rictrude*, Rex legatur Dagobertus, qui sequēti anno, vel biennio, fortaſsis post ea, & ipse obijsse referatur Spinteti, *vulgò Epinoy*, proximè Sandionysiopolin, in Franciâ; & adhuc sospes egisse Duaci, Anno 645. cum Fratre suo Erchenaldo. S. Dux Adalbaldus asseratur. Vtque rem in pauciora conferam; *Domnus Ioannes, Benedictinus Chronologus noster exstitit, teste I. Molano, Vir scientiæ profundioris.* Hæc porrò, de Duce Illustrissimo, Christíque Martyre aliquot sunt quæ subnectimus, eius Metra, nuperrimè à nobis in lucem educta, *pag. superiore* 384. *ver.* 5. *&* 6.

——— ——— ——— ——— ——— *Sanctus*
Martyr Adalbaldus Cœlestia *regna meretur,*
Præscierat proprijs consortem vis Deitatis,
Martyrem Adalbaldum merito sub honore vocandum.
Id, qui contigerit, dicta ratione liquebit: Et paulò post.
——— ——— ——— ——— *Regni publica* Caussa,
Impulit hunc etiam fatis erumpere; Caußa,
Ob quam Wasconiæ fines tentarit adire?
Aptum consilio dictum esse Virum: &c. ———

Hæc proindè cùm ita sese habeant; nè, qui Præclari Ducis nostri, Sanctíque Adalbaldi Martyrium vellicāt, plùs iustò curiosi habeantur; denique subvereor. Prisci námque isti omneis Scriptores, & probi, & benè docti, de Sancto Duce, atque Martyre Adalbaldo, nec obscure, nec

nec ambiguè locis præfatis sunt locuti, cùm pretiosam eius mortem coram Domino retulerunt; de Vitâ, sanctitate, atque miraculis, in morte gloriosâ, & post ter felicissimam eiusdem mortem editis sentētiam dixerunt; & declarârunt cœpisse coli, atque celebrari Episcoporum, Clericorum, & Laïcorum communi consensu, concinentibus etiam ad eius sacrum tumulum Choris sanctorum Angelorum, qui eò vsque præclarũm Martyrem hymnizantes solēni ritu, honoréque percelebri asseruntur perduxisse. Nos igitur, (tametsi *c. 1. De Reliqu. & Venerat. Sanct.* doceat, Certi Iuris esse, Solius vt sit Romani Pontificis, homines iustos, Sanctos, quorúmque fuerit mors gloriosa, & miraculis illustris, qualis S. exstitit Adalbaldi, in numerum Sanctorum referre) singulari studio, cœlestíque favore in Sanctorũ Album adscriptum S. Adalbaldum, quidnî possimus dicere, Martyrémque concelebrare gloriosum; Cùm conceptis Hisce Metris heroïcis, constanter in laudem perdignam Divi Martyris, & Duacensis Ducis Adalbaldi concinuerit ante centurias annorum complureis; *eruditus Asceta, noster ille Domnus Ioannes Benedictinus?*

Res admiranda, mira novitate secuta: & tertio indè sequenti versu, hunc in modum, rem commemoratione, scitúque longè dignissimam prosecutus sit.

Nisibus erectum proprijs stetit ecce Cadauer
Martyris, ambabus manibus Caput *accipit, atque*
Vlnis devectat; Non prædux vllus euntis;
Angelicus tantum chorus hymnizans comitatur,
Vsque locum tumuli; mirantur Numine facti
Cernentes; *meritum Sancti venerantur, & illum*

Condigno

Condigno tumulant Loculo, cum supplice voto.* Et paulò post hæc, subiunxerit.

——— ——— ——— ——— *Rex Cœli suscipit illum,*
Atque coronatum statuit sine fine beatum. Hæc ibi.

* *In Æde sacrâ Cœnobij Elnonēsis conditur S. Adalbaldus, Dux, & Martyr.*

Satis scio, Ramanos Pontifices, ab antiquo consueviſſe tempore, ritu quodam solenni, & cæremoniâ insigni, Christi gloriosos Confessores, & Martyres promiscui sexus, inter Sanctos referre; quamvis post sæculum Alexandri 3. Pont. Max. cæremoniâ multò solenniori, Romanorum Pontificum auctoritate complureis Sanctorum exstiterint numero adscripti. At verò Patres illi veteres, & venerandi antiquiores, qualeis fuêre Silvester, Innocentius, & Leo, id nominis primi, Gregoriusque 1. cognomento Magnus, Damasus, Cælestinus; Leo, & Benedictus, huius nominis secundi, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus Hiponensis, Hilarius Pictavensis, Martinus, & Gregorius Turonenseis, Remedius, seu Remigius Remēsis, Nicolaüs Myrææ Episcopus, Leander, Paulinus, Isidorus, Ildefonsus, cum vtroque Fulgentio, Ruspensi videlicet Episcopo, & Astigitano, ac plerisque alijs, cum antiquioribus, tùm & æqualibus, si quónam modo, & ritu, in Divos fuerint relati, ex me quæratur: Illos, post felicem obitum responderim haud dubiè coli, & cœpisse celebrari communi Episcoporum, Clericorum, & Laïcorum consensu: Accessisseque, vel expressam, vel certè tacitam Ecclesiæ Romanæ auctoritatem quamdam, qua Clerus, ijs ipsis, ex assensu Episcopi sui, festos dies, & anniversarios pientiùs, & religiosiùs dicârint, aras excitârint, altaria erexerint sancta, Templa, eorumdem nomine construxerint; Laudes, atque officia

ipsis persolvenda curârint divina; Sacro-sancta denique Missarum Sacrificia, ipsorum in laudem, & honorem, Deo Opt. Max, (qui velit, *in Sanctis suis laudari**) piè constituerint, ac reverenter offerenda.

* *Psal.* 150.

Nè verò hâc denique Canonizationis ratione, Sāctorum in infinitum numerus excresceret, vndè Sanctitas vilescere posset, *iuxta Doctrinam Capitis, Episcopi: Distinct.* 8. Nevè per Episcoporum fortassis, aut simplicitatem, aut negligentiam, haberi quempiam pro Sancto contingeret, qui re verâ non esset, *Capp.* 1. *&* 2. *De Reliqu. & Veneratione Sanctorum.* Id muneris, & pleni Iuris in se solos Romani Pontifices subindè receperūt, vt aliquem, re bene, accuratèque discussâ, in Catalogum Sanctorum referrent. Idque perprudenter, & optimo iure. Est siquidem, hæc, vna sanè de maioribus Causis, quæ possit inter Christianos circunspectiùs expendenda proponi; vt proindè ad Apostolicam eadem pertineat Sedem. Consulatur, *Hostiensis, cap. Audivimus: De Reliqu. & Veneratione Sanctorum. Et Ca. Maiores. De Baptismo, & eius effectu. Et C. Per Venerabilem. Qui filij sint legitimi.* Ex illis namque perdiscimus Romani Pontificis esse, Sanctitatis dubia declarare; Ergò, & huius, vel illius vitam fuisse sanctitate præcipuam certiùs definire.

Cùmque inquiritur, Sítne quispiam numero Christi Martyrum adscribendus; De miraculis ab eo patratis *(inquit Hostiensis)* & de Passionis eiusdem inquiritur Causa: Nimirùm, fuerítne is passus pro Fide, Religione, DEI Lege; vel pro Virtute occisus. Constat autem, productorum Testium auctoritate gravi, Adalbaldum, propagandæ sacratioris religionis semper avidum, insignis, & ex-

cellentis

cellentis ſanctitatis *D*ucem, ter-beatiſſimarum Prolium quatuor Progenitorem feliciſſimum, quique præcipuo charitatis affectu cuncta ſemper ſuſcipere ſoleret peragenda, *Regni* Chriſtianiſſimi *Publicâ Cauſsâ, proque, quodam Grandi negotio Regis Dagoberti*, qui iam Sclavos adhuc Idololatras, anno Chriſti 633. debellâſſet, in ordinemque redegiſſet: Et rurſus, Anno *D*omini 640. Iudæos omneis, qui nollent Chriſtianiſmum profiteri, toto Regno Francorum Edicto expuliſſet, in Waſconiam rebellantẽ, & à Chriſti Lege, Fideque Orthodoxâ averſam (Gotthi namque iſti, ab Arianiſmo demùm liberati anno 693. ad veram Eccleſiam reverſi ſunt, *teſtibus Sigeberto Gemblac. & Genebrardo, in Chronicis f. 497.*) eiuſdem *D*agoberti Regis, & Avunculi præcepto iter, ſuis quidem domeſticis inauſpicatum, ſibi felix arripuiſſe: atque inter eundum eò, ab impijs, efferatis, & ſinè *D*eo hominibus, in Francicæ, atque Catholicæ Gentis odium, ſimulque, in vindictam ductæ in matrimonium conſanguineæ Rictrudis, Sanctiſsimæ Principis Toloſanę interceptum, cæſum, & barbarè obtruncatum fuiſſe. Quídnî ergò Sanctum illum Martyrem, Ducemque noſtrum Inclytum Adalbaldum, priſcis cum tot illis, adeòque, & cum recentioribus eruditiſsimis Scriptoribus audeamus & nos religioſiùs concelebrare, qui hęc ijdem ſingula nequaquam populari trutinâ, ſed æquâ lance penſitârint; Martyrem re verâ prædicârint; Aris, & Imaginibus pijs erectis, altaribúſque ſacris exſtructis illuſtrarint, quem nôſſent hanc magno charitatis affectu perſecutionem, pro virtute, & amore Chriſti, ab efferatis, & impijs eſſe fortiter, & innocenter perpeſſum; atque demùm pro ijſdem perſe-

 cutoribus,

cutoribus, non sinè maximo charitatis exemplo, & excellentis sanctitatis argumento, imò etiam miraculo permagno, Caput exectum ad Aras Christi, honorificè concomitantibus Sanctis Angelis, delatum obtulisse, & Iesum Christum Dominum exorâsse? Hinc, quòd Populus Christianus, magno ipsum pietatis affectu, & miro sit studio prosecutus. Hinc, quod apud pios, veróśque Christi fideles, & Hagiöcolas, pro ter-beatissimo fuerit statim ab obitu habitus noster Divus Adalbaldus, & perdignus semper dictus, qui cum glorioso Martyrum Rege *Iesu* Christo, cúmque alijs incolis Cœli regnans, excellentiore quâdam hac Laureolâ sanguine suo quæsita, & æternæ vitæ certa felicitate gloriosè perfrui mereretur. Quàm autem frequentibus apud Elnonenseis, & passim alibi miraculis inclaruerit editis, & dici superiùs cœptum est, & suo posteà loco disertiùs dicetur; vti, & quàm frequenter sacrum eius Mausoleum Plebs fidelis visitârit, opem, & ipsius patrocinium devotè apud Deum implorando, ei pia multa offerendo, & gratiarum benigniùs obtentarum ab eo sacras in dies Tabellas ibidem gratulabundè appendendo.

Hæc pridem, cùm Ecclesiæ Benedictinæ, Marcianensis, & Elnonensis, arctissimo Fraternæ Charitatis vinculo, iam indè à primis statim sanctissimis suis cunabulis coniunctiùs consociatæ, diligenter perpendissent; & scriptis, & Iconibus pijs, & Aris celebrârunt; ita vt, hodieque, Marcænis, argumenta certiora, cùm ex pio Sacello Divę Rictrudis, proximè splendidum eiusdem Mausoleum, & Venerabile Cœnotaphium, tum & ex Deiparæ Virginis antiquiore Ædiculâ, tum & ex ipsa Venerabilium etiam Confra-

Confratrum Cœnatione, videri, liberiúsque peti, & excipi possint. Expendit hæc eadem sedulò, haud certè impar pietate, sanctâque observatione, Venerabile, Nobile, Sacrumque Amatensium, Antiquissimum illud Duaci Collegiũ; Cùm, in Insigni suâ Collegiatâ Ecclesiâ, Divo Tutelari Duacensium Mauronto, amplum, & peregregium Sacellum, & sacram in eodem excitavit Aram, ex quâ sublimem liceat, mediumque in pedes stantem constitutum reverẽter spectare Liliferum Maurõthum, nobilissimo Ducis, Protospatharíjque Regij, seu Conestabilis, (vt quidem prisci loquebãtur) habitu perillustrem, dextrâ sceptrum gestantem, Ædemque læva turritam, & sacram pientiùs sustinentem, sic appositè; vt Parens eiusdem vterque Sanctissimus, statuarijs quoque, & perpijs imaginibus Filij vtrumque latus cingãt: & Sanctus noster Dux Adalbaldus, Lilijs inspersus, alterâ manuum spatham tenens, librum, alterâ, dextrum, vt par est; Mater verò pientissima Rictrudis, habitu suo sanctiore spectabilis Benedictino, manu gerens Ædem suam Marcianensem, latus Agami* sui Mauronti sinistrum, claudat. His etiam addendum, Quod, & in interiori eiusdem Amatensis Basilicę Sacrario, Reliquiarum sanctarum, quę in eo sint sacro repositæ loco, Catalog⁹ pervetusto Charactere visatur exaratus; qui Divo Duci Adalbaldo, in Martyrum Christi serie, certum suum locum, & ordinem congruum consignârit; quique, (quod antè plureis annos conspexerim venerabundus,) Brachium Sancti Adalbaldi, Patris Sancti Mauronti, asseruerit ibidem adservari. Visitur item eodem hoc loco sacro, præcipuorum Ecclesiæ huius Amatensis Divorum appensa vetustissima

* Id est, Cælibis.

 stissima

ſtiſsima parieti Antiphonaria Tabella manu-ſcripta, proximè præfatum Nomenclatorem Amatenſium Reliquiarum imprimis venerandarum, ex quâ, maiuſculo nonnihil Charactere legatur gallicè ſcriptum, quod latinitate verbotenus redditum donamus.

Pro Commemoratione Sancti Adalbaldi, Patris Sancti Mavronti.

ANTIPHONA.

Iste est, qvi propter Sacrvm Martyrivm, factvs est perfectvs Amicvs DEI.

Verſ. *Gloriâ & honore coronaſti eum Domine.*

Reſp. *Et conſtituiſti eum &c.*

OREMVS.

Adeſto quæſumus Domine! Populo tuo, vt Martyris tui Adalbaldi merita præclara ſuſcipiens, ad impetrandam miſericordiam tuam, ſemper eius patrociniis adiuvemur. Per Dominum noſtrum &c.

Vetus quoque Brachij Sancti Ducis, & Martyris Adalbaldi Inſcriptio, ipſius Martyrio aſſeritur ſuffragari. Ipſeque videor probè meminiſſe. Videatur illa, fortaſſis, à paucioribus annis, in recentiùs fabrefactam lipſanothecam eiuſdem abdita, & (vt fertur) cum ipſiſsimo Sancti Martyris brachio adſervata.

Vnus porrò inter recentiores Hagiologos, nobis ſit inſtar omnium Martyrij Beati Ducis Adalbaldi teſtis graviſsimus ille, *Ioannes Molanus, Civis, & Doctor Theologus Lovanienſis,*

vanienſis, qui, *ex Hucbaldo, & Catalogo Sanctorum Hannoniæ, in Natalibus Sanctorum Belgij, & eorumdem Chronica recapitulatione, ad diem ſecundam Februarij*, Hæc ipſa ſcripſerit in verba: IN TERRITORIO PETRAGORICO, PASSIO SANCTI ADALBALDI DVCIS DVACENSIS; &c. Et ſub finem, *Recentiores* (inquit) *paſſum notant quarto Nonas Februarij, è quibus, obitum eius notavi ad hunc diem*: id eſt, ſecundum Februarī. Id enim ponderis, vſu loquendi, apud Martyrologia obtinuêre voces iſtæ, *Paſsionis, & Paſsi*, vt, & SS. Martyrum dies Nataleis, & Martyriorum loca celebria ſoleant indicare. Fluxit itaque cùm apud Menologos Græcos, tum & apud noſtros Martyriologos, communis hęc Phraſis, & frequens vſus loquendi, vt, cùm Chriſti Martyrum dies nobis tradere volunt Nataleis, id, paſsim hunc faxint in modum. *XIX. Calendas Ianuarij, Spoleti, Paſsio, S. Pontiani, Martyris pretioſi; &c.* Et ſic de alijs multò-plurimis. Videantur, *Hiſtoria, & Martyrologium vetus Eccleſiæ Vltraiectenſis, Leodicenſis, Ciſonienſis, Marcianenſis, Aquicinenſis, & aliarum, quæ videre mihi licuit complura*: Quin verò etiam *Vſuardi, Adonis, Bedæ, ipſumque Romanum, conſulantur*, ex quibus huiuſcemodi Martyrum dies Nataleis indicandi frequenter vſus poſsit obſervari.

Sed & Martyriorum locus, olim, hâc quoque voce Paſsi, connotabatur. Vndè Lutetiæ Pariſiorum, In Civitate, haud procul ab Ædiculâ Carcerali, & Turri eius ſacrâ, dici ſolitâ, *Sancti Dionyſij de Carcere, vulgò. Saint Denis de la Chartre*, (Quem locum incoluit, frequentatumque reddidit Doctus Genebrardus, & eumdem ipſe aliquandiu excolui concionibus) hodieque viſitur antiquiſsima Ædicula, vulgato nomine, *Sancti Dionifij Paſsi; Gallicè, Saint*

Denis

Denis du Pas, quæque sit proxima Basilicę Augustissimę, & Archiepiscopali Divæ Virginis, *seu Nostra Domina Parisiensis.* Quo quidem loci, Sanctissimus Areopagita, *Dionysius ille, à patria Ionicus, Christiano autem agnomine, propter eximiam sanctitatem, Makarius dictus, quod interpretatur Beatus*; (Ita habet *Vetus Passionale ipsius MS.*) *cum B. Rustico Archipresbytero, & Eleutherio Archidiacono, (quos ipse famulus Domini, in suis Ordinibus consecraverat, prædicationis, & Divini obsequij* Commini∫tros,)*sub Præfecto Fescennino Sisinnio, in catasta extensus fuit, & acerbissimè flagellatus, diraque multa, & atrocissima supplicia perpessus constanter refertur.*

Auctor verò Classicus huius sanctæ Passionis, ante permultos annos manu exaratæ, locum, in quo, *SS. Dionysius Ionicus, agnominatus Makarius, & Megadidactalus, immenso catenarum pondere onustus, cum Rustico, Eleutherio, & innumera fidelium multitudine captivi detinebantur, Ergastulum Carceris tenebrosissimi, & Carcerē nominat Glaucini.* Is, magni nominis iam Sacellum est Divo Dionysio Areöpagitæ sacrum, in quod ex Æde Prioratus Benedictini prænominati, magno Christianissimi Populi Parisini concursu, aliquot gradibus descendi solet, ferijs præsertim singulis sextis, quibus pientiùs recolitur memoria Passionis Christi; qui, in eam cryptam, eòdémque loci descendens, (ita habet *vetustissimum Passionale Sancti-dionysianum MS. Ex Alcuino, Hincmaro, & alijs collectum.*) *S. hic Pontifex, dum Missarum solemnia celebraret; hora, qua frangebatur Panis Sanctus, quo ipse, & Populus, qui* Carcerem *irruperat, communicare debebant; apparuit ei Dominus noster Iesus Christus, etiam videntibus cunctis quibus datum est videre, cum multitudine Angelorum; & accipiens panem sanctum, dedit illi dicens.*

cens. Accipe hoc Care meus! quod mox complebo tibi vnà cum Patre meo &c. Dilectio autem, & benignitas quam habes, semper, pro quibuscunque petierit, impetrabit. Et post pauca. *S. Dionysius Iönicus ambiebat supplicia, vt tormento crescente, cresceret & corona. Quapropter iterum, velut ab initio, virgis in conspectu omnium, Sancti Martyres nudi cæsi, & suis vestibus reïnduti, è regione Idoli Mercurij, ad Locum constitutum educti; ad decollationem sunt genua flectere iussi.*

Itaque, *positis genibus, & protensis cervicibus, vno, eodemque momento, hebetatis secundùm Principis præceptum securibus decollati sunt. Talique ad Dominum meruerunt professione migrare, vt amputatis capitibus, adhuc putaretur lingua palpitans Iesum Christum Dominum confiteri: quoniam, vndè mentibus inerat amor, licèt præcisis capitibus, quod ore iam sumpserat, sermonibus æstuabat ardor.* Hactenus, *Passionale Sancti Dionysij Areopagitæ, & sociorum eius*, egerit de locis istis Martyrio Dionysiano illustribus, quæ ipse lustrârim, & ibidem frequentiùs rem faciens sacram, observârim quàm magno etiam pietatis affectu, & studio, Populus Parisinus Divum suum Apostolum, & Antistitem Dionysium hunc Iönicum, prosequatur; quàm frequenter sanctos eius in hâc cryptâ Carceres soleat visitare, eius opem, & apud Deum patrocinium implorare, munera ei pia offerre, Collarem eiusdem lapidem devotiùs exosculari, & gratiarum ab eo obtentarum appendere tabellas.

Quod si nobis liceret, atque liberet expatiari ad varios de Martyrio tractatus editos, pleniùs explicari posset, perperàm in dubium revocari decus, & nomen Martyris, & Ducis Duacensis Sancti Adalbaldi, cùm is ab annis fermè millenis hoc honoratus ordine occubuerit,

 & in

& in Belgio nostro conquieverit gloriosus. Vnde, *DN. Ioan. Molanus*, qui abundè nôsset Martyrum dies Nataleis, certæ Passionis esse; diem quoque, quo Dux Adalbaldus *pro Regni Gallici Christianissimi publicâ causâ*, gladijs impiorum nequissimè cæsus fortiter, & sanctè occubuerit, victoriæque triumphum Sanctis accinentibus Angelis gloriosè promeruerit; Sancto Passionis Titulo insignitum ad 2. FebruärI diem adnotavit. Amara hæc lucubratiuncula suscepta pro Christo Martyrum Rege, proque S. Adalbaldo (quem producti Codices MSS. Martyrem nominârint, & satis, superque id historicè sint contestati) nonnullis fortè poterit videri; sed sperandum mihi est de divinâ misericordiâ, quòd (vt ait *D. Augustinus.**) *Officium impertiendi, meritum, erit accipiendi.* Moneri namque cùm verbis, exemplis verò moveri dicamur: Cùmque Legamus *in Officio Ecclesiastico, Solennitates Martyrum, exhortationes esse Martyriorum*: dicatque *Apostolus Iacobus.** *Exemplum accipite, Fratres! Laboris, & patientiæ, Prophetas,* (quorum nomine, reliquos lubeat intelligere) *qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt*; Ecquis non intelligat, quantâ etiam cum vtilitate cuilibet brevis aliqua lectio proponatur de Sãctorum virtutibus, certamine, Martyrio, atque triumphalibus coronis? Hinc est, haud dubiè, quod, *prisci illi Marcianenses, Blandinienses, Elnonensëis, Amatenses Hagiologi*, quique illos accuratè legit, & secutus est deniquè *DN. Ioannes Molanus Theölogus eximius,*) tantâ curâ, pioque adeo studio nos edocuêre veram fuisse, inclaruisseque huius præclari Ducis, & Martyris sanctitatem, qui excellentiore quâdam æternæ vitæ gloriâ Martyr cum Christo,

* August. Epistolâ 132.

* Iac. 5.

Christo, & cœlestibus Concivibus vniversis regnet. Item, non vnâ tantùm in Civitate, atque Provinciâ, sed procul hinc etiam in Aquitaniâ, sacris haberi honoribus,& religioso cultu venerandum: esseque Altaria eius nomine, ac invocatione erecta; imagines pias, ad eiusdem dignam venerationem, in Ecclesijs, locisque compluribus, illustri positas loco; vivum Spiritus Sancti Templum eius castissimum Corpus exstitisse; Ducem porrò hunc eumdem, & Martyrem Adalbaldum, & vivæ vocis oraculo, & cadavere demùm trunco, Angelico ad nos ministerio reducto, christianam Belgicis mentibus nostris pietatem quo potuit omni modo ingessisse; ossa, seu Corporis ipsius sacras reliquias capsulis,& pretiosis loculis affabrè inclusas fuisse, quæ publicè honorandæ exhiberentur; piè recitata in Ecclesijs eius suffragia; Missæ Sacrificia in laudem, & eiusdem congruum honorem Deo oblata: *Addique, In Catalogo Sanctorum Hannoniæ, apud Petragoricum Caput ipsius haberi; licèt Corpus, ad Sanctum Amandum in terra sit; Festumque eius solenniter in Aquitania fieri.*

Quanto autem is idem Dux, & S.Martyr, honore, apud Venerabile illud Amatensium Collegium, abs olim fuerit habitus, hinc etiam elicere collubeat; quod, * *Anno Gratiæ MCC.XXXI. XVII. Kal. Maij, allatum est per Robertum Præpositum prædictum*, Scilicet De Gondelcort, *Caput cum Brachio Beati Adalbaldi, Patris Sancti Mauronti, & Brachium Sanctæ Gertrudis Proäviæ Sancti Mauronti, à Monasterio Sancti Amandi, ab Abbate, & Monachis eiusdem loci suscepta; Et in Ecclesia Sancti Amati Duäci sunt reposita honorificè Huc vsque, Liber Argenteus Amatensis.* Id quod equidem numquam

* *Ex Libro Argenteo Amatensi.*

crediderim impetratum, & peractum, finè grandi labore, atque instantiâ Venerabilis Præpositi Amatensis DN. Roberti de Gondelcort. Quo de Viro pio, *ex eodem Libro Argenteo Amatensi*, quæ subsequuntur collegi.
Hæ sunt Reliquiæ, quas Robertus de Gondelcort attulit de Constantinopoli. De pannis infantiæ Domini; De Sepulchro Domini; De arundine; De Brachio S. Iacobi Apostoli; De S. Bartholomeo Apostolo; De Brachio S. Blasij Martyris; De Brachio S. Gregorij Papæ; De S. Stephano Papâ, & Martyre; De S. Ioanne Chrysostomo; De SS. Cosmâ & Damiano, Panthaleone, & Clemente; De tribus Discipulis Domini, & Martyribus Foras & Orano; De S. Anastasiâ Virg. De Oleo S. Catharinæ; Vnam costam de Innocentibus; De S. Symeone. Hactenus ibi sic legi.
Cæterùm, Cùm, *ex Nodgero Episcopo, & Picturâ Gandavensi*, apud *DN. I. Molanum, Scriptorem fidissimum, & eruditissimum, In Natalibus SS. Belgij, ad diem* 19. *Martij*, celebretur S. Adrianus internuncius, S. Landoäldi, & inter Martyres Christi honoretur, eo nomine, quòd à Rege Chilperico, (qui Sedem haberet Traiecti,) missus, cottidie sumptus necessarios soleret deferre ad S. Landoäldum Tungrensem Episcopum, Divi Amandi Coætaneum, & ex Vrbe Romanâ, in Belgium Evangelicæ peregrinationis Comitem fidum: Sed quâdam tandem die, auri & argenti pondera deportare creditus, à Latronibus interceptus fuerit cæsus, & in mediæ vię Villari loco Martyrium indeptus sit; Proindèque, cum Archipresbytero Landoaldo, *in Wintershoven*, Christiano more sepultus quieverit apud Tungros; cum eo quoque elevatus, & Gandavum denique translatus ad Ecclesiam S. Bavonis, Natalem habuerit diem notatum decimo nono Martij, in die S.
Landoaldi;

Landoaldi; * Quorſum imparis ordinis Divum quiſquam Adalbaldum ſtatuat, qui à perfidis, & ſinè Deo hominibus inſons fuerit obtruncatus, dum, nihil minùs, quàm vnius Landoaldi privatum negotium, aut rem ſuam domeſticam, & familiarem, Vir ſanctiſſimus curaret; ſed mæſtis Coniuge, prolibuſque domi relictis, Chriſtiani *Regni* Francici *publicâ cauſſâ, & pro quodam grandi Regis negotio, aptus conſilio Vir*, rebusque arduis ſuſcipiundis, & feliciter peragendis natus Princeps pius, & Illuſtris, Vaſconiæ rebellantis fines, à Rege Dagoberto miſſus, tentaret adire, & cauſſam Regni Gallici publicam ex fide commiſſam nervosè curandam aggrederetur? Nullâ ſanè ratione admittendos putem, qui Sancti *Ducis*, & Martyris Adalbaldi nomen, & gloriam tentent vellicare; ſed vti, qui apud Gandavenſeis cum baculo rurali, & literis in manibus pingitur internũcius Sancti Landoaldi. S. Adrianus celebratur, & liberè inter Martyres Chriſti honoratur; ita ſalva maneat abs olim Sanctiſſimo Duci Adalbaldo, Martyris gloria parta, qui ſplendidum re verâ parallelum cum Divo illo Dionyſio Areöpagitâ, vel hoc ſaltim nomine conſtituerit, quod ab hoſtibus fidei Otthodoxæ abſciſſum caput vterque ſuum, maximo certè miraculo manibus detulerint receptum, & ſtupente naturâ, remque adeò notatu dignam omnibus paſsim admirantibus, Angelicis quoque choris concòmitantibus, & S. Martyris greſſum firmantibus, hymnumque concinentibus, *Gloria tibi Domine, adiuncto frequentiùs ALLELVIA*, à ſacro Martyrij, ad Conditorij divinitùs deſignati pertulerint Locum: Sanctus noſter Adalbaldus, ab agro Petracoriorum, Elnonem,

* *Ex Indiculo SS. Belgij. Auctore Io. Molano.*

ad Benedictinos Ascetas: Divus autem Dionysius Areopagita, * *à monte Mercurij, (ita dicto, quod Idolum ibi MercurI à Gallis coleretur, nunc verò Mons is idem Martyrum dicitur, vulgò Mont martre) per duo ferè millia passuum, ad Locum, in quo nunc Dei dispositione, & sua electione requiescit humatum.* Is locus, Dionysiopolis est, in quâ Regia est à Rege Dagoberto S. Ducis, & Martyris Adalbaldi Matradelpho Abbatia excitata, dotata, & S. Dionysio Ionico nuncupata; in cuius Basilicam post ea, *ex Æde Prioratus S. Dionysij de strata, vulgo, Saint Denis de l'Estré,* sacra pignora Corporum SS. Dionysij, Rustici, & Eleutherij augustiore fuerint cultu translata.

* *Ex Passionali S. Dionysij, & Sociorum eius, per Hincmarum, Alcuinü, & alios Anonymos.*

Exstitit profectò geminum hocce, ad declaranda vtriusque merita gloriosa, in obtruncatis SS. Martyribus, Dionysio, & Adalbaldo, miraculum summum. *Nempe novum prius, & inauditum miraculum; exanime corpus viventis currere more: & hominem iam mortuum, retro gressu incedere. Sed quanquàm sit mirum, non est tamen difficile, præciso capite, sanctissimi Viri Corpus, Angelico ministerio, in modum viventis ambulare; cùm idem Deus, sua omnipotentia, efflato spiritu, cadaver eius, facilè vt iret, potuit regere, qui idipsum corpus de pulvere terræ compingens, spiritu quo vegetaretur dignatus est inspirare, idemq́ue redactum in cinerem, dignabitur reparare, & qua vixerat anima, vividum perenniter reddere. Competens profectò erat divinæ dignationi mirificatum hunc vtrumque Sanctum suum in cœlis taliter demonstrare, in terris, quorum nec dignitas, nec magnificentia, hominis cogitatu potest attingi.* Plura, *ex vtriusque historia, & Passionali Sancti Dionysij Ionici; Exque vetusto Codice MS. qui sit Homiliarum totius anni per diversos Auctores editarum, iussu R. in Christo Patris, ac DN. D. Guillelmi Chrestien, S. Theol.*

S. Theol. Licent. Archimystæ Marcianensis compactus, de industriâ prætermitto; nè iustò prolixior hoc in Martyrum Christi parallelo, hâcque in dissertatione videar esse Adalbaldinâ.

Ad quid enim SanctoDuci, & Martyri Adalbaldo prolixior laus nostra? Ad quid glorificatio; Ad quid, hęc dissertatio nostra? *Quò ei terrenos honores nostros* cumulatiores congestos, *quem, iuxtà veracem Filij promissionem, honorificat Pater cœlestis? Quò ei præconia nostra? Plenus est. Prorsus ita est. Bonorum nostrorum* Divus noster Adalbaldus, vti & cæteri *Sancti* incolæ Cœli, *non egent, teste Sancto & mellifluo Bernardo.* * Planè, quod ipsius merita recensemus, quod nomen in ipso Martyris recolimus, quod memoriam veneramur, non ipsius certè, sed nostra prorsùs interest. Scribere namque, & de Sanctis sedulâ mente cogitare, illosque, quá decet prosequi veneratione, quodam modo Sanctos videre est; vt, & illorum seriâ recordatione, ceu cœlesti quodam obiecto, sancta desideria, recta consilia, iustáque prodeant opera, & cœlestis in nobis excitetur, ac inardescat affectus, quo fiat, meliorem vt ad frugem convertamur, & nostra exinde conversatio sanctior in cœlis sit.

S. Bernardus, Serm. 2. de omnibus Sanctis.

Sanctorum namque merita quisquis religiosâ recolit charitate, iustorumque glorias qui laude colloquitur frequenti, eorum idem mores sanctos, atque iustitiam imitatur: quoniam, quem delectat Sancti alicuius meritum, delectare debet par circa cultum Dei obsequium. Quare (vt bene monebat Divus ille *Chrysostomus* *) *aut imitari debet, si laudat: aut laudare non debet, si imitari detrectat, vt qui alium laudat, laudabilem se reddat; & qui Sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vitæ sanctitate reddatur. Nam, si*

** S. Ioan. Chrysostomus, de Martyribus, tomo 3.*

propterea

propterea iustos, fidelésque diligimus, quòd in ipsis iustitiam, fidemque suspicimus, possumus nos quoque esse quod sunt, si faciamus ipsi quod faciunt. Neque enim difficile nobis est, quod ab ipsis geritur, imitari: cùm sinè præcedenti exemplo ab antiquis talia gesta conspicimus; vt non ipsi aliorum æmuli redderentur, sed æmulandæ virtutis se ipsos nobis præberent exemplum; vt, dum nos ex ipsis, & ex nobis alij proficiunt; sic Christus in suis semper servis in Ecclesia Sancta laudetur.

Laudetur igitur à nobis meritò huius Ducis nostri Adalbaldi in charitate, ac fide Christi constantia, & ita virtutum eiusdem heroïcarum præstantia concelebretur, vt & illi debitus pridem honos dicetur, & nobis exempla præclara demonstrentur, quibus provocati, virtute denique pari, consimili devotione, ac fide, (Iesu Christo prę duce) fortiter dimicare, hostémque vincere possimus, atque partâ demùm victoria, cum eodem Sācto Parente nostro, & eius sacrâ, sanctáque familiâ totâ, in cœlis triumphemus. Porrò, eius vt meritis copulemur, constantiam ipsius teneamus, sectemur fidem, & gloriam paribus vitæ lineamentis exquiramus. Martyrio autem ipsius licèt pares esse non posśimus; muneris tamē tanti dignitate nos ipsi dignos actibus bonis præbere satagamus, suffragante, precibúsque suis adiuvante nos Sancto Adalbaldo, qui, & pro Regno Gallico Orthodoxo, non autem pro re sua privatâ, & domesticâ, (quod nonnulli fabulantur) fideliter, & fortiter laborando, fortior; & innocenter occumbendo, victor, cum Angelis accinentibus, in cœlos triumphabundus evasit. Hæc omnia, & singula, omni procul dubio, ad amussim excusserat antiquiśsimum, Regium, ac Venerabile Amatensium illud Collegium,

Collegium, cùm adeò prçclari Ducis sui Adalbaldi, Sanctique Martyris Christi sacrum elogium, & ritum eiusdem suffragia apud Deum ter-Maximum, & Opt. implorandi, suis Ecclesiasticis tabellis vetustissimis hæc ipsa in verba, in pios posteros transmisit, quæ hodieque possint in interiori Ecclesiæ Amatensis Sacrario liberè, pièque appensa legi, & recitari. ISTE EST, QVI PROPTER SACRVM MARTYRIVM, FACTVS EST PERFECTVS AMICVS DEI. Itaque, qui deinceps Martyriomachiam adversus præclarum Ducem Duacensem Adalbaldum instituere tentârit; is, & adversus constantem Martyrij famam, & pios, doctos, antiquioresque ipsius assertores, contrariæ sententiæ nullum habiturus Authorem priscum, (quônam spiritu motus, nescio) sinè vllo fructu pietatis, (vt mihi quidem videtur) idem decertârit; auremq; in Domino mortui, & Martyris Titulũ, ab omni iam retrò mortaliũ memoriâ pacificè possidentis, vellicârit. Sed de his hactenus satis dictum esto. Porrò verò, pretium est operę, hìc quoque prodere, quidnam, de loco sacro, quo Sanctus Dux, & Martyr Adalbaldus fuerit certè conditus, senserit etiam metrica series Venerabilium Archi-mystarum Regij Cœnobij Elnonensis, à probo iuxtà atque erudito edita Elnonensi Asceta; * Cuius hæc sint metra.

Te tua Marciadus priùs agnita Ionathe Virtus,
Traxit ad Elnonis fræna regenda Domus;
Tempore, Wasconicis, quo Dux Adalbaldus in oris,
Prædonum rigido cæsus ab ense cadit.
Quem lacrymis suffusa genas Elnone recondit
Rictrudis; Tumulo claudit & ossa brevi

 Ex

Ex quibus, illud omninò manifestum imprimis evadit, quod superiùs memoravimus; Divum, scilicet, nostrum Ducem Adalbaldum, Elnonensem perantiquam Ecclesiam, & sanctam Abbatiam, quo loci pientiùs conderetur divinitùs selegisse; Funus ipsius honorificentissimè quidem, sed maximo Coniugis Sanctæ Rictrudis, & prolium illustrium, atque domesticorũ omnium luctu ibidem curatum, permultis alijs, qui funeri iusto cultu, & illustri ritu efferendo interessent, divinum per preces cultum adhibentibus, & psalmodicè Deum orantibus pro Animâ in Cœlum Christiano ritu deducendâ. Ita namque narrat *sacra Vitæ, ac miraculorum S. Rictrudis historia.* Docent ad hæc superiores versus elegiaci, præfatę historiæ conformeis, Sanctum Archimysten nostrum Ionathum, Marcianensium Benedictinorum Præsulem, à Sanctissimo Antistite Amando monasticâ institutione apprimè excultum; quem sancta canicies omnibus Venerandum iam exhiberet: quippe, qui ab anno Christi 611. si non etiam à 610. in præsentem 646. Marcianensi Cœnobio præfuisset; disciplinamque Benedictinã cum suis Ascetis ad omneis Euangelicæ perfectionis numeros attemperatam, Deum propensiùs colens, fuisset sanctissimè consectatus, & Venerabiles Cõfratres suos monasticum vivendi ritum 35. iam annis adeò perfecte exercere perdocuisset, vt famâ sanctitatis, ipsius longè, latèque vulgatâ, domi, forisque spectatus existeret; Elnonensium studijs in eum conspirantibus, Elnonem accitum fuisse, quâ tempestate, in agro Petracorico Wasconum Sicariorum Westergothico, & rigido ferro cęsus Dux, & Martyr noster Sãctus occubuit *A*dalbaldus.

Ineunte

Ineunte igitur anno Servatoris Christi 646. sanctâ canicie venerabũdus, Marcænis, sospes adhuc degebat Divus ille Protomystes noster Ionathus, scientiæ salutioris, sanctorum scientiæ fons meracissimus, facundiâ quidem Benedictinâ præclarus, sed & vitæ regularis puritate, animique integritate rarâ longè præclarior; Corporis sui acerrimus castigator, Sanctique complurium monasticarum Ecclesiarum Archi-Præsulis Amandi Discipulus prædilectus: cùm is Elnonem est evocatus. Vbi & actum, vt,(quod eâ ætate haud erat infrequens, & parum vsu tritum)non modò huic nostro viciniori Benedictino Asceterio Marcianensi eximiæ virtutis, ac sanctitatis laude celeberrimo pergeret præesse; sed & Elnonensi, seu, (vt nunc loquendi vsus est) Sancti Amandi Cœnobio, pari subindè sanctitatis nomine illustri, perdignus Moderator idem præficeretur. Memorabilis huius rei, præter Chronica Marcianensia MSS. vetustiora, testatam etiam faciunt fidem versus superiores, ex Venerabilium Abbatum Elnonensium serie deprompti: quibus conformiter scripsit iussu *Simonis Abbatis, Gualbertus Asceta, & Chronologus Marcianensis.*

Rictrudis itaque illustri adeò Coniuge orbata, ætatis annum agebat 33. cùm Elnone sunt iusta Inclyto Duci Adalbaldo persoluta, quo par erat cultu celeberrimo, Redempti orbis anno 646. 2. FebruarI. Cùm enim Tolosæ nata esset anno Christi 613. & constet, Antistitam Marcænis eamdem natam annos septuaginta quatuor vitâ functam postea esse, anno Iesu Christi 687. Mensis Maij 12. die: quisquis penitius inire voluerit horum annorum rationem, clariùs is idem luce meridianâ perspiciet an-

num à Christo nato 646. natæ quoque Sanctæ Ducis & Viduæ Rictrudis trigesimum tertium exstitisse, quo castissima Vidua, Elnone, in amplissimam Villam suam Bayeriũ, nunc vulgò Boiry Saincte Rictrude, seu Boyerium Sanctæ Rictrudis nuncupatam, & sitam in agro Adartensi, seu Attrebatensi se receperit cum nobilissimis prolibus suis, quas ex S. Adalbaldo quatuor suscepisset, Mauronto scilicet, Coloscende, seu Closcende, Eusebiâ, & Adelscende; ibidemque Dagobertum Francorum Monarcham potentissimum exacerbatum, sibique mirè infensum sit experta, quòd Iuvenis, formosa, illustris, & sapiens, ad secundas quas suaderet, vehemẽterque optaret nuptias admitti cum quo seligere lubuisset Optimatium suorum, transire noluisset: Cùmque perdifficilem, & planè desperatã sibi à penitioribus secretis Sanctissimo Pontifici Amando legationem ad iratissimum sibi Regem Dagobertum crediderit; si fortè is idem tanti Præsulis vbique spectatam sanctitudinem reveritus aliquid iracundiæ remitteret, graviusque in se animi commoti furenteis impetus tandem cohiberet, Quod dum feliciter pertentaret Amandus Præsul Inclytus, (res namque propitio Cœlo, pro votis successit) Fœmina virtutis, Fœmina plena Deo, cœlitùs inspirata, de Marcænis sibi, & prolibus sanctiùs seligendis seriò cogitat, & statuit, vbi Cœnobium Sanctimoniale cõstruendum imperet proximè Benedictinorum Asceterium iam antè annos 35. conditum à Sancto Amando, in Alodio Coniugis sui Marcianensi, in Ostrebanno Regio; cui præfectus fuisset Divus noster Ionathus Archimystes, qui per ea tempora moribus sanctissimis, omnique virtutum splendore

splendore domi, forisque spectatissimus, maximâ apud omneis sanctitatis laude floreret.

Est penes me; *à quodam Arthesio* (vt videtur) *Monacho Anonymo* editum, *ab Orbe condito Chronicon MS.* Cuius exordium sit; *Ab optimo rerum Creatore &c.* Quo quidem, res hæc paucis; sed tamen apertis verbis repræsentetur: quæ sint eiusmodi. *Sancta Rictrudis, post obitum sui Mariti Adalbaldi, Inclyti Principis, Cœnobium Vetus Martianense ædificijs, & reditibus Regaliter exaltavit.*

Huc denique se contulit Rictrudis, Mater laudatissima, pauperum studiosissima, Mater magna iure appellata; quæ nihil verita sexum, aut ætatem, *iactans in Domino cogitatum suum,* Divo Ionatho, Viro Angelico, Viro foris, canitie reverenda candido, intùs, bonorum operum floribus perornato, castæ professionis velamen accipiens, se Christo desponsatam, humillimè submisit. Vide *Chronica generalia Ordinis S. Benedicti, Ab R. in Christo P. & Abbate Vallis Soletanæ DN. D. Antonio D'Yeps edita, in rebus gestis SS. Amandi, Ionathi, Adalbaldi, Rictrudis, & SS. prolium &c.* Cùmque morum honestas, famæ integritas, Vidualis honos, & Monasticæ observantiæ sanctissima instituta, Benedictinas cum Viris sacris, & verè Benedictinis, vnà vivere minimè paterentur: seiunctum, & haud procul à Veteriore nonnihil anteriorum Monachorum Marcianensium Asceterio, in Villâ suâ, seu Opido Marcianensi * in Ostrebanno Regio, trans Fluminis Scarpi ripam, ad Orientalem eius plagam (inquiunt Chronica Marcianensia) excitato sibi congruo Benedictinarum (vti semper depingi solet) Cœnobio, monasticen arctiùs, & sanctiùs profiteri, cumque suis Sanctimonialibus (vti visum,

* *Villa & Oppidum antiquitùs Synonima erant.*

 sum,

ſum, ſeu cœlitùs inſpiratum, & demonſtratum fuerat Sanctiſsimo Præſuli Elnonenſium pariter, & Marcianenſium) piè tunc temporis adgregatis, mirâ ſanctitate cohabitare delegit, ex Sanctiſſimi Archipręſulis, & Pontificis Venerandi ſancto conſilio, & aſſenſu; Marcianenſi exinde gemino Cœnobio perilluſtri Monachorum, & Monacharum, accedente Regum Dagoberti, & ſubindè Clodovæi ſecundi Diplomate, annonam liberaliter, & cenſus, annuoſque proventus ampliſſimos, vt pijſſima Materfamilias ſumminiſtratura, & largâ manu erogatura.

Quin verò etiam, eâdem operâ; mira res! cùm hęc Dux Sereniſſima, in Marcianenſem, præſentibus Sanctis Pontificibus, & eòdem ſolenni celebritate perilluſtrem noſtram Matremfamilias deducentibus Autberto, & Amando (vti paulò inferiùs Authenticis ſcriptis conſtanter omninò, & nonnihil prolixiùs oſtendetur) Aulâ Francicâ totâ ſtupente, remque admirante adeò memorabilem, ſe Parthenonem abdidit Rictrudis, (vti canebat quidam;

Et ſequitur leviter filia Matris iter:)

Tenerrimæ adhuc ætatis filiæ, Virgines nobiliſsimæ treis puellulæ, caſtiſsimum Matris caſtiſsimę Rictrudis, id eſt, *rectè trudentis* exemplum conſecutæ, COLOSCENDIS, ſeu CLOSCENDIS, *hoc eſt, cœlos ſcandus*; EVSEBIA, *id eſt, bona Cultrix, ſcilicet DEI*; ADELSCENDIS, *ſeu, Ad Deum ſcandus*; iuxtà illud Poëticum Ovid.

Conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis:

Paribus, cum Venerandâ, percharâque Parente, votis, Ieſu Chriſto, Regum Regi, Virginumque prædilecto Sponſo

Sponso purissimam virginitatem dicanteis, cœlibem vitam, & purè monasticam peregêre. Sancta quidem Eusebia, in Sancti Petri Nobilissimo, iuxtà atque antiquissimo Monasterio Hamaticensi, ad vlteriorem Scarpi ripam, vicino, cum Illustri, sanctâque Proäviâ Geretrude, Zeretrude, seu denique Gertrude, loci sacri Antistitâ, & Dotatrice: Sanctæ verò, Closcendis, & Adelscendis, cum Divâ Parente suâ Rictrude Marcianensium, non quidem primariâ Conditrice, (vti ostensum est satis) sed pijssimâ Dotatrice, (vti inferiùs paulò probabitur abundè) & laudatissimâ Patronâ, quæ illâ demùm ætate, tota Iesu Christo, cum prolibus sacris tribus addicta, excussâ seculari, & aulica pompa, omnique immundi Mundi vanitate; & Monachorum, & Monacharum geminum effectum Cœnobium Marciänense abundè dotans, & REGALITER EXALTANS, (vt habet *Chronicon vetus, ab orbis conditu*, iam nunc supra productum) residui sui, & Filiarum illustrium Principum patrimonij, atque prępinguis agri, & præclaræ Dotis prædia, atque Latifundia, manum suam aperiens inopi Monasterio priori Marcianensi, & palmas suas extendens ad pauperes, *iuxtà illud Parabol. Salomonis cap.* 31. (providentia Divina suo Monachorum Benedictinorum Marcianensium pauperculo, sed sancto sanè Cœtui antiquiori adlaborante, seu potiùs tempore oportuno subveniente, iustáque subsidia ferente) facta est quasi Navis institoris, de longè portans panem suum; tandémque, eadem Materfamilias, *larga in pauperes, miseransque pupillis, egenis, & advenis, (vti canit Ecclesia Marcianensis) dedit prædam domesticis suis, & cibaria Ancillis suis*: Ancillis, aiebam, Iesu Christi: cùm tripartitam

titam ſuam hæreditatem, & perilluſtrem Dotem, Divam Divæ Virginis & Matris ſemper intactæ Matrem Annam religiosè imitata, Chriſtianis Heroïbus, & Regibus Orthodoxis æmulandæ virtutis heroïcæ præclarum relinquens exemplum, contulit in vſum perpetuum ſuarum, ſuorumque, Sanctimonialium, & Alumnorum Benedictinorum Marcianenſium, & pauperum, peregrinorum, aliorúmque piorum plurium locorum munificentiùs erogatam.

Quin verò etiam addidit & geſtis rebus ſuis illud commemoratione dignum; Quod, cùm videret ſe vnanimi omnium conſenſu, & votis ſingulorum ad ſacri Cœtus ſui Benedictini clavum, & iuſtum regimen manu religioſa tenendum expetitam, & vehementer optatam: (quòd ipſa ſubeſſe, quàm præeſſe longè mallet) onus ſacrum quod ſibi vel nolenti iam incumbere ſentiret, fortis iuxtà atque ſapiens Mulier, in plureis diviſit diſtributum Moſis exemplo, * qui Decanos, & Centuriones aſſumpſit. Siquidem, quæ foris eſſent, Fratribus in timore Dei perfectis, præcipuè tamen Beatis Patribus, Ionatho Archimyſti, & Chrodobaldo Præpoſito Marcianenſi, prudenter obeunda, rectèque agenda commiſit: intùs autem, iuxtà ſanam mentem diſcretæ Regulæ Benedictinæ, Matres, & Senipetas ſibi adiunxit ſpiritualeis. Rebus itaque congruo denique ordine compoſitis, Marcænis, vſque ad annum ætatis ſeptuageſimum quartum (ita ſcripſit *D. I. Molanus, ad* 12. *Maij, de S. Rictrude Abbatiſſâ Marcenenſi,*) *omnium bonorum operum ſe exemplum præbuit, & vt filia lucis, ſemper ambulavit in luce,* * *Cuius fructus eſt in omni bonitate, & iuſtitiâ, & veritate* : Et, *De quâ non eſt ortus,*

* Exodi cap. 18.

* Ephes. cap. 5.

ortus, qui non fit Deo dicatus, accinit Officium eius, in Ecclesiâ Marcianensi, curâ, & industria Stephani Episcopi Leodiensis editum, sub Annum Iesu Christi 907.

Ex hisce igitur ad lucernam domesticorum Chronologorum omnium Marcianensium, Blandiniensium, Elnonensium, Amatensium, Aquicinensium veterrimam, nonnullorumque prætereà exterorum etiam classicorum Auctorũ lucubratis, quænam, & qualis à mille & viginti annis iam exactis rerum Marcianensium in Alodio præclari Ducis Duäcensis Adalbaldi, in Ostrebanno Regio, exstiterit facies satis eluxit; vt nimirùm primi omnium Marcianensis Asceterij Inquilini fuerint Monachi, habitum Sancti Benedicti gestanteis, quod præseferunt, & passim constanter referunt historiæ rerum Marcænis, & Elnone tunc temporis gestarum, sive sculptas, sive illas spectare quis velit antiquitùs depictas; seu etiam, *Chronicorum generalium Ordinis S. Benedicti, à R. P. DN. D. Antonio D'Yeps editorum*, graviorem authoritatem placeat sequi. Perpetuâ etiam semper traditione indè à principio rerum ad posteros sententia manavit, Cœtum Virorum Marcænis sub Præsulatu S. Ionathi, à Beatissimo Antistite Amando fuisse constitutum, qui eam vivendi rationem profiterentur, quàm, Sanctissimus Patriarcha noster Benedictus, Pontificibus sacris, Regibus, & Principibus, & Orbi nostro Occiduo acceptissimam ingessisset: Ex verbis verò eorumdem Chronologorum certissimum est, præfatis post annis eòdem adventâsse Monachas posteriores: Idque porrò oportet necessariò exstitisse, qùum Diva Vidua Rictrudis, religiosam in eo vitam, hortatu Sancti Amandi, reliquam

transmittere optavit. Cùm autem Dux Adalbaldus, cum Fratre suo Erchembaldo, in Castro Nobili suo Duaco restituendo, anno adhuc Domini 645. sospes invigilans collaborârit: satis ex eo concluditur, Coniugem eiusdem S. Rictrudem, Marcænis, vbi priores Ascetæ Marcianenses Inquilini agitabant, non potuisse moliri quidquam, antequàm annus Christi 646. quo Dux, & Maritus ipsius Adalbaldus fuit obtruncatus, saltim evolveretur. Certissimè proindè probatur, post annum Christi 646. contigisse, vt Marcænas peteret Rictrudis, &, *(quod tradit superiùs Chronicon MS. ab Orbe cōdito) post obitum sui Mariti Adalbaldi, Inclyti Principis, Cœnobium Vetus Martianense, ædificijs, & reditibus Regaliter exaltaret*; vtque, adscitis sacris mulieribus, ac Virginibus, sibique concessâ primariâ Sede, velut Loci Dominæ, atque Dotatrici, Monachi semoti consistere occiperent in alterâ congruentiore Cœnobij parte; divisoque hunc in modum denique Monasterio, vterque sexus sacer Christo Domino, Marcænis sanctè famularetur. Hanc veritatem constantissimam priorum Monachorum, & posteriorum Monacharum Marcianensium, clarissimè is Religiosus Marcianensis litteris mandavit, quem, ex rationibus superiùs allatis, *Andreām* nostrum fuisse *Sylvium* coniecto, cuius opus est, *Chronicon* à nobis anteà citatum, *pagellæ* 341. *versu* 14. *&* 27. *atque subsequentibus continuo contextu*, 19. vndè lubeat ipsissima Chronographi verba pleniùs, & penitiùs observare, quæ deinceps, eâ de re certiore, subdubitandi locum omnem tollant. Eamdem & tenuisse sententiam, credi debet, *DN. Io. Molanum*; qui, posteaquam ad lucernam Chronologorum præfatorum lucubrâsset, 2. *ad*

diem

diem 12. *Maij*, *In Natal. SS. Belgij*. De S. Rictrude sic scripsit. *Quiescit Marcianus, siue Marcenis, (vt nunc ferè loquimur) in Monasterio Sanctæ Rictrudis, ad Scarpam*, VBI, PRIMITVS *Abbas præfuit Sanctus Ionatus, Beati Amandi Discipulus: sed*, POSTMODVM, *visum fuit, vt* IBI, *sub Sancta Rictrude gloriosa Loci Fundatrice, secundi sexûs fideles aggregarentur.* His namque Vocibus adverbialibus, PRIMITVS, & POSTMODVM, Priores tempore Monachi, Marcianensesque Inquilini; posteriores verò Sanctimoniales, cum Antistitá Sancta Rictrude, Conditi priùs Monasterij Virorum Benedictinorum, adeòque & sui posterioris deindè iam Conditrice, & Dotatrice, clarissimè demonstrantur; Cùm nempè, *Sanctus Ionathus, concessa sibi potestate à S. Amando, virginalem mentis, & corporis diligens pudicitiam, Sanctimoniales ibi* etiam *esse instituit. Verba sunt Auctoris, qui Opusculum pro Commemoratione Sancti Ionathi conscripsit.*

Quæ quidem verba planiùs explicat *Chronicon Marcianense*; *In eodem* (inquiens) *Cœnobio*, hoc est, Marcianensi, *Primùm Monachis ad seruiendum Deo à B. Amando delegatis Pastor vigilantissimus, & Procurator interiùs, exteriùsque, Vir fidelis, & simplex Ionatus datus est*: Et post paucula verba. *Sed non post multum temporis*, (subtexuit ille idem Chronologus) *altiori inuestigatione consultum est, vt quoniam gloriosa Mater Rictrudis Loci Fundatrix, & vniuersorum, quæ ibi contradita fuerant, Domina, in illo Sancto Contubernio, inter Seruos* DEI *famulari videbatur, congruentiùs foret secundi Sexus fideles ibidem ad seruiendum*, DEO supple, *immittere, &c.* quæ legi possint prolata *pagellæ superioris* 341. *versu* 27. *& sequentibus.* Sed de his hæc abundè dicta & producta luculenter sunto. Superest, vt quonam tandem anno *Cœnobium Ve-*

* Ex Chronico MS. Supra citato.

tus Martianense ædificijs, & reditibus Regaliter exaltari, * hoc est amplificari, & Regali Diplomate Dotatum amplissimè desierit firmari. Tum etiam, à quibusnam, recens hæc, & posterior Ecclesia Marcianensis Sanctimonialium, priori Benedictinorum nostrorum adiecta, fuerit Pontificibus consecrata, Deoque sanctè dicata.

Quin hæc secundæ Marcianensis Ecclesiæ Sanctimonialium sacra moles cœperit assurgere post obitum Sancti Adalbaldi; hoc est, ab anno, vel statim post annum Christi 646. quo is cæsus occubuit, dubitare debet nemo. *Chronicon* enim iam nunc *ab Orbis conditu* productum, id nos edocet; cum, *Sancta* (inquit) *Rictrudis, post obitum sui Mariti Adalbaldi, Inclyti Principis, Cœnobium Vetus Martianense ædificijs, & reditibus Regaliter exaltavit.* Anno autem demùm Iesu Christi 653. fuisse, iuxtà Divæ Dotatricis nostræ Rictrudis vota, rem planè peractam, Sacrumque Templum hoc posteriùs Benedictinarum Marcænis Deo Opt. Max. dicatum à Sanctis Pontificibus Amando, & Autberto asserit aliud Chronicon Marcianense MS. cùm, Sexto Calendas Novembris, recèns excitatam impensis, atque pijs sumptibus Sanctæ Viduæ Rictrudis asserit Ecclesiam, quæ anteriori Monachorum fuerit Marcianensium adiecta. Idque priùs peractum tradit, quàm ab ijsdem Sanctis Pontificibus celebri modo illustris adeò Dux, & Vidua, locique Domina, & munifica Fundatrix, in Asceterium Marcianense cum Virginibus Filiabus perhonorificè deduceretur. Hunc verò ingressum S. Rictrudis in Parthenonem Marcianensem confert in

annum

annum Christi 653. & Chronicon Marcianense; & Auctor Miraculorum D,Rictrudis. Non recedit ab hac sententia R. P. Ægidius Bucherius Societatis Iesu Theölogus, qui scripserit Divam Rictrudē cum filiabus præclaris vitæ religiosæ actionibus floruisse Marciänis anno 659. nec diu ante religionis habitum eamdem suscepisse opinandum liberè nobis idem reliquerit. Cognitum id certiùs habemus ex Opusculo Chronologico R. cuiusdā Ascetę Marcianensis, iussu R. P. DN. Petri Abbatis huius nominis primi manuscripto, sub annum 1302. Cuius initium sit: Incipit Epistola cōtra eos qui dicunt Chronicas inanes, seu inutiles. Est autē hoc opusculum compactum simul cum Sigeberti Gemblacensis Chronicis MSS. & Historiâ Orientali Iacobi de Vitriaco, qui obijt Anno Domini 1243. Porrò, Antepenultimo folio horum Auctorum vetustissimo Charactere hæc inscripta leguntur. Eo tempore, Anno videlicet DC. LIII. Secunda Ecclesia Marcianensis dedicatur à Sancto Amando: Et S. Geretrudis viam vniversæ carnis ingreditur Anno DC. LV. &c. Recoliturque quotannis memoria Dedicationis huius memorabilis in Dipthycis, tabellisque vetustioribus Marcianensis Ecclesiæ, quæ Titulareis exindè Patronos assumere SS. Apostolos Christi Petrum & Paulum occœpit; cùm Vetus, & prima Benedictinorum Ecclesia Marcianensis antè hanc posteriorem Dedicationē secundæ Ecclesię Marcianensis, sub solius Archiäpostoli Iesu Christi Divi Petri sancto patrocinio, vti & cōætanea Blandiniensis, ab vno, eodemque Sancto Pontifice Amando Flandrorum Apostolo constructa fuisset, atque consecrata. At verò post nostræ

Sanctæ Matrisfamilias obitum sanctum, Divis Apostolis Petro & Paulo, pientissima Rictrudis, ceu munifica, & sancta loci Fundatrix, Patrona iure merito accessit adnumerata. Vndè, & in Tabellis sacris Marcianensibus, præsertimque, in Maiore Sigillo Abbatiali, & Conventuali Regalis Ecclesiæ Marciänensis, media semper inter SS. Apostolos Petrum & Paulum statuitur insculpta Sancta Mater, & Patrona nostra Rictrudis; Cuius & Μονόκερως, seu Vnicornis, nulli (vt fertur) veneno, ob cornu, obnoxius, Rictrudina gestans Carbunculi in parmâ aureâ, in modum crucis Burgundicæ, & Francicæ tenuïoris atro colore extremâ eius parte liliferi nobilia insignia è collo pendula, ipsum coronâ Regiâ cinctum collum, & superinsignitum soleat præferre. Quod quidem, cùm sit ab omni mortalium retro memoriâ nobiliter acceptum; vsu iusto receptum, Sanctæ Rictrudis Ecclesia, & Familia Benedictina modestè in hunc diem retinet; quia:

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

Denique, vt ad annum à nato Iesu Christo 653. quo fuerit secunda Marcianensis Ecclesia, in regulari Sanctæ Rictrudis ingressu, à Divis Amando & Autberto consecrata, Marcianenseque Cœnobium amplissimo proventū dotatū, & à Rege Clodovæo Regali diplomate confirmatum, privilegiisque suis illustratum; stylum nostrum referamus: id duntaxat addiderim; quod & ipsa saxa, primariam Marcianensis Ecclesiæ Monasticæ Rictrudem Conditricem nequaquam constituant; Fundatricem verò ipsam, seu Liberalem, & piam Dotatricem liberrimè, & constantissimè profiteantur, propalamque id ipsi

id ipsi nominis, & perhonorifici Tituli cõsignent; vndè perdiscamus, necessariò apud Marcianenseis Benedictinos & Benedictinas distinguendum esse inter voces *Condere*, ac *Dotare*; vt singulorum incunabula suis temporibus, & annis certioribus verè assignentur, & annus quidem 611. saltim penes Sanctum Amandum maneat Protoconditorem; quinquagesimus verò tertius supra sexcentesimum Divæ sit Rictrudis Marcianensis Ecclesiæ Dotatricis, seu(vti habent saxa Marcianensia)Fundatricis. Eò sanè nos manu ducit lapis ille Anaglyphicus, frontispicio portæ Gymnasij Marcianensis Cœnobij in Almâ Vniversitate Duacænâ provido Conditoris, & prudenti iussu superpositus, cuius hæc sit inscriptio circunspecta.

Ad DEI Omnipotentis laudem,& gloriam, & Sancti Benedicti, Sanctæque Rictrudis, Monasterij Marchianensis, Anno Domini DC. LIII. Fundatricis; Hæc Domus, cura Reverendi in Christo Patris, ac Domini, Domini Arnoldi de le Gambe, dict Gantbois, dicti Monasterij Religiosi, Abbatis extructa fuit Anno 1567. Duo namque indè incunabulorum Ecclesiæ, Monasteríjque Marcianensis Capita memorabilia pendent, tempore, annisque distincta, & re ipsâ longè diversa: vt nimirùm, *Primùm* Anno Domini 611. vel 610. Monasterium Marcianense *Conditum*; *Fundatum* verò *posteà*, seu annuo censu intelligatur à Divâ Rictrude Fundi Nobilissimi *in Ostrebanno Regio, vulgò Ostrevent Royäl*, Domina præclarâ, Anno Christi 653. quo, & Ecclesiam posteriorem cõsecrârunt Sancti Pontifices Amandus & Autbertus, vt est dictum; Et Testamentum à S. Rictrude conditum, Rex Clodoveus Dagoberti primi Filius Diplomate suo demum firmavit.

mavit. Id enim omninò certissimum est ex verbis omnium Scriptorum, & Munimentorum Marcianensium: & hanc eamdem est eorum secutus sententiam certiorem, quam & clarissimè litteris mandavit, *DN. Ioannes Molanus sacræ Chronologiæ scientißimus*, per Voces superiores, *Primitùs*, & *Postmodum*, evidentissimè declaratam, & mutuatam, (vt ipse ingenuè fatetur) *ex Hucbaldo, Libris Miraculorum, Chronicis loci, & assertione Reverẽdorum Patrum, Arnoldi Ganthois, Prælati, & Caroli Blandecq, Prioris Marcianensis, deindèque Virginiacensis, ad Axonam, in agro, & Comitatu Sueßionensi, vulgò Vergny sur Aisne.* Quę quidem omnia, cùm non sint aliundè ab exteris huius historiæ sacræ Marcianensis imperitis petita, aut arte quæsita; sed re verâ testimonia domestica sint à Viris religiosis, probis, & eruditis Scriptoribus historicis accepta; nihil prorsùs esse video, cur ijs quisquam honestè possit refragari.

Vt autem res hæc, hoc denique loco perstringatur, videantur Prolegomeνῶν nostrorum superiores pagellæ à trecentesimæ & trigesimæ quintæ versu, seu lineâ 15. in trecentesimæ & quadragesimæ quartæ versiculum, seu lineolam sextam inclusivè; Ijs namque anni Conditi primùm, & subindè Dotati Monasterij Marcianensis distinctiùs, fusiùs, & clariùs demonstrantur.

Ingrato silentio Dagobertum Magnum Regem Adalbaldi nostri Ducis Matradelphum hoc loco minimè præterirem, qui Regiâ suâ munificentiâ rem Marcianensem haud mediocriter adauxerit, Ecclesiæ bona confirmârit, privilegijs munierit, Cœnobio litteris cautum curârit, vt etiam ob eas, aliasque caussas, nomen ipsius in Dipthyca Marcianensis Ecclesiæ, seu Obituum sit librum

brum iure merito relatum; In quo, & Anniversarium diē habeat obitus *R.D.Ioānis 2. Abbatis* & Conventus decreto honorificè adnotatum. Sed actum est de ipso superius, pag. 379. versibus 3.4.5. & sequentibus viginti septem: pluribusque agere statuit suo tempore, & loco Hagiologia nostra Marcianensis.

Quam autem, hinc indè, ab annis circiter ter-denis, ex diversis Abbatiarum Gallicanarum, Belgicarumque Dipthycis, Martyrologijs, & MSS. Codicibus, nostrisque domesticis Chronologis, & Archivis Marcianensibus sincerâ fide decerptam Divæ Rictrudis, præsertim, Divique Coniugis, & ipsorum sanctarum prolium sacram, & Benedictinam historiam permultis vigilijs, & laboribus, iussu denique R. Pręsulis nostri DN.D. Ioannis du Ioncquoy, Philomusorum proborū laudatissimi Mecænatis, elucubratam contraxi; suo quoque stylo, (qui pro ęvo quo floruit, satis sit & latinus, & eruditus,) continuo est complexus *Auctor Anonymus, & ineditus Scriptor Vitæ, ac Miraculorum Sanctæ Rictrudis*. Inclaruit ille *Asceta Marcianensis*, & *treis MSS.* lucubravit, atque luculētos edidit *libros, Anno Redempti Orbis* 1168. Nos etiam illi edocent Fundatricem nostram, Sanctámque Matremfamilias Rictrudem, non modò Filias treis Regi Christo Virgines sponsandas, & vitam Monasticam secum amplexuras in Parthenonem Marcianensem rectè, sanctèque abstrusisse: sed & suo Mauronto Agapo, seu vnigenito, Duci nobilissimo æquè ac prudentissimo eamdem persuasisse, vt amplissimis Gallici Palatij honoribus, adeòque ipsissimi Regis Clodovæi 2. Cognati, singulari amicitiâ, posthabitis, adhuc vigente iuventutis flore, atque

 consen-

cõſentiente præclarâ Hermingarde,(cui is affiſus eſſet,) *Eccleſiaſtico ſe Ordini primùm adiungeret; exindèque, Cancellarij Francici munere, ſub Theodorico Rege, Abbatię Regalis,& prædivitis Vedaſtinæ apud Atrebates Fundatore, ſpontanæè abdicato, Monachus,ac demùm Conditor, Fundator, & poſt obitum Sancti Amati, Archipręſulis Senonenſis, Abba Broylẽſis ad Liſam, ſeu Maurivillenſis, necnon, & Marcianenſis efficeretur. Quo quidem in munere ſacro, egregiâ claruit ſanctitate, vt pluribus, in eius Sanctiſſimę Vitę actis dicetur. Intereà temporis, accedat noſter *Hagiölogus Anonymus, Domnus fortaſsis Andreäs Sylvius*; Cuius ſtyli ſunt, quæ ſuprà iam dictis de Divis Rictrude, ac prolibus ipſius,ſparſim collectis, hoc loco annexuimus; quòd, ea, & lucem maiorem, & fidem conferant conſtantiorem.

** Ex Tragicomædia Marontiana, edita per M. Simonẽ Canlerium, Flinienſẽ.*

Tunc * (inquit ille)Rictrudis Vidua, *Regiam indignationem*, (Dagoberti nimirùm infenſi, quòd ſecundas abnueret nuptias) *parvipendens: ſe, & ſuos Divino conſilio, & voluntati committit; & poſſeſsiones ſibi relictas prudenter ordinat, & diſtribuit. Nititur curas ſeculi penitus à ſe excludere, pro nihilo ducens quicquid ad cœleſtem vitam euntes retardat: nec iam quippiam proprium habere deſiderat. Eligit cum voluntariâ paupertate, in ieiunijs,& orationibus Dei ſervitium; &,ex conſulto Præſulis Amandi, Martianas, locum talibus exercitijs valdè idoneum.*

** Anno Domini 645.*

Qui, tunc temporis,adeò infructuoſus erat,& horribilis, vt Eremi ſolitudinem non deſideraret, aquis, & nemoribus, cœnosâ quoque palude circundatus. A filijs huius ſeculi locus ille minimè frequentabatur, quibus ſolitudo, carcer: & Vrbs, paradiſus eſt. Religioſi tamen Viri, qui adiutrice gratia, carnem ſpiritui ſubdiderant, vt ſecretiùs orationi vacarent, illuc quandoque venire conſueverant.

Maximè

Maximè autem Venerandi Pontifices, Beatus scilicet Amandus Traiectensium Episcopus; alter vero Sanctus Autbertus, non impar meritis, qui Cameracensem regebat Ecclesiam, locum illum venerabantur, & frequentabant. Verùm, ab altero istorum, fabrica Marceniensis Monasterij consummata seorsim, sicut devotè condixerant: VI. Cal. Nouembris, ab his duobus Viris Venerabilibus, in honorem Beatorum Apostolorum Petri & Pauli solenniter dedicata est.*

* Anno Domini DC. LIII.

Prius autem quàm hæc fortis Mulier illuc ingrederetur, ad se supradictos Pontifices evocavit, & coram eis prædia multa cum suis reditibus, & vniversis quæ possidebat in seculo, iure perpetuo eidem Ecclesiæ possidenda, liberaliter, & cum summa devotione largita est. Partem tamē aliquam Filio suo Mauronto reservavit: Et de his quæ Monásterio, scilicet Marceniensi, contulerat, accito Notario, legitimum, & Posteris non mediocriter profuturum, tanquam Matrona Sapiens, conscribi fecit Testamentum. Timebat enim, quod impræsentiarum cernitur, nè per Secularium insatiabilem cupiditatem, Monasterium illud, multa quæ sui Iuris erant, amitteret; si posteritas antiquitatis Iura nesciret. Frequenter namque terrena potestas, & curiositas otiosa, de prædijs, & reditibus Ecclesiarū, earumq; Appenditijs inquirere solet: Quo iure, aut qua largitoris auctoritate, hæc, vel illa suis possessionibus adiungere non erubescant. Quod si ad exterminandas contentiones sæpiùs obortas, nec scripto, ex antiqua traditione, nec antiquorum Patrum testimonio, sibi viderint posse respondere: vt obtineant quod perniciosè ambiunt, Iudiciariam interpellant potestatem. Et quoniam Iudex corruptus, libèter calumniatori patrocinatur, quidā pro talibus ingemiscens ait.

Non deest prolato qui falsum iudicet auro.

Iudicis igitur favorē non modico ære mercati, donec supplantaverint, non quiescunt: nisi aliena, sua fecerint, parū est eis quicquid sui

iuris esse noverunt, licèt fundos habeant largißimos, & in pluribus provincijs diffusos, atque dilatatos: cupiditatis tamen vitio illecti, in causam ducunt eos, quibus, ad resistendum vires deesse cognoverunt.

Huiusmodi inquisitoribus de alienâ possessione, seu simplicibus, seu fraudulentis, post mortem suam Beata Rictrudis respondendum esse Sapienter prævidit. VNDE CORAM PONTIFICIBVS SVPRADICTIS, VIRISQVE NOBILIBVS, ET FIDELI POPVLO TERRÆ, SVA SVBSIDIA TEMPORALIA MARCÆNIENSI MONASTERIO, AD SVSTENTANDOS FRATRES DEO IBI PRIDEM SERVIENTES CONTVLIT. QVOD AD NOTITIAM POSTERORVM LITTERIS COMMENDANS, ATQVE CONFIRMANS, IVXTA ASSENSVM CHLODOVÆI REGIS FRANCORVM, FILII DAGOBERTI PRIMI, ET BALTHILDIS REGINÆ, ASSENTIENTIBVS QVOQVE, CLERO, ET PALATINIS PROCERIBVS, BONVM OPVS QVOD COEPERAT, TOTVM LAVDABILITER CONSVMMAVIT. *Tunc denique, ea humiliter postulante, illi duo Reverendi Pontifices, sub horrendo Anathemate interdixerunt, vt de Beneficijs inpræsentiarum Marcæniensi Ecclesiæ collatis, vel futuro tempore conferendis, nemo quippiam auferre, seu quolibet modo imminuere præsumeret. Omnibus igitur quæ sui Iuris extiterant, tam prudenter ordinatis, Martianas veniens, intrandi aditum sic divinitùs sibi concessum dubitare non debuit. Ex quo igitur Beata Rictrudis, relicto sæculo, hoc Monasterium ingressa est; ita Spiritu consilij per Domini gratiam claruit; vt indigentes consilio, mirificè confortaret. Vt hoc igitur demonstretur, istud exemplum subiungimus.*

Beata BERTA, *Filia Rigoberti Comitis, quæ fuerat Coniunx Sigefridi Comitis, Fratris Adalbaldi Ducis, Mariti (vt supra diximus) Sanctæ Rictrudis, post excessum Viri sui, divinitus admonita, ad Omnipotentis* DEI *servitium se contulit. Pretiosissimos*

ſsimos igitur apparatus depoſuit; ac ſacro ſe Sanctimonialis habitus velamine velare non diſtulit. Hæc igitur ſagaci animo cogitare cœpit, qualiter in ſuâ poſſeſsione potuiſſet conſtituere Eccleſiam in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti, eiusque Sanctæ Genitricis. Tunc vnam Eccleſiam conſtruere cœpit: & ibidem aliquam Sanctimonialium congregationem ad DEI laudem aggregavit, quæ, antequàm perficeretur, funditus corruit. Quæ nimium contriſtata, in alio loco, aliam ſub omni feſtinatione reparare non diſtulit, & ad perfectionem vſque perduxit, excepto officio conſecrationis. De cuius quoque ruinâ metuens, ad quandam propriam ſuam villam nomine Chirei, . . . ad Beatam Rictrudem ſuam familiarem Amicam, de hâc re conſilium acceptura venit. Cum autem de præfatâ Eccleſiâ, aliquam inter ſe haberent conſultationem: contigit maximâ ruinâ prædictam corruiſſe Eccleſiam, & ſonitum illius ruinæ ad aures cordis Beatæ Berthæ perveniſſe. Illa verò hoc audito ſonitu nimium expavit, & toto corpore tremere cœpit. Quam Beatiſsima Rictrudis illicò ſolicita inquiſivit dicens. Quid habes, Domina! quia tam ſubito pavore concuſſa es? Illa reſpondens dixit. Ingens ſonitus, ad cordis mei aures ita pervenit, ac ſi propriis ſtarem, vbi mea modò Eccleſia corruit. Dum cœptæ inter ſe finem impoſuiſſent collocutioni; & vtraque ad ſua debuiſſet remeâre loca: nuncius ad eas celerrimo pervenit curſu, eis certiſsimè denuncians præfati Monaſterij ruinam. Deindè Beata Rictrudis ſapienti vſa conſilio, more ſolito cœpit pijſsimam Bertam conſolari dicens. Spero Soror! alium locum elegiſſe Dominum ad ædificandum ſibi aptum Oratorium. Ideóque debemus illius vigilanter obſecrare miſericordiam orationibus, ac ieiunijs, vt ipſe illum ſua gratuita clementia dignetur demonſtrare locum, vbi ad ſuum famulatum opportunum voluerit conſtrui Monaſterium. Tunc pijſsima Berta Beatam rogabat Rictrudem, vt ipſa in ſuo Monaſterio Martianas, agili precatu,

 obnixuſque

obnixúque ieiunijs, Domini pietatem de sua constructione Ecclesiæ flagitaret. Orante autẽ Beatâ Rictrude, & ieiunante, tertiâ nocte quæ lucebat in diem transacti ieiunij, revelatum est Beatæ Bertæ, Angelicoque nutu designata sunt Fundamenta Basilicæ, in modum crucis formatæ, in amanissimo loco Blanziaci Opidi, secùs Fluvių Thenam nuncupatum, piscium copiâ redundantem, Monasterij diversis habitationibus aptissimum. Constructo igitur Oratorio, & suo tempore à Sanctis Pontificibus dedicato, B. Berta in eodem loco ab eisdem Pontificibus religionis vestibus induta est. Quatuor quoque Filias suas Virgines, quas ex Sancto Sigefrido genuerat, secum Deo obtulit, quarum ista sunt nomina. Geretrudis, Deotila, Gesa, & Gesta. Quinta autem Filiarum eius, Emma nomine, quæ posteà * *Regi Anglorum nupsit, in Monasterio nutriebatur sub seculari habitu. Ipsa verò Beata Berta in præfato permanens Monasterio, cursu vitæ transacto, feliciter migravit ad Dominum. 4. Iulij.*

* VVaraclino.

* Vetera Monumenta, D. Bertham, Blangiacensem Comitem nominant; eiusque Maritum S. Sigefridum, Sigerum Comitem Pontiviensem.

Beata igitur Rictrudis, à colloquio Sanctæ Bertæ, (vt dictum est) Marcianis regressa, pomposis abiectis vestibus, Nobilis Matrona nostra, habitu religionis induitur, inter ipsam, & Regem, sc. Dagobertum, benevolentiâ, & pace per supradictum Pontificem Amandum prius reformatâ. Carni admovetur cilicium; oculis quoque pœnitentiæ luctum indicit: & quæ prius honestè conversando in vitâ coniugali fructum vicesimũ merebatur, nunc in Viduitate sexagesimum adipiscitur. Quæ Martha fuerat Christo in membris suis devotè ministrando; nunc ad pedes eius residens, facta est Maria, ipsum incessanter audiendo. Sedebat, & tacebat, sciens secundùm Prophetam; Cultum Iustitiæ, esse silentium.

O Divinæ Maiestatis ineffabilem misericordiam! Quæ paulò antè Villas,

Villas, seu Opida, & Castella, & alios reditus innumeros possidens, inter Francigenas, post Reginam tantùm summæ dignitatis, & venerationis erat; nunc, supernâ illustratione præventa, se pauperem, & esse in subiectione gloriatur. IESV BONE! tuum est hoc opus; tua est gratia: *qui sic per Sacerdotem tuum* Amandum, *tam* Potentem, & tanti Generis Fœminam *lucrari disposueras.*

Necdum tamen hæc omnia desiderio eius satisfecissent; si non tres Filias suas in Monasterium DEO *servituras secum introduxisset. Has igitur Virgines, & teneræ adhuc ætatis habens secum, gratulabatur in earum conversatione, & quam in se non poterat, per eas* DEO *integritatem offerebat. Doctrina quoque, & exemplo vitæ suæ,* eas instruens ad contemptum Mundi; humanæ felicitatis dulcedinem, multis amaritudinibus dicebat esse resperſam. Neminem quoque in Mundo tam compositæ felicitatis esse; qui non ex parte aliquâ, cum sui status qualitate rixetur. *Postremò, docebat eas, bona corporis, & fortunæ, vt initium, sic finem habere: & ideò, postpositis omnibus his, ad æternam beatitudinem totis viribus anhelandum. His, & alijs huiusmodi verbis salubriter instituta sunt; quia, quod audierunt, memoriæ commendantes, operibus impleverunt.*

Sed, nè quid desiderio Matris deesse videretur, ad cumulum gaudij, per divinam gratiam, adhuc aliquid superadditur. Maurontus etenim primogenitus eius, suo, & Præsulis Amandi hortatu, & consilio, pro stipendijs sempiternis eligit militare Deo. Et licèt, esset Regis Nepos, Primus de Primoribus Domus Regiæ; *intelligit attamen, in his ponendam non esse summam felicitatis humanæ. Vndè magis approbatur, Servorum DEI paupertatem cum operibus bonis, quàm Regis purpuram, cum reditibus suis,* Sup. sectandam

ctandam esse. *Sæculo igitur renuncians, vigilijs & orationibus DEO inservire studuit, & à bono quod cœperat, donec ad bravium veniret, nullis sæcularibus illecebris detorqueri potuit. Si quis verò requirat, qualiter, hic, & Sorores eius conversati sunt; alibi vita eorum scripta est. Legere, vel audire eam potest; qui scire voluerit. De ea etenim nos aliquid dicturos non proposui; sed Matris eorum conversatione breviter, & compendiosè absoluta; De eiusdem Matronæ nostræ miraculis, pauca quidem, de pluribus, enarrare decrevimus.*

Hæc igitur Monasterium ingressa, tam districtam corpori suo pœnitentiam indixit; vt nunquàm posteà, pro quavis occasione, illius loci clausuram egredi voluerit, Memoriter quoque retinens, Dominum dixisse; Non veni ministrari; sed ministrare: se totam in obsequium Ancillarum CHRISTI, tanquam famulam, devotè *studuit impendere. Castigatrix corporis sui erat inexorabilis, & austeræ admodum vitæ, DEO serviens in ieiunijs, & obsecrationibus, die, ac nocte.* Vita eius, Lex vitæ, & disciplinæ: Aspectus, aut officiosus, aut demissus; sermo, serius, aut nullus. *Vndè, alijs magnæ admirationi erat; quòd* FOEMINA *paulò antè* PRÆPOTENS, *& inter maiores sæculi divitias enutrita; in officio, & omnimoda humilitate modo se primam exhibebat. Hoc fuit vitæ eius institutum, & spiritalis exercitatio; donec ætatis suæ anno septuagesimo quarto, quarto Eidus Maij, ab Angelis Sanctis assumpta est gloriosè, & fæliciter obdormivit in Domino. Convenientes autem ad eius exequias Episcopi, Abbates, & alijs plures Viri Religiosi, cum Clero,* Nobilibus, *& Populi multitudine, honorificè, & cum reverentia sepelierunt Corpus eius,* ante Altare S. Ioannis Baptistæ, & Andreæ Apostoli, *in dextera parte* Ecclesiæ Marcianensis. Hactenus hic Hagiographus Marcianensis scripsit hisce redditis

ditis ijsdem prorsus verbis; Qui, & *huius primi libri sui sectione* 17. hæc in verba Sanctæ Matris nostræ illustria merita, iustumque Regum, & Principum Virorum in eamdem Marcianensis percelebris Asceterij, & *Villæ* perantiquæ, *in Ostrebanno Regio*, (ita Veteres scripsêre;) Illustrissimam Patronam, observantiam, & cultum religiosum, munificamque benivolentiam subsequentibus verbis prosecutus est.

Francorum quoque Regi Dagoberto, & alijs Orbis terræ Optimatibus, viuens in corpore, magnæ auctoritatis, & reverentiæ fuit. Post transitum verò, solemnis eius memoria, longo tempore, ab eorum Successoribus, cum debitâ, & largifluâ veneratione retenta est. Episcopi quoque, & Abbates, & Religiosi quique, grande illi devotionis obsequium impendere satagebant. Vndè Stephanus Leodicensis Episcopus, Vir grandæuus, & miræ sanctitatis, à Hubaldo S. Amandi Monacho, vitam eius conscribi præcepit. Hic est autem Episcopus, qui cantum Sanctæ Trinitatis, & Vitam Beati Lamberti Martyris, quàm devotè, tam eleganter composuit; & multa alia, DEO inspirante, elocutus est, quæ Mater Ecclesia, memoriter, & in auctoritate retinuit. Habet etiam nostra Ecclesia Marcianensis ab eo Officium Sanctæ Rictrudis, & S. Eusebiæ Virginis, & alia pia nonnulla cantu edita. Qui propterea Hubaldum ad conscribendum vitam eius elegit; quòd esset Vir litteratus, & inter Monachos, sana de eius conversatione haberetur opinio. Cuius dictis fidem faciunt, ætas diuturna; & conversationis tenor immunis à querelâ.

Ne quis igitur ambigat Seculi huius Primores Matronam nostram, (Sup. S. Rictrudem) *tam devotos habuisse Cultores: De pluribus, quæ magnæ auctoritatis sunt; Vnum, Causâ exempli subijciam. Visis Miraculis, & conversatione ipsius auditâ, Carolus*

lus Magnus, Imperator Romanus, non in vanum posse recoli memoriam eius satis vtiliter intellexit. Præcepit igitur omnia, quæ tunc sui Iuris erant, scribi; & à Fratribus DEO *servientibus, sine omni seculari exactione, liberè, in perpetuum posideri. Nec enim omnia, quæ vivens possederat, conscripta sunt: quia, per incuriam Sanctimonialium, & eorum vitam magis secularem, quàm religiosam, iam multa malè distracta erant; & in seculares vsus redacta,* per Iudith præsertim de Landasto, Abbatissam vltimam.

Est autem in Archivis Ecclesiæ (Sup. Marcianensis) *subscriptio Imperatoria, Annuli eius impreßione roborata. In Cuius Privilegij vltimo versu, Regia munificentia, ob amorem prædictæ Matronæ;* (Sup. Rictrudis) *instituit: Vt, Si Fratres, vel Sorores, eidem,* (id est S. Rictrudi) *Famulantes, aliquo indigerent;* De Dominicatv Regio svppleretvr.

Hæc ille Asceta, Vir bene doctus, & à pluribus recentioribus Scriptoribus eruditissimis persæpe testis fidissimus productus. Ex cuius scriptis id certo certius compertum habemus; quod, quamdiu Diva Rictrudis, eiusque Filia B. Closcendis, Parthenoni sacro Marcianensi præfuêre, Marcianense Fratrum atque Sororum, (ita habet *Diploma Caroli Calvi Imperatoris*, confirmantis bona Ecclesiæ Martianensis, & Hamaticensis) Cœnobium, admodùm re verâ semper floruit. Imò verò, cùm S. Rictrude ad Superos evocatâ, totius Parthenonis cura S. Closcendi fuisset imposita, hæc, (vt membranacei Codices tradunt Marcianenseis,) Sanctissimæ Parentis virtutes ita est æmulata, vt haud mediocriter domesticæ rei, ac disciplinæ, diligentiâ, & prudentiâ profuerit, & Ecclesiæ Marcianensi plurimum attulerit splendoris. Sed

Sed & S. Closcende in Cœlos profectâ, nunc lęta, nunc tristia evenêre: tandemque omnis tum religio, tum & res familiaris pessumdata corruit. Hæc duo præsertim Viri memorant graveis, & suâ fide perdigni. Horum prior hęc proponit Baldericus Noviomensis, & Tornacensis Episcopus, Libri 2. Chronicorum Cameracens. & Atrebaten. sive Historię vtriusque Ecclesiæ ab hinc sexcentis ferè annis conscriptæ, Capitibus 26. & 27. Vigesimi sexti verba sunt.

Apud Villam quoque Marcenias, Virgo Dei gloriosa Rictrudis, ex proprijs opibus, & prædijs consilio Sancti Amandi, qui tunc temporis insignis habebatur, Monasterium struxit, vbi Sanctimonialibus ad serviendum delegatis, ipsa etiam Abbatissa habenas regiminis moderata est. In cuius vitâ plurimum, & post vitam aliquantulum religio crevit, vsusque Ecclesiasticus regulariter adolevit. Seculo autem semper, vt diximus, in deterius viciato, ipsarum etiam puellarum ordo viciari, & depravari cœperat. Iamque magis ac magis depravatus mos in degeneri posteritate vsque in præsens duraverat. Nuper verò iam dictus Abbas Leduwinus, Gerardo Episcopo, & Marchione Balduino satagentibus, Fœminas turpiter viventes, mundato loco, exturbavit, ac Monachos qui melius, & religiosius Deo, & prælibatæ Virgini, quæ ibidem quiescit, deserviant, constituit. Capitis verò 27. contextus hic est. *Nec procul hinc, in Villa Hamatgia, Beata quoque Christi famula Eusebia, prædictæ scilicet Virginis Filia, ex rebus hæreditarijs Ecclesiam struxit, quam Sanctimonialibus constitutis, etiam ipsa Abbatissa, pro modo facultatis, multa ope dotavit, quæ nunc per secularitatem multum delapsa, vix paucos Canonicos habet.*

Posterior Auctor est Miraculorum Divæ Rictrudis, qui

 libro

libro primo, *Huic* (inquit) *Cœnobio*, Sup. Marcianensi, *Sanctimoniales, ab obitu B. Mauronti, qui transijt ex hoc mundo, anno* 701. *per* 322. *annos præfuerunt. Quæ, sicut erant sexu infirmæ & imbecilles, ita quoque erant ad res Ecclesiæ nobiliter fundatæ tuendas per muliebrem ignauiam impotentes. Et quid plura? Res Ecclesiæ in Villis, & redditibus, & innumeris possessionibus ita sunt per earum insolentiam, ab illis alienatæ, vt vix haberent vndè possent miseram sustentare vitam.* ET PAVLLO POST. *Quædam Abbatissa nomine Iudith, ita cœpit possessiones eiusdem Ecclesiæ dissipare, vt cuidam militi nepoti suo Villas circà Monasterium mirâ temeritate, ausa sit Iure hæreditario tradere. Inter quas, Villam, cui Nomen Warlen antiquitas imposuit. Supersedeo narrare amissionem Orciensis Villæ, Duacensis redditus, Syluæ de Remigis, & cæterarum quas scimus &c.*
Consentiunt Chronici Marcianensis verba hæc. *Clotscende igitur Filiâ Beatæ Rictrudis, Abbatissa Marcianensi defuncta, ab Anno Domini* 700. *vsq; ad* 1024. *annû, per Sãctimoniales est administratû Cœnobiû. Per tam longa temporum spatia, magnam rerum suarum iacturam pertulit Marcianensis Ecclesia, per fœminarum mollitiem; per barbarorum, & Northmannorum inuasionem; per Principum, & Tyrannorum auaritiam, qui Ecclesiæ agros iniustè, & violenter suis agris copulauerunt. Cernit hoc, & sentit in præsenti Ecclesia*, i. Marcianensis; *cum in Castro Duacensi sibi proximo, nihil, præter quinque solidos, & vnum denarium, ad marsupium comparandum, de Turre Comitis, quæ quondam fuit Domus Beatæ Rictrudis, accipit; & quod Serui, & Ancillæ eius à theloneo sunt liberi. Quamuis profectus nobis nullus sit modo, si inter cætera componamus, quod de Orceïs assertione certissima refertur: tamen nihil obstat, si præsentium, futurorumque notitiæ insinuamus non solum, quæ veraciter constant,*
vel

vel quæ ipsi conspexisse potuimus, verùm etiam, quæ ab alijs fideli narratione audivimus. Sunt adhuc hodie longævi temporis personæ non contemnendæ, quæ narrant, & veraciter profitentur, quod nondum centenarius annorum numerus evolutus est, quando Beatæ Famulæ Dei Rictrudis Ecclesia Marcianensis Orceiarum prædium, sicut & cætera prædicta iure legitimo possedit.

Possem plureis eiusmodi cladis, & iacturæ, quam, non sinè iniuriâ, & calūnijs pertulerit Familia Benedictina præsertim, & in Belgico, & Orbe Europæo ferè toto, classicos Auctores, & Scriptores authenticos huc referre. Sed aliò nos vocat institutum nostrū. Docti intereâ temporis *Genebrardi Chronologia*, In Lothario, & alijs Regibus, ac Heroibus compluribus; *DN. Io Molani* videantur *Natalcis SS. Belgij, ad diem 25. Martij, De S. Humberto Maricolensi. Ad primum diem Octobris: De S. Bavone.* Quo loco lubeat observare, Centum propemodum annos exulâsse Monachos Monasterij Gandensis, ob Nordmannorum barbaram crudelitatem. Et S. Bavonis Monasterium, eâ tempestate, multis bonis exutum fuisse, Nordmannorum direptione, Monachorum exilio, ------- Principum quorundam iniuriâ, ac violentiâ, alijsque tristissimis occasionibus. Ex eodem impietatis fonte impuro detrimenta, & lacrymę Marcianensis Ecclesiæ Beatæ Rictrudis emanârunt; De quibus, in Fulcardo de Landast, (cuius fuit & cognominis Iudith Antistita Marcianensis omnium postrema) pluribus agetur.

Iacobus Meyerus, Marcianenseis quidem Ascetas ausus

iuris esse noverunt, licèt fundos habeant largissimos, & in pluribus provincijs diffusos, atque dilatatos: cupiditatis tamen vitio illecti, in causam ducunt eos, quibus, ad resistendum vires deesse cognoverunt.

Huiusmodi inquisitoribus de alienâ possessione, seu simplicibus, seu fraudulentis, post mortem suam Beata Rictrudis respondendum esse Sapienter prævidit. VNDE CORAM PONTIFICIBVS SVPRADICTIS, VIRISQVE NOBILIBVS, ET FIDELI POPVLO TERRÆ, SVA SVBSIDIA TEMPORALIA MARCÆNIENSI MONASTERIO, AD SVSTENTANDOS FRATRES DEO IBI PRIDEM SERVIENTES CONTVLIT. QVOD AD NOTITIAM POSTERORVM LITTERIS COMMENDANS, ATQVE CONFIRMANS, IVXTA ASSENSVM CHLODOVÆI REGIS FRANCORVM, FILII DAGOBERTI PRIMI, ET BALTHILDIS REGINÆ, ASSENTIENTIBVS QVOQVE, CLERO, ET PALATINIS PROCERIBVS, BONVM OPVS QVOD COEPERAT, TOTVM LAVDABILITER CONSVMMAVIT. *Tunc denique, ea humiliter postulante, illi duo Reverendi Pontifices, sub horrendo Anathemate interdixerunt, vt de Beneficijs inpræsentiarum Marcæniensi Ecclesiæ collatis, vel futuro tempore conferendis, nemo quippiam auferre, seu quolibet modo imminuere præsumeret. Omnibus igitur quæ sui Iuris extiterant, tam prudenter ordinatis, Martianas veniens, intrandi aditum sic divinitùs sibi concessum dubitare non debuit. Ex quo igitur Beata Rictrudis, relicto sæculo, hoc Monasterium ingressa est; ita Spiritu consilij per Domini gratiam claruit; vt indigentes consilio, mirificè confortaret. Vt hoc igitur demonstretur, istud exemplum subiungimus.*

Beata BERTA, *Filia Rigoberti Comitis, quæ fuerat Coniunx Sigefridi Comitis, Fratris Adalbaldi Ducis, Mariti (vt supra diximus) Sanctæ Rictrudis, post excessum Viri sui, divinitus admonita, ad Omnipotentis* DEI *servitium se contulit. Pretiosissimos*

ßissimos igitur apparatus deposuit; ac sacro se Sanctimonialis habitus velamine velare non distulit. Hæc igitur sagaci animo cogitare cœpit, qualiter in suâ possessione potuisset constituere Ecclesiam in honore Domini nostri Iesu Christi, eiusque Sanctæ Genitricis. Tunc vnam Ecclesiam constituere cœpit: & ibidem aliquam Sanctimonialium congregationem ad DEI laudem aggregavit, quæ, antequàm perficeretur, funditùs corruit. Quæ nimium contristata, in alio loco, aliam sub omni festinatione reparare non distulit, & ad perfectionem vsque perduxit, excepto officio consecrationis. De cuius quoque ruinâ metuens, ad quandam propriam suam villam nomine Chirei, . . . ad Beatam Rictrudem suam familiarem Amicam, de hâc re consilium acceptura venit. Cum autem de præfatâ Ecclesiâ, aliquam inter se haberent consultationem: contigit maximâ ruinâ prædictam corruisse Ecclesiam, & sonitum illius ruinæ ad aures cordis Beatæ Berthæ pervenisse. Illa verò hoc audito sonitu nimium expavit, & toto corpore tremere cœpit. Quam Beatissima Rictrudis illicò solicita inquisivit dicens. Quid habes, Domina! quia tam subito pavore concussa es? Illa respondens dixit. Ingens sonitus, ad cordis mei aures ita pervenit, ac si propriis starem, vbi mea modò Ecclesia corruit. Dum cœptæ inter se finem imposuissent collocutioni; & vtraque ad sua debuisset remeäre loca: nuncius ad eas celerrimo pervenit cursu, eis certissimè denuncians præfati Monasterij ruinam. Deindè Beata Rictrudis sapienti vsa consilio, more solito cæpit pijssimam Bertam consolari dicens. Spero Soror! alium locum elegisse Dominum ad ædificandum sibi aptum Oratorium. Ideóque debemus illius vigilanter obsecrare misericordiam orationibus, ac ieiunijs, vt ipse illum sua gratuita clementia dignetur demonstrare locum, vbi ad suum famulatum opportunum voluerit construi Monasterium. Tunc pijssima Berta Beatam rogabat Rictrudem, vt ipsa in suo Monasterio Martianas, agili precatu,

*obnixuq́ue ieiunijs, Domini pietatem de suæ constructione Ecclesiæ flagitaret. Orante autē Beatâ Rictrude, & ieiunante, tertiâ nocte quæ lucebat in diem transacti ieiunij, revelatum est Beatæ Bertæ, Angelicoq́ue nutu designata sunt Fundamenta Basilicæ, in modum crucis formatæ, in amænissimo loco Blanziaci Opidi, secùs Fluviū Thenam nuncupatum, piscium copiâ redundantem, Monasterij diversis habitationibus aptissimum. Constructo igitur Oratorio, & suo tempore à Sanctis Pontificibus dedicato, B. Berta in eodem loco ab eisdem Pontificibus religionis vestibus induta est. Quatuor quoque Filias suas Virgines, quas ex Sancto Sigefrido genuerat, secum Deo obtulit, quarum ista sunt nomina, Geretrudis, Deotila, Gesa, & Gesta. Quinta autem Filiarum eius, Emma nomine, quæ posteà * Regi Anglorum nupsit, in Monasterio nutriebatur sub seculari habitu. Ipsa verò Beata Berta in præfato permanens Monasterio, cursu vitæ transacto, feliciter migravit ad Dominum. 4. Iulij.*

* VVaraclino.

* Vetera Monumenta, D. Bertham, Blangiacensem Comitem nominant; eiusque Maritum S. Sigefridum, Sigerum Comitem Pontiviensem.

Beata igitur Rictrudis, à colloquio Sanctæ Bertæ, (vt dictum est) Marcianis regressa, pomposis abiectis vestibus, Nobilis Matrona nostra, habitu religionis induitur, inter ipsam, & Regem, sc. Dagobertum, benevolentiâ, & pace per supradictum Pontificem Amandum prius reformatâ. Carni admovetur cilicium; oculis quoque pœnitentiæ luctum indicit: & quæ prius honestè conversando in vitâ coniugali fructum vicesimū merebatur, nunc in Viduitate sexagesimum adipiscitur. Quæ Martha fuerat Christo in membris suis devotè ministrando; nunc ad pedes eius residens, facta est Maria, ipsum incessanter audiendo. Sedebat, & tacebat, sciens secundùm Prophetam; Cultum Iustitiæ, esse silentium.

O Divinæ Maiestatis ineffabilem misericordiam! Quæ paulò antè Villas,

Villas, seu Opida, & Castella, & alios reditus innumeros possidens, inter Francigenas, post Reginam tantum summæ dignitatis, & venerationis erat; nunc, supernâ illustratione præventa, se pauperem, & esse in subiectione gloriatur. IESV BONE! tuum est hoc opus; tua est gratia: *qui sic per Sacerdotem tuum* Amandum, *tam* Potentem, & tanti Generis Fœminam *lucrari disposueras.*

Necdum tamen hæc omnia desiderio eius satisfecissent; si non tres Filias suas in Monasterium DEO servituras secum introduxisset. Has igitur Virgines, & teneræ adhuc ætatis habens secum, gratulabatur in earum conversatione, & quam in se non poterat, per eas DEO integritatem offerebat. Doctrina quoque, & exemplo vitæ suæ, eas instruens ad contemptum Mundi; humanæ felicitatis dulcedinem, multis amaritudinibus dicebat esse respersam. Neminem quoque in Mundo tam compositæ felicitatis esse; qui non ex parte aliquâ, cum sui status qualitate rixetur. *Postremò, docebat eas, bona corporis, & fortunæ, vt initium, sic finem habere: & ideò, postpositis omnibus his, ad æternam beatitudinem totis viribus anhelandum. His, & alijs huiusmodi verbis salubriter instituta sunt; quia, quod audierunt, memoriæ commendantes, operibus impleverunt.*

Sed, nè quid desiderio Matris deesse videretur, ad cumulum gaudij, per divinam gratiam, adhuc aliquid superadditur. Maurontus etenim primogenitus eius, suo, & Præsulis Amandi hortatu, & consilio, pro stipendijs sempiternis eligit militare Deo. Et licèt, esset Regis Nepos, Primus de Primoribus Domus Regiæ; *intelligit attamen, in his ponendam non esse summam felicitatis humanæ. Vndè magis approbatur, Servorum DEI paupertatem cum operibus bonis, quàm Regis purpuram, cum reditibus suis,* Sup. sectandam

ctandam esse. *Sæculo igitur renuncians, vigilijs & orationibus DEO inservire studuit, & à bono quod cœperat, donec ad bravium veniret, nullis sæcularibus illecebris detorqueri potuit. Si quis verò requirat, qualiter, hic, & Sorores eius conversati sunt; alibi vita eorum scripta est. Legere, vel audire eam potest; qui scire voluerit. De ea etenim nos aliquid dicturos non proposui; sed Matris eorum conversatione breviter, & compendiosè absoluta; De eiusdem Matronæ nostræ miraculis, pauca quidem, de pluribus, enarrare decrevimus.*

Hæc igitur Monasterium ingressa, tam districtam corpori suo pœnitentiam indixit; vt nunquàm posteà, pro quavis occasione, illius loci clausuram egredi voluerit. Memoriter quoque retinens, Dominum dixisse; Non veni ministrari; sed ministrare: se totam in obsequium Ancillarum CHRISTI, tanquam famulam, devotè *studuit impendere. Castigatrix corporis sui erat inexorabilis, & austeræ admodum vitæ, DEO serviens in ieiunijs, & obsecrationibus, die, ac nocte.* Vita eius, Lex vitæ, & disciplinæ: Aspectus, aut officiosus, aut demissus; sermo, serius, aut nullus. *Vndè, alijs magnæ admirationi erat; quòd* FOEMINA *paulò antè* PRÆPOTENS, *& inter maiores sæculi divitias enutrita; in officio, & omnimoda humilitate modo se primam exhibebat. Hoc fuit vitæ eius institutum, & spiritalis exercitatio; donec ætatis suæ anno septuagesimo quarto, quarto Eidus Maij, ab Angelis Sanctis assumpta est gloriosè, & fæliciter obdormivit in Domino. Convenientes autem ad eius exequias Episcopi, Abbates, & alijs plures Viri Religiosi, cum Clero,* Nobilibus, *& Populi multitudine, honorificè, & cum reverentia sepelierunt Corpus eius,* ante Altare S. Ioannis Baptistæ, & Andreæ Apostoli, *in dextera parte* Ecclesiæ Marcianensis. Hactenus hic Hagiographus Marcianensis scripsit hisce redditis

ditis ijſdem prorſus verbis; Qui, & *huius primi libri ſui ſectione* 17. hæc in verba Sanctæ Matris noſtræ illuſtria merita, iuſtumque Regum, & Principum Virorum in eamdem Marcianenſis percelebris Aſceterij, & *Villæ* perantiquæ, *in Oſtrebanno Regio*, (ita Veteres ſcripsêre;) Illuſtriſſimam Patronam, obſervantiam, & cultum religioſum, munificamque benivolentiam ſubſequentibus verbis proſecutus eſt.

Francorum quoque Regi Dagoberto, & alijs Orbis terræ Optimatibus, vivens in corpore, magnæ auctoritatis, & reverentiæ fuit. Poſt tranſitum verò, ſolemnis eius memoria, longo tempore, ab eorum Succeſſoribus, cum debitâ, & largifluâ veneratione retenta eſt. Epiſcopi quoque, & Abbates, & Religioſi quique, grande illi devotionis obſequium impendere ſatagebant. Vndè Stephanus Leodicenſis Epiſcopus, Vir grandævus, & miræ ſanctitatis, à Hubaldo S. Amandi Monacho, vitam eius conſcribi præcepit. Hic eſt autem Epiſcopus, qui cantum Sanctæ Trinitatis, & Vitam Beati Lamberti Martyris, quàm devotè, tam eleganter compoſuit; & multa alia, DEO inſpirante, elocutus eſt, quæ Mater Eccleſia, memoriter, & in auctoritate retinuit. Habet etiam noſtra Eccleſia Marcianenſis ab eo Officium Sanctæ Rictrudis, & S. Euſebiæ Virginis, & alia pia nonnulla cantu edita. Qui propterea Hubaldum ad conſcribendum vitam eius elegit; quòd eſſet Vir litteratus, & inter Monachos, ſana de eius converſatione haberetur opinio. Cuius dictis fidem faciunt, ætas diuturna; & converſationis tenor immunis a querelâ.

Ne quis igitur ambigat Seculi huius Primores Matronam noſtram, (Sup. S. Rictrudem) *tam devotos habuiſſe Cultores: De pluribus, quæ magnæ auctoritatis ſunt; Vnum, Causâ exempli ſubijciam. Viſis Miraculis, & converſatione ipſius auditâ, (Carolus*

lus Magnus, Imperator Romanus, non in vanum posse recoli memoriam eius satis vtiliter intellexit. Præcepit igitur omnia, quæ tunc sui Iuris erant, scribi; & à Fratribus DEO servientibus, sine omni seculari exactione, liberè, in perpetuum possideri. Nec enim omnia, quæ vivens possederat, conscripta sunt: quia, per incuriam Sanctimonialium, & eorum vitam magis secularem, quàm religiosam, iam multa malè distracta erant; & in seculares vsus redacta, per Iudith præsertim de Landasto, Abbatissam vltimam.

Est autem in Archivis Ecclesiæ (Sup. Marcianensis) *subscriptio Imperatoria, Annuli eius impreßione roborata. In Cuius Privilegij vltimo versu, Regia munificentia, ob amorem prædictæ Matronæ*; (Sup. Rictrudis) *instituit: Vt, Si Fratres, vel Sorores, eidem*, (id est S. Rictrudi) *Famulantes, aliquo indigerent*; De Dominicatv Regio svppleretvr.

Hæc ille Asceta, Vir bene doctus, & à pluribus recentioribus Scriptoribus eruditissimis persæpe testis fidissimus productus. Ex cuius scriptis id certo certius compertum habemus; quod, quamdiu Diva Rictrudis, eiusque Filia B. Closcendis, Parthenoni sacro Marcianensi præfuêre, Marcianense Fratrum atque Sororum, (ita habet *Diploma Caroli Calvi Imperatoris*, confirmantis bona Ecclesiæ Martianensis, & Hamaticensis) Cœnobium, admodùm re verâ semper floruit. Imò verò, cùm S. Rictrude ad Superos evocatâ, totius Parthenonis cura S. Closcendi fuisset imposita, hæc, (vt membranacei Codices tradunt Marcianenseis,) Sanctissimæ Parentis virtutes ita est æmulata, vt haud mediocriter domesticæ rei, ac disciplinæ, diligentiâ, & prudentiâ profuerit, & Ecclesiæ Marcianensi plurimum attulerit splendoris.

Sed

Sed & S. Closcende in Cœlos profectâ, nunc lęta, nunc tristia evenêre: tandemque omnis tum religio, tum & res familiaris peslumdata corruit. Hæc duo præsertim Viri memorant graveis, & suâ fide perdigni. Horum prior hęc proponit Baldericus Noviomensis, & Tornacensis Episcopus, Libri 2. Chronicorum Cameracens. & Atrebaten. sive Historię vtriusque Ecclesiæ ab hinc sexcentis ferè annis conscriptæ, Capitibus 26. & 27. Vigesimi sexti verba sunt.

Apud Villam quoque Marcenias, Virgo Dei gloriosa Rictrudis, ex proprijs opibus, & prædijs consilio Sancti Amandi, qui tunc temporis insignis habebatur, Monasterium struxit, vbi Sanctimonialibus ad serviendum delegatis, ipsa etiam Abbatissa habenas regiminis moderata est. In cuius vitâ plurimum, & post vitam aliquantulum religio crevit, vsusque Ecclesiasticus regulariter adolevit. Seculo autem semper, vt diximus, in deterius viciato, ipsarum etiam puellarum ordo viciari, & depravari cœperat. Iamque magis ac magis depravatus mos in degeneri posteritate vsque in præsens duraverat. Nuper verò iam dictus Abbas Leduwinus, Gerardo Episcopo, & Marchione Balduino satagentibus, Fœminas turpiter viventes, mundato loco, exturbavit, ac Monachos qui melius, & religiosius Deo, & prælibatæ Virgini, quæ ibidem quiescit, deserviant, constituit. Capitis verò 27. contextus hic est. *Nec procul hinc, in Villa Hamatgia, Beata quoque Christi famula Eusebia, prædictæ scilicet Virginis Filia, ex rebus hæreditarijs Ecclesiam struxit, quam Sanctimonialibus constitutis, etiam ipsa Abbatissa, pro modo facultatis, multa ope dotavit, quæ nunc per secularitatem multum delapsa, vix paucos Canonicos habet.*

Posterior Auctor est Miraculorum Divæ Rictrudis, qui

libro primo, *Huic* (inquit) *Cœnobio*, Sup. Marcianensi, *Sanctimoniales, ab obitu B. Mauronti, qui transijt ex hoc mundo, anno* 701. *per* 322. *annos præfuerunt. Quæ, sicut erant sexu infirmæ & imbecilles, ita quoque erant ad res Ecclesiæ nobiliter fundatæ tuendas per muliebrem ignaviam impotentes. Et quid plura? Res Ecclesiæ in Villis, & redditibus, & innumeris possessionibus ita sunt per earum insolentiam, ab illis alienatæ, vt vix haberent vndè possent miseram sustentare vitam.* ET PAVLLO POST. *Quædam Abbatissa nomine Iudith, ita cœpit possessiones eiusdem Ecclesiæ dissipare, vt cuidam militi nepoti suo Villas circà Monasterium mirà temeritate, ausa sit Iure hæreditario tradere. Inter quas, Villam, cui Nomen Warlen antiquitas imposuit. Supersedeo narrare amissionem Orciensis Villæ, Duacensis redditus, Sylvæ de Remigis, & cæterarum quas scimus &c.*

Consentiunt Chronici Marcianensis verba hæc. *Clotscende igitur Filiâ Beatæ Rictrudis, Abbatissa Marcianensi defuncta, ab Anno Domini* 700. *vsq; ad* 1024. *annũ, per Sãctimoniales est administratũ Cœnobiũ. Per tam longa temporum spatia, magnam rerum suarum iacturam pertulit Marcianensis Ecclesia, per fœminarum mollitiem; per barbarorum, & Northmannorum invasionem; per Principum, & Tyrannorum avaritiam, qui Ecclesiæ agros iniustè, & violenter suis agris copulaverunt. Cernit hoc, & sentit in præsenti Ecclesia*, i. Marcianensis; *cum in Castro Duacensi sibi proximo, nihil, præter quinque solidos, & vnum denarium, ad marsupium comparandum, de* Turre *Comitis, quæ quondam fuit Domus Beatæ Rictrudis, accipit; & quod Servi, & Ancillæ eius à theloneo sunt liberi, Quamvis profectus nobis nullus sit modo, si inter cætera componamus, quod de Orceïs assertione certissima refertur: tamen nihil obstat, si præsentium, futurorumque notitiæ insinuamus non solum, quæ veraciter constant,*

vel

vel quæ ipsi conspexisse potuimus, verùm etiam, quæ ab alijs fideli narratione audivimus. Sunt adhuc hodie longævi temporis personæ non contemnendæ, quæ narrant, & veraciter profitentur, quod nondum centenarius annorum numerus evolutus est, quando Beatæ Famulæ Dei Rictrudis Ecclesia Marcianensis Orceïarum prædium, sicut & cætera prædicta iure legitimo possedit.

Possem plureis eiusmodi cladis, & iacturæ, quam, non sinè iniuriâ, & calũnijs pertulerit Familia Benedictina præsertim, & in Belgico, & Orbe Europæo ferè toto, classicos Auctores, & Scriptores authenticos huc referre. Sed aliò nos vocat institutum nostrũ. Docti intereâ temporis *Genebrardi Chronologia*, In Lothario, & alijs Regibus, ac Heroibus compluribus; *DN. Io Molani* videantur *Natalcis SS. Belgij, ad diem 25. Martij, De S. Humberto Maricolensi. Ad primum diem Octobris: De S. Bavone.* Quo loco lubeat observare, Centum propemodum annos exulâsse Monachos Monasterij Gandensis, ob Nordmannorum barbaram crudelitatem. Et S. Bavonis Monasterium, eâ tempestate, multis bonis exutum fuisse, Nordmannorum direptione, Monachorum exilio, ------- Principum quorundam iniuriâ, ac violentiâ, alijsque tristissimis occasionibus. Ex eodem impietatis fonte impuro detrimenta, & lacrymę Marcianensis Ecclesiæ Beatæ Rictrudis emanârunt; De quibus, in Fulcardo de Landast, (cuius fuit & cognominis Iudith Antistita Marcianensis omnium postrema) pluribus agetur.

Iacobus Meyerus, Marcianenseis quidem Ascetas ausus

est paulò quàm debuerit liberiùs sugillare, quasi minùs rectè invasionem Villæ Baïnensis, *repone*, Haïnensis, (olim tractus Flandrici, nunc autem Comitatus Artesiæ,) Arnulfo Comiti, & aliorum Ecclesię bonorum, atque Iurium, tùm ipsi, tum & alij Monachi, Principibus, & Viris Laycis alijs compluribus direptionem opprobrâssent. Sed meliùs hâc in re sanè tacuisset *Meyërus*. *Exstat namque in Chartophylacio Marcianensi certum Diploma Lotharij Regis, quo* is idem, in Cœnobium Marcianense munificum sese præbuit; &, *ab Arnulfo Vetulo, apud Hanas, vulgò Haines, possessiones, Fratribus & Sororibus in Cœnobio Sanctæ Rictrudis degentibus iniustè sublatas, ob remediũ animarum, suæ, Coniugisque Emmiæ Reginæ, & antecessorum suorum præcedentium, in integrum, cum omnibus ad se pertinentibus, intercessione Emmiæ Reginæ imperavit reddi: Et Diploma Regium, vt firmius maneret, inconvulsumque servaretur, manu propriâ subter firmavit, atque Annulo sui Palatij iussit sic insigniri. Signum Domini Lotharij, gloriosissimi Regis &c.*

Adalbero Notarius, ad vicem Adelberonis Archiepiscopi, Summique Cancellarij recognovit, Scripsit, & Subscripsit.

Actum Duacense Castello, Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo septuagesimo quinto, regnante Domino Lothario, anno vigesimo secundo feliciter.

Quod autem attinet ad Turrim miræ altitudinis, seu Arcem munitissimam Duacensem, (quam, Chronicon Marcianense, Divæ Ducis Rictrudis Domum appellat, & nataliciam S. Ducis diximus Mauronti) Callistus Papa Secundus, In litteris quas, Marcianẽse Monasterium Regale pertuiturus, & Privilegijs muniturus scripsit, Anno 1123. De illa sic habet. *In Duaco Hospites, & de Terra,*

Terra, seu Turre, *Comitis, censum quinque solidorum. In eodem Castro, familiam Sanctarum Rictrudis & Eusebiæ, à Theloneo* liberam,* &c. *Cœlestinus quoque Tertius in Bullâ,* quam eundem in finem dedit *eidem Ecclesiæ Anno* CIƆ. C. XC. *In Duaco, Hospites; Et, De Turre Comitis, Censum quinque solidorũ,* & oboli. *Et in eodem Castro, familiam Sanctarum Rictrudis & Eusebiæ à theloneo liberam,* &c. Quin verò etiam debitum hunc annuum censum Ecclesiæ, seu Cœnobio Regali Sanctę Rictrudis de Marcænis, ipsi Principes, & Flandriæ Comites liberrimè agnovêre. *Philippus* namque *Elsatius Comes Flandrensis & Veromandensis,* Ecclesiæ Marcianensis, & eius bonorum patrocinium suscipiens, *Anno Domini* CIƆ. C. LXXVI. adversus *Amolricum de Landast,* qui *partem aquæ fluminis Scarpi, propè Warlaing, quæ propria erat Ecclesiæ,* (Sup. Marcianensis,) *iniustè usurpabat,* Marcianensi Monasterio antiquam libertatem confirmavit. *In primis, Villam Marcianensem liberam esse, cum locis hinc indè adiacentibus, nemorosis videlicet & aquosis; à terrâ scilicet, quæ descendit à furno Duacensi, usque ad terram S. Amandi:* Et paullò post hæc: Deberi, *De Turre quoque Duacensi censum quinque solidorum; Et in eodem Castro, familiam Sanctarum Rictrudis & Eusebiæ, à theloneo liberam,* &c, Accessit & Margareta Flandriæ Comes, In Diplomate *Anni* CIƆ. CC. XLVI. agnoscens, & confirmans deberi *Ecclesiæ Sanctæ Rictrudis de Marcenis, de Turre quoque Duacensi, censum quinque solidorum, & sexaginta solidos ad opus Altaris. Et in eodem Castro familiam S. Rictrudis, & S. Eusebiæ à theloneo liberam esse,* &c. Nihil est igitur, cur quisquam miretur, Miraculorum Divæ Ducis Rictrudis Scriptorem ad posteros (quæ superiùs producta sunt,) hæc transmisisse, quæ sint omninò vera, & authenticè recognita,

* *Vulgò; exemte du Thoulieu.*

recognita, atque confirmata. *Iuxta illam* (supple B. Virginis, seu, vt nunc loquimur Divi Amati Ecclesiam,) *Turrem quoque munitissimam, & miræ altitudinis construxit,* (Sup. Erchembaldus Ducis Adalbaldi vterinus Frater) ad Annum 646. *quæ in ius perpetuum Beatæ Rictrudi, post mortem Viri sui,* (Supple Adalbaldi) *hæreditaria successione obvenit. Vndè, quia Flandriarum Comites, Turrem illam possident, provt invicem sibi succedunt; huius rei causa Marcianensi Ecclesiæ conferre quinque solidos annuatim consueverunt.*

Observavi equidem apud mediæ ætatis Scriptores, haud rarò Turrim pro Arce, Domoque benè munitâ vsurpatam fuisse. Videatur *Chronicon Tornacense* in Bibliothecâ Nobilis Monasterij Cisoniensis MS. quod Turrim appellârit eam Arcem, quam exstruxerit adversus Ecclesiam Noviomensem, Vrbis eiusdem Gubernator: quamque Arcem nominet *Iacobus Meyërus,* cùm meminit ipsius. Plura eâ de re apud Auctores varios observanda brevitatis ergò relinquo. Exstitit igitur Turris hæc munitissima, & miræ altitudinis, *(teste Chronologo Marcianensi)* Arx, seu Castrum Duacense, atque Divæ Ducis nostræ Rictrudis Domicilium illustre. Sicque satis iam animadvertere liceat, & allubeat accipiundum; Hancce Turrim, illam exstitisse Arcē, seu Castrum illud, quod, Anno Domini 645. (teste *libro Argenteo Amatensi,*) Erchenoäldus, eiusque Frater Adalbaldus, iuxtà Beatæ Virginis Mariæ Ecclesiam, quæ nunc Sancti Amati nominetur, construxêre; quodque illi, sumptibus suis, à barbaris dirutum Oppidum, seu, *Nobile Castrum Duäy* (ita *Gaufridus lib. 5. cap. 13. Rerum Anglicanarum* vocavit) munitiùs instaurârunt; in quâ etiam Cōiuges illi, Sanctissimique Duces

Duces noſtri, Adalbaldus, & Rictrudis habitârint: Et cuius ſanè poſſeſſio certior, per Dotatricem munificam æquè ac illuſtrem S. Rictrudem Viduam, ad Monachos primùm Marcianenſeis; dein, (vt quidem vult *I. Gramay* in ſuo ſuperiori Duaco) ad potenteis Advocatos; exindè, ad Comites Flandriæ, cum onere quinque annuatim ſolidos in perpetuum ijſdem pendendi Aſcetis; &, ad Opus Altaris, ſexaginta; fuerit deniquc devoluta. Eam porrò Arcem, ſeu Turrim omninò ſtetiſſe, vbi nunc partim Gymnaſium Regium, partim conſpicitur Gubernantiæ Tribunal, cui hodieque nomen ſuperfuerit Caſtri, ad Divi Amati Ædem, ex *Ioannis Gramay Duaco, & Chronologi*, atque *Hagiologi Marcianenſis* doceor antiquiſſimâ manu-ſcriptione, hactenus ineditâ. Brevis eſſe cupio: eamque obcauſam miſſum facio, cum Imperatoribus Carolis, Magno & Calvo, (quorum vidi; idemque Diplomata perlegi) Balduinum Inſulenſem, qui, & mirâ benivolentiâ, & liberalitate, in gratiam Marcianenſis Eccleſiæ præclarũ ſcripſerit Diploma, quo bona Eccleſiæ S. Rictrudis de Marcenis perſimiliter confirmaret, poſt milleſimum, quarto & quadrageſimo Anno partæ ſalutis; Cuius ſint hæc aliquot verba: *Noverint igitur tam futuri, quàm præſentes, quod, ſicut prædeceſſores Principes, Carolus videlicet Magnus Imperator, & Lotharius Rex, poſſeſſiones Marcianenſis Eccleſiæ, quas et B. Rictrudis in eâdem corpore quieſcens, ad ſuſtentandum Deo ibi ſervientes, dum adhuc viveret, mirificâ largitate contulit, &c.*

Nomenclatura verò Villarum, & poſſeſſionum, quas, Carolus etiãm Calvus, *V. Eidus Iulij, Indictione X. anno* XXXVIII. *Regni ſui in Franciam, & Imperij ſecundo, Diplo-*

mate suo, Fratrum & Sororum in Cœnobio Marcianas nuncupato, videlicet, sito in Comitatu Atrebatensi, in Pago Ostrebanno, super fluvium Scarbum, sub tutelâ Sanctæ Rictrudis Deo militantium, confirmavit; quantam rerum suarum, & possessionum iacturam fecerit Rictrudina Familia Marcianensis; clariùs demonstrat. Siquidem, inter cætera quæ Regium illud, atque Cæsareum Diploma, *Actum Pontione Palatio Imperiali*, recenset; quæ Iuris debeant superesse Cœnobij Marcianensis; memorat *Villam de Lis, cum omni integritate, in pago Cameracinse; In Pago Ostrebanno, In Lambras, Mansum vnum cum Molendino suo: In Pago Medenensanse*, vulgò Melanthois, *Villam Runcinium, cum Appendice Villâ Templeuvio*, aliàs Templovio: *In Pago Latico, Villam Nanigiacum: In Villâ Ampleias, Mansos duos; & in eadem Villa Ampleias, item Mansos duos*. Et, *si quid defuerit vsibus Fratrum, seu Sororum eiusdem Cœnobij Marcianensis; Ex Indominicato cuncta suppleri eodem Diplomate iußit in Marcianensem Sanctæ Rictrudis Monachorum & Monacharum familiam sacram propensißimus, & munificentißimus Rex, & Imperator Carolus Calvus.* At verò, tantùm abest, vt, pro tempore, hæc, quæ sunt recensita, quæque pleno Iure fuerint Marcianensibus adtributa, & à Rege, pioq; Cęsare Carolo Calvo, vtriusque sexus sacri Monachis, in gratiam Sanctæ Rictrudis confirmata, privilegijsque maximis adaucta, possidere pergat Regalis Abbatia Sanctæ Rictrudis de Marcænis: quin verò, locorum etiam recensitorum, & Villarum nomina nonnulla, iniquo temporum successu, & detentorum fortasis astu sæculari videntur mutata, intercidisse. Cætera, cum Nigellæ certo censu annuo, & alijs proventibus distracta, miserèque Sanctę Rictrudis eidem

dem

dem Ecclesiæ detracta, hunc vsque permanent in diem; præter certam Runciniæ Villæ partem quandam: cuius Ecclesia Paroëcialis, sub patrocinio Sanctæ Rictrudis, Loci Venerandæ Patronæ perstet constructa, creberrimis, celeberrimisque olim miraculis illustrata, quę suo loco enarrabuntur. Miserum quidem solatij genus dicitur esse; socium habere in pœnis, & rerũ domesticarum iacturâ. Atqui communem hanc cladem, atque iacturam gravem superiùs iam monuimus, in omnia fermè Asceteria, Phrontisteria, permultasque Orbis nostri Occidui Ecclesias, barbaro Gentium Septentrionalium furore, cui subinde, ad malorum cumulum, inexplebilis Laïcorum accesserit avaritia, summo Ecclesiasticæ, atque Cœnobiticæ dignitatis, ac amplitudinis luctu invectam fuisse; vti bene doctus *Genebrardus, alijque Chronographi*, In Lothario Francorum Rege, Carolo eius Fratre, & Hermenfredo rerum Ecclesiasticarum occupatore, obseruandum reliquêre, sub annos partę salutis 970. & 975. quo Rex hìc quidem, Lotharius Duaci fuit.

Cæterùm legendus qui nos Soletur, & practicè nobis obseruandus Apostolus videtur; qui, *Epist. ad Hebræos cap.*10. scripserit. *Horrendum est incidere in manus Dei viventis*: subiunxeritque; *Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum; & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus, spectaculum facti: in altero autem, socij taliter conversantium effecti. Nam, & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis; cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria*

 est,

est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem, &c. Scitè hæc omnia descripsit *Hagiographus Marcianensis, Andreas fortè Sylvius*, nequedum typis subiectus, vti & *Chronologus noster* MS. Cùm, per Flandriæ Comitem Balduinum, cognomento Barbatum, Iudithâ de Landasto, & cum ipsâ, Monialibus Monasterio Marcianensi exturbatis, rem omnem rursus ad Monachos revocatam fuisse, vterque tradidêre: Cùmque, *posterior hic idem Chronographus, In Fulchardo de Landast*, qui abligurijsset patrimonium Sanctæ Rictrudis, & Cœnobium Marcianense, seque ipsum, solutissimis moribus, miserandum in statum coniecisset, fusè explicat, quî Deus, ad preces R. DN. *Amandi de Castello* Abbatis Marcianensis, Virum quemdam genere Nobilem, moribus obscurum, *cognomento Paganum*, * miserandâ morte affecerit; quod is, impiam Nepotis caussam, qui bona Marcianensis Ecclesiæ vi, & armis retineret nonnulla, tueri contendens; dira etiam, Monasterio, & Abbati Amando comminatus esset. Quin verò etiamnum exstant Diplomata Marcianis nonnulla huius eiusdem Flandriarum Comitis Caroli boni, quibus ille, & Venerandi Antistitis Amandi, & Monasterij Marcianensis patrocinium susceperit adversùs omnes invasores bonorum Ecclesiæ S. Rictrudis; & Nobilium id genus; ac Advocatorum improborum molestationibus sese potentiùs obiecerit infensis. Nè autem quispiam putet, hunc postremum, Beatumque Principem Carolum, hoc pietatis officio, Marcianensi Abbatiæ præstabilem solum demùm exstitisse; producimus eccùm, & Margaretæ Flandriarum Comitissæ, bona Marcia-

* *Gallicè N. Payé.*

Marcianensis Ecclesiæ, suo Diplomate confirmantis; hæc verba. *Quæ omnes*, Supple Villæ, & possessiones, *cum appendicijs suis, sub nostra protectione sunt, & Advocatione, quæ, eiusdem Ecclesiæ summa Advocata sum; & Advocati earumdem possessionum, de nobis suas tenent advocationes. Cùm enim Ecclesia Marcianensis, à prima sua conditione, per quadringentos, vel plures annos libera omninò exstitisset à reditu advocationis*; PROPTER SÆCVLARIVM MALITIAM REPRIMENDAM, *temporibus Albrici Abbatis sui, dedit Balduino Comiti Flandriensi duos Molēdinos in Villa Breberia*, (vulgò Brebierre prez Douay,) *& duas Carrucas terræ in Villa Nigella*, (vulgò Noyelle,) *vt eorum esset adiutor, & fidelis Advocatus*. DICTVS AVTEM COMES, MOLENDINOS ILLOS, CVM TERRA MEMORATA, TRADIDIT PER MANVM IPSIVS ABBATIS HVGONI HAVET DE ALBINIACO; PRO QVIBVS, ADVOCATVS MARCIANENSIS SERVIRE DEBET EIDEM ECCLESIÆ, ET EIVS SEMPER PROMPTVS, ET FIDELIS ADVOCATVS, ET ADIVTOR, esse.

Hæc sunto de Comitissa Margaretâ, quæ se quoque *Advocatam* summam, & Protectricem piam Ecclesię Sanctæ Rictrudis de Marcænis spontaneè nominet; *Advocatorumque*, adversùs invasores possessionum Ecclesiasticarum officij originem primariam, & horum muneris caussam, à Balduini primùm Insulensis, Flandriarum Comitis temporibus petitam arcessat. Differet eâ de re posteà fusiùs Hagiologia Marcianensis. *Albricus* verò *Abba* præfatus, Leduvino * subrogatus fuerat; Quo de Viro, hæc habet *Hagiölogus noster. Vita eius, Fratrum Regula; prudentia, ijs qui turbare Ecclesiam*, Marcianensem Sup. *moliebantur, supplicium*.

* De Rōmaribé.

Addit denique. *Post hæc, Abbas annos circiter* 5. *supervixit,*

& in recuperandis quæ distracta erant, operam quam potuit, impendit. Quod autem ad eos spectat, quibuscum fuerit Alberico gravius ineundum certamen: ansam illi ijdem prorsùs Venerando Præsuli nostro dedêre necessariò confugiundi ad potentiorem Balduinum Insulensem, Flandriæ Comitem; Eumdemque Advocatum seligendi pientissimum Ecclesiæ Marcianensis; cuius potentiâ, & auxiliatrice fretus manu, bona Ecclesiæ sibi concreditæ, adversùs raptores, & violentos istius ęvi frequentiores possessores repetita tueri liberiùs valeret. Id manifestum omninò evadit, ex Comitis amplissimo Diplomate, suo tempore producendo. Successit Albrico, B. Poppo, Abba; Marcęnis vitâ functus in S. Pauli Conversione, quod ardenter priùs desideraverat, 8. Cal. FebruarI, anno Incarnati Verbi M.XLVIII. Vide *Francis. Haræum Vltraiectinum, ad 25. FebruarI.*

Perplura nobis haud desunt Diplomata, quibus, vel Reges Francorum, Cæsaresque semper Augustiss. vel Comites Frandriæ, alijque Illustres, Principesque Viri, aut quidpiam præclaræ Domui Rictrudinæ adiecerint religiosè collatum, vel pię pridem ei legata stabilierint, aut certè patrocinium Ecclesiæ ipsius Regalis, atque protectionem bonorum, possessionumque Abbatiæ Marcianensis peramanter susceperint; vt vix vllum reperiatur Asceterium, vbi tãtum in pluteis Diplomatum, tantum litterarum in Archivo conspici possit asservatum. Visuntur eodem in Chartophylacio Marcianensi quàmplurima Ecclesiæ Romanæ Pontificũ etiam Diplomata, in gratiam Cœnobij Marcianensis conscripta, quibus complura, tum Ascetis, tum & Ecclesię Marcianensi sa-

cra

cta privilegia fuerint liberaliter concessa. Exstant & in Tabellario eodem Rescripta Remensium Archipræsulum, & Antistitum Cameracensium, Tornacensium, Atrebatensium; exstitêre, (quæ legerim iuvenis adhuc Monachellus) & Milonis, aliorumque Morinensium Episcoporum; supersunt & complurium prętereà Venerabilium Archimandritarum, queis & hi omneis, & singuli, vel priuilegijs, Asceterium muniant Marcianense, pertueanturque; vel illi eidem corroborent concessa; vel aliquid ijdem gratiæ huic impertiant perillustri Abbatiæ, in quâ summo beneficio Deus Opt. Max. eximium illud immisisset præclaræ Sanctitatis Sidus, Sancti Ducis & Martyris Adalbaldi Viduam Rictrudem, in quâ, *Muliere forti*, probè nôssent ij omneis, & singuli omnia fuisse magna; seu genus, seu claritudinem spectarent virtutum hęroïcarum, atque Benedictinarum; quę quidem singula felix abs Iove illo summo, Divinoque numine principium, propitio ipsi semper Cœlo exhausissent. Vt enim (quod satis iam traditum vidimus) taceam vtrumque ipsius Parentem è Westergotthorum Regum, & Cãtabrorum Heröum prosapiâ perillustri oriundum, & in Wasconiâ olim latè imperantem, insignique sui Principis defensi laude florentem; quem tamen vtrumque, (Arnaldũ, seu Ernoldum Cognomento Nobilem, & Luciam aiebam) Religio Catholica, per Evangelizãtem Amandum Sanctissimum Pontificem obseruãtiùs suscepta, & in Deum ter Maximum insignior fides, sempiternę memorię consecrârit: priusquàm attingamus quę hisce nostris in prolegomenis pauca desiderantur, nequaquam omittendum videtur,

quod

quod ferè mihi exciderat, quódque decus, noménque illustre nostro pepererit olim Duaco Sanctæ Ducis Rictrudis munere, Divûmque exemplari, atque imitando cultu perpio, ad quam loci Nobilis possessio spectaret. Neque enim, posteaquàm Coniux Divus Adalbaldus, Francorum Regum genere exortus, fuisset obtruncatus, * Sancta Vidua, nobilissimo & ipsa genere Vasconum Ducum exorta Rictrudis, priùs in Monasterium Marcianense sese condidit æterno Numini consecrandam; quàm illic, vnà cum Liberis, Divo Amando, ac plerísque, tum sanctissimis, tum Nobilissimis hominibus, in Beatæ Virginis Æde, *(quæ hodie Sancti dicitur Amati)* cœlestem publicè, ad tantum opus feliciter capessendum, opem flagitavit. * Verba sunt *R. P. Io. Buzelini è Societate* IESV, *Gallo-Flandriæ lib.* 1. *Cap.* 36. *Quæ læta Duaco*: Cui conformiter scripsêre, *Gualbertus, aliјque Chronologi Marcianenseis*, nondum in vulgus editi, quibuscum, vltimo hoc paragrapho paucis cogor disserere.

* *Christi Anno* 646.

* *Anno Domini* 653.

DE

DE ANTIQVITATE MARCIANENSI.

LOCI, *supple* MARCIANARVM, *vetustatem, conditum ab ipso Pontifice Amando Monasterium indicat*; i: Marcianense. *Id Benedictini est nominis; & , qua Templi mole, qua multis aliis ædificiis, & rebus laudem meretur. Nullus in totâ regione Gallo-Flandricâ locus, æquè Sanctorum Virorum pedibus olim tritus, & à clarioribus morum puritate, & gubernandi peritiâ Præsulibus insessus. Qui fundauit,* seu struxit, *frequens id Cœnobium Sanctus Amandus adiit, coluitque, vel priusquàm Traiectensis Episcopus crearetur, vel postquàm eo relicto pontificatu in Flandriam rediit, & in Elnonensi Monasterio senex consedit: vt omninò satis gloriæ ab eo Monasterium istud collegisset, etsi nunquam alii suâ præsentiâ, factisque ornâssent, ob eximiam Viri claritudinem, & sanctitatem. Hæc R. P. I. Buzelinus Gallo-Flandriæ lib.* 1. *Cap.* 41. Martianæ, & situm ibi loci Monasterium: Quibus idem annectit. *Neque verò dubium est, quin eòdem sese multus contulerit S. Adalbaldus D. Rictrudis Maritus, ad quem Martianensis possessio spectabat, quique struendo Monasterio ad D. Amandi petitionem solum attribuit. Haud enim minùs ipse Monachorum consortio, &*

Nnn *Diui*

Divi Amandi colloquijs gaudebat, quàm Regis Franciæ; cuius erat cognatus, * *& Aulicorum frequentia lætabatur. Inerat siquidem illi animus virtutum & cœlestium cupidus rerum: quem tum maximè consentaneis ipsi rebus pascebat, cùm intrà Monachorum septa delitesceret &c. Multos illic hæsit annos Beatus Ionatus, quem primum Cœnobij Antistitem Sanctus Amandus constituit.* Verba sunt *R. P. I. Buzelini.*

* Reponendum NEPOS

Qui verò conditi primùm Cœnobij Marcianensis à B. Amando certam antiquitatem ab annis partæ salutis 610. 611. 612. deijcere nequicquam contendit novus quispiam centuriator, novas admovet inanis scrupuli adversùs illos à Viris gravioribus, pridem assertos machinas, quibus & seipsum primò, & nonnullos prętereà alios incautiores frustrà torqueat; dùm per plura laboriosè anquisita conatur facere, quod à priscis fuerit Scriptoribus per pauciora, commodiùs factum, & certiùs firmatum, cum illi exordia Blandiniensis & Marcianẽsis Benedictinorum Cœnobiorum annis superioribus, 610. vel 611. tribuerunt. Non potest autem recentior hic Chronologus adduci, vt credat, hos annos initijs rectè posse attribui Asceteriorum Sancti Petri, in Blandinio, & Marcianarũ, in Ostrebanno Regio; propterea quòd, S. Amandus legatur profectùs ad Gandenseis Idololatras, perceptâ à Rege Dagoberto potestate, & benedictione, à Pontifice Aïchario, id referentibus, *Baudemundo, Harigero Abbate Lobiensi, & Philippo ab eleemosyna Bonæ spei Ascetarcha: Atqui,* (vt is idem infert) *cùm certiora Chronica potißimum circiter annum Domini 621. profiteantur Aicharium ad Episcopatum Noviomensem, & Tornacensem (vndè Gandensis ille tractus tunc pendebat,) fuisse provectum,*

vectum, & annos Dagoberti Regis Francorum, ab sexcentesimo, & vigesimo octavo auspicentur; nec ab inito Regno statim dederit Dagobertus litteras Divo Amando, quibus is vnà cum S. Aicharij licentia munitus Gandavum audentiùs petere occiperet; ex eo (ait) satis concluditur, Apostolum hunc Flandrorum non potuisse quidquam istiusmodi moliri, antequam annus Christi volveretur 629. aut etiam 630. Fuerit namque D. Amando aliquandiu cum Civibus laborandum, vt à simulacris ad verum Deum ipsos converteret, sacrisque mysterijs Baptismatis initiaret. Ex quo (inquit) quid aliud nobis cogitandum necessariò relinquitur, quàm non potuisse quidquam eum priùs Martianis condere, (Cuius Cœnobij initia pendeant à tempore Blandiniensis) quàm trigesimus Incarnati Verbi annus inverit? &c. Et paullò post hæc verba; *Maneat igitur (ait hic Scriptor recentior) saltem non priùs posita fuisse Martianensis Asceterij fundamenta, quàm post sexcentesimum annus trigesimus procurreret: quandoquidem, quo præsertim post anno, id condi Monasterium cœperit, difficillimũ sit statuere: ac prorsùs hoc quibusdam minimè videatur posterius Elnonensi.* Hactenus hic Chronologus, qui totâ hâc ratiocinatione suâ nihil prorsus evincit adversùs constantissimam Blandiniensis & Marcianensis Monasterij antiquitatem superiùs consignatam; quin verò etiam, ipsam errore suo evidentiore stabiliùs firmat. *Baudemundus* enim, qui cum beatissimo Pontifice Amando familiariter vixit; *Harigerus Abba, In Tungrensium Pontificum, gestis; Philippusque ab eleemosyna Bonæ spei Abbas* 2. cùm de Sancto Amando hæc memorant, quæ is produxit perperam accepta; nihil minùs quàm asserunt temporibus illis præfatis Aicharij Noviomensis, & Tornacensis Episcopi, Dagobertique Francorum Regis, S. Amandum,

dum, primis omnium vicibus, ad Gandavenſeis Idololatras Ieſu Chriſti fide imbuendos; adque ibidem Monaſterium Blandinienſe S. Petri primùm exſtruendum, & paullò poſt tempore, ad excitandum Marcianenſe fuiſſe profectum: Nihil (aiebam equidem) minùs, quàm id, illi treis Viri graveis ſuis ſchedis illivêre: ſed, ſecundam eòdem Divi Flandrorum Apoſtoli profectionem ſaniùs intellectam voluêre; de quâ videndus, & intelligendus quoque ſit *DN. Io. Couſin In Aichario ſuo, & Amando, proto-Conditore Blandinienſi, & Marcianenſi*. Declarat hanc, eò, in Idololatriam ſuam priorem, per abſentis Amandi moras relapſarum Gentium, ſecundam Apoſtoli Flādrorum profectionem repetitam, hiſtoriarum, & Chronologiæ ſcientiſſimus *Genebrardus*, ad Annum humanæ ſalutis aſſertæ 637. *Ad Gandavos* (inquiens) *destructis iam Aris Mercurij, convertuntur Amandus, Aicharius, Noviomenſis Epiſcopus, & Landoaldus, Dagoberto Rege Diploma dante.* Reverendus autem P. ac *DN. Antonius D'yeps, Abbas Vallis Soletanæ, Tomi ſecundi Chronicorum Generalium Ordinis S. Benedicti folio* 145. *In Vitâ S. Amandi*, aſſerit initia conditi Monaſterij Blandinienſis, (vnde pendere certum eſt & cunabula Marcianenſis) nequaquam poſſe reijci in Annum Chriſti vigeſimum nonum ſupra ſexcenteſimum, vti neque in ſexcenteſimum & trigeſimum. Antè hos ſiquidem annos conditum fuerat *A*ſceterium Sancti Petri in Monte Blandinio; eidemque à Sancto *A*mando fuerat præfectus Divus Floribertus; ad quem, & fuerat miſſus, *A*lloynus, cognomento Bavo, Patre natus *A*gilulfo Hasbaniæ Comite, Carolomanni, Patris Pipini à Landâ, primi Brabantiæ Ducis Fratre

Patruele.

Patruele. Qui quidem Bavo gloriam Christi pleniùs edoctus à Tungrorum Episcopo S. Amãdo, contemptis opibus, & honoribus, favore suffultus Regum Clotarij, & Dagoberti, & animatus à Gregorio Magno, qui pium defenderat militum studium adversus Mauritium *libri 2. Regesti Epistolà 61. & 64.* liberali manu pecunias, & thesauros effudit in pauperes Christi; terras, ac prædia, quæ in agro Brabantino, & alibi plurima possidebat, in pios cõtulit vsus; Gandæ, ad Scaldis & Legiæ confluentiũ alveum Divo Amando promotore, Cœnobium, in honorem S. Petri exstruxit, egregièque dotavit; & in eo, tonsurâ Clericali à S. Pontifice Amando insignitus, aliquotque annis pœnitentiæ dignos fructus faciens, ac soli Deo inserviens, cum omni sanctitate vitam temporalem cum æternâ feliciter commutavit, Calendis Octobris, anno Domini 631. Quo eodem, reformatam fuisse à Beato Amando Ecclesiam Gandensem asserit *Chronicon ab Orbe condito Anonymi nostri MS.* nequedum in vulgus editum. Huius eamdem sententiam sequi videtur *Chronicon Elnonense*; *Ecclesia* (inquiens) *Gandæ, auctoritate Aïcharij Noviomensis, & Dagoberti Regis Francorum, per Beatum Amandum dedicatur, seu reformatur.* Verum quidem est hanc loci nonnihil fortè per moras (vti iam premonuimus) absentis D. Amandi, deterioris effecti, nunc quidem factam reformationem à S. Pontifice, anno hìc assignari DC. XI. ac proindè, erroribus de tempore Aïcharij, & Dagoberti deturpari. Sed, ex superiore *Chronologo MS.* emendatiore, satis liquet errorem istiusmodi, per incuriã, vel fortassis etiam

imperitiam (vti sæpe fit) cuiuspiam Amanuensis irrepsisse; & conformiter superiori Chronologo iam producto, hocce mendoso certè loco reponendum esse annum Domini DC. XXXI. quò Ecclesia Gandæ, *Destructis iam Aris Mercurij, à SS. Amando, Aichario, & Landoäldo, Dagoberto Rege Diploma dante, dedicata secundò fuerit*, & sanctiùs *reformata*. Ita sensit *Doctus* quoque *Genebrardus* ad annum præfatum, quem & habet eumdem, *Iacobus Meyerus, In Chronicis Flandriæ*. Quod itaque, Vir alioqui eruditissimus, ibi quoque legit; vt vitiosè scriptum erat; ita perperam interpretatum est: vt non sit novus in istiusmodi negotio memoriæ lapsus; in quem est facile homini multis rebus alijs impedito, labi. Nihil igitur prorsùs consequi potest tota hæc, Viri alioqui & probi, & bene docti, subtilior, quàm solidior ratiocinatio, vndè possit convincere Monasteria, & antiquissima, & sanctissima, atque nobilissima, Blandiniense, atque Marcianense, nequaquam cœpisse condi à Sancto Pontifice, Flandrorumque Venerando semper Apostolo Amando, Annis à nato Iesu Christo, 610. vel saltim 611. quemadmodum liquidò constat auctoritate *Gualberti*, aliorumque Chronologorum Blandiniensium, Marcianensium, Elnonensium, & Amatensium vetustissimorum, & constantiore Maiorum nostrorum traditione pridem receptâ; quorum iam nunc Anacephalæosis hoc Coronidis loco necessaria, oculis benivoli Lectoris subnectetur.

Subticeo calculi huius eiusdem Chronographi certam molestiam concitantis, tum alibi sæpiùs; tùm & in Vitis, & sanctâ morte Divorum nostrorum, ac Divarum Marcia-

Marcianensium Tutelarium obscuritatem; qualis fuerit, (vt cæteras silentio modestiore tegam) litteris mandâsse, Divam Geretrudem, seu Gertrudem, Sanctæ Virginis Eusebiæ Proäviam in Cœlos receptam non fuisse infrà nati Iesu Christi annum 680. Qui quidem calculus novus, & obscurus, ab anno quo è terris abijt ad Superos Illustrissima æquè ac beatissima Vidua Geretrudis nostra Hamaticensis Dotatrix, & Proto-Antistita, totis 25. annis abest exactis. Membranaceus enim Codex Marcianensis vetustissimus, eius ita meminit. *Interea Dei Famula Geretrudis, quæ fuerat Avia Adalbaldi Viri Venerabilis, longævitate vitæ accumulatis operibus bonis, in Monasterio Amatico à se ædificato, vbi & Sacra Virgo Eusebia eius educabatur Proneptis, viam ingreditur vniversæ carnis Anno DC. LV. &c.* Is idem, vt rursus coniectando, tempus ostendat, quo Diva Rictrudis, à Divis Amando & Autberto in Asceterium suum posterius Marcianense deducta fuerit; cùm secunda Ecclesia Marcianensis, ab hisce SS. Pontificibus duobus, sexto Cal. Nouembris fuit dedicata; conijcit ibi annum, quo S. Pontifex Autbertus ad Superos credatur evolâsse, in sexcentesimum Christi nati, & quinquagesimum nonum. Aberrat autem & hæc annorum supputatio, totis sedecim annis, à certiori annorum computatione, quam instituerit Auctor Catalogi Episcoporum Cameracensium & Atrebatensium, præfixus Balderici Episcopi Noviomensis, & Tornacensis, Chronicis: Qui quidem Auctor Catalogi, (si quispiam alius ævo hoc nostro) sacræ antiquitatis callentissimus est, & palam agnoscitur talis. Eccum proinde verba eius reddo. *Octavus. Sanctus Autbertus,*

consecra-

consecratus die 21. *Martij* 642. *sedit annis* 33. *obijt* 13. *Decembris* 675. *Supple, Anno Christi nati.*

Quid? quod Chronologia R.P. Iac. Gordoni accuratior, & Wolfgangus Lazius Viennensis, Historicus invictissimi Rom. Regis Ferdinandi Austriaci, (In Dagoberto primo, quē Degenprecht/ * hoc est, *gloriosum Heröem*, nominat; & Nanthilde, quam Machtildem vocat, Saxonum Regis Filiam, *folio* 88.) & Appendix Gregorij, Aimoïnusque, MSS. quatuor annis vlterioribus absunt ab eo, quem hic adscripsit defuncto Regi Dagoberto, id nominis primo, vt everteret antiquiorem calculum anni 610. vel saltim 611. quo condita primùm Cœnobia cöætanea Blandiniense, atque Marcianense à S. Amando pertuentur Chronica domestica vetustiora, & certiora: Wolfgangus verò Lazius, loco citato, XXI. totis vlteriùs productis discrepat annis. Cùm igitur Vir ille bonus, cæteraque pereruditus, & tersè latinus, machinam novæ coniectationis suæ, adeò discrepantis à certiori annorum computatione, quam omneis nostri Chronologi vetustissimi vniformiter instituerint, adversùs antiquitatem Blandiniensem, & Marcianensem cöætaneam, toties, & varijs iam seculis, à Viris religiosis, & bene doctis constanter assertam, ad nostramque, fidâ manu, transmissam ætatem solus depugnans frustrà contenderit admovere; idemque, puris suis negativis infirmioribus, antiquiorum omniū Chronologorum, qui diversam ab eâ, quæ sit ævi nostri, annorum ineundorum fuerint rationem soliti sectari, vetustissimas rationes, & gravi mole sua stanteis assertiones enervare nequicquam tentârit; nihil video esse reliqui, quod nos possit

* *Germanicè.*

possit vnquam remorari, quo minùs nobis à Divis Amando, & Adalbaldo, præclari Alodij Marcianensis, in Ostrebanno Regio, Toparchâ, partam illustrem antiquitatem, & annis à sacrosancto Virginis Matris partu DC. X. vel saltim DC. XI. asseveranter adscriptam, semper liberrimè tueri pergamus. Incertus namque, imò etiam erroneus calculus; certo, atque verè iam pridem semper asserto convellitur, & prorsùs evertitur: at contra; non item. Sequamur itaque communiorem semper antiquiorum Scriptorum hâc in re seriâ opinionem; & Domesticorum testium, omni exceptione maiorum, sententiam, à novis centuriatoribus vaniùs deturpari, & in commentitios reijci annos, cum venerandæ Antiquitatis contemptu, & iniuriâ, nunquam feramus: id dissimulanter sinamus nunquam, suffragantibus præsertim nobis longè pluribus classicis, antiquioribus, & certioribus antiquitatis huius geminæ, benedictinęque Blandiniensis, & Marcianensis assertoribus, sub finem huius Paragraphi compingendis, & sincerâ fide producendis. Qui quidem omneis, & singuli sint habiti Viri probi, graveis, & rei ponderis, tantíque momenti probandæ scientiores, & certè callentiores, ac proindè sint testeis recipiundi. Domestica namque sunt eorum hæcce testimonia. Vndènam possent vnquam expeti, aut excipi certiora? Meridianâ sunt eadem luce clariora; Ecquis ergò sanæ mentis, velit, aut ausit ijs vnquàm refragari? Si quis fortè Librariorum, Amanuensiumve, aut incuriâ, vel imperitiâ, & crassiore ignorantiâ inspersus Indictionis, aut cuiuspiam sit nominis error, expungatur; expurgetur. Everrenda namque

Domus illa censetur, quæ aranearum obductis fœdata fuerit telis; evertenda, minimè gentium vsquam, vel vnquam. Ita prorsùs igitur, nec albus noster acceptus antiquitatis calculus, à priscis Chronologis nostris, Viris sacris, eiusque sanè peritioribus Scriptoribus, temerè eversus, in incertum quodpiã *Circà*, vel imperspicuum *Circiter*, recèns accersitum, quodque Lectoris mentem potiùs torqueat, quàm certè perdoceat, clarèque, ac suaviter oblectet, temerè convertendus, & falsò commutandus est. Quò enim illud pręcereà spectare potest, nisi, vt priscis istis spectabilioribus Chronologis nostris Criticus centuriator quispiam, argutior fortassis; at non eam ob solam causam antiquioribus solidior, idemque constantior à cunctis recenseatur, dum Marte illo recèns excitato, Chronomachiâ suâ nuperâ, susque, deque cũcta ferre, atque priscos apud illos nostros Scriptores historicos omnia confundere, venerandamque antiquitatem monasticam omnem dubiam efficere, aut convellere frustrà contendit. Bella scilicet ratio recentioris invehendi, & imperspicui nobis inducendi calculi, per *Circiter*, vel *Circumcircà*; cum, à Viris probis, & limæ politioris Auctoribus, certum abs olim calculum habemus assertum. Quum ergò, *teste Philosopho, Potior sit pars affirmativa*; Et, In *Antiquis sit Sapientia*: Fixum illud maneat, & ratum, quod ex antiquioribus rerum sacrarum, & à Regibus, Principibusque Viris pientiùs conditarum monumentis prisca scriptio Ascetarum, magno labore, omniumque fructu, è tenebris, & barbarorum hostium furore, ac ruinis, Præsulum nostrorum iussu erutum, & reliquit exaratum, simplici quidem illo, at

proindè

proindè ſtylo eodem ſinceriore, atque veriore. Vndè, & hæc eadem de rebus Eccleſiaſticis, atque Cœnobiticis vetus ſcriptio, apud Viros religioſos, graveis, & eruditos, prioribus illis ſęculis, ſępenumerò in ſuis membranulis ita exhibita, obſervantiùs ſtetit excepta; vt, quùm etiam temporum iniuriâ, & bellico furore, vetera Regum, & Illuſtrium Fundatorum abrepta Inſtrumenta, & Diplomata deſiderarentur; Tituli locum illa plerunque ſubierit ſcriptio pervetuſta. Neque id ſanè mirum cuiquam eſſe debet. Aliàs enim, & vetuſtior Cæſarum, & Regum, ac Principum Virorum excellens, atque veneranda pietas, & ipſa vetus omnis illa, prudenti, providoque Aſcetarcharum præcepto elaborata ſcriptio, quòd eſſet fortè argutulis quibuſdam ſimplicior dictitanda, temerè neglecta, iamque pridem prophanè antiquata peſſum exijſſet: & Heröum, Heroïnarumque, adeóque, & totius nobilitatis, atque religioſæ antiquitatis decus omne, nomen, ſanctáque recordatio (quam deceat æternùm perdurare) miſerrimè ſublata perijſſet; & mortalium animis, heu! quanto malo, & rei ſacratioris detrimento extincta, penitùs excidiſſet. Cùm itaque, In libris Veterum Patrum Catholicorum nihil fas ſit immutare: * fixum quoque, & apud nos perſtet reverentiùs, ratum, priſca quod nobis Præſulum noſtrorum Venerabilium pervigili curâ traditum aſſerunt Cœnobitica ſcriptio, & religioſior veritas: ita vt, & nos demùm, illi album addamus calculum conditi Blandínienſis Sancti Petri Nobilis Monaſterij, anno Sexcenteno deno, Id enim, & monimenta noſtra, & ſaxa ipſa, Blandinienſiúmque Chronica, noſtris ferè

* Ex Indice librorum prohibitorum Concilij Tridentini.

vbique conformia, planiſſimè proteſtantur. Eòdem nos ducunt, qui & Marcianenſem pariter ſtabiliant antiquitatem, veteres verſiculi ſubſequenteis, nequaquam ſanè aſpernandi.

In Sexcenteno deno Fundavit Amandus,
Anno Blandinium; Patronum dans illi Petrum.

Neque enim ijs obſtare vllo modo poteſt (vti præmonuimus) quod obijciantur tempora S. Aïcharij Epiſcopi Noviomeuſis & Tornacenſis poſteriora, quibus, à Rege Dagoberto, Filio Clotarri Regis (quem rectiùs Frãcorum veterũ linguâ dicendum *Lautar* vult *Wolfgangus Lazius*, loco iam citato) agendi poteſtate acceptâ, & à Sancto Pontifice Aïchario, à quo tunc temporis Brugenſeis adhuc penderent, & Gandenſeis, benedictione perceptâ, intrepidè ad Gandenſeis, gentem ferocem, perrexerit Gallo-Flandrorum Apoſtolus D. Amandus. Id enim, nequaquam convellit, aut labefactat; ſed ſtabilit, & calculum certiorem firmat Anni 610. quo, *loca, vel Diœceſeis, ob animarum ſolicitudinem, Vir Domini, ardenti zelo circumïens*, primùm fuerit, ibique gentium Idolis addictarum, adverſus hunc Cacodæmonum cultum, (quem is imprimis abominaretur) Sãcti Petri Archi-Apoſtoli, in Monte Blandinio Monaſterium, tam ex munificentiâ Regis, quàm ex collatione religioſorum Virorum, religioſarumque Fœminarum, * priùs conſtructum S. Pontifex curârit Amandus. Locus enim iſte ſic accipiendus eſt, vt ſuperiori ſalvo calculo *Anni Sexcenteni, deni*; eòdem intelligamus poſtmodum fuiſſe profectum ſecũdò Pontificem Divum noſtrum Amandum, propterea quòd aliquot ibidem gentium primò relicti Fratres, qui cum

* *Ex F. Harae, ad 6. Februarÿ.*

eo per diverſas provincias, multas pro nomine Chriſti perpeſsi fuerant paſsiones, apud barbaram Gentem, & moribus inconditam, (vndè, *propter ferocitatem Gentis, vel, ob terræ infœcunditatem; omnes Sacerdotes* (inquit *Hareus*) *à prædicatione loci illius ſe ſubtraxerant*) eo perparum profeciſſent abſente; vt etiam, canũ inſtar ad vomitum redeuntium, ad pſeudodei ſui Mercurij cultum impium miſerè relapſis Gandenſibus, Gallo-Flandrorum Apoſtolus S. Amandus fuerit eòdem redire compulſus, liberior iam nonnihil (ita tradidêre Hiſtorici nonnulli) ad id evangelici muneris obeundum, & meſſem colligendam ampliorem, Regio Diplomate Dagoberti primi, & authoritate S. Pontificis Aïcharij effectus. Ita ſenſit *Io. Couſin, In Aïchario ſuo, & Amando.* * Ita, *Chronica MSS. Bibliothecæ Eccleſiæ Cœnobiticæ Ciſonienſis Nobilis, & Venerabili ſuo Cœtu ſacro ſpectabilis: Cuius olim Vicus, Fiſci Regij nomine inſignis, erat in agro Tornacenſi, nunc verò Ditioni ſubiacet Inſulenſi; & Conditore, atque Dotatore S. Everardo Foro Iulij in Italiâ Duce, & Comite, nobiliſsimâ inter Francos familia exorto illuſtratur. Reverendus etiam Abba Vallis Soletanæ, Benedictinus, DN. Antonius D'yeps. 2. Tom. Chronic. generalium Ordinis S. Benedicti. In Vita S. Alloïni cognomento Bavonis; Et in geſtis S. Pontificis Amandi, Floriberti, Regisq; Dagoberti id nominis primi, ita prorsùs ſenſit; & errorem eorum egregiè detexit, & confutavit, qui putàrint Divum Amandum haſce Belgij noſtri parteis anno ſexcenteno deno nondum adijſſe, & evangelicè perluſtràſſe.* Conſulendos mitto per otia liberiora Auctores graveis, iam quidem ſtrictim, & ſuperiùs paullò diſertiùs productos *Prolegomenῶν noſtrorum folijs ſuperioribus* 335. 336. *& continuo ſubſequentibus contextu ad pagellam vſque* 344. Longum

* *Lib. 2. c. 1. Chron. Monaſterij S. Bavonis. Et Theodoricus. In Vita S. Bavonis. cap. 16.*

 enim

enim foret huc singula referre, quæ paginis fuerint illis superioribus à nobis latiùs producta: quæque ab hisce ijsdem Viris doctissimis sint graviter scripta, & quę dissertiùs hoc ipsum attigerint, & apertiùs enucleârint argumentum.

Sed & hoc loco sit opportuno monitus Lector Amicus, lineam 7. paginæ 339. excusam mendosè: legendúmque illic deinceps ipsi esse, subausus sit. Rursúsque, lineam emendandam eiusdem paginæ decimam nonam, vndè, duæ dictiunculæ sint expungendæ: duntaxat biennem. Vt ibi deinceps correctè, verèque legatur (tunc quidem nondum natam.) S. RICTRVDEM Viduam &c. Rictrudis enim nostra, biennio post conditum à Sanctissimo Pontifice Amando primarium Benedictinorum nostrorum Marcianense Monasterium, in Illustri Alodio præclari Ducis Adalbaldi, Tolosę primùm est nata; nimirùm, Anno Incarnati Verbi Divini DC. XIII.* vti videre lubeat à nobis scriptum paginæ superioris 335. lineis secundâ, & sequentibus.

* Rictrudis nata. Anno Christi 613.

Hinc autem necessariò resiliant duo præsertim oportet; quæ suâ quoque sint eadem singula observatione digniora: quorum prius illud esto. Quod præclarus Dagoberti Regis Nepos, & Dux noster Adalbaldus, apud Regem magnâ pollens gratiâ, & auctoritate, Princeps, (vt vidimus) pacis, & belli consilijs, rebúsque maximè idoneus, qui Divo Amando dederit fundum, inter nemora, palustria, prata, & Scarpum, perquàm commodum extruendo primùm Monasterio Marciänensi, in suo Austrobanno Regio, congruentissimum sanè locum, cœlibem, & à vulgo semotam capessentibus Ascetis

tis nostris prioribus vitam. Idque, sanctissimo quùm Pontifici concessetit exposcenti, biennio toto antequàm apud suos Tolosates nasceretur nostra Rictrudis, Cognomento Nobilis, Dux noster Adalbaldus; debuerit profectò fuisse provectioris nonnihil ætatis, quo postea tempore Princeps moribus compositis, raro in alijs mentibus ornamento, insignibúsque animi & corporis dotibus præditus, visam Tolosæ Principem illustrem Rictrudem *nubilibus attiguam annis*, adamavit, expetijt, & perdignam sibi sponsam denique sanctè adiunxit.

Persimile observare collubeat cõiugium nobilissimum quoque obtigisse vergenti ad senium Sancto Duci, & Comiti Everardo, summa omnia meditanti Heroï, Franco, quùm ipsi in paucis charo Ludovicus Pius Imperator Gislam Caroli Filiorũ minimi Sororem, quam ipse ex Iudithâ suscepisset, insignem virtutibus puellam Coniugem dedit: &, quò nuptias Generi adornaret, eidem Regium Fiscum Cisonij donavit, in quo is idem Dux, & Comes Everardus, belli iuxtà & pacis artibus clarus, iniecto posteà divinitùs id agendi studio, Cœnobium opulentum, & Illustre condidit, quod antiquitatem octingentorum fermè annorum ferat; & vbi nunc Canonici Regulares consideant Divi Augustini legibus constricti. Ætate verò provectum Everardum fuisse, quo tempore nuptias is inijt cum Gislâ Caroli Calvi Sorore elicio ex Litteris, quibus pia Dux testatur se beneficio Caroli Calvi Francorum Regis, &, *Germani sui, florente pietatis munificentiâ, dono tributum accepisse Fiscum nomine Sominium*, vulgò Somain, *in Pago Hostrewant*; In ijsdemque, Maritum Everardum, vocat *Seniorem suum dul-*

cis

cis memoriæ, &c. Iuvat hoc loco meminisse Nobilis Monasterij Fisci Cysonij, quòd eius Illustris Conditor, & Dotator munificus S. Everardus, si absint colores rubentis parmę, medijque virentis Smaragdi, quem aurea circumcingant liligera sceptra, eadem prorsùs putetur avitæ nobilitatis præclaræ insignia gestare, quę, & Divę Rictrudis Cœnobium Marcianense; Sanctique Victoris Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, in suburbano Vico Parisino: quæque gestâsse legitur Sanctus Arnulfus Metensis Antistes.* Addantur his, & Clivienses præclari Duces. Qui nunc Ecclesiæ Regij Fisci Cysonij ornatur Abbatiali dignitate, R.DN. est, D. Erasmus d'Autel, Pręsul multâ præditus virtute, & eruditione, quique nullis impendijs parcat, neque laboribus, quibus promoveri Domus Dei possit ornatus; neque re verâ pius, & prudens Pastor minùs operæ circà Fratres, & Domesticos pervigil impendat, vt suorum animos omnium ad cultum veteris religionis, & pium erigat studium virtutum.

*Ex Io. le Maire. & Chron. Blandi-niensis D'ypre.

Porrò verò, quod posterius resilit ex eo quod, Vetus Scriptio habeat, duobus post annis quàm cōdi occœpisset Asceterium Marcianense, in Ostrebanno Regio,* à Sanctissimo Pontifice, *tunc quadragenario, Amando*, concedente locum operi sacro congruentem Duce Adalbaldo; Diva nostra Rictrudis, in Vrbe Tolosanâ, felici effusa fuerit partu: illud sit. Quod, allucinentur certè, quotquot Sanctam Rictrudem, primam Marcianensis Monasterij, (quod in Gallo-Flandriâ nobilissimum, & antiquissimum cum Blandiniensi habetur) Parentem, seu Conditricem arcessunt. Siquidem, quin prima eius

*[illegible] En [illegible] Ostrevanæ Regiū.

posuerit

posuerit Fundamenta Sanctus Amandus, antequam Episcopus Traiectensis designaretur à Rege Dagoberto, id nominis primo, cùm ipsius ex puellâ Regentrude, susceptum divinitùs Filium Sigebertum dies natum quadraginta, sacris vndis baptismalibus tinxit, nemo est, qui debeat dubitare; vti neque, qui prima eiusdem incunabula certioribus annis, quàm, vel *sexcenteno deno*, vel inde proximè sequenti *vndeno post sexcentenum* verè possit assignare. Id enim asserunt constanter, quotquot eâ de re scripta supersunt vetustiora Marcianensis Ecclesiæ Monimenta. Quin verò etiam, versârunt multis sæpe modis hanc eamdem, & vnam rem certi sui ponderis, & hæserunt in hâc nostrâ sententiâ, in quâ & hactenus sunt commorati *Chronologi*, *Codicesq; Membranacei MSS. Blandinienseis*, *Elnonenseis*, *Amatenseis*, *Marcianenseis*. Cùm itaque, *Membranacei Codices MSS. Ecclesiæ Marcianensis, Auctorque Miraculorum Beatæ Rictrudis, & Vetus Maiorum nostrorum traditio*, Nativitatem Sanctæ Ducis Rictrudis Tolosanæ, *imperantibus Clothario secundo Francis, & Romanis, Eraclio, qui devicto Chosdroe Rege Persarum, & filijs eius, Dominicæ Crucis lignum victor Hierosolymam reportavit*, assignárint *Anno Domini DC. XIII*: nullâ prorsùs ratione fieri poteſt, vt, quæ *nondum nata*, nondum esset *orta* B. RICTRVDIS, *in Wasconia, ex Tholosa Vrbe, ex Regali prosapia*; prima iecerit Monachorum Marcianensis Abbatiæ Fundamenta, Annis à nato Christo, vel *sexcentesimo decimo*, vel certè *vndecimo post sexcentesimum Iesu Christi*; qui, & annum, & diem illum albo notandum lapillo, quo vitam ipsa Tolosæ hausit, vel triennio, vel præcesserint saltim biennio toto.

Ppp Dixi,

Dixi, *vel triennio, vel saltim biennio toto*; quòd varient Antiquitatis Marcianensis Ecclesiæ, seu Asceterij vetustiores assertores; dum hi primordia huius Abbatiæ in annum humanæ salutis per Christum partæ decimum & sexcentesimum coniiciunt; illi verò pauciores, & fortassis certiores, vlteriùs in certum vndecimum suprà sexcentesimum à Iesu Christo nato reijcere malunt annum. Qui autem primordia Benedictinæ Monachorum nostrorum Abbatiæ *ab anno sexcenteno deno metiuntur*, in eoque plureis abs olim commorantur, oculos religiosæ mentis defigunt intentos attentiùs *in verba Appendicis Synopsi Franco-Merovingicæ Andreæ nostri Sylvij adiunctæ MS.* quæ sint huiusmodi producta superiori *paginâ Prolegomenῶν nostrorum* 335. *Tempore huius Clotharri Regis, nata est Beatissima Matrona nostra Rictrudis, in Wasconiâ, ex agili, pugnacique Gotthorum Gente, Patre Hernaldo, Cognomento NOBILI, Matre verò Lykiâ, seu Lucia, à Cantabriæ & Asturiæ Ducibus oriunda:* Subiunxitque: *Eodem tempore: Monasterium Marciänense, à B. Amando quadragenario, posteà Treiectensi Episcopo, In possessione,* (per Dotem acceptâ à Marito nimirùm Adalbaldo, vti post ea ostendetur) *eiusdem Beatæ Matris nostræ* (Sup. Rictrudis) *ædificatum est, tempore Clotharri Regis, In Alodio præclari Ducis Adalbaldi, Filij Blitildis, Sororis Dagoberti Regis Francorum (vt quibusdam certioribus placet) ex Ausberto Duce Nobili in Germania, Imperij Romani supra Scaldam Markione. Membranaceus Codex alius ab hoc priore Sylvij nostri Marcianensis. Fundatur (inquit) Ecclesia Marcianensis à Sancto Amando, suæ ætatis Anno XL. Chronicon quoque Marcianense MS. Anno igitur (ait) Lotharij XXIV. porrò à Nativitate Sancti Amandi quadragesimo, construxit*

Beatus

Beatus Amandus Ecclesiam Sancti Petri in Blandinio: Et paulò post; Marcianensem Ecclesiam.

Ex his porrò verbis, quibus Monasteria, Marcianense, atque Blandiniense, constructa referuntur *à Sancto Amando quadragenario, post ea Traiectensi Episcopo* designato, & creato; eliciunt partæ salutis annum sexcentesimum decimum exstitisse illum ipsum, cui debeant primordia conditi à S. Amando vtriusque, Fraternæ semper charitatis vinculo coniunctissimi Cœnobij consignari. Etenim, si Annus Christi sexcentesimus sexagesimus primus Indictionis quartæ, rerum gestarum inopiâ, tam in Oriente, quàm in Occidente obscurus, certâ veluti Face in Gallo-Flandriâ nostrâ sanctissimi Amandi Flandrorum Apostoli nuncupati, nonagenarij duntaxat, morte pretiosâ in conspectu Domini, magnoperè illustratus est; Et rectè scribit *Molanus, Apostolica virtute, & spiritu plenum apud Pabulenses, seu Amandiaci,* (ita namque locum vocat *Becanus Historicus Traiectensis) in Elnonensi Monasterio feliciter mortem obijsse S. Amãdum, Anno Incarnati Verbi sexcentesimo sexagesimo primo, cùm (vt scripsit R. P. I. Buzelinus, libri 2. pag. 75.) demptis decem annis sæculum vixisset :* Annus Christi sexcentesimus decimus optimè quadrat, & incurrit in annum quadragenarij S. Amandi, quo Membranacei Codices nostri MSS. tradunt Ecclesiam, seu Abbatiam Marcianensem primùm ab eo fuisse conditam. Hinc est, quod Series Abbatum ab Anonymo Asceta domestico manu exarata permultis ab hinc annis, hoc vtatur exordio.

Amandinum Chronicon notat, & Blandiniense, & Marcianense Monasteria constructa fuisse Anno 610. Idem scripsit Sigebertus

Gemblacensis, Cuius exemplar MS. vetustissimum adservat Marcianensis Bibliotheca, cum Chronicis MSS. R. Monachi Marcianensis à Creatione mundi. Marcianense, inquiens, Monasterium, à Sancto Amando Belgarum Apostolo inchoatum Anno Domini DC. X. super fluvium Scarp, eodem tempore, quo etiam Blandiniense constat. Idque, in Alodio præclari Ducis Adalbaldi, Filij Blithildis, Sororis Dagoberti, Regis Francorum (vt quibusdam Veteribus placet) ex Ausberto Duce Nobili in Germania. Alius Codex MS. *his verbis eidem adhærescit sententiæ. Anno ab Incarnatione Domini DC. X. à B. Amando post ea Treiectensi Episcopo, iam quadragenario, hoc* Monasterium Martianense *Fundatur in honore BB. Apostolorum Petri, & Pauli, Et in eodem loco voluit haberi Ordinem* Monachorum *Sancti Benedicti. In quo posuit, & ordinavit suum Discipulum Sanctum Ionathum, Ecclesiæ Abbatem fidelissimum, &c.*

Ad extremum; Quod etiam citat *Amatense Chronicon R. P. DN. Franciscus Barius, Celebris Abbatiæ Aquiscinctinæ Prior, Chronologus accuratus*, Asceterij Marcianensis initia, sexcentesimum & decimum ad annum Iesu Christi reducit. Hæc disertè Auctores isti complureis, & Viri graveis de Venerabili Antiquitate Marcianensi nos edocuêre: quibus sanè plus dandum auctoritatis videtur, quàm huic præfato recentiori Chronologo; qui tot modis commentatâ suâ ratiocinatione nuperâ, tam longè proijcere nequicquam tentârit Marcianensis huius Benedictinorum Abbatiæ primordia, à calculo veterrimorum adeò multorum, eorumdemque fermè omnium Auctorum, & Scriptorum domesticorum, qui sibi famam singulari probitate pepererint apud suos, & apud alios etiam doctrinâ nomen comparârint. Quorum

rum in sententiâ, si quid animadversione dignum fortassis occurrat; illud esto: quod nonnullorum trutina paullò iustior, à priorum horum iudicio, & pręfatâ sententiâ, vno, atque altero retrocesserit duntaxat anno, quibus ego haud assentiar ita difficulter, quòd antiquioré, & Auctoré hi posteriores sint secuti gravem vnum, atque alterum; quòdque, ad hæc Marcianenseis, continuâ traditione sententiam religiosè maluerint eamdem, & pacificè hactenus tenere. Auctor MS. qui nonnihil superiorum supputationi pugnare videtur, Is est Anonymus, qui Chronicon ab Orbis conditu concinnavit, & in Annum Dominicæ Incarnationis MC. XXX. produxit: quo, (inquit ille,) *Defuncto Rege Roberto, Henricus Filius eius regnavit annis fere XXV. &c. Habetq; R. P. DN. Caroli Blendecq, Monasterij Sanctæ Rictrudis de Marcanis quondam Archi-Prioris, deinde verò Villæ Regiæ Virginiacensis,* * *& Appendicum nobilissimarum, in agro, & Comitatu Suessionensi, Administratoris, Viri eximiâ virtute, ac eruditione pollentis, hasce fronti præfixas, ipsissimâq; manu eius scriptas notationes. Auctor huius Chronici, methodum Eusebij, & Adonis sequutus est, à quo, nonnulla mutuatus videtur Sigebertus; quamvis annorum spatijs discrepent.* Sic autem incipit: *Ab optimo rerum Creatore, & summo Opifice Deo; &c.* Hic igitur describens D. Amandi obitum, ea cōplectitur, quæ ex instituti mei ratione adducam necesse est. *Amandus* (inquit) *intereà, nomine, & meritis amantissimus, post multiplices, atque felices cursus certaminum,* Anno *Domini Iesu DC. LXI. ætatis suæ nonagesimo primo abijt ad remuneratorem suum, percipiens munus perpetuum.* Hęc, *Chronologi* Anonymi (quem *Sigebertus* non synchronum sed tempore priorem habuisse dicatur, à quo nonnullâ mutuatus

* *Vulgò Vergny prez de Margis*

mutuatus idem putetur) verba diligenter cùm expendiſſent aliquot Viri graveis, & rerum vſu, atque doctrinâ clari, ab anno Christi ſexcenteno deno nonnihil deflectenteis, (quo Blandinianum ædificatum cenſeatur Cœnobium,) Marcianenſis ortum certiorem in, vel *duodecimum*, vel, *vndecimum* annum cenſuerunt revocandum. In ijs exſtitit in primis, Vir, qua generis, & aſceticæ puritatis claritudine, qua eximiæ eruditionis laude illuſtris *DN. ille Franciſcus Barius* Celeberrimi Aquiſcinctenſis Phrontiſterij Archiprior, qui, *in Collectaneis ſuis manuſcriptis*, primordio Marcianenſis *Aſ*ceterij annum adſcripſerit duodecimum poſt ſexcenteſimum, ita, vt non ſit auſus vnquam, cum allucinante *Oudemburgo*, & alijs, ſomniare natam fuiſſe *A*bbatiam Marcianenſem cum Blandinienſi, anno poſt ſexcenteſimum quarto & trigeſimo, vel annis 629. 600. & 30. 60. & 40. 644. 651. 652. Ita ſcilicèt varij, variè auſi ſunt varijs temporibus comminiſci. Cùm enim, Vir ille circunſpectior, omneis qui hanc antiquitatem variè agitâſſent, ad amuſſim excuſsiſſet; intellexit, clarèque vidit calculum annorum illorum omnium à partu Virginis, nullâ prorſus ratione poſſe quadrare in S. Pontificē *A*mandum qui, (vt diſertè docent *monumenta Marcianenſia, & producta Chronica complura*) iecerit prima Marcianenſis Monaſterij Fundamenta, *ætatis ſuæ anno quadrageſimo*: qui certè, ſi demptis decem annis, ſæculum vixit; eidemque iam cœlis maturo, initium anni 661. vitam dirupit iucundè, (quod aſſerit *I. Buzelinus Annalium Gallo-Flandriæ lib. 2. folio 75. v. 4. & 5.*) in annum Christi Decimum ſuprà ſexcenteſimum; ſi verò, is idem, *poſt multiplices, atque felices curſus*

certaminum

certaminum Anno Dominì DC. LXI: ætatis suæ nonagesimo primo abijt ad Remuneratorem suum, percipiens munus perpetuum; (vti libris suis mandavit iam nunc productus ab Orbe Condito Chronologus MS. necdum evulgatus, Asceta, vt videtur Atrebatensis Diœceseos Benedictinus) in Annum à nato Iesu Christo vndecimum suprà sexcentesimum, haud dubiè, incurrat oportet. Ex variâ autem supputatione hâc annorum vitæ S. Pontificis Amandi, Proto-conditoris nostri, quem, Chronologorum alij volunt nonagenarium denique vixisse Elnone, Anno Domini DC. LXI. alij, (quos equidem viderim) Duo, (in queis, hic postremò iam in medium adductus Asceta MS.) annos natum nonaginta & vnum, ibidem loci, feliciter vitâ functum, ad cœlos evolâsse tradũt, eodem anno Salutis assertæ *661.* re verâ, prodijsse creditur varia hæcce sententia Chronographica Auctorum religiosiorum, qui Codicibus suis mãdârint Nobile iuxtà ac Vetustum Monasterium Marcianense, Proto-conditorem S. Amãdum accepisse, Anno Sexcenteno deno; vel certè Anno Incarnati Verbi Divini DC. XI. Cui sanè, & ego lubentiùs adhæreſcam. Vt autem in eam sententiam & ipse haud difficilè venire religiosiùs velim, quà constantiora initia, natæ Benedictinorum, sub Archi-presulatu Sanctissimi Pontificis Amandi, (posteà Treiectensis Episcopi effecti,) Martianensis Ecclesiæ, (cui is ipse, *S. Ionathum Discipulum suum prædilectum Abbatem primũ præfecerit)* Anno Christi consignentur Sexcenteno & vndeno; efficit vel maximè, gravis apud nos authoritas Viri illius eruditissimi, & integerrimi, *DN. Iacobi Lessabæi, vulgò De Lenssau, proximè Marcænas Municipij*, cuius operâ, & perdoctâ industriâ

duſtriâ familiariter fuerit ſemper vti ſolitus R. DN. Abba Marcianenſis, D. Iacobus Cœne Brugenſis, multâ, rarâque Vir, præditus virtute, Laureaque Iuris Vtriuſque adornatus, qui totus ad inſtauranda Vetuſtiſſimi Cœnobij Sanctæ Rictrudis de Marcænis, Illuſtriſſimi, temporum, & bellorum iniuriâ collapſa ædificia incubuiſſe cognoſcatur.

Is porrò *DN. Iacobus Leſſabæus*, Auctor Marcænenſis, *Typis Michaëlis HillenI excuſus, in Rapo*, Antuwerpiæ, Anno M. D. XXXIV. *In ſuis* Marcænis, (quas adhuc ætate ſuâ, *platearum frequentiâ, & ædium aſſerit ſpectabiles ſtructura perſtitiſſe, fortaſſèque, & inter reliqua loca huius* (ait) *ordinis primam iam olim laudem complexas, niſi, ne ſemel quidem antè annos plus minùs Centum*, Martiali *incendio conflagraſſet.*) Is (inquam) *Paragrapho iſto*, MARCÆNÆ, *ait*, COENOBIVM eſt AMPLISSIMVM, *Benedicti Canonibus inauguratorum, Diuarum* RICTRVDIS *& Euſebiæ Filiæ pignoribus celebre.*

Tumque ſubiungit extemplò, ſeriò locuturus quod res eſt. *Conditi Loci* Annus *profertur DC. XI.* * *Viſuntur lepidiſsima opera.*

Obſerva Conditum Monaſteriū Marcianenſe Anno Christi 611.

Templum in primis, quale non prior vidit ætas. Turris iam olim extructa in fronte; ad calcem altera recens, ſed imparis artis. Vtraque procul conſpicitur. Cœnaculum, admirandæ venuſtatis. Sacella, ſuo quodque Diuo ſolennia. Gazophylacium donarijs auctiſsimum: reliquijſque (vt vocant) & vaſis ad cultus ſacros refertiſsimum. Porrò, quotquot in hanc vſque horam peregrè huc adventarunt, negant quicquam eſſe vſquam quadrangulis ſubdiualibus (clauſtra vulgò dicunt) lepidius, terſius, ſumptuoſiusque, ſiuè glacialis Oceanus, ſiuè extremus petatur Orbis. Egreſsis Templo, mox ſeſe offerunt imaginariæ Christi agonis repræſenta-

præsentationes mira statuarij, & pictoris dexteritate. Vitreæ fenestræ, nati Christi, ac vitæ progressus eiusdem historiam omnem sententijs propheticis, & Evangelicis loquuntur. Ex *adversum respondet primitivus ille Geneseos ordo. Breviter ædificiorum reliquorum, quæ sarta tecta curavit longissima vita dignus R. P. Dominus Iacobus Coënius, antè annos duodetriginta Abbas, aptissima inciderat relatio: verùm, lacomismum pollicitus, presso pede perstringo.* Hæc Vir ille probus, & eruditus, De Antiquitate huius Phrontisterij, & venusto splendore, quæ vidisset, & probè nôsset, ex fide perstrinxit. Vidimus plura argumenta ineluctabilia, quæ probent anno à natali Iesu Christi DC. XI. hocce nobile Monasterium condi cœpisse à B. Amando, & illud idem ab initio constructionis suæ Abbatiali titulo, sub proto-præsulatu Sancti Ionati fuisse insignitum. Vtque cætera superiùs allata brevitatis ergò sileam; detur saltim mihi venia, huc in memoriam revocanti productum *Marcianense Chronicon MS. conforme Gandensis Ecclesiæ S. Bavonis Chronologo*, quo fuerimus iam pridem eòdem tracti, cùm hunc eumdem annum DC. XI. vterque Chronologus repræsentavit, quo Marcianensis Ecclesia, *paulò post* Blandiniensem constructa fuerit, humilioribus quidem principijs, ab vno, eodemque vtriusque proto-parente B. Amando, Anno, à Nativitate S. Amãdi, quadragesimo, qui, vt diem vitæ fecerit extremum nonaginta & vnum præterea natus annum, appositè coincidit in vndecimum supra sexcentesimum; vti & vigesimus quartus Clotarij 2. Francorum Regis. Ita namque sentiunt *Francorum historiæ*, *Opusque Chronologicum R. P. Iacobi Gordoni Lismoræi, Scoti, Societatis* Iesv *Theologi*. Quidnî memorem

morem rursùs *Notationes illas veterrimas marginaleis additas Sigeberto Gemblacensi*, tribuenti originem primariam Ecclesiæ Marcianensis anno Domini 610? At illæ revocant eius ortum in annum Christi DC. XI. hoc stylo. *Fundatur Ecclesia Marcianensis à S. Amando, suæ ætatis anno XL & XXIV. Regni Clotharij.* Hæc sanè temporis ratio, pro veriore, atque certiore habita est semper. Ex Archivis quoque Marcianensibus excerptum, manuq́ue, *Domni Maximiliani Seneschal, Supprioris Marcianensis, insigni pietate Viri*, antè aliquot annos exaratum, &, à *Venerando Domino Ioanne Noyellio Foucqueriano, Marcianensis Asceterij Archi-priore vigilantissimo, morum comitate, doctrinâ, vitæ puritate, atque antiquâ Benedictinæ pietatis obseruatione Viro claro*, missum penes me iam habeo in musæo, quod verbotenus subijcitur Rescriptum.

Marcianense Monasterium, à S. Amando Flandrensium Apostolo incboatum est Anno Domini DC. XI. Anno XVII. Episcopatus S. Ableberti, sive Emeberti prædecessoris S. Autberti Ecclesiæ Cameracensis, & Atrebatensis Episcopi VII. super fluvium Scarp. Idq́ue, In Alodio præclari Ducis Adabaldi, Filij Blithildis, Sororis Dagoberti Regis Francorum, ex Nobili Ausberto Duce in Germaniâ. Cuius Fratres fuerunt, Herchembaldus, Maior Domus Franciæ Occidentalis, & Sigebertus, Comes Ponthivienfis, Sanctæ Berthæ Blangiacensis Comitissæ Maritus. Hactenus ibi. Pervetus hæc est sententia: nostros illa eadem Codices membranaceos opplevit.

Sed, fortassis, (vti bene monebat *Martialis lib.* 10.)

------ *Nimius videor, seráque coronide longus*

Esse liber: legito pauca, libellus ero. Rem itaque paucioribus expediam: vtq́ue idem Poëta suäviter canebat,

Et

Et magè principio grata Coronis erit.

Vetus nempe membranula Blandinienſis Eccleſię, ſitu, & ſqualore obſita, quam proſâ & metro clarus Benedictinæ familiæ Blandinianæ Alumnus, & perdignus Aſceta R. Domnus Iacobus Cornelius Lummenæus à Marca, mihi id genus ſolidos inquirenti theſauros arte typographicâ in lucem producendos, nè alioqui edaci intereant ipsâ vetuſtate, officioſè exhibuit in hæc verba excipiundam, & opportunæ luci tradendam. *Anno ab Incarnatione Verbi DC. X. Sanctus Amandus, Flandrenſium Apoſtolus, fecit ædificari Monaſterium Sancti Petri, in Gandâ, Monte Blandinio; Et paulò poſt; Anno DC. XI. Martianis, Monaſterium S. Petri, in Alodio Ducis Adabaldi, cùm eſſet ipſe quadragenarius: Et, quia iubente S. Petro Romæ, tunc erat intentus verbo Dei, ordinavit Venerabilem Virum S. Ionathum diſcipulum ſuum dilectum, Eccleſiæ Martianenſis Abbatem digniſſimum.* Vt igitur, cum *DN. Iacobo Leſſabæo*, ab Anno nati Ieſu Chriſti DC. X. notæ eruditionis Viro, antè treis & centum annos celebri Topographo, religioſiùs, ab Anno nati Ieſu Chriſti DC. X. (quem quoque adſcripſerint exordijs noſtris, Viri probi, & Auctores graveis, quique, ab hinc quadringentis, & pluribus annis, cum laude, in hoc pulvere litterario deſudârint) nonnihil deſiliens, & ſtudia, officioſeque monita tanti Viri, à Marca, quâ decet obſervantiâ excipiens, jam quidem, ortum antiquiſſimum, Benedictinorum noſtrorum, *Eccleſiæ, ſeu Abbatiæ Marcianenſis, in Alodio* Illuſtriſſimo *præclari Ducis Adalbaldi*, conſtitutæ primùm, à Sanctiſſimo Conditore noſtro Amando, *ad Orientalem plagam Villæ* * *Marcianenſis, Martianenſis, ſive Marcænienſis de Oſtrebanno* Regio,

* *Villam & Vrbem Synonima*

fuisse apud media e tatu Scriptores liquet ex notationibus Molani. In Natal. SS. Belgij.

Regio, *vulgò*, *D'ostrewant Royal* (ita scilicet variârunt in Vocabulo, & scripserunt Veteres) constantiorem reijciam in annum nati Iesu Christi sexcentesimum & vndecimum; evicêre, imprimis, gravis hæc auctoritas per-Illustris *Ecclesiæ* illius *Sancti Petri*, *in Monte Blandinio*, *in Vrbe Ganda*, vndè superiora fluxêre verba desumpta, *Paulò post*: tum, & ratio à compluribus Chronologis vetustioribus consignata ætatis Divi Amandi quadragenariæ, quùm Marcianense Monasterium moliri, condereque occœpit; atque demùm, observatio anni ferè semper adiuncta vigesimi quarti regnantis in Franciâ Lotharij, seu Clotarij secundi, Patris Dagoberti Regis; qui sanè anni, (iuxtà mentem Chronologi superioris MS. nec vnquam hactenus evulgati, qui velit S. Amandum, vnum, supra nonaginta, vixisse annum;) toties, ex instituto, & Chronologorum prævidâ, semper industriâ circumspectius designati; rectè quadrant, & coïncidunt convenienter in Annum partæ salutis humanæ sexcentesimum & vndecimum, quo conditum primò profertur, &, à vetustioribus his omnibus Chronologis domesticis, & vicinioribus Historiæ Asceticæ, atque sacræ Scriptoribus, constructum Asceterium asseritur Marcianense, in Obstrebanno Regio (hoc enim modo scripsit, *R. in Christo Pater*, *ac DN. D. Guillelmus Chrestien*, *S. Theologiæ Licentiatus*, *& Abbas Marcianensis*, *sub annum Christi* CIↃ. CCCC. X.)

Cæterùm, qui obiecit mihi nuper Venerandus quidam, & perdoctus, piusque Præsul; nondum fuisse hisce in partibus Belgij, seu Gallo-Flandriæ nostræ, Divum Amandum,

mandum, annis præfatis 610. & 611. ac proindè, haud potuisse aggredi constructionem Monasteriorum, Blandiniensis, & Marcianensis, Benedictinorum, ijs annis 610. & 611. conferre non gravetur cum assertionibus, & assertoribus nostris iam sæpiùs productis, *Chronicon Cysoniensis Bibliothecæ, MS. pervetus*. Velit idem (obsecro) per otia, si quæ suppetunt eius R. Dominationi quandoque liberiora gravioribus à curis, consulere *Historiã Tornacensem, haud ita pridem typis editam Duaci Catuacorum, opera, & studio DN. Ioannis Cousin, Nervij, Insignis Ecclesiæ Cathedralis Tornacensis Canonici, & Sacræ Theólogiæ Licentiati*. Is enim hanc disertè diluit obiectionem, & egregiè probat divini verbi præconem apud Gallo-Flandros Gandenseis, Brugenseis, Nervios, Pabulenseis, & alios, ijs annis, populos, Sanctum Amandum egisse. Quin verò etiam auspicatus ab anno Christi 610. sæculum septimum nuncupat sanctitatis, quo, easdem per oras, Gallo-Flandriâ nostra Viris & Matronis, tum sanè florenter exundaret nobilissimis, & eximiæ sanctitatis laudibus abundè inclaresceret, operâ Divi Amandi, qui, vicos etiam Pabulenseis, (concurrentibus pijs eò studijs Clotharri Regis Francorum id nominis secundi,) exemplo iustitię, miręque charitatis geminæ ardore, legibus instrueret Christianis, in Pontificem quidem vnctus; at, nulli adstrictus Sedi: vt liberiùs, varijs in locis, multorum salutem procuraret, nullumque ab eo tempore, animos hominum, ad pietatem Christianam excolendi refugeret laborem, Apostolico desiderio ardenter incensus. Quid? Quod, & *Chronicon Abbatiæ S. Bavonis Gandensis* docet, ad Annum à Natalibus Iesu Christi 608. S.

Pontificem Amandum primis vicibus divini verbi ſementem feciſſe *in Caſtro, id eſt Villâ, ſeu Vrbe Gandenſi*, vbi ſtabant Aræ Mercurij, phanaque impia quædam, & opaci luci: quibus audenter diſiectis, *addit Chronicon*, eumdem primis hiſce vicibus Pontificem S. Amandum Eccleſiam Deo Opt. Max. eodem erexiſſe loco, quam, & anno DC. XI. idem Pontifex Divino cultui conſecrârit? Hæc tradunt Chronica; Hæc, & ſuperiora diſertiùs nos edocet *DN. Io. Couſin. Hiſto. Torna. lib. 2. cap. 1.* Accedat *Iacob. Meyerus tom. 3. rerum Flandricarum*, qui primò velit, *D. Amandum annunciâſſe Chriſtum in pago Menipiſco, Cœnobiumque Truncinij conſtituiſſe. Exin, in agro Tornacenſi, intrà Scaldem & Liſam, in Monte Blandinio, Aram Mercurij vetuſtiſſimam ſubvertiſſe; Lucos ſuccidiſſe; Cœnobium ac Templum in honorem SS. Apoſtolorum inchoâſſe; in ditione aliud Gandenſi condidiſſe*; ita vt, vnus, & idem B. Amandus, diſiectis ſolo iam primò phanis, iam everſis Aris, iam ſuccisis Lucis, duo S. Pontifex Apoſtolorum Principis nomine Templa ædificâſſe, probetur; vnum, loco ad flumina iacenti, alterum in Blandinienſi colle: quorum, & præpoſuerit S. Florbertum, hoc eſt, virtutum ſplendentem florem, vtrique Moderatorem. Quo de Viro ſanctiſſimo, *Chronicon Caſtri, Cœnobijque Gandenſis, & Officium Eccleſiaſticum Blandinienſe; O quam* (aiunt) *felicia fuerunt illa tempora, quandò Florbertus ſinè vllâ offenſione duobus locis Abbas præeſſe potuit: neque ex his quicquam ſuum quærere cogitavit, ſed tantùm quod in ſubditorum vtilitatem cedebat. Molanus* etiam *In Natalibus SS. Belgij 2. ad primum diem Novembris. In excelſi* (aiebat) *Montis latere, vbi Mercurius colebatur, B. Amandus Epiſcopus Monaſterium ædificavit ad S. Petri*

tri honorem, cui præfecit Florbertum, exemplar sanctitatis, & speculum totius religionis, sagacis ingenij Virum, dignumque Deo Sacerdotem. Quem etiam sibi Vicarium subrogavit, atque totius Gandensis territorij Patrem, sive Rectorem præfecit. Sub quibus Viris, Gandensis Natio eloquia Christi cœpit resonare. Construxerat etiam Amandus opibus præcipuè B. Bavonis Ecclesiam Gandavi, in quâ Clericos constituerat. Sed, cum à primæva sanctimonia degenerarent, amotis illis, Monachos Benedictinos surrogavit, dato ipsis Abbate iam dicto Florberto raræ pietatis Viro. Cùm autem cursum suum, in Blandinio, annis viginti duobus perfecisset, Anima sancta, Angelis: Margarita autem corporis, in Sacerdotalibus stolis terræ est commendata. Obijt anno à plenitudine temporis 639. ipsis Calendis Novembris, &c. Ita lego apud *DN. Io. Molanum.* Liceat proindè præfatis ex annis, & verbis, constanter elicere S. Florbertum anno Domini 617. fuisse præfectum Monasterio saltim Blandiniensi, à S. eius proto-Conditore Amando. Cùm autem pendeant Marcianensis Asceterij cunabula constanter ab initijs Abbatiæ Regiæ Blandiniensis, & præeuntibus, *Officio, & Monumentis huius Abbatiæ Blandinianæ*, certò constet anno 617. illam exstitisse concreditam S. Florbertò, quónam Iure, ne dicam commento, possunt tam longè reijci primordia Marcianensia in annos à nato Christo 630. & vlteriores? Nullo prorsus; vti satis, superque abundè iam probatum est. Quin verò etiam *Chronicon Castri Gandensis* MS. liberrimè nobis sentiendum reliquit, (vti argutè observat *DN. Io. Cousin lib. superiùs citato) ad Annum Domini* 611. dùm nova rerum facies, disiectis Aris Mercurij, Gandavi cerneretur, pafsimque illic diligentiâ Divi Amandi populus sacris contingeretur vndis, & in

in recens extructis Templis, divinæ laudes personarent; adeò felicis successus lætum nuntium adusque Alloini Bavonis aures perlatum fuisse, vt etiam Amandi videndi desiderio divinitùs accêsus Bavo Gandavum advolârit; ibique viso, & audito hoc egregio virtutis Magistro, ita eum vis divina perculerit, & fregerit, vt exutâ ferociâ, fastuque posito, ad virtutem, & vitæ cœlestis amorem, exemplò D. Amandi exardescere cœperit Hasbaniæ Comes Alloinus Bavo. Is igitur Bavo, affatim pecuniæ in pauperes elargitus ex Divi Amandi sententiâ, prædia insuper, census, & Domos Cœnobio præsertim attribuit condendo, quod exstructum Gandavi, & dotatum, S. Petri primùm, post ea S. Bavonis ab ipso induerit nomen, & à S. Pontifice Amando anno demùm assertæ salutis, 616. ad fastigium suum feliciter perductum XIII. *X.bris* Divo Petro Apostolorum Coryphęo nuncupatum, & fuerit divinis laudibus dicatum. Hæc *Chronicon MS. Castri Gandensis*. Sed, & *Iac. Meyerus* 1. *Tomo rerum Flandricarum*, præ cæteris Annalium Scriptoribus observat, & docet Sanctissimum Pontificem Amandum, octennium totum ingenti ardore, & animarum zelo transmisisse, quò, Evangelicâ prædicatione, præfractę mentis Gandenseis emolliret, initiatosque sacris legibus adiungeret Christo. Quæ cùm ita sese habeant, si, qui sanè præcesserint, octennaleis illos labores Apostolicos, & Evangelicos, in convertendis ad Christi fidem Orthodoxam paganismo addictis præfractę mentis Gandensibus, infracto semper animo à B. Amando exantlatos, continuo perducere tractu ad dictum illum Iesu Christi annum 617. quo is idem, iuxtà *DN. Io. Malani*

lani supputationem, vtrique S. Petri apud Gandenseis Phrontisterio præclarum religiosæ vitæ speculum, & Abbam dedit B. Florbertum, adiungere velimus; hâc ratione annorum initâ, deprehendemus Annum Christi sexcentesimum nonum, Clotarij 2. Francorum Regis, Dagoberti Patris vigesimum secundum, quo, certè Divus Amandus Flandrorum Apostolus in Belgio nostro agitârit, annos natus duodequadraginta (iuxta calculum Chronologi nostri MS. Anonymi, à conditu Orbis) & eidem Episcopali donatus potestate, laborum suorum Evangelicorum in Gallo-Flandricâ nostrâ regione; varijs in locis, præsertim verò apud Gandenseis incolas, & accolas maximos vario sævientium genere fuerit expertus, pluries in amnem deturbatus, sæpiùs inediâ pressus, omnium egens rerum, incerti persæpè laris, vt quos eò secum deduxerat socios, ea res frangeret omneis, sensimque alius aliò dilaberentur: ipse imperterrito animo dura omnia, ardés amore Christi vnus exsorberet, nihil inter ea omittens opis conferendæ ad animarum salutem. Vana est ergò superior obiectio negantis fuisse B. Amandum hisce in partibus Belgij nostri, præfatis annis Christi DC. X. & DC. XI. proindèque, haud potuisse eumdem moliri, & re verâ constructionem aggredi Illustrium Monasteriorum Blandiniensis, & Marcianensis, dictis annis Domini DC. X. & DC. XI. Fuit, fuit (inquiunt *Chronica Sigeberti*;) & alia complura monumenta iam satis, abundèque à nobis producta. Fuit, Imò verò fuit, ab Anno Christi DC. VIII. Ita namque tradit *Chronologia Sigeberti*. Ita volunt verba (inquam) quæ, *in Lipsiano exemplari, & Codice*

 Sigeberti

Sigeberti manu-scripto, leguntur, saltim reponenda, ad Annum à Virgineo partu 610. *Blandinianum Monasterium ædificatur in Gandavo.* * Idemque tuetur, *noster Lessabæus*, hoc stylo. *Conditi loci*, *Supple Marcianensis*, *annus profertur DC. XI.* Non commorabitur me diutiùs hæc Antiquitas Marcianensis satis clarè demonstrata.

* *Ex DN. Ioannis Cousin Historiâ Tornacensi, variis locis.*

Cæterùm, *Concertatio hæc (vt ingenuè loquar quod res est) mihi fuit cum homine docto, & permultarum rerum perito. Huic breuitas, in hâc agenda causâ non vsque adeò grata exstitit: quam tamen ipse seruandam existimâssem, si permisisset causa. Alioqui, prævaricatio censetur, si quis transeat dicenda. Prævaricatio rursus, si cursim idem, & breviter attingat, quæ fuerint inculcanda, infigenda, repetenda. Longiore namque tractu plerisque vis quædam, & pondus accedit. Et sicut ferrum corpori, ita ratio animis hominum, non magis ictu, quàm morâ imprimi solet. Is, Aduersùs consociatorum iam certè pridem Blandiniensium & Marcianensium longæuiorem quàm velit Antiquitatem, vsu receptam, auctoritatibus agens, longum traxit funem parum gratæ contentionis; abstrahere illum ego eumdem, & protrahere aliorsum fortè quàm cogitâsse posit, contendi: quòd clarè viderim alienum prorsus Auctorum ab eius commento sensum exstitisse. Longior fuit meæ concertationis tractus, ille, quàm sanè optârim. Patrocinatur nobis Tullius, qui, id genus concertationem optimam ferat esse, quæ maxima. Scitum & illud Auctore C. Plinio secundo, lib. 1. Epistolâ 20. Quod, vt statuas, signa, picturas denique hominum, multorumque animalium formas, arborum etiam, si modò sint decoræ, nihil magis quàm amplitudo ipsa commendat: ita orationi, ita disputationi seriæ evenit.*

Quin verò etiam voluminibus ipsis, auctoritatem quamdam, & pulchritudinem adijcit magnitudo. Multus prætereà potui

esse

esse, in proferendis, & è monimentis nostris veterrimis, è situ diuturno eruendis auctoritatibus, adversus hunc Chronomachum antiquitatis Blandiniensium, & Marcianensium, arctissimâ abs olim societate coniunctissimorum RR. Abbatum, & amantissimorum Ascetarum, vnius & eiusdem communis Proto-parentis Divi Amandi Elnonensis spiritalium filiorum perspicuè, & ineluctabiliter in lucem emittendis. Liberum profectò fuit mihi, hac de certâ Antiquitate, gravem priscorum Scriptorum sententiam superioribus subnectere, quæ aculeum in animis legentium reliquisset penitiùs infixum. Sed, quùm me non prateriret, latam, magnificam, excelsam scriptionem tonare, fulgurare; omnia denique perturbare, ac miscere; abscissa, & circumspectius amputata, mihi quidem, pro tempore gratior exstitit. Modus enim hic est optimus; dicitur idem & pulcherrima virtus. Quis eat inficias? Non minus ille, (sat scio) non servat modum, qui infra rem; quàm qui suprà: qui effusius; quàm qui adstrictius scribit. Itaque, vt ille Vir bonus, aliàsque (vt mihi quidem videtur) dicendi peritus, ieiunè admodum, ac infirmè adversùs Blandiniensis, & Macianensis Regiæ antiquitatis annos constanter à natalibus Iesu Christi assertos DC. X. & DC. XI. & limatioris ingenij Scriptorum antiquiorum auctoritatibus, & oculatis fermè testimonijs omnibus confirmatos, differere vehementer contendit: ita equidem nôlim adversus, CIRCA illius, & CIRCITER imperspicuum calculum, & nimiùm certè incertum, pluribus immodicè disceptare, atque redundanter. Est enim gratior multis, actio brevis. Est & nimia cautio, dolus. Hæc nostra quidem est sententia, vetustiorum Chronologorum complurium auctoritati constantiori, & graviori conformiter, in re ponderis tanti reverentiùs accedens; quam & equidem mutaturus sum animo lubenti, si tamen argutior, si eruditior, simodò certior accesserit, & manifestè dissenserit Lector. Sed, cur

 planè,

planè, quam ob caussam is dissentiat, cur contrà velit arbitrari, si quâ potest, evidentiore, validioreque id nobis explicet ratione, rogo, oro, obsecro. Illi siquidem me me lubens limandum: illi expoliendum me spontaneè permittam. Neque enim ego (vt fortaßis nonnulli) alijs invideo bonum, quo ipse caream; sed, contra, sensum indè quemdam, voluptatemque percipio maximam; si ea quæ mihi sentio denegari, amicis benè, sciteque monentibus, clarè videam superesse.

Hæc, intereà temporis, à Maioribus ita pridem de Venerabili Antiquitate Marcianensi tradita, vsuque recepta, veteribus signata monimentis; tabulis Ecclesiasticis inscripta; Virorum proborum, & litteratorum testificationibus fide dignis recognita, & abundè confirmata, hactenus asserta sic sunto: vt proindè; (qui sit religiosè in ijs, prudenterque versatus) deinceps in dubiam fidem sit ea revocaturus nemo. Quicquid ergò adversus hanc disertiùs, & plus satis assertam Antiquitatem Blandiniensem, & Marcianensem asceticam potuit, subindèque potuerit ad tempus constans affingi; commentum esto vanum, adversùs quod præterea nihil oporteat parare.

Ex officinâ porrò apertâ, & liberali scriptione productâ vetustissimorum Marcianensium, Elnonensium, Amatensium, Blandiniensium, cæterorumque Chronologorum, & manu-scriptorum tot Codicum Ecclesiæ Sanctæ Rictrudis de Marcænis (ita scilicet scripsère Veteres:) exque observationibus, & pijs lucubrationibus RR. Dominorum, & Patrum Laurentij Surij, Ioännis Molani, Francisci Haræi, Guillelmi Gazetij, Arnoldi Rayssij, aliorumque recentiorum Hagiogra-

giographorum, certiſſimum id evadit omninò, Divum Amandum proto-parentem aſceticum noſtrum, Abbatiam Benedictinorũ Marcianis primùm exſtructam curâſſe, quæ foret certum DEI cum hominibus Tabernaculum, plenum, haud ita multo poſt tempore, ſacris, & ſanctis pſallentium, legentium, Evangelizantium, & orantium choris: priùſque in Monaſterio Martianenſi ab Anno Ieſu Chriſti DC.XI. inquilinos Divi Patriarchæ noſtri Benedicti Monachos agitâſſe: paucíſque poſt annis, hoc eſt, quadraginta duobus, cùm Diva Mater noſtra Rictrudis, in eo poſteriore adiecto Parthenone, Anno Domini DC. LIII. ex conſilio Divi, (nè dicam Divini) Amandi, vitam ducere religioſam optaret; adſcitas etiam Mulieres, Virginéſque ſacras fuiſſe, quibus primariâ Sede conceſsâ, ob reverentiam dignitati tantæ Principis, & Illuſtriſſimarum eiuſdem Filiarum trium, obſervantiùs debitam, conſtat ſemotos cum Venerando Protomyſte S. Ionatho Fratres in alterâ Phrontiſterij parte conſediſſe: atque hoc ordine ſanctè diſtributis rebus, diviſóque Aſceterio, vtrumque ſexum Benedictinis legibus obſtrictum, ſub ſanctiſſimo Præſulatu Divi Ionathi Domino Deo religioſiſsimè famulari occœpiſſe.

Conſulatur, qui clariſsimè veritatem hanc eamdem litteris diſertè mandârit, *is Religioſus Martianenſis; Cuius ſit Opus, anteà citatum à nobis Chronicon.* Sic enim loquitur *Capite ſeptimo. In eodem Cœnobio (ſupple Martianenſi) primùm Monachos ad ſerviendum Deo à B. Amando delegatus Paſtor vigilantiſſimus, & Procurator interius, exteriusq́; Vir fidelis & ſimplex Ionatus, donatus eſt eis. Qui B. Amãdi Pontificis Diſcipulorum*

 vnus,

vnus, eius sacra eruditione admodum informatus, ad hoc officium idoneus inventus est, Sed, non post multum temporis, altiori investigatione consultum est; vt, quoniam GLORIOSA MATER, RICTRVDIS, LOCI FVNDATRIX, *& vniversorum, quæ ibi contradita fuerant* DOMINA, *in illo sancto Contubernio, inter Servos* DEI *famulari videbatur, congruentius foret, Secundi Sexus fideles ibidem ad serviendum* (Supple DEO) *immittere, & illius sanctæ inhabitationis primatum, Sanctimonialium ordinem aptius obtinere. Semoto siquidem, pace eorum, illo adhuc modico Conventiculo, Nobiles Matronæ illuc vndique certatim confluunt; religiosæ Viduæ, quæ verè Viduæ erant, alacriter concurrunt; puellaris etiam pudoris iuventus casta introducitur; spiritualis Gymnasij palestram, omnis* * *in commune aggrediuntur.* Hactenùs ibi sic legitur. Iuvat autem, ad maiorem rei adeò seriæ, hocque seculo insolitæ fidem faciendam, hoc secundò loco textum huius Chronologi perantiqui oculis Amici Lectoris subiecisse; Et, quâ concertârint humilitate, inter sese olim Ascetæ Marcianenseis; quo charitatis ardore convixerint; quâ pietate, ergà Deum, quantâ sanctitate, quónam rerum ordine sapienter cuncta gesserint; quo cultu ergà res sacras insignes sese prestiterint Virgines, atque Sanctimonialeis, castissimè Viris adiunctæ, excerptâ hac rerum serie primariâ, Divino numine hunc in modum cuncta suaviter, sapienterque componente Martianis, clariùs, & certiùs denique repræsentâsse.

* Omnis, pro, omneis.

Divum autem Ionathum, *quem, pridem Marchianis instituerat idem B. Amandus primum Abbatem*, ita breviter depingit, *Auctor Chronici Marcianensis*, vt facilè intelligatur ex eius stylo, quàm exim ia fuerit huius Viri vitæ, morumque

que

que puritas, quâ sibi concreditum iam geminum, sacrumque gregem, studio persimilis accenderet virtutis, toto semper animo in officia charitatis vigilantiùs incumbens; vt imperio leni, at stimulante vti solitus, ad pietatem, (*quæ, ad omnia vtilis sit,*) ad omnemque virtutem, suos ipso cieret exemplo suävi. Vixit & multum tempus cum Beatissimo Ionato, in eodem Monasterio Marciänensi, Beatus Chrodobaldus, seu Grodebaldus, quem ipsi rerum temporalium procuratorem, vel certè Præpositum imposuerat Archi-pręsul noster, & protoconditor Sanctus Amandus. Vtque hominis præstantiam quilibet intelligere possit; legendus est, *libellus Gualberti Monachi Martianensis manu exaratus*, quo ille, *à Sanctissimo Confessore, atque Pontifice Amando datum affirmat, quinto loco, Beato Abbati Ionato vicinum, & iuxta positum Sanctum Chrodobaldum, celebri memoriâ æquè dignum, meritisque gloriosum &c.* Testatam rursus Monachi, & Præpositi huius Martianẽsis sanctitatem facit, synchronus *Baudemundus, apud Surium in Vitâ S. Amandi, capite* 18. *Et DN. Arnoldi de Raisse Duacensis Auctarium, Ad Natales Sanctorum Belgij, Ioannis Molani, ad vndecimam diem Iunij,* 2. *De Beato Chrodobaldo, Marcianensis Cœnobij Præposito.* Probat & Beatitudinis, ac sanctitatis nomen iure merito apud suos adeptum esse Chrodobaldum, seu Grodebaldum (vtrumque de ipso legitur) *Martyrologij manu-scripti Ecclesiæ Marcianensis vetus membrana*, è quâ hæc accipe. *In Altare Sancti Martini, quod consecratum est Anno Domini M. C. LX.* 10. *Cal. Novemb. à Domno Godescalco Atrebatensi Episcopo, in honorem Domini nostri Iesu Christi, & Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & eius gloriosi Confessoris S. Martini, & sanctorum omnium Confessorum; posita*

fitæ sunt reliquiæ istæ SS. Vitalis, Martialis, Panchratij, Martyrum. Lupi Episcopi. Honorati Epis. Amati Episc. S. Gratiani. S. Ratberti. S. Ionati. S. Mauronti. SANCTI GRODEBALDI. *S. Evremundi. Et, De Sepulchro Domini.* Revisamus iam noſtrum Divum Ionatum, qui cum B. Chrodobaldo, ſeu Grodebaldo permultos hæſerit annos Martianis, loco, eâ tempeſtate, parùm culto, multis paluſtribus aquis, arundinibus, arenâ, nemoribus horrenti. Hæc erat rerum facies, dum principio Cœtum Benedictinum regeret B. Ionatus, magnâ Vir prudentiâ, & Virtute. Loci aſperitatem, & inopiam, vitæ haud minor durities comitata eſt, cùm Ionathus interim ſuo etiam exemplo ad parandam animorum perfectionem ſuos omneis ardentiùs raperet, & ad ſtrictiſsimam regularum obſervationem vnumquemque ſuavibus alloquijs vrgeret. Vndè effectum eſt vt intrà paucos annos, Grex hic Benedictinus, magnam ſibi eo loci pepererit in eâ rerum temporalium egeſtate Benedictinâ, Spiritualis dulcedinis abundantiam, & claritudinem virtutum. *Verùm* (vti refert Amandinum, ſeu Elnonenſe Chronicon) *cum, inter ea, B. Amandus, Episcopalem curam renunciasset, & Limina Apostolorum, pro tertia vice, adiunctis sibi Sanctis, Humberto de Maricolis,* * *& Nicasio Elnonensi Monacho, & Discipulo, petere decrevisset, prædicto Ionato Marcianensi, Elnonense Cœnobium similiter duxit commendandum. Deindè, Amando, liminibus Apostolorum visitatis, Elnonensem repetente locum, Marcianas Ionatum repetiſſe reperimus: vbi, post mortem etiam B. Amandi, aliquot lustris regulariter vivens, diversos vtriusque sexus ad religionem induxit, & castitatem. Eius festivitas agitur Calendis Augusti.* Hactenus Chronicon illud. Húcque

* Gallicè, De Maroul.

que spectant versus iam suprà producti: *Te tua Marciadu tunc agnita Ionate virtus; Traxit ad Elnonu frena regenda domus, &c.*

Sed longè plura de nostro Sanctissimo Præsule Ionato Marciänensi suppeditare meditamur, quùm de ipso in *Hagiologia* nostra *Marcianensi* agetur. Fusiùs item, de Divis nostris, *Gertrude Vidua*, *Adabaldo*, *Rictrude*, *Mauronto*, *Closcende*, *Eusebia*, *Adelscende*, cæterisque, qui Marcianas incoluerint, easque suâ præsentiâ, & factis, atque sanctitatis claritudine adornârint, eodem Opere Hagiologico differere statuimus, provt temporum series, & rerum Marcianensium status, tunc quidem certum per ordinem methodicè digestum, singula subministrabit copiosiùs commemoranda. De his itaque, atque De Antiquitate Marcianensis Cœnobij, (quod nunc Sanctę Dotatricis Rictrudis nomine per-Illustri censeatur nuncupandum,) modò quidem satis actum videtur, occasione Westergothorum Regum, quos certè arctâ contigerint cognatione Illustrissimi Parentes Sanctissimę Ducis nostræ Rictrudis, Hernaldus, scilicet, sive Ernoldus, seu Arnoldus cognomento Nobilis, qui, à Maioribus Regis Westergothorum in Hispaniâ præpotentis Ricaredi primi, * (è quorum genere præclaro, eius Avi, & Atavi producti essent) & ditionem, & opes amplissimas, & in Vaccæos, Aquitanósque imperium potens obtinuisset; Regníque Westergothici, armis clarus, ibi gentium, curas summâ cum laude sustineret Regi Ricaredo 1. imprimis charus, ob insigneis militiæ, togæque arteis, quæ, tum in ipso, tum etiam in ipsius filijs emicarent: quòdque ipse præsertim annis denique gravis, consilijs

* Vide Prolegomenis, paginas 319. & 310.

consilijs de Regni Westergothorum prępotentis rebus, idem mximè idoneus passim haberetur.

Addendum, quod & huic per-Illustri Heroi, multis nominibus conspicuam Lykiam, Lichiam, seu Luciam, (ita scilicet varij eam vocavêre variâ nomenclaturâ) quæ, & ipsa de stemmate inclyto Cantabrorum, & Asturię Ducum certam nobilitatem accepisset innatam, nuptui datam fuisse referant vetustiores *Tabulæ, membranulæque Marcianenseis MSS.* Hæc proindè Inclyta Dux Lucia, quà genere, quà opibus, honorumque Titulis, & peregregijs animi, atque corporis dotibus, huic eidem omninò par Heroi apud Tolosates præclaro Coniugi asseritur exstitisse. *Hagiologia* prætereà nostra *Marcianensis*, suum propediem expectans sub prælo sudorem, non est commissura, quin diffusè quoque memoret Coniugum horum Arnoldi, & Lucię, Principum Tolosanorum Illustrissimorum filios, feris quidem illos moribus, at certè armis nobileis, & apud suos Reges in Hispaniâ Westergothos nominis permagni; qui, licèt Divæ Rictrudis Fratres essent germani, capita nihilominùs ferantur Adabaldinæ necis coniuratæ fuisse. Procul illi ab ædibus aberant paternis, & in Aragoniâ contrà hostes Sarracenos armis fortiter certabant, cum ipsorum Soror Rictrudis Tolosę Adabaldo Duci est nuptui concessa. Eæ res maximo eis fuit dolori domum Aragonicis è finibus regressis, quòd Franco Rictrudis data Coniux esset. Francos enim Waccæi, Westergothique suo generi posthabebant, eosdémque Orthodoxos vehementi odio prosequebantur, vt eam ob causam maximè, & privatim, & palam Adabaldum convicijs atrocibus proscin-

proſcinderent, ac tandem, vel per inſidias, vel per vim apertam, de Adalbaldo enecando frequenteis ſererent ſermones; vt imò etiam in ipſos Parenteis ſuos, modis omnibus contrà nitenteis, & rem mitiùs componere ſtudenteis, odia, quin verò & denique convertere non dubitârint arma, donec Adalbaldus, ex inſidijs (vt antè ſcripſimus) haud procul Soceri Arnoldi domo, *Waſconicis in oris*, collocatis, inſons cæſus eſt. *R. P. Ioännes Buzelinus, Annalium lib.* 2. De Fratribus Riĉtrudis vnum S. Duci, & Martyri Adalbaldo, ferro impio caput abſcidiſſe ait ſe reperiſſe; cædíſque dum auctores, alius, aliò tremebundi diffluerent, duos ſubtexuit Angelos S. Ducem Adalbaldum ab vtroque latere ſepſiſſe; ipſiſque adiuvantibus, & comitantibus, caput in manus recepiſſe, viam ad Epiſcopale Templum Petragorici feciſſe; ibíque, ad Aram genibus flexis caput exectum in victimam Divino Numini obtuliſſe, ac tandem concidiſſe Divi Adalbaldi truncum, & ſacrum Cadaver. Túmque, (vt idem ſubdit Auctor) tantæ rei miraculum, Vrbis Petracoriorum incolas movit, vt D. Adalbaldum cum honore, decentíque ritu, & cultu pio imponerent ſepulchro, & veluti Martyrem venerarentur. *Hæc ille.* Obverſata denique Riĉtrudis animo præclari adeò Coniugis virtus, & morum nota ſanctitas, indubiam ei fecit fidem, ſuum cœlo potiri Adalbaldum, nec proìndè mœſtitudini diutiùs obſequendum.

Suggerunt, aliquanto poſt tempore, Marcianenſis Eccleſiæ, aliáque monumenta nonnulla ſacra, Viduam Riĉtrudem, quà precibus, quà monitis Beatiſsimi Pontificis Amandi, à Francorum Rege obtentà facultate mo-

 naſticam

nasticam agendi vitam Marcianis, multos Atrebatum quà genere, quà dignitatibus præstanteis excivisse Viros, quibus spectantibus, & probantibus conderet religiosissimum Testamentum. In ijs emicuêre Divi, Amandus, & Autbertus, Pontifex Cameracensis. Adfuêre istis, S. Vindicianus, postea & ipse Cameracensis Antistes. Honoratus, Archidiaconus Atrebatensis. Asceterij Marcianensis Abba, Sanctus Ionatus, & Præpositus eiusdem B. Grodebaldus, seu Chrodobaldus, indè non abfuêre. Qui verò Viros inter Illustreis illic etiam præsenteis eminerent, duo prȩsertim, Madalgarius, sive Vincentius S. VValdetrudis Maritus, & Amalfridus Monasterij Honulfi-Chortis Conditor, exstitêre. Itàque, cunctis ex voto peractis, Atrebato, Duacum; Duaco, à præfatis Præsulibus sanctis, & Principibus Viris, vnà cum filiabus honorificè deducta Rictrudis nostra Anno Christi 653. contendit Marcianas. Illic Viduam, Illustrissimamque Ducem Rictrudem Marcianensis Asceterij munificam Dotatricem, cum Virginibus nobilissimis Closcende, Eusebiâ, & Adelscende, alijsque, Iesu Christo sanctis verbis consecratas, in arctum Parthenonis Marcianensis locum, quem iussus præparârat S. Abba Ionatus, ab Monachorum Sede distinctum; Sanctissimi Pontifices Amandus, & Autbertus, sanctissimè abdiderunt. Hæc ferè *R. P. Io. Buzelinus, De rerum Marcianensium statu.* Omissis igitur, quæ possent his addi nonnullis, nunc tandem aliquandò, ad VVestergothos Reges, qui Regnum Hispaniarum florenter tenuêre, ab ijs quos vltimos memoravimus gentiles S. Rictrudis, ad eorum, qui successêre Regibus Cindasuindo, & eiús filio

lio Flavio Recceſuintho, VVeſtergothis, (de quibus actum eſt prolegomeνῶν noſtrorum paginâ 373.) nudam ſeriem pergo; eamq́ue ſubſequenti Catalogo ſic publici facio iuris, vt, (quò feſtinantiùs Prolegomenis hiſce noſtris finem imponam, & Venerabilem Senem noſtrum, Domnum Andream Sylvium, è ſitu erutum, in lucem arte typographicâ producam) vix quidquam, præter Regum cæterorum VVeſtergothicam nomenclaturam ſubtexam, præeuntibus præſertim, *Rodericis, Toletano, & Santio; Ioãnne Vaſæo; M. P. Medinà; Franciſco Taraphà; D. P. Antonio Beutero*; & alijs nonnullis Hiſtoricis Scriptoribus, eruditioribus Viris.

CATALOGVS

REGVM WESTERGOTHORVM,

Qui, à Tulgâ, & Cindaſuindo 32. *regnârunt in Hiſpania vſque ad* Regem D. Pelagium.

I*OANNES Vaſæus, ad Annum Ieſu Chriſti 642.* quo Tulcam obijſſe putat Regni ſui Weſtergothici in Hiſpaniâ, anno ſecundo, Cindaſuinthum profert ſucceſſorem, ſextoque Regni eius, Flavium Receeſuinthum adiungit Patri conſortem Regni, cum quo Cindaſuinthus, ſivè Cindaſuindus, Weſtergothorum Rex trigeſimus ſecundus, Regnum adminiſtrârit annis 4. & menſibus ſeptem. *Lucas Tudenſis*, aſſerit Cindaſuindi Regis tempore, totam Hiſpaniam ſummâ tranquillitate conquieviſſe. Quantæ pietatis, quàm adaugendæ religioni Monaſticæ fuerit Cindaſuindus Rex addictus, videre liceat, *apud R. P. ac D. Anto. D'yeps, qui in Calce Chronicorum generalium Ord. S. Benedicti*. Diploma proferat, quo is, & Reciberga Coniux ipſius, ergà Complutenſe Monaſterium ſeſe munificentiſſimos exhibuerint, *die* 15. *C. Novembrium. Æra DC.LXXXIV*. præſentibus, & Regium Teſtamentum confirmantibus, *Eugenio Toletanæ Eccleſiæ Metropolitano; Condidato Aſtoricenſi Epiſcopo*;

Episcopo; Vasconio Lucensi Episc. Paulo, Comite Notariorum; Evancio, Comite Scantiarum, Richila, Comite patrimoniorum, Eumenfredo, Comite Spathariorum; Fugitivo, Anatolio, Fusicio, Ildefonso, Abbatibus; & Sumptonio Abbate, atque Notario Regis pientissimi Cindasuinthi, & Reginæ Recciberga.

Ritius lib. 1. asserit Anno Christi 653. pridie Cal. 8.*bris* pium Regem Cindasuindum tandem vixisse, Recinsuindo, (quem Flavium binominem facit *Michael Carzansa, in vita S. Ildefonsi*) successore relicto; cuius Anno 5. Concilium Tolet. 8. anno fortasis 658. celebratum est. Is, instar Parentis defuncti, Catholicæ fidei pientissimus cultor fuit. Ita *Isidorus iunior, Pacensis.* Anno regni eius 18. Christique 666. (vt numerant quidam) est habitum in Lusitania, Emeritense Concilium, vbi, inter cætera, Sacrificium quotidianum, pro hoc Rege bellis occupato, decretum fuit. Hoc Rege, obière Divi, Amandus Proto-parens, & conditor noster; Et, Idelfonsus, Pelagianorum, & Helvidianorum Mastix. Vità, & ipse cessit Anno Iesu Christi 677. Calendis 7.*bris*.

Catalogus Codici legum VVeisgothicarum præfixus, Ritiusque lib. 2. VVambam, seu Bambam, ex Regia Gotthorum stirpe Regem electum 14. Cal. 8.*breis* successisse scripsère: fuisseque vtrumque Regem eximiæ virtutis laude clarum addidit *Michael Carzansa.* Nemausum ille recepit, & Vrbes quasdam alias Galliæ Narbonensis, quæ, ad deditionem spectabant, sub Celtiberiæ, seu Aragoniæ Duce Renocindo. Ita, *Rodericus*, ad annum Christi 673. *Io. Vasæus*, de Bambâ habet præclara, ex *Iuliano Toletano*, qui librum scripserit integrum de Coniuratis in religiosissimum Regem.

Consula-

Consulatur *R. P. ac DN. Antonius D'yeps, Abba Valli-soleti, vulgò Valladolid. 2. Tom. Chronic. generalium Ord. S. Benedicti, folijs* 733. 34. 35. 36. 37. Iis enim perlectis, planè intelligere quilibet poterit, quonam modo Ervigius, Theödefredum, pij *R*egis Cindasuinthi filium, legitimumque fraudârit hæredem, & regnum VVestergothorum in Hispaniâ, quod Bamba præclarè administrâsset annis 9. mensem vnum, & dies 14. tyrannicè occupârit ereptum: tùmque, Concilium Toletanum, non quidem decimum tertium, (vti vult *Loäysa*) sed duodecimum convocârit, Anno Christi, non sanè 683. (vt notat *Baronius*) sed 682. vti vetustiores omneis Historici Hispani tuentur. Idque tùm Ervigius actum procurârit (vti quidem ibi habetur) vt secundo Canone Concilij huius Toletani 12. edito à Pontificibus, qui adessent triginta quinque, præsentibus Abbatibus Valdreudo, Florentio, Gratino, Faustino, Aulicisque, & compluribus illustribus Viris, *R*ex Bamba, susceptum religionis monasticæ habitum iuberetur, attonsus, & intra septa monastica conclusus, quamdiu superstes viveret, gestare, ac obedienter servare. Dictum, factum. Inauguratus itaque *R*ex Ervigius, & ab Episcopis, *A*bbatibus, & *A*ulicis confirmatus, in Concilio Toletano 12. acclamatur, à Cœtuque circunstante *R*ex salutatur. Ciricus verò, seu Ciricius, Quirinus, seu Quiriacus *A*bba Benedictinus, indeque *A*rchiepiscopus Toletanus, monasticum habitum in Cœnobio S. Vincentij Bambæ induit *R*egi, cui & sacro-sanctam præbuit Eucharistiam induto. *A*d *A*sceterium porrò S. Petri *A*rlanziani recessit Bamba, vbi, & è viuis excessisse religiosissimè refertur. *Morales,*

Morales, & *Ioannes Mariäna*, *lib. 6. cap.* 14. Corpus Benedictini Bambæ translatum indè asserunt hodie in Æde sacrâ Sanctæ Leocadiæ, de Castro, re verâ spectari. Addunt & eòdem Regis Recesuindi corpus fuisse delatum, atque conditum honorificè cum corpore Regis Bambæ; Regemque Catholicum Philippum Austriacum, id nominis secundum, veneranda vtriusque ossa conspicere voluisse Anno Domini 1575. Demum, eo loci repertas esse ligneas capsas duas, in quibus Regum ossa duorum sericis essent pannis involuta, singulaque Corpora suis seiunctim essent singulis lapideis, absque vllo titulo, inclusa sepulchris. At, *Morales*, eo tradit tempore creditum, dextro Recesuindum, Bambam, sinistro conditum latere Regem pium exstitisse. Consentiunt, & Hispanorum opinio communis; & Historicorum de ijs scriptio. Versantur in eâdem sententiâ Ascetæ S. Petri Arlanziani, quorum certè opinio ferè domestica vero similior, & proximior videtur. Lector prudens, & amicus, quod æquiùs censuerit, liberè seligere possit. Id equidem vnicum varianteis inter opiniones de sepulchrali eorum lectulo, asserere ausim, iuxtà communiorem eò loci receptam sententiam, & Recesuinthum, de Catholicâ religione, deque Ordine Benedictino optimè meritum, à summâ pietate commendatum vivendi, regnandique finem, ita religiosè fecisse, vt apud suos beatitudinis nomen sit adeptus; & Regis Bambæ Benedictini pientissimiquoque animam cœlo passim haberi, crediquе beatam. *Beuterus*, Bambam, auctore nescio quo, Filium Recesuinthi ait fuisse. Non desunt, qui memoriæ proditum reliquerint, agricolam fuisse, ab aratroque, ad

Ttt sceptra

sceptra regni, divino indicio pertractum veriùs quàm perductum. Verùm, speciosè confictam arbitrari fabellam mâlim, cùm præsertim mentio nulla huius rei fiat in Veterum monumentis. Toleti, hos versus insculpendos curavit in portâ proximâ ponti, qui dicitur *Dalcantara.*

Vos Domini Sancti! quorum hic præsentia fulget
Hanc Vrbem, & Plebem solito servate favore.

Eringius, seu Ervigius Ardanasti Græci Filius, per Tyrannidem Rex Westergothorum in Hispania effectus, Cisilonem filiam, Vxorem dedit Egicæ consobrino Regis Bambæ, in odium Theophredi, seu Theodofredi Reccesuinthi Regis filij, legitimi hæredis Regni, nè initia Regni turbaret Theodofredus. *Rodericus Santius* scripsit Eringium regnâsse annis septem. Anno salutis restitutæ (vt videtur indicare *Rodericus*) 687. Toleti, propriâ morte defunctus, regnum Genero suo Egicæ, sivè Egicani reliquit.

Egica, vt primùm regno fuit inauguratus, Cixilonem Eringij Filiam repudiavit, propter scelus nefandum ab Eringio in Bambam Avunculum, & Regem commissum. Attamen, Vitizam ex eâ susceptum Filium, hæredem Regni sui destinavit; voluitque, in Tudensi Gallecciæ Oppido eumdem residere, proindè, quasi esset Vitiza Suevorum Rex; Pater verò, Visigothorum. Ex *Io. Vasæo.* Attamen, cùm dissentiat *Rodericus indigena*, mâlim scripsisse cum *Luca* etiam *Tudensi*; mortuo Egicane Rege, Vitizam Filium anno Christi 701. in Hispaniâ solum regnare cœpisse.

Septimus Regis Egicanis, (quem nonnulli Egiptam nomi-

nominârunt) Concilium habuit Toletanum 17. anno Christi (vt volunt nonnulli) 694. in quo, septimâ Indictione, SergIque 1. Pontificis anno 7. contra Iudæös, qui baptizati coniuraverant in Egicanem Regem sedulò fuit actum. Iudæi namque, qui, in Hispaniâ, superioribus Regum Westergothorum temporibus, (ab anno fortè 586. quo rerum potiebatur Ricaredus, primus Gotthorum Rex Catholicus, Sanctæ Rictrudis Gentilis) ij verò præsertim, qui fuerant baptizati anno Iesu Christi 694. nova semper erant in Hispaniâ moliti; at verò, Egicane Rege, non solùm maculârant Christianismum, cùm superiore iam anno* 693. Gotthi, ab Arianismo suo prorsùs tandem liberati, ad veram Christi Iesu Ecclesiam essent feliciter conversi: sed, & contra Egicam, seu Egicanem Regem, & vniversum eius Regnum perniciosissimè conspiraverant. Vndè iustæ Iudęorum lacrymæ fluxêre. Iam enim rebus suis omnibus tandem ij Regio nudantur Edicto; cum Vxoribus, & filijs, cunctas per Hispaniarum provincias disperguntur; & perpetuæ servituti subijciuntur. Liberi eorum, ab anno septimo abstracti, Christianis addicuntur, Christiano ritu, & cultu pio enutriendi, & instituendi; dantúrque Catholicis, Romanis, & verè Apostolicæ fidei cultoribus in matrimonium Christianum, metu, infidelium nè illi Patrum possent in Hispaniâ damnatas, & æternùm damnandas semitas iterare. Hæc, *ex Octavo Capite Concilij 17. Toletani*, hactenus sunto.

* Ex Sigeb. Gemblacensi.

Iam Vitiza, Fasilam Cantabriæ Ducem, Cindasuinthi, seu Cindasuindi Regis filium, Tudæ in Gallecîâ, iussu Cindasuindi, metu, rerum novarum exulantem, clavâ

 percussum

percussum in capite vitâ privarât, ipsâ Vxore Fasilæ instigante, cum quâ salacissimus Vitiza clam consuevisset; cùm ecce Toleti Pater eius Egipta, seu Egica sub annum Christi, 700. decedens, honorificè sepelitur, & sapientis, ac patientis elogio decoratur. Ita *Luc. Tudensis*; qui tradit Fasilam, Regis Pelagij, Hispaniæ instauratoris, Patrem fuisse.

Vitiza, mortui parentis Egicæ Regnum adijt, omni scelerum, ac libidinum genere inquinatissimus Rex. Is, Cordubæ exulanti Theödofredo eruit oculos, nè, quia Recesuindo Rege Patre natus, & erat idem Populo gratiosus, aliquandò ad Regnum aspiraret. Pelagio, filio Fasilæ, Cantabriæ Duci, & Luciæ, castissimæ Parenti Sanctæ Rictrudis præclaro Gentili, prorsùs idem moliebatur; sed, id præmonitus Pelagius, & ocyus in Cantabriam profectus, fugâ sibi maturè salutem quæsivit, Hispaniæ Regnum, auspice Deo ter Maximo denique triumphanter instauraturus.

Malus, qualis vix vllus, & hactenus fuerat Vitiza occultè impudicus; sed sub annum 702. omni deposito pudore, habenas libidini publicè cœpit laxare, Vxores, & plureis concubinas habuit domi, Proceres quoque Regni ausus adhortari, suo vt ij viverent exemplo. Idem Plebi voluit impunè licere. Edixit idem flagitiosissimus Rex, Sacerdotibus, vt liberè Vxores domi, quot vellent, alere possent; neve, contrarium iubentibus Pontificijs constitutionibus obtemperarent. Id ausus est excellentis impudentiæ

dentiæ Rex, veritus Sacros Pontifices, atque Sacerdotes Dei, ne ij adeò effręni protervitati suæ obviam irent, & censuris Ecclesiasticis Populum à tam perditi Regis obsequio deterrerent; vt eâ proindè Clerum sacrum voluptatis illecebrâ, cæterosque Regni sui accolas sibi duxerit devinciendos. Sinderedum Sede Toletanâ, quo iure, quâque iniuria deturbavit: Ecclesiarum privilegia, & prærogativas violavit; Et nè quid pensi videretur habere, neu, ad extremam impietatem, reliqui sibi faceret quidpiam, in Hispaniam Iudæös, velut postliminio evocavit, eosque maioribus immunitatibus, quàm, quibus soleat Ecclesia gaudere, præsumpsit impiè donare. Iulianus Comes, amicum mentitus, imprudentissimè, atque multorum præter ea nefariè peractorum auctor illi fuit. Initia igitur Regis Vitizæ, Regno Hispanico VVestergotthorum funesta; vita, morsque improba, infaustissimum tandem Vitizam duriùs excepêre. Ità prorsùs sanè fit, vt qualis exstiterit cuiusque vitæ institutum, exitus quoque sit ratio, persimilisque modus: nec solet bene mori, qui vixerit malus. Exemplum hic nobis denique præbuerit Vitiza in suâ Hispaniâ; qui, cùm vitæ salacis excellenti turpitudine, cædibusque atrociter conspurcâsset, & omnia vastâsset, Numen ipsum, *Veniens in profundum*, contempserit; & excellentioris nequitiæ suæ gradibus hisce superioribus, vesanæ mentis, vti & Rex Rodericus, Costæ Frater, & ex Recilone Theődofredi filius, omnis sani experteis consilij, effecêre tandem, vt, Vindice Regum Rege Deo ter Max. mortuo Abdemelic, imperans Mauris

Vlit, Hispaniam VVestergothis Regibus imperio adiecerit armis potentiùs ademptam. Eccè, quònam demùm calamitatum præcipitem actum, & Vitizam & Rodericum, salax, & prorsùs impia infeliciter pertraxerit vita; vt etiam Vitizæ acta, nimiam ob crudelitatem, impietatem, turpitudinem, æquissimo Dei vltoris iudicio ita fuerint rescissa: vt, nè quidem Toletani Concilij 18. sub eo habiti, vestigium vllum exstet. Tantis equidem tenebris impurissimi huius Vitizæ video seriem historicam obvolutam; vt quonam infelix ille denique modo miseram ediderit animam, &, quemnam habuerit idem Regni proximum successorem, non ausim ita facilè affirmare, cùm ipsissimi præsertim Historici Scriptores Hispani, hâc de re inter se certent, satisque ieiunè, ac exiliter agant. Horum siquidem pars, Vitizæ substituere Regem nituntur Costam, Roderici Fratrem: Costam, pars item, silentio prætermisêre, ad annum Iesu Christi 707.

Cæterùm, Anno Domini 710. si fortassis apud VVestergotthos in Hispaniâ regnârit Theödofredi ex Recilone, Gotthorum Regio sanguine natâ Coniuge, Filius Costa; regnandi, simulque vivendi finem fecerit, eique Rodericus Frater, in Hispaniâ, suprà quàm credi possit, calamitosè regnaturus, infelicissimè successerit oportet. Idque suo summo perfecerit damno, Westergotthorum suffragijs, & Senatus Romani, ad quem confugisset, favore, propter Recesuinthi Avi gratiam, benignè adiutus. Scribunt tamen illum nonnulli Historici, prosperè Rodericum contrà Vitizam Romanorum auxilijs pugnâsse; captumque prælio, & regno deturbatum, eodem

merito

merito affecisse supplicio, quo ille Theodofredum, præter ius, & fas multârat. Addunt ijdem, Vitizam suo pressum exemplo, Regno, oculisque orbatum, miseram, & ingloriam Cordubæ vitam in exilio ærumnosè traxisse.

Rodericus, si morum crudelitas, sive libidinis intemperantia spectetur; Vitizæ haud fuit dissimilis. Sisibertum enim, & Ebam, Vitizæ filios, vbi primùm est inauspicatò Westergothicum Regnum sortitus, probris, & iniurijs multis affectos, in exilio, procul aulâ sua Regia victitare miseros imperavit. Turpe vitium obtulit Cabæ, quæ inter alias Matronarum illustrium filias, in domo Regia educabatur. Erat hæc filia Comitis Iuliani, qui tunc temporis in Africa, Regis Roderici nomine, Legationem obibat. Fuit hæc subindè prima Regni VVestergotthorum in Hispania mali labes, & certum seminarium eiusdem Regni sequentium calamitatum. Iulianus enim Comes, stupratæ filiæ iniuriam privatam, irâ percitus, publico Regni VVestergothici malo, auxilijs Muzæ Africani Præfecti, & ope Vlit Miramolini, seu Arabum Imperatoris vltus est. Siquidem, Lucas Tudensis, & Roder. Tolet. referunt, Muzam jam expertum fidem Iuliani Comitis, 12. millia illi militum concredidisse Tarif Strabo Duce, quos Iulianus mercatorum navibus clam impositos, in montem traduxerit Calpen, qui sit mutuatus nomen ab hoc Duce Saracenorum, dictusque exindè Gebel Tarif, id est, Mons Tarif; vndè, hodieque vocabulo dicitur corrupto Gibraltar. Bæticam hic exercitus totam, & bonam Lusitaniæ partem incendijs, cædibus, rapinis reddidit infestam; Enecone-

nemque

nemque sive Inachum (alij Sanctium dixêre) Roderici consobrinum, à Rege obviam cum exercitu missum profligavit. Subdidit Iuliano, & Africanis ea victoria spiritus maiores; infinitaque barbarorum se multitudo ex Africa in Hispanias tum effudit. Convocatâ igitur omni Westergothica nobilitate, validoque exercitu conscripto, Rodericus hostibus occurrit prope Assidonam, seu Xeritium Vrbem; quo loci, vt semel rerum aleam audentiùs experiretur, iussit clasſicum cani. Dubio vtrinque Marte per occiduum pugnatum est. Aureâ corona, trabeâ Regali, gemmis & auro calceis distinctis, eburneo insignis curru, istos funestos per octo dies in prælijs fuit acerrimus Rex Rodericus. Siquidem, ita conflictibus adesse Reges, VVestergothis erat solenne, quò fortius miles VVestergotthus, tanquam pro defendendo Capite suo Regio pugnaret. Octavo denique præliorum die, dum semper fessis integri succedunt Sarraceni, octiduano labore pugnæ acerrimæ labascentes numero longè impareis Westergotthi, (Regis Vitizæ Filijs quibus cornua exercitus essent commissa, victoriam spe facta recipiundi regni victoriam prodentibus hosti) occidione cæsi fuêre. Hæc *Rodericus, & alij Historici.*

Domnus Antonius à Guevara, Epist. ad Alfonsum Episcopum Burgen. infaustum hoc scribit, die Dominico, 3. Nonas Iuli, ad fluvium Bedalac, sub auroram fuisse commissum: in eoque, omnem Gotthicam nobilitatem cecidisse; Hispaniam totam in Saracenorum venisse potestatem, præter Astures & Cantabros, (inquit Paulus Æmilius) qui & fortissimi, & mortalium postremi in Romanorum venerant potestatem; ijdemque novissimi defecerant ab eis.

Et,

Et, cùm iura Hispanis darent VVestergotthi, suis legibus liberiùs semper vsi, imperata fecerant nunquàm. Equo suo insidebat *Orelia* Rex Rodericus, cùm, in acie fortiter pugnans, à quibusdam dicitur occisus, ab alijs negatur.* Quidam in volutabro tradunt quodam inventa esse insignia ipsius Regia, corpus, nusquam. *Non est certè durabilis, scelere quæsitus principatus aiebat in Roderico suo 37. & vltimo Rege Gotthorum, seu VVestergotthorum in Hispaniâ regnante &c. Rodericus Santius, Historia Hispanicæ parte 2. Vndè Lucius Seneca, in Tragœdijs: Violata nemo imperia continuat diu, moderata durant.*

* *Rodericus Santius, Hisp. Hisp. parte 2. cap. 37.*

Vtiliter legi potest *Caput illud 37. Roderici Santij, à capite, ad calcem.* Sub medium autem sic lego. *Cætera huius infelicissimi Iuliani scelera, ac tantæ cladis, & diruptionis calamitates, Rodericus Toletanus, sapienti, sed mœsto, ac lugubri stylo deplorat. Verùm Iulianus ipse perfidissimus, pœnas in hoc seculo non evasit, acerbiores apud Inferos recepturus. Nam, ab ipsis Mauris iustè trucidatus creditur, suspicionis, & Christianis ei notam fingentibus, vt verum sit, quod Propheta ait: Impij consumentur ab Idolis quibus sacrificabant. Experietur in se, quod Sapiens dit in Ecclesiastico. Qui vindicare vult, à Deo inveniet vindictam. Hinc Gregorius. Si ob illatas nobis contumelias, implacabiles sumus, vindictæ furor in nos ipsos revertitur, & indè punimur, vndè alios puniri sperabamus.*

Vir multifariæ lectionis Ferdinandus Nunius Pincianus, ex antiquis historijs prodit memoriæ, iuxta L. Flori sententiam; PRODITIO PLACET, PRODITOR DISPLICET: Barbaros Vxorem Iuliani, Patriæ proditoris lapidibus obruisse, filium sublimi è turri Septensi præcipitem egisse, Iulianum ipsum in territorij Oscensis

arce quadam rebus omnibus privatum, in vinculis miserum mortem obijsse.

Porrò verò, (si Divi Isidori supputationem, à primo Regis Westergotthi Athanarici anno sequi velimus;) Regnum Westergothicum duraverit annos 344. Notationes Alcobaciensis Codicis volunt Gothos, seu Westergothos, à Saracenis, Hispanico depulsos Regno, Æra 749. hoc est, anno Iesu Christi 711. eoque liberè positos eosdem Agarenos, seu Saracenas Regno, observo ibidem, anno Domini 712. postea quàm Hispaniæ dominari cœpissent VVestergothi, easque occupâssent trecentos, & octoginta tres per annos. Anno autem, 18. postquàm essent patriam suam VVestergothi egressi, venisse dicuntur in Hispaniam, anno salutis humanæ 328. Anonymi nostri Chronicon, ab Orbis conditu, MS. & vetustissimum, *Æra* (inquit) *quadringentesimà, Gotthi regnare cœperunt vsque ad Æram quadringentesimam quadragesimam septimam. Hi per trecentos quinquaginta tres annos, & quatuor Menses, & septem dies Hispaniam obtinuérunt, donec Sarracenorum Dux, nomine Taric, de transmarinis partibus in eam ingressus fuit. Qui totam fermè Hispaniam armis cœpit, interfecto Roderico vltimo Rege Gotthorum, feria quinta, sexta hora, Æra DCCXLVIII.* Excidium itaque Hispaniæ per Saracenos, in annum salutis humanæ 714. incurrit.* Alij, aliò referunt. VVlgatiorem, cum hoc Chronologo sequi placet, prefatâ opinionem. Multo quidem sanguine parta Mauris victoria cessit: (Saracenorum namque 16. eo bello millia sunt desiderata:) rerum nihilominus eo successu, quo victores evasissent, superbius elati; *octo mensium dontaxat spatio, totam ferè Hispaniam transmarinus*

* Ex Isidoro Pacensi.

marinus hic Taric(mali totius incétore Iuliano Comite,) *armis cœpit: & tunc Sarraceni, in Asturijs, annos quinque regnaverunt.* Hæc, *Chronicon pervetustum MS.* Quod autem variet *Alcobaciensis Codicis Æra*, & à numeris discrepet nostris: id eò fieri putârim; quia Scriptores Historiæ Gotthicæ alij, (prout est ingenium cuiusque sæpè Chronologorum) alio Gotthos ibi gentium cæpisse regnare asseverant. Indè igitur effectum vt, *lectionis ille multifariæ, Chronologus, Domnus Antonius à Guevara, Ordinis Seraphici, Vir sanè doctus, idemque pius,* Mauros scripserit, ad annum Christi 714. (anno 13. postquam Marcænis obijsset secunda Antistita, Divi Mauronti Soror, Sancta Virgo Closcendis) Hispaniam fermè totam VVestergotthis ereptam, partim vi, partim deditione, ac metu, partim pollicitationibus speciosis, versipelles, in potestatem suam redegisse, octimestris spatiô solô; vt quidem ille vult sentire à Guevarrâ: vt alij; quarto & decimo Mense: vt item alij Chronographi; biennio toto. Quin verò etiam sunt & alij, qui eâ in re quinquennium fuisse totum exactum maluerint asseverâsse, eo vsque perducti, hâc fortassis ratione, quòd, VVestergotthus & ipse Pelagius, ab excidio Hispanico, & interempto infelicissimo Roderico Rege, quinto demùm post anno, Hispanicis rebus restituendis feliciter natus, apud Astures, Viros forteis, & bello natos, Rex fuerit acclamatus. Hoc de Rege inclyto Pelagio, qui subsequetur Catalogus Regum Legionis, & Castellæ, ab Infante, sivè Sancto Rege Pelagio, ad hunc vsque annum Iesu Christi 631. perductus, aptiore loco pluribus agere meditatur. Subtexam interea temporis nonnulla, scitu, hoc

 loco,

loco, pernecessaria; quæ, De VVestergothico imperio, tum in Hispaniâ, tum & vlteriore Galliâ Occitanâ, & Aquitanica potentissimo, *Historia Hispanicæ parte secunda, capite 37. & vltimo transeunter memorarit.* RODERICVS SANTIVS, *Episcopus Palentinus.*

Is ergò, ex *Vaticinio Ieremiæ*, scribens adversus Patriæ suæ impium proditorem Iulianum, qui tantam cladem in patriam suam, in florentissimum Hispaniæ Regnum, adeòque & in sua ipsius viscera furenter per Arabas, & infideleis Mauros invexisset: *Vlciscar* (inquit) *vltionem tuam. Destruit enim Deus omnem inimicum, & vltorem; sed præcipuè in eos parata est vindicta, qui in patriæ perniciem, vlciscuntur, dicente Prophetà: Vlciscar in eos, qui destruunt regionem suam. Fuisset satius maledicto Iuliano iniuriam contemnere, quàm in se vindictam agere; quia, iuxtà Ambrosium: Sapientior est qui contemnit, quàm qui dolet. Qui enim contemnit, quasi non sentiret, ita despicit: qui autem dolet, ideò dolet, quia sentit.* Additque idem Autor.

Sed iam ad Rodericum redeamus vltimum Regem Gotthorum, SIVE WESTERGOTTHORVM. *Appellatur autem (vt putamus) vltimus Rex Gotthorum*, sive Westergotthorum; *non, quòd Pelagius, & frequentes Reges, ex Gotthorum genere non descendant; sed, quia Reges omnes, ab Athanarico, qui primus ex Gotthis (vt diximus) regnavit vsque ad istum Rodericum, solo nomine Regio Gotthorum*, seu VVestergotthorum, vel Visigothorum, aut VVestgotthorum; *appellati sunt. Nec enim intitulati sunt Reges Hispaniæ, aut Castellæ, vel Legionis; sed Reges Gotthorum simpliciter. Qui, & arma, atque insignia deferebant, non Hispaniæ quidem, sed Gentis Gotthicæ, aut Originalis Provinciæ Gotthicæ, à quâ processerunt; quæ,* Dacia,

cia, & Norvegia *putatur, in quâ, & Gotthia est: vt latiùs in primâ parte tactum est.*

Post Rodericum verò, Pelagius, & cæteri, qui ei in Principatu Hispanico successerunt; etsi ex sanguine Gotthorum, siue Visigothorum, vel VVestergothorum *(vt diximus) descenderunt, tamen, non Gotthorum*, siue Visigotthorum, *titulis, sed Hispaniæ primò, deindè Legionis, & Asturiarum, rursus Castellæ Regijs intitulationibus sunt appellati; quamquam substantia principatus eadem in vtrisque fuerit. Ea igitur causa fuit, cur Rodericus, vltimus Rex Gotthorum, siue*, VVestergotthorum, Visigotthorumve, *communiter appellari solet*. Hactenus *Rodericus Santius Episc. Palentinus.*

Ego verò, Regum, & Acta, & hanc Westergothorum, regiam Seriem, in hunc vsque Rodericum infelicem, postremumque Regem, quoad eius potuit commodiùs fieri, partim è vetustis Scriptoribus veterrimæ Marcianensis Bibliothecæ manu-scriptæ, partim aliundè quæsitis, & diligenter excussis, studiosioribus sacræ antiquitatis, hunc in modum, & ordinem contraxi; quòd, Adalbaldina, & Rictrudina historia sacra, (quam, non nisi iussus, pertractandam suscepi,) certè, id me agere vellet. Quippe, quùm certissimè constet, Avis, & Atavis editam Regibus VVestergotthis Rictrudem, per Arnaldum, seu Arnoldum cognomento Nobilem, & Luciam felici partu à Cantabriæ, Asturiarumque Ducibus effusam illustrissimos Parentes, Huius autem officij, religiosique laboris modum, & ordinem, non abs re futurum arbitratus sum: propterea quòd is certam virtutum, & sanctitatis excellentioris claritudinem summatim

perstringeret, quâ tota hæc Regia familia Serenissimæ, pientissimæque Principis, Matrisque nostræ Rictrudis emicuisset. Paucis autem id cognitum existimabam, quod alioqui permultum complecteretur Christianæ pietatis, & Benedictinæ perfectionis, ex quâ benignus, & Amicus Lector, haud exiguum sibi legere fructum valeret. Nec sanè decuit sanctis, & Apostolicis laboribus Sanctissimi Pontificis Amandi, Divino Spiritu afflante accensam per-Illustris familiæ Rictrudinæ, Adalbaldinæque lucernam, *positam sub modio* diutiùs *latere*; *sed super candelabrum* efferri oportuit, *vt luceret omnibus qui in Domo sunt DEI*; amplioremque suum fructum ferret.

Superest iam denique, vt, quos paucos superioris belli Saracenici cruenta calamitas reliquos fecerat, in Cantabriam compulsos fuisse intelligamus. *Petrus Antonius Beuterus, Chronicorum suorum parte prima, cap.* 28. disertè descriptum id habet. Anno autem quinto postquam Mauri in Hispaniam maximis se victores copijs prædę illecebrâ, & opum Hispanicarum cupiditate ac spe illecti effudissent, coëunteis in vnum VVestergotthi reliqui, viribus resumptis, & animis, eamdem repetere cœperunt, & recuperare in Asturijs, Legione, Iaccetanisque Aragoniæ Montibus. Vndè, vim vi repellenteis, infidelibus ab Hispaniâ paulatim expulsis, quamvis longo post temporum intervallo, amissa tandem recuperârunt loca, quemadmodum Catalogi sequentis exordium, paucis declarabit. Hinc suam & originem acceptam habet, Regnorum Hispaniæ varietas illa, quæ hodieque perseverat.

CATALO-

CATALOGVS

REGVM LEGIONIS, ET CASTELLÆ,

AB INFANTE, SIVE SANCTO REGE PElagio, ad Catholici Regis nostri Philippi Austrij 4. amplissimum Imperium vsque perductus, *sine stirpis vllâ interruptione, sed servatâ semper serie successionis à Patre ad Filium, aut Filiam, Nepotem, Cognatum, vel Cognatam; nullâ, extra familiam ipsorum factâ Regni translatione, depromptus superioris Catalogi VVestergothici ex Auctoribus, & Appendice ad Chronica Ioannis Carionis.*

HISPANIA iam illa, quæ, (vt Ioannis Episcopi Gerundensis Paralipomenon Hispaniæ liber primus asserit) *omnibus abundat bonis, à Machumetensibus Mauris, omnibus erat opibus miserè dispoliata; iam illa inestimabilis pretij smaragdina mensa indè sublatâ; misserrimis iam modis pergebat eadem tota lacerari; dùm pientissimus Deus, misericordiæ suæ nequaquàm oblitus,* FASILÆ DVCIS CANTABRIÆ FILIO PELAGIO *misit in mentem, vt, è Cantabriâ, (vbi is latitabat) in Asturias concederet, animumque resumptum ad opem charæ patriæ adijceret ferendam.* Traiecto *igitur post pauxillum temporis Piônia fluvio, in Canicem vallem* PELAGIVS *pervenit, Princeps religione, militarique virtute clarissimus,*

clarissimus, vbi metu hostium barbarorum latitanteis permultos invenit Christianos. Hos ille omneis adhortatus ad audendum aliquid pro Fide Orthodoxâ, & patriæ salute, factâ spe auxilij Divini, alacreis reddidit, ad quodvis periculum pro religione Christiana, & patria vindicanda fortiter subeundum: quin verò etiam eosdem sibi adeò fecit obnoxios, vt belli Sacri Ducem ipsum suffragio elegerint communi, & tùm demùm Regem salutârint. Rem totam egregiè depinxit, Rodericus Santius, Episcopus Palentinus, Historiæ Hispanicæ parte 3. cuius Caput 2. non pigebit hoc attexere loco in hæc ipsius verba.

PELAGIVS, PRIMVS REX HISPANIÆ FVIT POST EIVS CLADEM, ET 38. AB ATHANARICO PRIMO REGE GOTTHORVM, *sive Vesogothorum, vel vti nos quidem inscribere cœpimus, VVestergotthorum. Is, incœpit regnare Anno Domini 712. regnavit annis 20. Hic, (vt historiæ perhibent) Filius Theöfredi fuisse creditur. Ipse verò Theöfredus Filius extitit Recensuindi Regis Gotthorum, seu VVestergotthorum, qui fuit pulsus in exilium per Egizam Patrem Vitizæ. Et hic Theöfredus, Pater fuit Regis Roderici, & per consequens, Pelagius fuit Frater Roderici vltimi Regis Gotthorum, sivè VVestergotthorum.*

Alij Historiographi aiunt Pelagium ipsum fuisse Filium Fafilæ, seu Favillæ, Ducis Cantabriæ. Omnes tamen concordant, Pelagium, per rectam lineam, à Regibus Gotthorum, seu Visigothorum descendisse. Adde quia Alfonsus dictus Catholicus, Filius Petri, Ducis Cantabriæ, ex progenie gloriosissimi Principis RECAREDI, *Regis Gotthorũ, vel Visigothorũ, Gener fuit Pelagij. Quo fit, vt ex omni successione Pelagius, & ab eo descendentes, verum Hispaniæ principatum obtinuerint. Hic igitur Pelagius, primus, post cladem Hispaniæ, principatum in eâ tenuit, saltem iure,*

iure, licèt non plenè de facto, vt dictum est: tum quia in eo vno repræsentabatur ius, & successio principatus Hispaniæ, cæteris Regibus Gotthorum, sivè Visigothorum, (vt alij scripsére) & præsertim, Roderico fratre, mortuis, atque cæsis: tum quia (vt ait Rodericus in Chronicâ suâ) populi Christianorum, qui in Asturijs latitabant, in quibus residebat ius eligendi Principem, eumdem Pelagium in Principem elegerunt: quamquàm illa electio, fuit quasi quædam iuris continuatio potiùs, quàm novi Dominij assumptio. Hic Pelagius, Divinâ pietate præservatus creditur, vt miseras Hispanias peccatis Christiani populi afflictas, & penè eversas restauraret, nè inclytæ Gentis Gotthicæ, sivè VVestergotthicæ, Lucerna in Orbe penitùs extingueretur, vt de Roboäm legimus, quem ob merita David, & Patrum suorum DEVS in Regno Iuda præservavit. Postquàm igitur apud Asturias latuit, Divino confortatus auxilio, paucorum Catholicorum copijs fretus, Mauros, quibus vndiquaque circumseptus erat, paulatim insequitur. Tandem, eò magis respirans, incredibilia, & plusquàm humana bella gessit, adeò, vt paucis interiectis annis, non mediocrem terrarum perditarum partem iuvante Domino recuperaverit.

Hic rectè primus liberator, & patriæ instaurator dicendus; immò lustrandus est: Huic Sacerrimo Principi cedat Romanus Camillus, qui (vt aiunt) Romam captam à Gallis liberavit. Cedat & Quintus Fabius M. qui Imperium Italiæ, Romanis restituit, ac sæpè conservavit. Amilcar quoque sileat Pater Hannibalis, qui Imperium Carthaginensibus restituit. Pelopidas item, qui Tyrannos ex Vrbe Thebarum expulit. Brutus denique, qui Tarquinium Regem Superbum à patriâ ignominiosè deiecit. Sed & Dyon Syracusanus, qui patriam à manibus Dionysij Tyranni liberavit. Thrasybulus quoque Pelagio inferior est, licet Athenas, patriam

clarissimus, vbi metu hostium barbarorum latitanteis permultos inVenit Christianos. Hos ille omneis adhortatus ad audendum aliquid pro Fide Orthodoxâ, & patriæ salute, factâ spe auxilij Divini, alacreis reddidit, ad quodvis periculum pro religione Christiana, & patria vindicanda fortiter subeundum: quin verò etiam eosdem sibi adeò fecit obnoxios, vt belli Sacri Ducem ipsum suffragio elegerint communi, & tùm demùm Regem salutârint. Rem totam egregiè depinxit, Rodericus Santius, Episcopus Palentinus, Historiæ Hispanicæ parte 3. cuius Caput 2. non pigebit hoc attexere loco in hæc ipsius verba.

PELAGIVS, PRIMVS REX HISPANIÆ FVIT POST EIVS CLADEM, ET 38. AB ATHANARICO PRIMO REGE GOTTHORVM, *sive Vesogothorum, vel vti nos quidem inscribere cœpimus, VVestergotthorum. Is, incœpit regnare Anno Domini 712. regnavit annis 20. Hic, (vt historiæ perhibent) Filius Theöfredi fuisse creditur. Ipse verò Theöfredus Filius extitit Recensuindi Regis Gotthorum, seu VVestergotthorum, qui fuit pulsus in exilium per Egizam Patrem Vitizæ. Et hic Theöfredus, Pater fuit Regis Roderici, & per consequens, Pelagius fuit Frater Roderici vltimi Regis Gotthorum, sivè VVestergotthorum.*

Alij Historiographi aiunt Pelagium ipsum fuisse Filium Fafilæ, seu Favillæ, Ducis Cantabriæ. Omnes tamen concordant, Pelagium, per rectam lineam, à Regibus Gotthorum, seu Visigothorum descendisse. Adde quia Alfonsus dictus Catholicus, Filius Petri, Ducis Cantabriæ, ex progenie gloriosissimi Principis RECAREDI, *Regis Gotthorũ, vel Visigothorũ, Gener fuit Pelagij. Quo fit, vt ex omni successione Pelagius, & ab eo descendentes, verum Hispaniæ principatum obtinuerint. Hic igitur Pelagius, primus, post cladem Hispaniæ, principatum in eâ tenuit, saltem*

iure,

iure, licèt non plenè de facto, vt dictum est: tum quia in eo vno repræsentabatur ius, & successio principatus Hispaniæ, cæteris Regibus Gotthorum, siuè Visigothorum, (vt alij scripsére) & præsertim, Roderico fratre, mortuis, atque cæsis: tum quia (vt ait Rodericus in Chronicâ suâ) populi Christianorum, qui in Asturijs latitabant, in quibus residebat ius eligendi Principem, eumdem Pelagium in Principem elegerunt: quamquàm illa electio, fuit quasi quædam iuris continuatio potiùs, quàm novi Dominij assumptio. Hic Pelagius, Diuinâ pietate præseruatus creditur, vt miseras Hispanias peccatis Christiani populi afflictas, & penè euersas restauraret, nè inclytæ Gentis Gotthicæ, siuè VVestergotthicæ, Lucerna in Orbe penitùs extingueretur, vt de Roboäm legimus, quem ob merita Dauid, & Patrum suorum DEVS in Regno Iuda præseruauit. Postquàm igitur apud Asturias latuit, Diuino confortatus auxilio, paucorum Catholicorum copijs fretus, Mauros, quibus vndiquaque circumseptus erat, paulatim insequitur. Tandem, eò magis respirans, incredibilia, & plusquàm humana bella gessit, adeò, vt paucis interiectis annis, non mediocrem terrarum perditarum partem iuuante Domino recuperauerit.

Hic rectè primus liberator, & patriæ instaurator dicendus; immò lustrandus est: Huic Sacerrimo Principi cedat Romanus Camillus, qui (vt aiunt) Romam captam à Gallis liberauit. Cedat & Quintus Fabius M. qui Imperium Italiæ, Romanis restituit, ac sæpè conseruauit. Amilcar quoque sileat Pater Hannibalis, qui Imperium Carthaginensibus restituit. Pelopidas item, qui Tyrannos ex Vrbe Thebarum expulit. Brutus denique, qui Tarquinium Regem Superbum à patriâ ignominiosè deiecit. Sed & Dyon Syracusanus, qui patriam à manibus Dionysij Tyranni liberauit. Thrasybulus quoque Pelagio inferior est, licet Athenas, patriam

à XXX. Tyrannis liberaverit : Et Themistocles, qui Græciam à manibus Persarum tutatus est.

Pelagius igitur, de quo sermo est, postquàm magnam Hispaniæ partem obtinuit, contrà Mauros ingentià bella devicit ; & de cætero, Successores sui non fuerunt intitulati Reges *Gotthorum, seu VVestergotthorum ; sed* Reges *Legionis, & Asturiarum: Genuit duos Filios, Fafillam, qui post eum regnavit ; & Ormisebam* Reginam, *Vxorem Alfonsi,* Regis *Catholici. Hæc* Rodericus *Santius. De Pelagio VVestergottho, qui pro asserenda Christi fide, Hispaniaque instauranda, primus post VVestergotthorum suorum potentiam, & bellicam gloriam Arabum virtute fractam, animo steterit intrepidus ; neque certè suis consisus copijs exiguis, & imbellibus, sed divini spe auxilij fretus, (contra cuius Numen nulla quicquam potentia valeat humana,) fortiter contra coniuratos fidei, Gentisque suæ Christianæ hosteis cœperit audere ; gravißimis prælijs cum numeroso Saracenorum agmine conflixerit, atque incredibilem, in eosdemque, Dei ter Maximi beneficio singulari, frequentem ediderit stragem. Princeps re vera fuit Orthodoxus Pelagius, reique bellicæ peritißimus, qui divino munere de victis barbaris frequens triumphàrit, Civitatem Legionem compluribus cum arcibus receperit, Asturumq; proinde, atque Legionis Rex omnium primus à suis fuerit salutatus. Idem* W*estergotthorum Regum extincto nomine, & insignibus dimißis, mutataque parmâ, Regia sua, cepit Insignia, Leonem rubrum, in candido, seu argenteo Campo, quibus hodie quoque vtuntur* Reges *Legionenseis. Cæterùm nostri non est instituti hoc Catalogo res gestas Regum Legionis, & Castellæ ordine complecti, vlteriusve prosequi. Satis sit hoc exordio, summatim Genus, & Proavos, ingentem animum, & Pelagij Regis primi Legionensis perdignam virtutum claritudinem delibâsse, perstrinxisse. Cæterorum acta*

peti

peti possint, & commodè haberi memoriæ prodita, à Roderici Toletano, & Palentino, Alfonso à Carthagenâ, Michaële Ritio, Francisco Taraphâ, Lucio Marineo, D. P. Antonio Beutero, Ioanne Vasæo, & alijs. Pro tempore igitur, id duntaxat addidisse liceat; Quod, sicut in Asturiarum Montibus, D. hunc Pelagium, Fasilæ Inclyti Cantabriæ Ducis Filium, pietate, armisque nobilissimum Principem; itâ etiam, quæ, ex Cæsar-Augustâ, alijsque Aragoniæ, ac Navarræ Oppidis, Pyrenæos in monteis se salutis ergò receperant reliquiæ Christianorum, Garsiam Ximenium, illustri quoque VVestergotthorum sanguine natum, sibi selectum Regem consalutârunt; qui, & ipse multis rebus præclarè gestis adversùs hostes Mauros Mahumetanos, Regiæ ditionis suæ pomœria legitur ampliâsse; annisque 42. magnâ cùm laude regnâsse. Conditus demùm hic est Rex Garsias Ximenius, ad Divi Ioannis à Pegna. Sic à vasta Rupe dicta fertur Ecclesia Monastica. Hoc humilibus principijs sibi excitarat Asceteriolum Ioännes Anachoreta, Vir Sanctus; quod, & duo Fratres Cæsar-Augustani, religiosissimè incoluerunt. Tum verò demum, Pius illud Rex Garsias Ximenius, ædificijs, & censu nobilitavit, celebre post ea multorum futurum Regum Monumentum. Ad Pelagium redeamus; vtque promissis maneamus, Regum nostrorum Legionis, & Castellæ pollicitam supputationem, & iam prolixiùs nonnihil de industria exorsam nominum seriem solo fermè, vocabulo, & annorum numero consignatam festinantius paulò pertexamus, quorum recenseatur.*

* Series Regum Legionis & Castellæ.

PRIMVS,

D. PELAGIVS: *qui, sanctè diem suū obierit apud Cangas, seu Canicas, vt quidā volunt astruere, Anno Iesu Christi, 637. Ioännes tamen Vasæus, Brugensis, In Chronicis suis, Antiquos se Auctores,*

 & re-

& receptos dicit habere, certisque de causis admittere malle mortem D. PelagI, primi Regis Legionis, & Asturiarum incurrisse in Annum Iesu Christi DCC. XXXII. subditque; Illi.

2. *Successit Fafila seu Favilla, Filius, qui regnavit annos duos, Menses Sex. Eodem Anno, Saraceni, maioribus quàm antea copijs, ex Hispanijs* Gallias *repetunt, & Avenionem proditione occupant, atque etiam Narbonem. Alij Chronologi nonnihil in numero variant. Sic enim illi.*

Primus Legionis, & Asturiarum Rex, post cladem Hispaniæ S. Pelagius numeratur. Rem ad Annum Christi *717. refert Gordonus, fol. 237. Habent certè hæc tempora magnam annorum suorum obscuritatem: imò & rerum inconstantiam. Iacebat nimirum à Saracenis attrita Hispania: ab ijsdem Africa subacta. Qui rerum ibi seriem certò & liberè describeret, desiderabatur.*

Secundus, Fafilla, Anno D. N. 732. Regnavit biennium; Filius fuit D. Pelagij; discessit absque liberis masculis: cui successit in Regno Soror Ormisinda, D. Pelagij Regis Filia, quæ Alfonso Cantabriæ Ducis Filio nupsit; cognominatus fuit.

3. *Alfonsus Catholicus, A. D. N. 734. Appendix quædam ad Chronica Ioannis Carionis, assignat huic Alfonso Regi Annum 739. Rodericus verò Santius, Annum 731. Hoc quasi ad digladiandum modo, componitur plerumque, à varijs Annalium Scriptoribus, Chronologica Regum, & Principum series Virorum. Ferat mecum hanc molestiam Lector Amicus; nec culpet, quod vitari non potest. Rodericus Santius, Parte 1. Histo. Hispa. cap. 11. Hic Alfonsus (*ait*) re, & nomine Catholicus, & gloriosus Princeps fuit. A Mauris, Campos Gotthicos, plurimasque Civitates, Provincias, Castra & Oppida magnificè recuperavit usque ad Montes Pyrenæos; qui verè Restaurator patriæ dici posset. Has siquidem Provincias, & Civitates (vt inquit Rodericus, Supple*

Tolet.

Tolet. in Chronicâ suâ) Regno Legionis adiecit. Hæc, Rod. Santius.

4. *Froila Anno D. N.* 753. *vel (vt habet Catalogus Hispaniæ Regum adiectus Chronicis Ioannis Carionis,) anno Domini* 758. *Rodericus Santius, Histor. Hispa. parte* 3. *cap.* 4. *Froila* (inquit) *huius nominis primus, Alfonsi Filius,* 4. *Rex fuit post Pelagium, sed* 41. *post Athanaricum primum* Regem *Gotthorum. Incepit regnare Anno Domini* 752. *regnavit annis* 13. *Contra Sarracenos Calleciam infestantes, bella felicia egit,* 54. *millibus Arabum cæsis; à quibus ditissima spolia, & divitias consecutus est. Maiorem certè in ea re laudem consecutus, quam Cæsar, qui totidem Gallorum: item, quàm Marius, qui Cimbrorum multa millia, imperandi gratia, occidit; cùm hic, religionis, non ambitionis gratia, hoc fecerit. Cætera ibi videre liberum est.*

5. *Aurelius Froilæ Frater, A. D. N.* 766. *Hic, in Asturijs Fratrem Froilam, iniustè regnandi gratia, proprijs manibus occidit: Et, post interfectionem Fratris sui, cæpit regnare Anno D. N. DC. LXVI. Regnavit annis Sex. Verba sunt Rod. Santij.*

6. *Sillo, Alphonsi Gener, ex Egimundâ Filiâ, A. D. N.* 777. *si sua fides est Catalogo Carioni adiecto. Sed, quem certius sequi malim, habeo Roder. Santium, qui memoriæ proditum id de Rege hoc reliquerit. Silo, Frater Aurelij, Gener Alfonsi Catholici, post Aurelij obitum, sexto loco regnavit annis octo. Hic, Vxorem duxit Odisindam, Sorem Regis Froilæ, & Alfonsi filiam, propter quam Regnum simul & pácem obtinuit. Nuptiæ enim sæpè, ex Regiâ stirpe, conciliant regnum, vt olim accidit Regibus Syriæ, Macedoniæ, & totius Orbis. Incepit autem regnare A. D. N.* 772. *Galleciam rebellantem domuit. Ita Rod. Santius. Odisindam superiorem: Reginam vocavit Egimadam Alfonsus à Carthagenâ; Egimandum Franc. Tarapha. Quidam putant Silum, seu Silo-*

nem Oveti, ad Divi Ioannis Evangelistæ, (quod ipse Templum curaverat exstructum, fuisse conditum: sed, ex inscriptione Monumenti patet sepultum fuisse ad Divi Salvatoris, quam adiungo, nè quis temerè arbitretur me à gravibus Scriptoribus dissentire. H. S. E. S. S. S. T. L. Interpretatio Inscriptionis huius in Mausoleo Silonis, quod ibi visitur, hæc esto. Hic Situs est Silo. Sit sibi terra levis. Sine vlla prole obijt Silo, seu Sillus, vel Sillo.

7. *Adelfonsus, seu Alfonsus 2. Cognomento Castus, Froïlæ Filius. A.D.N. 780. vel, (vt Catal. Carioni adiunctus habet) 788. summa rerũ Legionensis Regni vivo adhuc Silone fuerat potitus, Odisinda Regina ipsius Amita hoc procurante. Mortuo autem Silone, communi Magnatum omnium suffragio Regnum Alfonso Casto delatum est. Quod vbi Alfonsus statim inijsset, Patruus ipsius Mauregatus, & ex pellice Filius Alfonsi Catholici, Saracenorum auxilijs annuo tributo quinquaginta Virginum nefandè comparatis, Alfonsum Regno deturbavit, & ad suos in Cantabriam compulit abire, Deo, & hominibus exosus Mauregatus, Mauracatus, seu, (vti scripsit F. Tarapha) Magaretus Pseudophilippo persimilis, qui licèt Spurius, regnũ tamen per Tyrannidẽ sit conatus occupare. Vndè factum, vt series Regũ Legionis, & Asturiarũ fuerit nonnullis obscura, quòd ab ijs in Regũ Legionensiũ seriẽ salacißimus fuerit ita relatus, vt numeretur à quibusdã septimus, à nonnullis itẽ.*

8. *Rex Mauregatus sceleratißimus, & impurißimus, qui regnarit annis quinque, & mensibus sex; quibus exactis, apud Praviam Vrbem, ipse pravus, qualis inter Reges vix vllus reperiatur, est sepultus: succeßitque illi Rex.*

9. *Veremundus Filius Vimerani, Nepos Alfonsi, cognomento Catholici: Vel, (vt habet Rod. Santius) Filius Bilmaraï, Filij Alfonsi Regis Catholici; qui cœperat regnare Anno Domini DCC. LXXXIII. regnaritque annis duobus duntaxat. Is enim (ait Roder. Santius) recolens se ordinem Diaconatus suscepisse, regno*

sponte cessit post duos annos; & Consobrinum suum Alfonsum, qui ad Navarræos confugerat, in Regno substituit successorem, relicta Vxore sua Imilone, religione &c. quæ legi possunt cap. 8. 3. partis historiæ Hispanicæ Roderici Santij, Episc. Palentini.

Alfonsus itaq; Rex Legionis, & Asturiarũ septimus, suo tandem est restitutus Regno, maximo omnium applausu, qui à mira, & perpetua castitate meruit Cognomentum, omnibus virtutibus præditus optimo Principe dignus. Anno tertio Regni sui, Mauros depulit, qui maximus instructi copijs venerant ad Asturias depopulandas, cæsis Arabe cum Duce ipsorũ millibus septuaginta. Carolus itẽ Magnus, hoc Rege, in Saltibus Pyrenæis, insigni legitur clade affectus; cuius meminêre P. Æmilius, Rober. Gaguinus, & alij Historici tũ Hispani, tum & Galli. Animam denique agens senio confectus Alfonsus, anno Regni sui 41. coram se voluit declaratum, Regemq; salutatum Ranimirum, Veremundi Filium, quùm alioqui successio Regni, ad Nepotem suum Bernardum Carpiensem, ex Sorore Ximena progenitum, certa Lege rediret. Mox Alfonso Rege defuncto, & Oveti ad Divæ Virginis, (quam ipse curasset Ecclesiam constructam) condito; Sexennio, & septimestri toto, haud segniter regnare cœpit,*

* *Ita notat, F. Farafa.*

10. *Rex Legionis* Raymirus, seu Ranimirus, Regis Veremundi Filius, Anno Domini 824. Ita sensit Vasæus: vel, 823. vt mavult Rod. Santius. Hoc Rege, (vt aliqni notant) initium suum habuit Aragoniæ Regnum in Hispania, Duce Garsia Ximene, ex veteri Westergotthorum prosapia: qui pulsis indè Saracenis, Regnum sibi, & posteris paravit. Ita Frãcis. Tarafa, annos Regni numerãs à 727. Christi nati: alij tamen tantùm ab anno 730. regnasse ponunt, licèt nunc quidem bellum indixerit Saracenis. Gordonus, alia dat initia, ad Annos Christi 1015. & 1016. Consulatur eius Chronologia.*

* *Gallicè, Leon.*

Ranimirum, (fortè Reinerum, vt scripsêre quidam Galli) Regem X. *Legionis, gallicè Leon, subsecutus est Rex.*

11. *Ordonius, ex Vrraca Vxore, religiosissimaq; Regina, Filius; an*

Christi anno 817. an verò 835. certatur inter Rodericum Santium, & Franciscum Tarafam, qui huius Ordonij primi, Patrem Raymirum Veremundi Filium, Alfonso Casto è vivis sublato, Asturiarum, Gallicię, Navarręque Regem facit, & asserit. Ordonius 3. Vascones, ad rebellionem, & arma propensos repressit; Muzam Saracenorum Ducem Regnum suum invadere tentantem, trucidatis 40. equitum millibus, insigni clade affecit. Hæc Tarafa. Roderici verò Santij relatio, cæsorum numerum ad millia contraxit decem, eiusque auctoritate, regnum paternum tenuit annis decem Ordonius hic primus, Princeps laudatus, podagrâ è vivis ereptus.

12. Alfonsus 3. ex Mandimyà, seu Momadonà Coniuge, Ordonij primi Filius, cognomento Magnus, ab anno 846. vti Catalogus Carioni adiectus, quem sequitur F. Tarafa; vel ab anno 833. vt habet Rod. Santius, errore fortaßis librariorum, qui sint in numericis Characteribus allucinati, (quod facilè, sæpèque vsu evenire solet) paternum decus, & amplißimum adijt Regnum, ætatis 14. anno inauguratus. Ex nobilitate Gallica Vxorem Amelinam duxit, posteriùs dictam Ximenam, ex qua filios, Garsiam, Ordonium, Froïlam, Gundisalvum suscepit. Rex hic commeritum Magni cognomentum adeptus, præterquàm, quod pietatis studio, paternos thesauros, in Ecclesias, & pauperes erogavit, Ecclesiam quoque D. Iacobi, priùs terream, lapide quadrato erexit, & Marmoreis columnis adornavit; auro, argento, gemmis, vestibus sacris, & reditibus annuis locupletavit. Consultò, quæ laude perdigna fecerit cætera prætermitto, brevitatis ergò. Regnavit annis 46. Ipsum per ordinem sunt secuti Fratres, & Reges.

13. Garsias, triennio solo Rex, qui, Zamoræ fato conceßit, nullo hærede relicto, & Oveti sepultus, vbi Alfonsus cum

Vxore

Vxore Ximenâ, vterque Parens, eodem fuere conditi Monumento.

14. *Ordonius, eo nomine secundus, Patri similis, multa præclare gessit, Barbaros malè multavit; In Cathedrali Ecclesia Legionensi à 12. Episcopis Regio diademate insignitus fuit; Vxores habuit, Geloïram seu Elviram, Araguntium, ex Galleciâ, quam matrimonio multavit, & Santinam, sivè Sanctiam, Garsiæ Enïcci Navarræ Regis Filiam. Regnavit annis 8. & mensibus sex. Sepultus est Legione in Ecclesia Cathedrali, Anno Christi (vt quidem præfatus Catalogus Cariöni adiectus habet) 897. vt alius Chronicis Hispaniæ adiunctus, 895. Vt Vasæüs, 896. Vt Roder. Santius.* 894.

15. *Froila 2. OrdonI 2. Frater, duxit Vxorem nomine Munina Domna, ex quâ suscepit Filios, Aldefonsum, Ordoniū, & Ranimirum; & quartū, de Concubinâ, nomine Acenare. Nihil egit memoriâ dignū. Hæc Rod. Archi-Epis. Toleta: libri 5. De rebus Hisp. c.1. additq; de eodē Froïlâ. Quia Viri impÿ non dimidiāt dies suos, percussus leprâ, vnius anni, & duorū mensiū expleto circulo vitam finivit, & iuxtà Fratrē suū Ordoniū Legione inglorius sepultus est. Horum Regum, & Fratrum temporibus, quosdam sibi Iudices Castellani instituerunt, penès quos Castellæ Ditionis administratio esset. Vide eâ de re Rodericum Archi-Epis. Toletanum citato iam Capite, In Bardulia, quæ nunc Castella dicitur.*

16. *Alfonsus quartus, Froïlæ Filius, Rex Legionensis, electa vita Monastica, Regnum concessit.*

17. *Ramiro Fratri, qui regnare cœpit Æra 939. præclara gessit contra Mauros. Ex Roder. Toletano. Vide Sanctium cap. 17. & Marianam lib. 8. cap. 5. ad annum Domini 902. Ranimirus regnavit annis 15. Ex Roder. Tolet. lib. 5. cap. 8.*

18. *Ordonius huius nominis 3. Ramiri Filius, regnavit ab anno Iesu Christi, vt volunt quidam 916. vt Francis. Tarafa, & Rod.*

Santius 920. Rodericus Tolet. adscripsit Ordonio Regi Æram 958. cui eidem Ordonio Pater (inquit Rod. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 8.) R*animirus Vrracam Filiam Fernandi Gundisalvi, Comitis Castellani, Vxorem dedit, quam & matrimonio multavit, quòd Fernandum Gondissalvum hostem experiretur; Quippe, qui tueretur parteis Sancij Fratris, quem* R*animirus ex Tarasia Sorore Garsiæ* R*egis Navarræ susceperat. Superduxit proinde Ordonius Geloïram, ex quâ genuit Veremundum podagricum.* R*egnavit Ordonius 3. annis 5. & mensibus 6. Zemoræ, seu Zamoræ, (quæ olim Sentica est dicta) rebus humanis excessit, & Legionem delatus, In Monasterio S. Salvatoris à Patre Ramiro condito, sepultus est.*

19. *Ordonius quartus, Alfonsi quarti Filius, propè Cordubam à Sanctio Crasso dicitur occisus. Nulli huic anni adscribuntur. Neque is enim Regni legitimus successor; & certè adeò malus alioqui, est iudicatus indignus qui in Regum Catalogo poneretur. Adiunctus est tamen à nonnullis Catalogo Regum Legionensium, quod patre Rege Legionensi ortus esset.*

20. *Sanctius eo nomine primus, Crassus ab habitu corporis cognominatus, Filius Ordonij tertij, regnare cæpit anno salutis humanæ 961. Hæc Francis. Tarafa. Rodericus verò Santius Epis. Palentinus, hoc de Rege, 3. parte historiæ Hispaniæ, cap. 2. ad hunc modum habet. Santius, huius nominis primus, nominatus Grossus, Filius Ramiri, & Frater Ordonij, 20. Rex fuit à Pelagio primo Rege Hispaniæ post cladem. Regnavit annis 13. Et paullò inferiùs. Intolerabilis (ait) pinguedo, pro morbo habetur, iuxta illud Iuvenalis.*

Montani quoque venter adest abdomine tardus.

Hunc Annaliâ tradunt herbâ curatum, veriùs dicerem maturiùs necatum. Nam, in Iudicum lib. dicebat vnus ex Regibus Ægipti.

Nunquid

Nunquid possum ferre pinguedinem meam? Hæc Roder. Santius. Toletanus quoque lib. 5. cap. 10. Sancium hunc Regem, Ordonij Fratrem, & Ranimiri Filium ponit, Ærâ 963. sed annos tantùm 12. eius attribuit Regno. Sed, hæc est temporis huius obscuritas, & confusio rerum gestarum: de quâ queruntur, (nec sanè miror) omneis Historici recentiores.

21. *Raymirus, siue Ramirus, id nominis 3. Filius Sancij, seu Santij, 21. Rex fuit à Pelagio primo Rege post cladem Hispaniæ. Regnavit annis 25. Parens eius Sancius Crassus, ex pacto facto cum Fernando Gundissalvi Comite, & Domino Castellæ, à Iurisdictione Regum Legionensium, quibus hactenus obediebat, Castellam perpetuò liberaverat (inquit Rod. Santius). Ramirus verò Filius, quinque annorum existens, de Matris consilio, cum Arabibus pacem fecit: Vrracam Vxorem duxit: ætate, & actibus puer insolenter rexit. Quare, Galleci Veremundum Filium Regis Ordonij, in Regem, apud Compostellam creaverunt.*

22. *Veremundus, siue Bermudus 2. Filius Ordonij 3. Regno functus est annis 7. vel 17. vt Vasæo placet. Arabum Ducem Almansorum apud Calafannoz famosissimo prælio devicit; Athäulphum Archi-Episcopum S. Iacobi Compostellani tauro iussit obijciendum; à quo tamen ille summo miraculo se liberavit. Videantur, Alfonsus à Carthagena, cap. 66. Roder. Santius, partis tertiæ cap. 22.*

23. *Alfonsus 5. Filius Veremundi, regnavit annis 27. Auctore Rod. Santio. & Toletano. Geloiram Filiam Menendi Gundisalvi, & Maioris, Comitum Gallæciæ habuit Vxorem, ex qua genitus prodijt*

24. *Veremundus 3. Rex religiosissimus, qui Coniugem habuit Taresiam, Filiam Sancij Comitis Castellani. Fuit Bermudo, siue Veremundo Soror Sancia, facie venusta & liberali, animi & cor-*

poris dotibus prædita egregijs, quæ nupsit Fernando Filio Regis Navarræ, qui fuit Rex Castellæ, & postea, propter eam, fuit Rex Legionis, vt infrà dicitur. Verba sunt Alfonsi à Carthagena Anacephalæöseos Regum Hispaniæ capite 67. qui decemium tribuit Regno huius Veremundi, cuius Pater Alfonsus id nominis 5. acutâ è muro Visëi Lusitaniæ, seu Portugalliæ Civitatis emissa sagitta in scapulis letaliter ictus, ex humanis excessit. Alfonsus hic 5. Tarasiam Sororem renitentem, atque invitam, Abdaliæ Saracenorum apud Toletum Regi nuptum legitur dedisse, ab eo auxilia cum esset pactus contrà Cordubæ Regem. Verùm, Virginis florem cùm vellet delibare; nequè monentem, nè Virginem Christo desponsatam vitiaret, alioqui non fore inultum, audiret gravißimo repentè morbo correptus, quum sentiret de vita se periclitari, Tarasiam multis cumulatam muneribus, Legionem, ad Fratrem remisit quæ nobilis Virgo, in Parthenonem D. Pelagij se contulit, & inter Monachas nomen professa, vitæ reliquum sanctißimè traduxit.

Veremundi porrò Regis, eo nomine tertij studium præcipuũ exstitit in Oppidis, Ecclesijs atque Monasterijs dirutis à Saracenis instaurandis. Tarasiam, Sanctij Castellæ Comitis Filiã habuit Coniugem, ex qua sustulit Filiùm Alfonsum, qui, ætate puerili decesit. DN. Alfonsus à Carthagena, Episcopus Burgensis, Anacephalæoseos suæ c.68. Veremundus (inquit) Sanciã Sororem suam desponsavit cum Infante Garsia, Filio Sancij Comitis, & Domini Castellæ, qui Garsias fuit proditoriè interfectus apud Legionem; in porta Ecclesiæ S. Salvatoris, à Filijs Comitis Velæ sivè Vegilæ (addit Ioan. Vasæüs, ad annũ Domini 1011.) Et post mortẽ huius Infantis Garciæ, hæc Sancia, sive Sanctia fuit desponsata Fernando, Filio Sancij, vocati Maioris, Regis Navarræ, qui posteà fuit primus Rex Castellæ, propter Vxorẽ suam, quæ erat Filia Comitis Sancij. Et cum inter hos, Fernandum, & Veremundum dissensio exorta fuisset, in prælium venerunt; illisq́ apud Carrionem fluvium, & Oppidũ, ad

invi-

invictè pugnantibus, Veremundus victus, & mortuus est, & absque liberis obijt; & Regnum Legionis translatū est ad Fernandum Regem Castellæ propter Sanciam Vxorem suam, & sic fuerunt tunc vnita regna Castellæ, & Legionis. Huc vsque in hac arbore textura facta est Regum Legionis. Nam, licèt in Castella Comites gubernarent absq; recognitione superioris, non tamen titulum Regium assumpserunt. Sic ergò prima gubernatio Hispaniæ, ab Athanarico, quem primum in arbore posuimus, vsque ad Rodericum inclusivè, fuit sub titulo Regis Gotthorum. Ideò, depinximus illis arma Gotthica, quibus hodie vtuntur Reges Daciæ, qui etiam intitulantur Reges Gotthorū. Demùm, post ingressum Arabum, magna ex parte Hispania occupata, & Regno ad angustos fines redacto, regnavit Pelagius, qui de Regio genere Gotthico erat, sed non est intitulatus Rex Gotthorū, seu Visigothorū: assumpsit enim titulum à Legione, vel Asturijs; & vocatus est interdum Rex Legionis, aliquando Asturiarum. Ideò depinximus ei, & successoribus suis arma Legionis sola, Leonem videlicet rubeum in Campo albo. Hæc Alfonsus à Carthagena Anacephalæoseos Regum Hispaniæ capite 69.*

* *Insignia Regum VVisigotthorum quæ.*

Bermudi quoque, sive Veremundi tempore, Castella Navarræ coniuncta fuit, matrimonio Sanctij Navarræ Principis cū Elvira Filia Sanctij Fernandi Castellæ Comitis, cui ipsa successit, Garciâ Coniugis suæ Fratre defuncto. Coniuncta quoque Legio cum Navarra, & Castella fuit, per connubium Fernandi, supradictorum Filij, cū Sāctia (vt iam dictū est) Sorore Bermudi, sivè Veremundi 13. *cui in acie occiso illa successit in regno Legionēsi. Habuit præterea Regnū Aragoniæ, quod Frater eius Ramirus possidebat, qui sinè hærede legitimo decessit è vivis. Ideóque Magnus, & Hispaniæ Monarcha nominatus fuit. Regnare cœpit cum SANCTIA,*

25. *Ferdinandus, Cognomento Magnus, A. D. N. Iesu Christi* 1017. *al.* 27. *regnavitq; annis* 40. *& mensibus sex. Ita tradit Rod.*

 Toletanus,

Toletanus. Hispaniam tributo quod ei Henricus quartus Imperator, & Vrbanus PaPa imperabant, liberavit; idque opera, virtute, & solertia Cidi Ruidiazij, quem ipse magnis bonoribus affecit, & equestri dignitate donavit. A quo Cido deindè res admiratione digna perpetrata sunt, vt ex ipsius historia constat. Rex iste Ferdinandus Magnus, tres habuit Filios, inter quos sua Regna divisit: Sanctium videlicet, Garciam, & Alfonsum. In quo quidem Alfonso, Regna simul omnia coniuncta manserunt.

26. Sanctius 2. Ferdinandi primogenitus, cum Vrracam Sororem suam apud Zamoram teneret obsessam, proditoriè à Vellido cæsus occubuit anno Regni tertio, eique succedens Frater.

27. Alfonsus, id nominis sextus; rerum est potitus annis 43. Sex habuit Vxores, Agnetem, Constantiam, Beatricem, Elisabetam, Therasiam, Zaïdam, postea dictam Mariam. Ex Constantia suscepit Filiam Viracam, seu Vrracam, quæ nupsit Raymundo Berengario Comiti Tolosatum, vndè prodijt Comes Alfonsus Tolosanus. Defuncto Comite, Vrraca transijt ad secundas nuptias cum Alfonso Aragoniæ Rege. Ex Zaïda, seu Saida, Filia Saraceni Regis Sibiliæ, seu Sevillæ, natus est Alfonso Filius, Infans dictus Sancius, qui adolescens est in prælio adversus Arabes interfectus. Ad Christi denique fidem conversa Saïda, dicta est Maria. Produxit Alfonsus 6. & ex pellice nobili Ximena Taresiam, seu Tharesiam, quæ nupsit Enrico, seu Henrico Comiti Lotharingiæ. Dotata est Tharesia, Gallæciæ parte, quæ nunc Portugallia nuncupatur. Hanc Nobilem Ximenam Henrici Lotharingiæ Comitis Vxorem, ferunt De Domo Guzmanica fuisse, ex qua Reges Portugalliæ processerunt. Videantur Alfonsus à Carthagena, Anacephalæoseos cap. 35. sub medium ferè capitis, & F. Tarafa, De Regibus: Hispa. cap. 6. haud longè à capitis initio. Ibi habebis, mortuo Henrico, successorem Alfonsum, qui primus fit Portu-

Portugalliæ Rex *appellatus, Vlyßiponam primus eripuerit Sarracenis Mauris;* Regibus *ipsorum* 5. *vno simul prælio superatis, Insigne scutorum quinque, præclarum facti Monumentum reliquerit suæ inclytæ posteritati. Vrbanus* 2. *Pont. Max. eo cap. Decimas, primitiasque, & omnia beneficia Iuris Patronatus omnium Ecclesiarum, & Ciuitatum, à quibus Infideles hostes Mauros eiecisset Petrus Sanctij Filius, Aragonum* Rex, *Almozabeno Maurorum Rege in fugam turpem coacto; vt ipse, & sui Successores, in perpetuum, quibus vellent, conferre possent, exceptis Episcopatibus, concessit. Sed huius rei, in Sylvio nostro meminerimus, cum Synopsis eius Franco-Merovingica Carolum Martellum, & Decimas Ecclesiasticas, ab eius ætate detentas commemorabit. Obijt* Rex *hic Petrus absque liberis, natus annos* 35. 3. *Cal.* 8*bris. Anno* 1108. *Hæc Franciscus Tarafa. præfato cap.* 6.

28. *Alfonsus septimus,* Rex *Aragoniæ, mortuo Alfonso sexto, prætextu Vxoris Vrracæ Alfonsi Filiæ, Castellæ, Legionisque* Regnum *obtinuit Anno* 1109. *Absque liberis malè perijsse legitur apud Fragam anno* Regni 20. *Christi verò* 1126.

29. *Alfonsus octavus, Filius* Raymundi *Berengarij, Comitis Tolosæ, ex Viraca, seu Vrraca, Alfonsi sexti, Legionis, & Castellæ* Regis *Filia, Nepos, regnavit annis* 20. *servantißimus equi.*

30. *Sanctius* 3. *Cognomento Desideratus, Alfonsi præfati Primogenitus Vxorem duxit vivente Patre, Blancam, Filiam Garsiæ* Regis *Navarræ, qui fuit Nepos ex Filia Nobilis Roderici Cidi, ex qua susceperat Alfonsum, qui post eum in cunabulis existens, regnavit in Castella. Hic Rex Santius, multis virtutibus pollebat; & Clypeus nobilium dicebatur. Hæc* Rodericus *Santius.* Regna*vit vnico anno.*

31. *Alfonsus nonus, cognomento Bonus, Filius* Regis *Santij,*

Patre

Patre vita functo, inter ipsos vagitus, regnare cœpit Anno Christi, (vt volunt nonnulli) 1177. regnavitque annis 53. vt placet Roderico Santio. *Ex Leonora Filia* Ricaredi, *seu* Ricardi *Angliæ Regis, genuit Santium in infantiâ defunctum; Fernandum, ætatis anno 25. mortuum apud Maoritum; Henricum, & plures Filias: in queis extitit Domina Blanca, quæ, ex Ludovico Rege Franciæ, progenuit Franciæ* Regem *Sanctum Ludovicum. Fuit igitur (ait Roder. Santius) singularis felicitas huius Alfonsi Boni, tam egregiam, præclaramque obtinuisse prolem, quæ ipsum penè orbem excellentißimis Principibus replevit. Consulatur Auctor. Primus omnium insignibus inseruit Castrum aureum in campo rubro. Equitum Gloriosi Apostoli S. Iacobi ordinem instituit, quorum Insigne est gladius sanguinolentus, propterea quod, anno Domini* 1212. *Benedictus Christi Apostolus Iacobus, per aërem equo vectus candido, gladium gestare visus fuisset, in subsidium Christianorum, sanguine Maurorum, qui in prælio inito adversus Alfonsum Regem, & eius copias militares Christianas, cruentatum, & stillantem. Memorabile fuit illud prælium, quo, Miramolinum Regem Maurorum ducentis Arabum millibus cæsis Alfonsus Rex superavit, in quodam Hispaniæ loco, quem Tolosæ, Navas appellant. Exindè, Festum diem S. Crucis invexit, & perpetuò servandum statuit Alfonsus cognomento, Bonus.*

32. *Henricus, id nominis primus, Alfonsi noni Filius, qui biennio posteà, quàm esset inauguratus, apud Vrbem Palentiam, dum laxaret animum à curis graviorobus, cocto latere, vulnus casu in capite accepit, ex quo, biduo post interijt.*

33. *Ferdinandus tertius, Legionensis Regis Alfonsi Filius, Henricique primi, ex Berengaria Sorore Nepos suffectus Anno* 1217. *Regnis Legionis & Castellæ potitur. Is, Mauros omnibus ferè Hispaniæ finibus exegit, Granatensi* Rege *stipendiario relicto.*

Beatri-

Beatricem duxit Vxorem, Filiam Imperatoris Germanorum, vel (vt alij volunt) Brabantiæ Ducis, quæ Filios ei peperit, Alfonsum, Fredericum, Emanuelem, Philippum, qui Vxorem habuit Filiam Regis Daciæ, Christianam; Sanctium, & Henricum. Mortua Beatrice, superduxit Ioannam, editam ex Comite Pontis, ex qua Ludovicum, & Leonoram procreavit. Ita quidem F. Tarafa, qui asserit hunc Ferdinandum regnasse 45. *annis; diemque clausisse anno Domini* 1262. *Rodericus Toletanus miris eum laudibus effert. In hoc Ferdinando, Regna Legionis, atque Castellæ, in vnum Imperium coäluere; nec postea disuncta sunt. Videto Polydo: Vergil. Marian. lib.* 12. *cap.* 15. *Chronologia R. P. I. Gordoni ad Annum Christi* 1252. *Diem (inquit) nunc clausit Ferdinandus Castellæ Rex Hispali; Princeps habitus fortis bello, Sanctus, & Felix: Regnum tenuit paternum.*

34. *Alfonsus decimus, Filius natu maximus: regno præfuit annis* 32. *sumpto fortè initio à Iulio, quandò ipse hoc initium posuit in suis Tabulis Astronomicis. Laudatum opus est, sive ab ipso Rege, sivè, illo iubente ab Astrologis compilatum. Anno superiori* 1251. *Alfonsus Sancti Ludovici Frater, Tolosanum Comitatum possidere occœpisse observat idem. Auctor eruditissimus. Anno* 1257. *certatum lego de Romanorum eligendo Rege, alijs Anglum, petentibus alijs Regem hunc Alfonsum. Chronica Montifort, & aliorum Francorum tradunt Alfonsum decimum Anno* 1265. *insignem reportâsse victoriam, posteaquàm acriter ab eo certatum esset supra biennium adversus beneficiarios rebelles Reges Murciæ & Granatæ, qui tandem ad priora Castellani iura, durioribus pacis conditionibus redire coacti sunt. Mariana lib.* 13. *cap.* 15. *Anno* 1275. *emersêre magni motus, & bellici apparatus, inter Franciæ, & Castellæ Reges, quod Castellanus Filium Sanctium natu minimum successorem designaret,*

exclusis Nepotibus genitis ex natu maximo, & Blanca Sorore Franci. Ita Guillel de Nangis. Sed tamen Roderico Santio maior est fides.

35. *Sanctius eo nomine quartus, adhuc viuo Patre (vt famà habetur) Regem Castellæ se gessit, & mortuo successit, Anno* 1287: *Mariam Infantis Alfonsi Filiam, cognomento de Molina, Fratrisque Ferdinandi tertij vxorem duxit, ex qua, Ferdinandum, Petrum, Philippum, & Henricum Filios habuit. Obijt Regni sui anno octauo.*

36. *Ferdinandus* 4. *Filius Santij prædicti, in Regnis Castellæ & Legionis successit Anno* 1295. *nouem annos natus; præfuitque annis* 15. *sub tutela Mariæ Alfonsi Infantis de Molina Filiæ, & nobilissimâ Nepte Regis Fernandi tertij: Hæc Inclyta Regina, & Illustris Vidua, instar Diuæ Rictrudis nostræ Tolosanæ, Ducis, & Ecclesiæ Marcianensis Fundatricis, à mortalium nemine potuit vnquam adduci, vt nuptias contraheret secundas Castitatis amans Vidua. Non legetur sinè fructu caput* 8. *tertiæ partis historiæ Hispanicæ Roderici Santij.*

37. *Alfonsus vndecimus; Filius Ferdinandi* 4. *ex Constantiâ Filiâ Dionysij Portugalliæ Regis, administrauit Regnum annis* 40.

38. *Petrus Alfonsi vndecimi, & Mariæ Filiæ Alfonsi Regis Portugalliæ Filius, regnum obtinuit annis* 19. *quibus, per solam crudelitatem, & meram tyrannidem, plerosque Hispaniæ Barones, & Proceres capite multauit. Vndè cognomento fuit dictus Crudelis; & ab Henrico Fratre tandem apud Montiel occisus est.*

39. *Henricus secundus, ex Nobili Eleonorâ de Guzman, Alfonsi vndecimi secundâ Coniuge, Filius, regnauit ab anno Christi* 1369. *decennio toto. Vxorem duxit Ioannam, Filiam Ioännis cognomento Emanuelis, & per maternam lineam, proneptem Infan-*

tis

tis Fernandi primogeniti Regis Alfonsi decimi, qui decesserat viuente adhuc Patre; ex quâ Ioannem suscepit, & Eleonoram, posteà Reginam Nauarræ. Henricus porrò, apud S. Dominicum de la Calciata, podagrâ obijt, vel, vt alij volunt, veneno extinctus, ipso die Pentecostes.

40. *Ioãnnes, Henrici & Ioannæ prædictorum vnicus Filius, nominis huius primus, succedit Regnis Castellæ, Legionis, Cordubæ, & Hispalis, coronatus* 13. *Iulij Anno* 1379. *Ex Alfonso à Cartagena, Nangiaci Continuatore, Froßarte, Marianâque, lib.* 18. *cap.* 2. & 3. *licèt Tarafa hoc initium referat ad Annum* 1377. *Quadam die Dominicà antemeridianà, Mensis Maij* 19. *equo lapsus interijt apud Alcala de Henares. Huius infausti casus exemplo, docentur Reges, Principesq; Viri, Nobiles, adeòque cuncti promiscuè, diebus Festis, non solùm corporea exercitia, sed & ipsas animi cogitationes profanas inhiberi à Deo ter Max. monente Regio Propheta: Reliquiæ cogitationis diem Festum agent tibi. Et Origene: In die sanctificationis, desine ab omnibus secularibus operibus, nihilque mundanum geras; sed spiritualibus operibus vaca. Porrò; Si legantur Anglorum Annalia, intelligetur quàm persæpe Deus ille, Rex magnus super omnem terram, huius præcepti, punierit, venatione, alijsq; modis, violatores, Sabbathinum diem haud sanctificanteis.*

41. *Henricus* 3. *regnare cœpit Anno Christi* 1388. *vel, vt Alfonś. à Cartagena mauult.* 1390. *regnauitq; annis* 16. *Idque tempus Regni, quàm piè, quàm bene, & exegerit iustè, videto apud Roder. Santium, partis* 3. *cap.* 23. *Ortus est Patre Ioãnne primo Rege præfato, & Matre Eleõnora Filia Petri Aragonum Regis. Duxit Vxorem Catharinam Filiam Ducis Clocestriæ, atque Constantiæ Filiæ Petri Regis. Ex eo autem illustri Coniugio (vt habet Roder. Santius, partis* 3. *cap.* 22.) *omni iure, Regna*

 Castellæ,

Castellæ; & Legionis consolidata fuêre in personam Henrici 3. Filij Ioannis primi: prodijtque eodem ex matrimonio per-illustri, casto, & pio editus.

42. *Ioannes secundus, Princeps (inquit Roder. Santius, capite 25. tertiæ partis Histor. Hispan.) ex omni parte nobilissimus, quique non solùm ex clarissimo genere Gotthorum, sive Westergotthorum originem traxit; sed & ex Illustri prosapiâ Imperatorum Romanorum & Græcorum, ac nobilissimâ, & sacrâ Domo Franciæ. Consulatur Auctoris caput productum, quo, præter cætera scitu digniora, afferat Roder. Santius, Regem hunc Castellæ, & Legionis Ioannem secundum, à cæteris Hispaniarum Regibus nedum descendere; sed ipsos etiam Hispaniarum Reges ab eius illustrissimâ descendere stirpe. Is à Cunabulis Regni sceptrum accepit anno 1404. (ait Francisc. Tarafa,) nondum biennis, Christi natali die, quo Pater diem clauserat. Regnavit annis 47. eique tandem successit.*

43. *Henricus 4. Ioannis 2. Regis Filius, annos natus 31. Regna Legionis & Castellæ, superstite adhuc Patre, cœpit administrare, A. D. 1454. Laudes huius Regis Henrici 4. eximio stylo prosequitur Rodericus Santius, nondum Episcopus Palentinus, sed duntaxat Hispalensis Decanus, Regi à Consilijs, & ab eodem Orator Romam missus ad Calistum Pontif. Max. ad nominis 3. anno Christi 1455. Is, Genus, & vitam Regis sui describit 4. partis Histor. Hisp. c. 36. & sequentibus vsque ad annum Domini M.CCCC. LXIX. Pauli 2. Pont. Max. quintum, Henrici 4. Hispaniarum Regis decimum quintum, quo Henricus, post initum certamen adversus Fratrem, à Pontifice ad pacem revocatus est. In hoc igitur Rege finit historiam suam Rod. Sanctius, Huius verò Henrici 4. Soror Elisabetha, sub annum hunc præfatum nubit Ferdinando Regis Arragonī Filio, qui dictus Catholicus est; & Castellæ Rex evasurus est iure*

Vxoris

Vxoris post mortem Henrici 4. Videri possit de eo Antonius Nebricensis, qui res scripserit gestas. De Isabellâ alterâ, (quam Ioännam aliqui vocârunt) quæ putabatur Henrici Filia suppositia, legendus est Francis. Tarafa in Henrico 4. Hæc quidem connubio iuncta fuit Filio Regis Lusitani: vndè posteà bella nata adversus Ferdinandum, De Regno Castellæ. Michael Ritius, in fine historiæ hæc complexus est. Ad annum Iesu Christi 1474. lego mortalitatem reliquisse Henricum 4. Castellæ Regem, vndecimo x-bris, iam Sorori Elisabethæ reconciliatum, apud Anto. Nebricensem, Lucium Marineum, Guicciardinum, aliosq; Historicos Scriptores.

Hic proindè Aragoniæ coniungitur Castella per matrimonium Felix Ferdinandi cognomento Magni, & Catholici, Ioännis Aragonum Regis vnici Filij, cum Isabellâ Catholicâ Henrici 4. Sorore. Cùm enim Henricus 4. prolem masculam, & legitimum successorem non haberet, Castellæ, Legionisque Regnorum hæreditatem adivit Isabella Regina Catholica: Vndè subsequitur Rex Legionis, & Castellæ, Aragonius,

44. *Ferdinandus quintus, Rex Catholicus, Anno Iesu Christi 1471. Ità opinantur nonnulli, vel 1474. (vti paulò iam antè monuimus) vel 1477. (si supputationem Catalogi Chronicis Carionis adiuncti, & Francis. Tarafa sequi velimus.) Fuit hic Ferdinandus Princeps bonus, & præclarus, ideoq; suis subditis charissimus: De quo affirmari possit, omnium qui huc vsque Hispaniam rexêre, fortunatissimum eum extitisse, atque Christianissimum. Præter enim cæteras felicitates, quibus à Deo abundè fuit cumulatus; ipsius ætate, novæ extrà Orbem Insulæ, novus est Mundus repertus (qui, ob terrarum, & Regnorum magnitudinem, huius Orbis noti respectu, id obtinuit nominis.) tot antehac seculis incognitus. Id autem accidit anno 1492. quo Regnum Granatense Imperio suo adiecit, indè, adeòque, & totâ Hispania profligatis Mau-*

 ris,

ris, qui per annos 778. eam, incolarum peccatis ita merentibus, possedissent. Eodem & illo anno, Hebræos vniversos, quorum ingens numerus erat, Hispaniæ finibus excedere iussit. Et, quò Hæreticos, Mauros, & Hebræorum reliquias penitùs è suo evelleret regno, sanctum in eo institutum curavit officium Inquisitionis. Fuit sanè hoc inventum saluberrimum, & adversus illas noxias plantas antidotum præsentissimum, quibus nobilis illa, & Christiana Provincia inficiebatur iam indè à Divi Iacobi temporibus, Sanctæ Catholicæ fidei mysterijs, inter primas Orbis regiones, summo Dei beneficio imbuta. Quam fidem Orthodoxam ab illo accepit benedicto, & S. Apostolo, qui gloriosæ Virginis Mariæ, Angelorum Reginæ mandato advenerat, eam ibi promulgaturus. Exstruxit idem Princeps Mausoleum, Hispaniæ Regum, Granatæ; vbi cum pia Coniuge Isabella, & alijs Regibus Hispaniæ, qui post in Regno successerunt, sepultus est. Idem, Regnum quoque Neäpolitanum, & Navarræum, possessoribus iniustis eiectis, subegit; aliaque permulta commemoratione digna egit, quæ hîc quidem brevitatis gratià, omittuntur.

Iohanna, Regum Catholicorum Filia, (quòd nulli Parentibus Filij, successoresve legitimi superessent) Castellæ Regnum, & Aragonum accepit, mortuo iam Fratre Ioänne, qui Margaretam Imperatoris Maxæmyliani Filiam duxerat in Vxorem. Quæ quidem Ioänna, deinceps Philippo, eiusdem Imperatoris Filio, Austriæ Archiduci nupsit, vt eà ratione, omneis eius Ditiones, Principatus, & Tituli, simul, cum Regnis Legionis, & Castellæ, in illud amplissimum corpus, quod hodieque videmus, augustissimè fuerint vniti.

45. Philippus itaque primus, Eduorum, seu Burgundionum Dux, Archidux Austriæ, Flandriæ Comes, Imperatoris Maxæmyliani primi Austriadæ ex Maria Burgundica Filius, Brugis in

Flandria

Flandria natus, Isabella Ferdinandi consorte defuncta, vlterior is Hispaniæ Regna, prætextu Ioannæ Vxoris suæ consecutus est, anno à Sacra Virginis partu 1504. Carolum, & Ferdinandum, ex Coniuge Ioanna, Filios suscepit. Anno Christi 1506. traijciens in Hispaniam, accepta Regni administratione, amandat Socerum Ferdinandum in Regnum Neäpolitanum: sed breui moritur, cùm regnâsset annis duobus,

46. *Carolus quintus, Philippi primi Filius surrogatur; qui, mortuo Ferdinando Arragonio Hispaniæ Rege, Anno Iesu Christi 1516. Februario Mense: in Regna Castellæ, Arragoniæ, Siciliæ, & Neapolitanum successit, quòd is, ex Ioanna Ferdinandi & Elizabethæ Filia primò genitus esset; nunc quidem annorum 15. Anno Christi 1517. Pax Nouioduni firmatur inter Carolum quintum, & Galliæ Regem Franciscum primum, connubio promisso, quod posteà reiectum est. Carolus intereà temporis è Flandria soluit, in Hispaniam traiecturus. Exinde vitâ cessit Maxæmylianus, in Germania, 12. IanuärI. Anno 1519. Princeps bello clarus; & à Christiana pietate plurimùm laudatus. Electus est Imperator Carolus 5. Hispaniæ Rex 28. Iunij: licèt Treuerensis Franciscum Galliæ Regem suo dixisset suffragio Imperatorem. Tota ditio Austriacæ Familiæ in Germania, Caroli Fratri Ferdinando Austrio cessit. Ioännes Cuspinianus, hic historiæ suæ prolixæ finem imponit. Fuit profectò Carolus 5. Imperator, & Princeps Christianissimus, optimus, atque fortissimus. Eius ætate reperta fuit ingens illa Iucatana Prouincia, quæ noua postmodum Hispania fuit dicta: Item Peruuicum Regnum. Videantur Maffeius lib. 8. initio, & Guiccuard. Alia prætereà multa notatu digna, sub eiusdem Imperio contigêre; quæ satis fusè ab Alfonso Vlloä sunt conscripta in eius Vita, quam quisquis voluerit, consulat.*

47. *Philippus secundus Austriädes, Caroli quinti Imperatoris*

*toris ex Isabella, seu Elisabetha Portugallica, Emanuelis Lusitaniæ Regis Filia, tot in Africa, & Asia Regnorum hærede Filius; generosissimo, & illustrissimo partu in Hispania in lucem editus est, & educatus, ingentem virtute sua, & fortuna cumulum, ad veterem tot Regum, & Imperatorum Avorum suorum gloriam additurus. Hic Princeps, in quem illustria naturæ, Animi, & Fortunæ ornamenta confluxissent; Princeps, de hac præcipuè Academia Duacena bene-merentissimus, Caroli V. Cæsaris gloriosissimi Regnorum, & Principatuum omnium hæres vicissim legitimus futurus, Rempublicam, Patris mandato, iuvenis admodum adijt, quam, & prudentissimè, & felicissimè, & summa sui cum nominis gloria gessit. Is idem, primam duxit Vxorem Mariam, sibi consobrinam, Ioännis tertij Lusitanorum Regis Filiam, quæ, paulo postquàm Carolum Principem, in ætatis deindè flore sublatum, enixa fuisset, * è vivis excessit. Huic superduxit Austriades noster Philippus 2. Filiam Henrici 8. Britanniæ Regis Mariam, qua cum, Angliæ Regnum in dotem habuit oblatum. Sed hæc Maria, partim ingravescentis vitio ætatis, partim animi mærore varijs concepto ex malis Anno 1558. oppressa, sine prole maturè decessit. Tertiùm, Elizabethæ Serenissimæ Heroïne, Gallorum Regis II Filiæ natu maiori matrimonio est coniunctus, ex qua duas genuit Filias, quarum minorem Catherinam Pater Carolo Sabaudiæ Duci elocavit; vndè nati Sabaudiæ Principes hodierni; Et natu maiorem, Isabellam, seu Elisabetham, Eugeniam, Claram Austriacam pientissimam Principem Alberto Serenissimæ, pientissimæque memoriæ Archiduci Austriæ, Cardinali, Maximyliani Austriadæ 2. eo nomine Imperatoris Filio coniugem dedit, posteaquàm is triennio Belgicas Provincias Avunculi nomine gubernasset, & purpuram deposuisset, Canonis de Ordine Sacro rigorem Clemente VIII. Pontifice Max. publicum ob bonum*

* Anno Domini 1548.

num laxante. His Coniugibus, Sereniſſimis Principibus, & Auſtriæ Archiducibus, licèt Amitinis, nomine dotis, Philippus ſecundus, Burgundiæ Comitatum, & Belgij nobiliſſimum dominatum aſſignavit, anno Redempti Orbis 1598. Clementis VIII. Pontif. Max. 7. Philippi Regis 43. quo eodem ſucceſſit optata illa inter Generum & Socerum, Reges, Pax, Maij die 2. dicta Vervinenſis, poſtea Pariſijs, & alibi publicata. In cuius ſocietatem, Albertus, & Iſabella, ſeu Elizabetha, Auſtriadæ, Archiduces, & ſummatij Belgarum Principes; Duxque Sabaudiæ venêre. Porrò verò, Eliſabethâ illâ Gallicanâ, noſtræ Eliſabethæ Matre, in fata demùm etiam concedente, Annam Auſtriacam Neptem, ex Illuſtriſſima Mariâ Sorore, atque Maxæmiliano Patruele Romm. Imperatore prognatam, Pontificis Max. conſenſu, quarto ſibi connubio adiunxit. Hanc ferunt illi Carolum Laurentium Feſto S. Laurentij die peperiſſe, qui fortè brevis fuerit ævi. Deindè, tres ex eâdem Filij ſuſcepti; Ferdinandus, anno 1571. qui infans obijt; Iacobus, qui puer novennis exſtinctus eſt, anno 1582. Philippus, natus anno 1578. qui Patri ſucceſſit; & Philippus III. audijt. Anno denique Orbis Redemti 1598. Philippus 2. Hiſpaniarum Rex, & Indiarum Imperator potentiſſimus inter vivos deſijt eſſe, Idibus 7.bris, in Regiâ, quam ESCVRIAL, ſivè S. Laurentij Ædem vocant; inſigni & pietate Princeps, & Zelo ergà Eccleſiam DEI, uti vita ipſius, & monita ſuprema teſtantur; quibus ille caducam ſpem Regnorum, & immundi mundi periculoſum faſtum eſſe proteſtatus, aſtanteis Lectulo ſuos omneis, ut in S. Matris Eccleſiæ Romanæ, & Apoſtolicæ gremio ſalutari conſtanter hærerent, graviter eſt adhortatus. Tandemque, culpis more Chriſtiano, & Orthodoxo perpœnitenter expiatis, ex hâc fragili mortalium vitâ, quæ uſu omnibus, imis, ſummis, nulli autem mancipio data eſt, & certis terminis à DEO præſtituta, deceſſit. Et, qui potiore ſui

Anno 1570.

parte non potuit mori, relictis apud suos in Hispanicâ terrâ, vnde ortum fuerat, corpusculi exsuvijs, ad cœlestem animorum immortalium cœtum; ad illam solidæ æternitatis, atque adeò suæ originis sedem recessit, ætatis anno 72. Ab hocque Philippo 2. Hispaniarum Rege, & Indiarum Imperatore præpotenti exortus, hæresque Regnorum omnium designatus successit.

48. *Philippus, eius nominis tertius; qui, ex Margaretâ Austriaca, Caroli Archiducis, Carinthiæ, & Styriæ Ducis, Maxamyliani Imperatoris Fratris Filia, suscepit, pro tempore regnantem*

49. *Philippum, eo nomine quartum: qui natus est Vallisoleti, Anno Iesu Christi 1605. octavo Aprilis, ipso die Veneris hebdomadæ sanctæ, hora nona cum dimidia, & medio quadrante post meridiem.*

Suscepti sunt & iisdem ex progenitoribus Philippo Hispaniarum Rege, id nominis 3. & Reginâ Margareta Austriacâ, generosissimi Principes Carolus, & Ferdinandus Cardinalis, quos DEVS Opt. Max. longùm sospitet. Faxit (inquam) misericors DEVS, vt, tum optimi, & laudatissimi Regis nostri Philippi quarti Austriaci, tùm, & fratrum Illustrissimorum Heröum, tot ex Regibus, tot ex Imperatoribus, nostris in Prolegomenis accuratè recensitis prognatorum, ex mero summæ inter Europæös Nobilitatis etiam Westergotthicæ flore conflatorum, & conatus Heröici, & studia præclara, exitum felicem, & Ecclesiæ Catholicæ, Reique publicæ salutarem consequantur. Vivit sanè etiamnunc in Hispaniâ Philippus 4. huius tempestatis Princeps, non tantùm potentissimus, sed etiam virtute, rebusque gestis clarissimus, moribus, ingenioque mansuetus, in pauperes

pauperes egregiè liberalis, eos præſertim, qui pietati, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ præ cæteris diligenter incumbant, pacis & Iuſtitiæ ſtudioſiſsimus, Catholicæ Romanæ Religionis obſervantiſsimus, eiuſque, (vti & tota familia Auſtriaca) propagator, & certè maximus illuſtrator. Vivit (aiebam) Princeps & potentiſsimus, & idem religioſiſsimus; &, vt is diu, feliciterque cum Sereniſsimâ Iſabellâ, Clarâ, Eugeniâ, Hiſpaniarum Infante, rebus permagnis maſculâ virtute peractis Heroïnâ ſpectatiſsimâ, Victrice, Felice, Cœlitum adaucto cultu religioſiſsimâ Principe, MATRE-PATRIÆ Belgicæ, cumque præclarâ, & Inclyta Familiâ Auſtriacâ totâ, Reipublicæ feliciter præſit, optimi cuiuſque expetitur votis. De rebus porrò præclarè geſtis ab hiſce Philippis Auſtriacis tertio, & quarto, Regibus noſtris Catholicis, & eſt iam à pluribus viris eruditiſsimis diſertè ſcriptum; & ſunt alij copiosè in poſterum ſcripturi, quę Philippus hic Auſtriades quartus, Catholicus, Hiſpaniarum Rex, hæreditariuſque Belgarum Princeps, certè inſertus Regię Familię Weſtergotthorum Regum, Avorum, & (vti ſatis iam innuimus) Atavorum pientiſsimæ Principis Toloſanę S. RICTRVDIS, MATRIS, & Regiæ Abbatię Marcianenſis munificentiſsimæ Dotatricis, ad Chriſtianæ Reipublicę dignitatem, & ſalutem, æternâ memoriâ peregerit digna. Nobis itaque tandem pauciora hæc tanto de Monarchâ Auſtriade (cuius ætas perdoctis re verâ, & ſanctis floreat Viris) velut digito demonſtrâſſe, & hiſtoriæ cùm ſacrę, tum & profanæ ſtudioſioribus ſatis ſit ita delibâſſe; vt, quemadmodum R. P. ac Domnus Andreas noſter Syl-

vius, *vulgò du Bos, seu du Bois*, olim Archi-Prior Regij Asceterij Marcianensis, Synopseos suæ Franco-Merovingicæ finem in suo statuit Philippo 2. Augusto, Galliarum Rege Christianissimo; ità, & Prolegomenωn* Domni Raphaëlis Bello-Campi, Presbyteri, Benedictini Ascetæ quoque Marchianensis, in PHILIPPO IV. Austriade, Hispaniarum Rege Catholico, eodemque Indiarum Imperatore Augustissimo, ad maiorem DEI, CHRISTI-PARÆ VIRGINIS MARIÆ, & Sanctissimæ RICTRVDIS gloriam, iam denique constituatur

** Mendosè paginis 27. & 440. reponatur prolegoménων vel Προλεγομένων non autem prolegomenῶν*

F I N I S.

SYNOPSIS
FRANCO-MEROVINGICA,
SEV,
HISTORIA SVCCINCTA, DE GESTIS, ET

SVCCESSIONE REGVM FRANCORVM, QVI Merovingi sunt dicti, à R. P. Domno ANDREA SYLVIO, Archipriore Marcianensi, antè annos 433. in libros treis distributa; Nunc verò, à R. P. Domno RAPHAELE DE BEAVCHAMPS, Presbytero, Benedictino Ascetâ Marcianensi, notationibus, appendicibusq; illustrata, & in lucem primùm producta.

Hisce quidnam accesserit eiusdem R. P. Domni Raph. Bello-Campi studio, & operâ; versa pagina indicabit.

Pulchritudo agri mecum, *Psal.* 49.



DVACI,

Ex Officinâ PETRI BOGARDI, sub Biblijs aureis.

Anno M. DC. XXXIII.

Cum Gratia & Priuilegio.

Elenchus eorum quæ Synopsi Franco-Merovingicæ accessêre.

Continuator Chronici Andreæ Marcianensis, qui fuerit R. P. Dominus, DN. VVillelmus, Abbas Andrensis.

Paralipomena Synopseos Franco-Merovingicæ Andreæ Sylvij, & ipsius Continuatoris DN. VVillelmi Abbatis Andrensis, ex Anonymo Chronologo, MS. inedito, & alijs excerpta, & adiuncta.

PRÆFATIO

AD AMICVM ET STVDIOSVM LECTOREM, DE SYNOPSI FRANCO-MEROVINGICA R. P. DOMINI ANDREÆ SYLVII, Regij Asceterij Marcianensis olim Archiprioris.

QVEM, qualem, & quare nostrum hunc tibi studiose, amiceque Lector! dederim Andreäm Sylvium, vulgo du Bos, seu (vti nunc loquimur) du Bois, quùm Diptycha Marcianensia, quo diem suum, octogenario maior, obijt Februario Mense, & ad finem, diuino perductum auxilio Προλεγομένων *nostrorum opus, edocuêre; tum etiam Operis huiusce Titulus, & suis cum elogijs Præfatio hæc accuratè perlecta, satis demonstrabunt, vt proindè multis hic additis haud videatur opus.*

Nouerat sanè Vir hic vitæ venerabilis, Andreäs, merito & officio Archi-Prior Ecclesiæ Marcianensis (vti eiusdem ex scriptis obseruaui) præclarum esse, mentem historiarum cognitione instructam, ac refertam habere: quòd historia, conglobata quædam, & (teste S. Gregorio Nazianzeno ad Nicobulum) coäcervata sit sapientia, multorumque hominum mens in vnum collecta. Et, licèt

parvæ nôsset idem nequaquàm molis esse, eam vt senio iam confectus, pro dignitate conderet, cum omnia fermè in historiâ, & Annali consistant, & comprehendantur; hortatu tamen simul & iussu Reverendissimi Patris, Domini Petri primùm Abbatis Cisterciensis, exindèque Atrebatensis Ecclesiæ perdigni Episcopi senileis humeros obsequenter huic licèt graviori subiecit oneri ex latissimis complurium historicorum voluminum campis; variè sparsam segetem, in certum hunc compendiosiorem colligens Franco-Merovingicum fascem, qui dissolutus, Francorum Proto-Regem Faramundum à Marconiro productum, & Salicæ, seu Francicæ legis autoritate ostenderet firmatum, aureisq; diadematis 3. cæruleâ in parmâ insignitum Iussioni ergò Episcopi sui, Cœnobiarchæque sui Marcianensis, Ioannis id nominis secundi præcepto parens, & charissimorum Confratrum suorum hortationibus, precibusque sive cedens, sivè confidens, operosum & arduum hocce negotium divino cœptum auxilio venerandus Senex, in antiquâ ævi sui perdurans simplicitate, de pristinis studijs, atque laboribus monasticis, quibus, pro honoris onere vacare cogebatur, nihil interim remittens, Sigeberti, Anselmi, Adonis, imò & Gregorij Turonensis, aliorumque persimili stylo historico sic peregit; vt, quam illi priores seriem rerum servâssent, fuerit & ipse secutus; & Synopsin suam Franco-Merovingicam in libros tres sit partitus.*

* *Vide Ioannis de Serres, Inventarium historicum, In proœmio, & duobus sequentibus sectionibus.*

Horum autem primus, Ab anno mundi 4381. Christi verò ex Beatâ Virgine Deipara nati 420. ad anuos mundi 4712. Iesuque Christi 751. extenditur: & Francos, quibus anteà Duces, aut, si mavis, Reguli imperitârant, primum Regem potentissimum habuisse Faramundum, Marconiri, Filium, qui plurima prudenter, strenuèque gesserit, tradit, vti, post Adonem, rerum etiam Gallicarum Scriptores affirmant. Sed & seriem Francorum Regum ab obitu Faramundi, eorumque res gestas, liber idem primus texit,

& ad

& ad Pipinum vsque, cognomento breuem, primum ex suo genere, vigesimum autem secundum Regem Francorum consensu nobilium, fauore, beneficioque Stephani Pontificis Romani vnctum producit. Qui quidem, & annos à Faramundo ad Pipinum Breuem, ni fallor, 331. A Meroveo, seu Merovingo, Clodij Criniti, Faramundo Patre geniti Filio, 302. A Clodoveo, seu Ludovico Francorum Rege Proto-Christiano, annos 262. compendiosè recenset.

Secundus, a Pipino Brevi, Francorum 22. Rege, eodem pergit stylo ad Ludovicum vsque Quintum, Generis Caroli Magni, & Francorum Regem postremum: qui, per annum, & paulò fortaßis amplius cum regnasset, veneno perijsse fertur; Compendijq́, vulgò Compiegne, *sepultus, sui tantum nominis nudam ibi memoriam reliquit. A Faramundo itaque liber hic secundus, ad Hugonem vsque Caputium, siue Capetum, qui proximè Ludovicum hunc Quintum, trigesimus quintus, & primus Gallus, Gallorum Rex subsecutus est, militumque fauore, primum Novioduni Rex salutatus, anno mundi* 4949. *Christi nati* 988. *& Remis mox consecratus, annos nobis subministrat recensendos* 568. *A Clodoveo, seu Ludovico Proto-Christiano,* 487. *A Pipino Brevi, (à quo,* Carolenseis, seu Carolingi, *prodiêre 2. Genere Regum Frãcorum)* 237. Dantes Poëta Florentinus, *audet huius Hugonis Capeti, Parisiensis anteà Comitis Avum Paternum scribere Lanium exstitisse. Sed fabulari creditur* Dantes*: idq́ certè Poëtam ementitum De Capeto, alij asserunt Historici Scriptores.*

Tertius porrò, & postremus Synopseos *huius* Franco-Merovingicæ liber, *tertium Franciæ Regum Genus ab Hugone Capeto complectitur Rege, quod nostra vsque ad tempora liliatum regnat; illudque paulo festinantiùs percurrit, & ad decimum quartum, vel (iuxtà Chronologorum aliorum supputationem) ad decimum*

sextum Philippi Augusti, ADEO DATI *perducit annum, qui à natalibus Christi, iuxtà fidem nonnullorum peritissimorum Chronologorum exstitisse legitur* 1196. *Indè verò totos duodeviginti annos ità cursim, & in universum involvit, vt annum Iesu Christi* 1214. *in quem incidit cruenta Bovinensis pugna, in quâ Synopsis Franco-Merovingica finem accipit, aligero pede pulsare: & extremæ ætatis Senex noster, tertij sui libri contractioris aliundè paralipomena quædam videantur expectare. Tentavit istæc agere continuator ipsius Willelmus Abbas Andrensis, in ditiore à Marcianis nostris Monasterio suo; sed non perfecit. Contraxit enim Willelmus hic Abba Synopsim hanc vndecimum ad annum Divi Ludovici Francorum Regis* 43. *& annos à Rege Hugone Capeto* 239. *cursu adeò celeranti perstrinxit, vt vtrique iustis opus sit adiunctis paralipomenis, ab anno saltim dati divino beneficio Redemtoris vniversi Orbis M. C. LXXXIV. qui quartus exstitit Regis Philippi Augusti, vt Ardreana Synopsis hæc Francò-Merovingica explicatior peragatur. Andreas siquidem noster, ait Philippum Augustum regnare cœpisse anno Domini* 1184. *& Francorum Regnum administrasse annis* 45. *cùm tamen* Ioannes Tilius Scriptor Gallus, & Chronologia Gordoni *exordium Regni eius ad annum referant* 1181. *trienniumque totum ab anno* 1180. *silentio premat* Tilius: *& Andrensis Abba Willelmus nimiâ festinatione pervenit ad annum Christi* CIↃ. CC. XXVII. *His itaque subiunctum Paralipomênων nostrorum Opusculum, sua, favente Deo, exordia, ab anno Incarnati Verbi Divini* 1180. *desumturum, atque inchoätâ methodo ab Andreâ nostro Marciänensi, quoad eius commodè fieri poterit, prosecuturum est, præeunte nos, vt plurimum, Chronologo Anonymo illo natione Gallo, hactenus inedito, quem Cæsares nostri sæpiùs produxêre: cuiusque Opus Chronologicum incipit per ea quæ subtexuntur verba.* In Primordio

mordio temporis antè omnem diem, DEVS PATER, in VERBO, & per VERBVM suum fecit ex nihilo rerum omnium materiam: quam postea per sex dies varios formans, & distinguens in species; tribus primis diebus eam disposuit, tribus sequentibus ordinavit, &c. *Et is ipse eodem ductu pertingit vsque ad annum Domini* 1268. *Galliæque Regum, & Comitum Carnutensium, & Tolosinorum, &c. resque in Galliâ gestas præcipuè prosequitur.*

In hâc porrò tibi, Lector Amice! exhibenda Synopsi Franco-Merovingicâ, noster quid præstiterit labor haud exiguus; id esto. Vetustissimum, & fortassis autographum Exemplar manu exaratum, Marcenis, iussu Venerandi Ascetarchæ nostri Marcianensis, Domini. DN. Ioannis du Ioncquoy, cuius speciatim nominis fulgore hoc Opus totum illustratur, Duacum, in Gymnasium nostrum illud præclarum detuli Marcianense: totumque sinceræ fide secundò ipse descripsi: descriptum, & studiosè cum Exemplari Héninienſi collatum, cum Monteligiano, duobusque Vedastinis, quorum alterum Chartaceum recentius, membranaceum est aliud longè vetustius; demumque cum sexto Exemplari ad nos Insulis à RR. Patribus Societatis IESV recepto accuratè rursus, pluriesq; contuli, & suis punctis, virgulis, accentibusque diligenter adnotatum, atque distinctum iisdem suis verbis, quoäd eius commodè fieri potuit, aut reddere, aut certè Autoris verborum vim omnem (vti monet agendum M. T. Cicero, De optimo genere Orat. Et, lib. 6. Ad Atticum.) *diligentiùs servatam semper curavi, Exemplaris vetustioris antiquitate, fideque adservata, vndè nôsse quilibet clariùs posset, quónam modo isto scriptum æro, quóve fuerint verba pronunciata.*

Librariorum mendosam scriptionem aliquot locis emendavi. Orthographiam suo ita seculo reliqui, vt corruptiorem nostro restituerim

tuerim politiori. Id genus ſunto. Hijs, hij, quotiens, aliquotiens, ammirabile, ammonuit, condempnavit, Dampnus, temptavit; aliaq; iſtiuſmodi, quæ paſſim permulta occurrerunt.
Syngraphicas margini notationes appoſui, quibus à Chriſto nato annum, qui deſideraretur, aut deberet reformari, ex aliquot Chronologis certioribus, tum verò perſæpè quoque haberes ex Sigeberto Gemblacenſi, & S. Gregorio Turonenſi, Vincentioque Bellovacenſi, ex quibus noſter hic Andreäs Sylvius, collecta breviora iſtæc Chronica Francica in compendium redegerit, vt illos, & ſententijs, & verbis plerumque iiſdem reddat; nonnunquam verborum ipſorum omnium ſolam vim prudenter referat, Vir, pro ævi ratione, quo inclaruit, bene doctus, quique optimè audierit apud Petrum illum Ciſtercienſem Archimandritam, indèq; accitum Atrebatenſem Epiſcopum, Diœceſanum ſuum, Frimoldi 39. ſucceſſorem digniſſimum, vt propterea ſenior iam ab eo fuerit iſtæc ſcribere iuſſus. Nec ſanè id tantus Præſul fuit facturus vnquàm, niſi Venerabilis hic Senex, probus comprimis, & æquè is idem eruditus, atque inter ævi ſui Scriptores nominatiores bene, laudabiliterq; habitus exſtitiſſet. Hinc fuit etiam, complureis cur litterati Viri hoc de noſtro R. P. Domno Andreâ perhonorificè poſtmodum locuti, eiuſque auctoritate, ac nomine domi, foriſque notiſſimo, ſuis Annalibus inſerto frequentiùs fuerint vſi, quò lucem veritatis, è confuſione tenebrarum hiſtoricarum ſplendore clarifici luminis ipſius enubilarent. Nota eſt eiuſdem Viri, intus, extràq; Illuſtriſſimum Marcianenſe Divæ Rictrudis Cœnobium induſtria, ſolertia, vigilantia, quæ nomen ipſius celeberrimum reddidêre. Fuerat proindè mihi animus aliquod Vitæ, laudumque elogium contexere; ſed vt deſiſterem evicit, quod, cum vulgo ſit acceptum, veram illam exiſtere laudem, quæ laudatis ſit à Viris; *equidem, haud mihimet tanti ſum ipſi, vt tanto de Viro*
dignè

dignè satis dicere præsumerem valere. Accessit, quod & Andreæ nostri huius Silvij laudibus peragundis nimium inesse viderim verborum, vt eius Epitomæ hoc loco præliminari à me aptè præponerentur. Cohibenda proindè mihi est oratio, nè in panegyrim diffluat gravitas epistolaris; ipsique fortaßis Silvio nostro molestior reddatur, qui huiuscemodi præconijs audiendis fuerit delectatus numquam. Quippe, qui monasticen apud nos humiliter olim professus, laborum mercedem haud quæsierit humanam auram, sed gratiam divinam; gloriam terrenam minimè sit is moratus, qui gradu citißimo ad supernam illam, & æternam properaret: Cuius, cùm piè credatur possessor; prolixa sit illi laudatio, quæ non quæratur, sed, (vti speramus,) teneatur. Vno denique verbo sufficerit dixisse. Quot homines ipsum certè noverunt, totidem fuêre præcones ipsius in Deum pietatis immensæ, piæ in Divos venerationis, ardentis charitatis in Confratres, & proximos, humillimæ reverentiæ in Superiores, in æqualeis amicitiæ sinceræ, humanitatis benivolæ in inferiores, in omnibus suis, præsidij cœlestis affuturi fiduciæ firmioris, stabilis cum Dei voluntate consensus, sui, mundi, honorum contemtus perfecti, iugis rerum æternarum meditationis, ignitique desiderij, & continuorum certaminum ad eas violenter rapiundas. Hęc, quæ iussus scripsit, satis spirant; abundèq; loquuntur; Et, quę suo statim producetur loco, Epistola R. D. Willelmi Abbatis Ardensis, Continuatoris Chronici huius Andreę nostri Marcianensis, pio studio, & officio fraterno Domni Ioännis Buirete, Bibliothecarij, Quarti Prioris, & monasticæ iuventutis apud Cœnobitas venerabileis Vedast. Regiaci Attrebatiū religiosissimus moderator, per Magistrū Claudium Doresmieulx, humaniorū litterarū, & antiquitatū id genus scientissimū ad nos nunc nuperrimè missa;

clariùs, & disertiùs protestantur.

Ingratus certè audissem, in nos tanti olim Viri amorem, beneficium, & decus religiosè collatum, & acceptum, nisi hisce lucubratiunculis nostris, & ipse quoque iussus, amanter æquâssem. Nec est cur miretur quisquam, id honoris, & nonnihil reciprocantis amoris, huic Venerando Silvio, non recenti, sed sanè mediæ vetustatis Autori, pióque Scriptori, Calopedium, seu Bello-Campium Marcianensem, Silvis amiciorem, Ascetam impendisse. Amant *enim* alterna Camœnæ; *vt nunc*, Siluestrem tenui musam meditentur avenâ; *indè modò, virentia per prata, libertoremque per agrum nonnihil, animi gratiâ, rusticanteis*, Silvius, & Bello-Campius, *seu* Du Bois, & de Beau-Champs, *vterque senes*, & Divæ Rictrudis, *Marcianenses, sacræ, Benedictinæque proles, aurâ liberiore fruantur, atque meditabundi, schedulas vterque suas litterarias commutatis vicibus versent concordeis. Scitè, atque appositè istæc ita se habere observavit*, Clarissimus ille noster, Dominus, DN. Philippus Buisines, Parisinus, Iuris vtriusque Doctor, *arguto suo Disticho, vtrique accinens, & perbellè alludens.*

Silvius à nostro Bel-Campo redditus auræ;
Testatur Campo non procul esse Nemus.

Calopedio itaque, seu Bello-Campio, bene cum suò illo Silvio convenit, & cognominibus, & arridentibus temporibus, rerumque vicibus peramicè commutatis; vt is vetera sua ad eum transmitteret, à quo, licèt intercapedine haud parvâ, recentiora esset recepturus. Id quod, tametsi lentè, atque laboriosè, attamen, non iniucundè, sed animo ad id obeundum iniuncti muneris paratissimo, & obsequentissimo, (quoäd inegenioli licuit tenuitati,) suo Silvio Bello-Campius lubens eccum exsolvit. Laboriosè (inquiebam;) quòd re verâ, quæ mediæ sint antiquitatis, qualia hæcce

Suvij

Silvij scripta, vetustißimis plerumque, & obscuriora, & longè ignotiora existant.

Ecquid porrò morari lubeat iniquiores rerum æstimatores, qui pauculas ob voces, minùs quidem, & latinas, & eleganteis, quarum tamen nonnullas, Virorum proborum, & eruditorum hortatu, & iudicio censui detergendas; Quid (inquam) Criticos illos Censores quicquam moremur, qui priscos illos explodi debere Scriptores perperam existiment, quòd in ijs puritas dictionis, & scriptionis elegans splendor desideretur; eamque ob causam, ab eorumdem lectione prorsus sentiant abstinendum? Grande certè Sophos! *Quasi verò Autorum honestiorum omne genus non sit homini pervolvendum, qui rerum scitu perdignarum laudandâ cognitione oblectetur; & mentem, quàm linguam duntaxat instruere vaniùs mâlit?*

Succinctam porrò hanc Francicam Historiam, ab Andreâ olim Archi-Priore Marcianensi compendio descriptam, SYNOPSIN FRANCO-MEROVINGICAM, *laconicâ nomenclaturâ inscribendam suasére Viri aliquot pietate, scientiâque conspicui, qui me pridem in amorem, & benivolentiam receperunt; propterea quòd, Andreas hic noster, primæ stirpi Francorum Regum nomen indiderit Merovingicum commune à Meroveö illo Rege Francorum tertio acceptum, quod, & in posteriores primi Francorum Regum Generis fuerit illustrius transmissum, atque Regio cum fastigio productum in annum Iesu Christi 750. vel 751. quo Hildericus, seu Childericus Francus, & Merovingiorum Rex vltimus, degener, & parum idoneus, regnoque Francico aptus, (quippe, qui turpiter à Maiorum virtute decidisset) in Monasterium, iubente Zacharià Pontifice Romano trusus est, & inclusus,* * *Mutatis ita demum rerum vicibus apud Francos, Merovingicum illud regium cognomentum in Childerico Merovingio Rege postremo extinctum*

* Consentiunt. Regino. In Chron. Sigeb. & Aymoynus lib. 4. cap. 61. Paulusque Æmil.

est;

est; cessanteque Merovingiorum & Clodoveanorum imperio, secunda Francorum Dynastia est exorta, quæ Karolinorum, seu Karolingorum dicta est. Regius porrò Franci Merovei splendor vel hinc elucet, quòd is ipse, moribus quùm esset gravißimis, consilio validißimus, & militari virtute spectatißimus; ijsque fultus præsidijs ditionem suam Francicam eximia cum laude in Galliâ dilatâsset, apud Nervios cognominem portam habuisset, quam etiamnunc vulgò la porte Meroë, *dici debere, nuperrimè me monuit R. admodum in Christo Pater, perdignusque Abba Cysoniensis, Dominus, DN. Erasmus D'Autel, (quem honoris causâ nomino:) & idem Meroveus, occupatas provincias, Franciam nominâsset: tanta venerationi apud suos habitus fuerit, vt ipsius etiam à Merovei nomine præclaro, posteri Reges Franci, Merovingi, ab anno 459 in 751. exstiterint annum, honoris causâ cognominati. Cùm igitur, à Capite, seu (vt ita loqui liceat) parte principali sumatur denominatio: & primi Generis Reges Francos, Merovingios exstitisse dictos suâ Epitome historicâ doceat R. P. ac Domnus Andreas Silvius: nos, eàdem ratione ducti, quà noster ille olim Archi-Prior Marcianensis, descriptam ab ipso, antè annos 433.* Historiam succinctam, de gestis, & succesſione Regum Francorum, qui Merovingi sunt dicti, *Synopsim Franco-Merovingicam, id est, historiæ Franco-Merovingiacæ, (ita suggerentibus, & suadentibus Viris bene doctis,) censuimus inscribendam, eáque inscriptione laconica calcographo exhibendam.*

Adiecimus & Synopseos huius Franco-Merovingiacæ Continuatorem (vti diximus) R. P. W*illelmum, Abbatem Andernensem, qui & Elogio suo extulerit Andream hunc nostrum, qui, vti Originem, & Francorum Regum seriem, fortiterque gesta compendio est complexus, id agendum imperante R. DN. Petro Cisterciensi, Antistite Atrebatensi, cùm præesset Marcianensibus Abba DN.* Ioannes,

nes, id nominis Secundus, à mansuetudine in pauperes, & calamitosos mira beneficentià noſtris ab Anonymis Scriptoribus laudatus; ita & nos, 63. annos nati, eamdem Synopſin Hiſtoricam Merovingorum Regum titulo nobiliter inſignitam, innumeris mendis expurgatam, notationibus brevibus ad marginem coniectis, quas ſyngraphicas diximus, quòd Epitomes contextum aſſequantur, & ſuis Appendicibus, maiorem ad lucem deſideratis illuſtratam, emendatam, certiſq; Paraleipomenis adauctam, id facere quoque iuſſi à Venerando DN. Ioanne du Ioncquoy, eiuſdem nominis quarto Marcianenſi perdocto, & ſuauiſſimo Cœnobiarcha, haud impari benignitate, & Cœlo perdignà liberalitate in pauperes Chriſti celebrando, 18. Antiſtitij ſui annum religioſè, prudenter, & Oeconomicè iam agente, Reverendiſſ. ſub Domino, DN. Paulo Boudot, eximio Sorbonæ apud Pariſinos S. Theol. Doctore, Audomarenſium olim, nunc autem longè meritiſſimo Eccleſiæ Atrebatenſis Epiſcopo, contexuimus, & in lucem cōmeritam eduximus, nè diutius in mucidiore ſua carie latitaret: eòq; ſtudioſius Typographo cōceſſimus procudendā, quòd indignum prorsùs arbitraremur, in ipſa nos Belgica patria peregrinari, rerum noſtrarū pientiorum diu certè nimiùm ignaros. Nec enim ipſi minùs ſciebamus intereſſe Reipublicæ, nonnullos eſſe qui præclara gerant; quàm, qui piè, præclarèque geſta, æternis litterarum monimentis, ad poſteros imitanda tranſmittant.

Quo quidem ſtudioſo labore noſtro, omnium ſi iudicio minùs fortaſſis ſatisfecero; velim intellexiſſe eoſdem benigniùs, immenſi & laboris, & operis permulti fuiſſe, naviculæ huius hiſtoricæ ſeptentrionalium vi, & turbine ventorum imprimis diſſipatæ, totque ſubinde quoque procellarum aliundè horribiliter enaſcentium, & temporum iniuria, hinc, illincque parteis & repetere diſiectas, & colligere repertas, & tandem repertas, atque compactas, ſuis & temporibus certis, & congruis locis aptiùs reſtituendas conſignare.

Id rectè quisquis voluerit nôsse, experientia rerum magistrà, vsuque saltim aliquantulo perdiscat, quantæ molis, quanti laboris, nè dicam & tædij sit, res reposcere, comperire, aptèq́ compingere, tot retrò iam seculis alto silentio consepultas, mucidisq́ tenebris, & latebris cariosis obvolutas.

Id tamen quantulumcunque laboris exstiterit, à nobis ita iam tandem aliquando editum esto, vti suas olim Apelles tabulas exposuisse refertur. Quod equidem (vt Invidiæ solent omnia patere) à nonnullis si Zoilis iniuria lacerari subintellexero, iniquiùs meos reprehendi labores, molestum certè adeò non erit; cùm satis facilè idem intelligam τὰς καλλιγράφους κακῶς ἀκούειν. *Sin autem id iure merito; ad eumdem iterum nè lapidem imprudens impingam, operam sanè sedulò eò lubentius sum daturus: quòd probè nôrim, nè Oraculum quidem Medicorum Hipocratem, suam, de Capitis suturis problematicam sententiam revocare suppuduisse: & suum, ipse Magister ille noster Divus Augustinus Hiponensis retractationum habeat, qui nos edoceat Librum. Itaque, humano more, sicubi me contigerit lapsum, aut halucinatum, vt homunculus sum, humani à me nihil alienum puto. Nihil esse igitur crediderim: cur adversus me stylum suum quisquam exercere debeat impactum. Rationes enim à nostris diversas lubentiùs sanè sum auditurus ego, & easdem amicißimè recepturus; si modò saniores: si fuerint illæ certiores.*

Quæ porrò innumeris penè Historicorum, & infinitorum Scriptorum varijs Commentarijs proferuntur, huc, nostrumve in Prolegoménωn præiectum huic Synopsi Franco-Merovingicæ Opusculum, omnia contrahere, animus, aut consilium mihi fuit nunquam. Permulta, de industrià duxi prætermittenda; nè hisce in congerendis, impendisse me plus operæ quispiam asserere posset; quàm attulisse iudicij, & prudentiæ, ijs in appositè seligendis, quæ ad rem satis aptè facere censerentur. Inhumanà igitur, Benivole Lector!

liber

liber ab invidiâ, quùm Prolegoménων Calopedianorum, tum & hocce subsequens Synopseos Franco-Merovingicæ Opusculum, periculosæ plenum aleæ, omni sepositâ adfectuum sarcina, uti decet æquum Lectorem, & rerum iustum æstimatorem, specta, & (si lubet) perlege; próque tuo animi candore, studiis nostris, improbisq́; laboribus bene utere, fruere, fave, vale. Duaci Catuacorum, è Musæolo, & Gymnasio nostro Marcianensi, Idibus IX.^bris *die Festo Omnium Sanctorum Ordinis Sanctissimi Patris nostri Benedicti, Anno Iesu Christi* 1631.

REVEREN-

REVERENDI PATRIS, AC DOMNI

ANDREÆ SILVÏ,

ILLVSTRISSIMI COENOBII MARCIANENSIS OLIM ARCHI-PRIORIS

MORVM, ERVDITIONIS, VITÆQVE testimonia, & Elogia.

VENERANDI Patris, ac DN. Andreæ Silvï Synopsin Franco-Merovingicam, Viri, Scriptoresque graveis, & Orthodoxi complureis, & legerunt, & suis (quæ subnectuntur) testimonijs pridem approbârunt: & eumdem Virum venerabilem famâ cognitum, suis Elogijs extulerunt, & pro meritis celebrârunt.

I.

Herimannus Abbas 3. Sancti Martini Tornacensis, narrat, ex Chronico Monachi Marcianensis, EMMONEM Episcopum Noviomensem occisum fuisse à Normannis Anno redemti Orbis 860. Eius verba citat *M. Ioännes Cousin, Sacræ Theologiæ Licentiatus, Cathedralis Ecclesiæ Tornacensis Canonicus, In suis Nerviorum Annalibus, lib. 2. cap. 63 sub medium*; quæ huc contuli-

contulimus ex Herimanno Pręſule Sancti-Martiniano, apud Nervios, ab ipſo verbotenus excerpta. *Extat & alia Chronographia de hâc infeſtatione Nortmannicâ, à quodam Monacho Marcenienſi ſcribente: Tornacum depopulatum fuiſſe, & ad nihilum redactum; & addente: quod, EMMO, Tornacenſis Epiſcopus, à Nortmannis interfectus ſit, Anno* 860. *ante hanc devaſtationem, annis* XXI. Porrò verò; *Ioännes Couſin, Capite ſubſequenti* 70. rurſus ſub medium, harum ſuperiorum vocum eſt interpres; *A quodam Monacho Marcenienſi,* hiſce conceptis verbis. *Chronica Andreæ Monachi Marchiänenſis, per Herimannum citata:* & is ipſus, DN. Andream noſtrum Silvium perſæpè allegat.

2.

Iacobus Guiſius, Sacræ Theölogiæ Doctor, Ordinis Sancti Franciſci, In ſuis Annalibus Hannoniæ, ſæpiùs quoque teſtem producit narrationis ſuæ Domnum Andream Marcianenſem, vti, *Voluminis, ſeu Tomi* 2. *libro* 9. *Capitibus* 2. 3. 10. 12. 17. *libri* 13. *Capite vltimo. Andreas* (inquiens) *Marcianenſis, lib.* 2. *Comitatus Flandrenſium, Rege Ludovico Balbo regnante, &c. Libri* 14. *cap.* 9. *iterum adducit ſecundum Andreæ Marciänenſis librum. Et, capite* 12. *librum item ſecundum Andreæ noſtri citat, parte* 19. *vbi, de geſtis agit anni* 897. *Capiteque* 16. *eumdem profert aſſertionis ſuæ hiſtoricæ teſtem, vti, & Capitibus* 31. *&* 35. *libri* 2. *parte vltimâ.*

3.

Paulus Æmilius, his & Silvium noſtrum Hiſtoriæ ſuæ inſeruit verbis, *libro primo. An [illegible] Monachus; illud ſtemma his digerit verbis. Ausbertum, ab Orientali Francia, Senatorem, ex Blitilde, Clotarij ſecundi Filiâ, procreâſſe Arnoldum; ex hoc Arnolphum, Ducem nominatum: qui, [illegible] Anſegiſum Ducem genuiſſet*

nuisset, Pontifex Mediomatricum sit factus. Hactenus, *Paulus Æmilius*; qui suam Historiam perduxit in annum Domini 1488.

4.

Iacobus Meyërus, In Annalibus Flandriæ, Anno Domini 1184. Andreäm in hæc verba citat. *Andreäs Marsianensis, tradit, non modò Proceres Aulæ, sed etiam omnes Regni Episcopos (vt est illorum etiam in Sacerdotibus levitas) præter Henricum, Episcopum Silvanectensem, tantum sceleris adolescentulo Regi instillässe, in aurem, &c.*

Idem *Iac. Meyërus*, ad annum rursus M.C.XCI. *Andreas* (ait) *Marsianensis, eius temporis* (supple, Desiderij Morinorum Episcopi) *ferè æqualis Scriptor, De reditu Philippi Regis. Philippus Rex*, (inquit) *mortuo Philippo Flandrensi, rediijt domum: & antè Natalem Dominicum, in Adventu, in Franciam venit, cupiditate ductus Flandriam occupandi; cuius pars maxima, per Vxorem suam, post mortem Comitis Philippi, ei cesserat: &c.* Decerpsit hæc Meyërus, ex libro 3. Synopseos Franco-Merovingicæ, quam contexuit noster Andreäs, qui diem suum clausisse legitur ætatis annò 83. vel, (vt nonnulli volunt) 84. Februario Mense. Observandum verò hoc quoque occurrit loco, Iacobum Meyërum voluisse comparandum esse Andreäm Silvium cum Desiderio illo Morinorum Episcopo, ipsius cöævo, Viro apprimè erudito; cuiusque studium præsertim in Dei cultu religiosissimo fuisse, ab historicis Scriptoribus tradatur.

5.

Conradus Gesnerus, *In Epitome Bibliothecæ generalis omnium Scriptorum*, De Domino Andreâ Marcianensi, ita scripsit.

Andreas

Andreas Marcianensis Monachus, scripsit ad Petrum Atrebatensem Episcopum, Chronica Francorum, lib. 1. (inquit Arnoldus Bostius.)

6.

Franciscus Iuretus, IN IIS, QVÆ FRONTI ADFIXIT Epistolarum sui Ivonis Carnotensis, Veterum de Ivone Carnotensi Episcopo testimonijs: *Andreas** (ait) *Vetus Scriptor, lib.3. Historiæ Francorum, ad P. Atrebatensis Ecclesiæ Episcopum. * Anno* (inquit) *Domini M. C. IX. Episcopi, qui ad exequias Philippi Regis convenerant, post exequias, statim Aurelianis convenerunt. Et propter turbatores Regni, salubri consilio, Ludovicum Iuvenem, religionis amatorem, moribus mansuetum, armis strenuum, bello acerrimum, in die Iuventionis Proto-Martyris Stephani, in Regem unxerunt, antè Altare Sanctæ Crucis; & Coronam Regni capiti eius imposuerunt, Danubertus, Senonensis Archiepiscopus; Ivo, Carnotensis; Ioannes, Aurelianensis; Hubertus, Silvanectensis, Walo, Parisiensis, Manasses, Meldensis, Hugo, Nivernensis, Episcopi: Et Episcopus Autisiodorensis.*

** In margine hæc lego. Ex pusico Codice MS. *Andreas Marcianensis, habet Notatio marginalis, addita per Eximium DN. Doctorem Theol. DN. Georgium Colvenerium; &c.*

Idem, Franciscus Iuretus, In Observationibus suis ad Epistolam Ivonis Carnotẽsis C.LVIII. Ad verba: *Quod est inter Constantiã, Filiã prædicti Regis, & Comitẽ Trecassinum. Soluto hoc* (addit) *matrimonio, Hugo Tricassinus Comes, aliam sibi Uxorem sumpserat, quemadmodum colligi potest ex verbis Ivonis, epistola 245. Et hac de re ita scribit Andreas vetus Scriptor, & ineditus, in historia Francorum, libro 3. Philippus, defuncto Tutore suo Balduino Comite, consilio Roberti Frisonis, Filiam Florentis, Ducis Frisionum, Bertham, in Uxorem sumit; Ex qua, Ludovicum, & Filiam Constantiam genuit: quæ cum adulta esset usque ad nubiles annos, nubit Hugoni Trecassino Comiti; à quo postea disiuncta, propter consanguinitatem,*

nupsit Boädmundo Principi Barriensi, Viro magnanimo, & strenuo, &c.

7.

Videatur *Antonius Possevinus*, qui sæpiùs meminerit Andreæ Marcianensis.

8.

Franciscus Swertius, In suis Athenis Belgicis, hunc & in modum eodem de Andreâ posteritatis memoriç tradidit. *Andreäs Marcianensis Benedictinus, Prior Cœnobij in Flandria, edidit de Origine, rebusque gestis Francorum libros tres, teste Meyero, in Annalibus Flandriæ, MSS. in Marcianensi Monasterio. Obijt circa annum Domini M. C. X CIV. ætatis LXXXIII.* Hactenus sic *Franciscus Suvertius.*

9.

Hoc ordine oportuisset productum *Ioännem Cousin, Canonicum Tornacensem*, qui frequèns memoret Silvium nostrum in Chronicis suis Tornacensibus; sed Herimanno Cœnobiarchæ tertio Divi Martini Asceterij apud Nervios, adiunctus est interpres, ad verba. *A quodam* Monacho *Marcenienſi.*

10.

Sed & huius Viri, doctrinâ, pietateque, atque morum puritate spectatissimi Operibus, quæ, nostrâ ex Marcianensi Bibliothecâ, manu pridem exarata, acceperit vtenda *R. P. Ioannes Buzelinus, è Societate IESV Presbyter*, Annaleis suos Gallo-Flandricos plurimum ditavit.

11.

ValerI Andreæ hæc insuper sunt verba, ex ipsius editâ Bibliothecâ Belgicâ excerpta. *Andreas* Marcianensis *Benedictinorum Cœnobij in Flandria Prior; scripsit de Origine, rebusq;*

busq́ gestis Francorum libros tres, à Meyëro *in Annalibus Flandriæ sæpe laudatos. Extant in* Marcianensi, *&* *Henninienſi,* (addito, & in Vedaſtino Atrebatenſium, & Monteligiano Monaſterijs præclaris.) *Obijt octogenario maior, circà annum Domini* CIↄ. C. XCIV. Hæc ita *Valerius Andreas.*

12.

Nec est nobis prætereundus *Antonius Sanderus*, qui; *libro primo, De Scriptoribus Flandriæ*, hæc habeat ſuis illita chartis. *Andreas* Marcianenſis, *Benedictinorum in Flandria Prior, ſcripſit de Origine, rebuſque geſtis Francorum libros tres, à* Meyëro, *in Annalibus Flandriæ ſapè laudatos. Extant in* Marcianenſi, *&* *Henniacenſi, apud Duacum,* Monaſterijs, *Teſte Valerio I. C.*

13.

Huc denique ſpectat ſubſequens reſcriptum, quod nobis benivolè, &, quâ in Ordinem eſt Benedictinum animi ſummâ propenſione, liberaliore beneficio communicatum voluit Reverendus in Chriſto Pater, ac Dominus, DN. *Antonius de Roore*, perantiqui, & Illuſtris Divi Martini, apud Nervios Aſceterij, meritiſſimus Archimandrita, bonarum vti artium ſuäviſſimus Mecœnas, ita, & earumdem, & Theologicæ facultatis ſcientiſſimus; cuius eccum verba ipſiſsima luci exhibenda reddo.

Andreas Prior Marchianenſis, *antiquus, & celeberrimus Hiſtoricus, Benedictinus, ſuique Cœnobij magnum decus, ſcripſit librum De Origine, & geſtis Francorum, aſſervatum in Bibliotheca noſtra Sancti* Martini *Tornacenſis, teſte Antonio Poſſevino, è Societate IESV, in Appendice ad primum Tomum apparatus ſacri.*

Dddd 3 Sed

Sed is liber apud nos modò desideratur : neque aliam vllam tanti Auctoris lucubrationem possidemus. Dicere tamen non prætermitto, eumdem Andream, vel alium aliquem Marchianensis Monasterij nobilem Scriptorem, cuius nomen non proditur, citatum, & laudatum reperiri apud Herimannum famosissimum Cœnobij nostri Historiographum, eo in libro, quem antè annos ferè quingentos, De Abbatiæ nostræ restauratione conscripsit. Eius verba hic adscribo, quæ ita se habent. Extat & alia Chronographia, de hac infestatione Normannica propriè composita à quodam Monacho Marcenienfi, qui supradictæ infestationis testimonium dederit, nominetenus, scribens: Tornacum tunc depopulatum esse, & ad nihilum redactum fuisse; atque addens: Quod EMMO, Tornacensis Pontifex, à Northmannis interfectus sit anno Domini D.CCC.LX. antè hanc devastationem XXI. annis. In quo Opere, idem Digestor temporum, præclaro stilo digerit bella, ac prælia, quæ Northmanni, ob insatiabilem sitim fundendi sanguinem habuerunt; adversus Remenses, Parisienses, Aurelianenses, atque Compendiosos viriliter decertando, Huc vsque Herimannus Abbas*, inquit præfatus, Inclyti; apud Nervios, Sancti-Martiniani Cœnobij, insignis virtutis Præsul, R. Dominus, DN. Antonius de Roore; quem Deus Opt. Max. longùm sospitet.

* *Albertus Krãtzius Hãburgensis, In Chronicis Regnorum Aquilonariũ*, Emmonem hunc, *Insignem præclarum Christi Martyrẽ* vocat. Habetque verba ipsa Andreæ Marcianensis.

14.

Iuvabit porrò Epistolam præter ea R. P. *Domini Willelmi, Abbatis Andrensis*, in fine Synopseos huius Franco-Merovingicæ, ad annum Christi M.C.XCIV. (quo diem suum scribitur Andreas noster Silvius obijsse) spectandam accuratiùs perlegisse, atque perpendisse. Quippe, quæ hoc de Viro vitæ venerabilis, eximiæque virtutis, & eruditionis, pluribus sit actura; & is idem

Continua-

Continuator Andrenſis Abba Willelmus, Vir bene doctus, eiuſdem Andreæ Marcianenſis Synopſi Franco-Merovingicæ, ab anno præfato M. C.XCIV. in eum qui ſit Chriſti Servatoris trigeſimus octavus ſupra milleſimum, & ducenteſimum, proſecutionem Chronologicam ſuam appenſurus : & Willelmo Archimandritæ proſequi deſinenti Synopſin, Chronographus quidam Anonymus hactenus inexcuſus, (quem & vidit, & luce dignum Eximius Dominus. DN. Georgius Colvenerius Doctor, & Regius Profeſſor Theŏlogus, atque Cancellarius Almæ huius Univerſitatis Duacenæ, Librorumque Cenſor iudicavit,) ſit item acceſſurus Continuător à nobis productus in annum à natalibus Ieſu Chriſti circiter M. CC. LXV.

Nunc itaque demùm, ad Synopſin ipſam Franco-Merovingicam Andreæ SilvI, oculos, animoſq; intentos convertamus; & in eam, metris, qùum Gallicis, tum & latinis, græciſque pangenteis Viros graveis (ſi placet) audiamus.

SONNET.

SONNET.

AV REVEREND PERE, DOM RAPHAEL DE BEAV CHAMPS, PRESTRE BENEDICTIN de L'Abbeye tres-illustre de *Saincte Rictrude de Marçiennes en Flandres, &c.* sur son Dom André du Bois, iadis Grand Prieur *de Marçiennes.*

RAPHAEL! à te voir d'vne heureuse industrie,
Si bié ioindre ta plume aux pensers de DV BOIS:
Et former vn langage si conforme à sa vois,
Pour rendre de tous points son Histoire accomplie:

Et puis, considerant les rapports de ta vie,
Avec celle, QV'ANDRE' a mené autrefois:
I'appreúve la Creänçe de ce Doct' Gregeois,
Dont la Metempsycose, fust prise pour folie.

Par la conformité de tes doctes écris,
I'ay de cèt Acsiöme la verité appris;
N'y reconnoissant point aucune differençe.

Et i'eusse demeuré long-temps en cét erreur;
Sy de ton elegançe, la naifve douçeur,
Ne te donnoit sur luy, bien de la preferençe.

Par Messire LOVYS DE CROY, *Seigneur de Crecque, Prevost de L'Eglise tres-ançienne, & Collegiale de Saint Piat à Seclin en Melanthois, Liçentié és Loix, &c.*

IN

IN FRANCO-MEROVINGICAM HISTORIAM, A R. DOM. D. ANDREA DV BOIS, &c. olim conscriptam: & nunc Reverendi pariter, R. DOMINI RAPHAELIS BELLO-CAMPII, Presbyteri Benedictini, Ascetę Marcianensis, &c. perdoctis lucubrationibus illustratam; Andr. H. Brug. P. S.

BELLVS ager, *Silva est decori:* & Silva *hispida* Bello
Agro *vicissim condecet.*
Silvius *Historiam,* & *rerum monimenta reliquit,*
Quarum palus Marcenia
Conscia, quam cingunt Silua: qua despicit Agrum
Bellis opimum frugibus.
Hac Silvij *veteris monimenta recentior aptè*
Interpolat Calopedius.
Convenisse putem, & *simul vnâ sede moratos,*
Hoc par: & *Ascetas duos.*
Visa vtrique brevis meritò placuisse Synopsis,
Μέγα βιβλίον, γάρ, μέγα κακὸν.
Sprevit & *immodicum, res religiosa! nitorem.*
Πάρεργον ἐν φακῇ μύρον.
Ἓν καὶ ἐπισομένως.

Clariss. DN. Andreas Hoius, Brugensis, Regius Græc. litteraturæ apud Duacenseis Professor, pangebat.

AD VENERANDVM PATREM,

DOMNVM RAPHAELEM DE BEAV-CHAMPS, PRESBYTERVM BENEDICTINVM, Marcianenſem Cœnobitam, Virum integritate vitæ, atque permultæ eruditionis præſtantiâ celebrem; in ſuum Andream Silvium, Regij Monaſterij Marcianenſis in Gallo-Flandriâ quondam Archi-Priorem laudabiliter inſudantem, Epigramma Latino-Gallicum.

Auctore Rever. D N. P. Boutin, Clarifontano, in agro Carnotenſi Abbate Commendatario, Et Ludovici XIII. *Regis Christianiſſimi Eleëmoſynario, &c.*

SILVIVS à PVLCHRO CAMPO frondeſcit ad auras:
Nempè viret CAMPO SILVA decora ſuo.

DV MESME; AV MESME.

ANDRE' DV BOIS, a fait ce livre,
Des threſors de l'antiquité:
Mais RAPHAEL l'a fait revivre;
N'a-il pas bien plus merité?

SE-

SEQVENTIS OPERIS, SIVE SYNOPSEOS FRANCO-MEROVINGICÆ,

EPISTOLARIS PRÆFATIO.

DOMINO, ET PATRI SANCTISSIMO, P. * VENERABILI ATREBATENSIS ECCLESIÆ EPISCOPO, FRATER ANDREAS, OMNIVM SANCTORVM, ET VESTER SERVVS, SALVTEM, ET GAVDIVM SEMPITERNVM.

* Petro Cistercienſis.

VESTRA, PATER CHARISSIME! PIA, (vt ſcitis) importunitate provocatus, & promiſſis meis conſtrictus, manum, (ſicut vocis promiſi) ad ſcribendum converti. Prædeceſſores enim noſtri, Patres Orthodoxi, divinis diſciplinis veteris & novæ legis imbuti, à primordio mundi, ad ſua vſque tempora, temporum acci-

 dentia

dentia descripserunt. Horum primus Iulius Aphricanus, deinde Eusebius Cæsariensis, Hieronymus, Prosper, Orosius, Victor, Isidorus, Beda, Sigebertus, & Anselmus Abbas, Monachi Gemblacenses: Et, quem prætermiseram, Gregorius Turonensis Episcopus, Regnis, & temporibus, suas quisque historias ordinârunt. Horum ego pauper litteraturà sequens vestigia, De Regibus nostræ Gentis, scilicet Francorum, Succinctam & veritate subnixam, Gregorium Turonensem, & Sigebertum sequens, * vestræ parens voluntati, scribere decrevi historiam. Nec displicere debet litteratis, quod aliquando prodest simplicibus & Idiotis. Nam, quosdam historia, alios allegoria, moralitas verò ædificat nonnullos. Nec onerosa debent esse legenti, si aliqua vtilia, quæ minùs historiæ congruant, repererint inserta. Dabo igitur pro posse operam, nè fastidiosa sit lectio; Quia nullus, vt credo, fastidio delectatur.

* Codex Henniniacensis Manuscriptus habet Senonensem, nec scribit equês.

PROLO-

PROLOGVS PRIMI LIBRI.

PRIMVS iste libellus, Originem Gentis Francorum, successionem Ducum, Genealogiam Regum, qui Merovingi dicti sunt, egressum à Troyâ, & Sicambriâ * & Regem Clodovæum, à Sancto Remigio, cum Francorum Populo Baptizatum insinuat; necnon acquisitionem totius Galliæ per præfatum Regem, & eius Successores factam; & industriam quorundam * Regum; aliorum verò ignaviam ostendit. A Theodorico verò, qui decimus quintus apud eos regnavit, ad vltimum vsque Hildericum, Gesta; nec chartâ, nec calamo indigent. Vbi autem hæc est figura, †. nè pertranseas: quia memoriâ digna sunt.

* Codex Henniacensis Scribit, Sicābris.

* Henniacen. non habet quorundam.

INCIPIVNT,

CAPITVLA LIBRI PRIMI HISTORIÆ SVCCINCTÆ DE GESTIS, ET SVCCESSIONE REGVM FRANCORVM, QVI MEROVINGI DICTI SVNT.

* Hunnorum, habet Henniniacensis.

* Codex MS. Hēniniacēs, habet, Merovecl.

De

* Eius, videtur desiderari.

* Primi, addimus

* Ipsius fortassis desideratur.

* Secundi, adiecimus.

EXPLICIVNT CAPITVLA.

INCIPIT

INCIPIT LIBER PRIMVS, DE GESTIS, ET SVCCESSIONE REGVM FRANCORVM, QVI MEROVINGI DICTI SVNT.

CAPITVLVM PRIMVM.

POST ILLVD FAMOSVM TROIANÆ CIVITATIS EXCIDIVM, VICTORIBVS GRÆCIS CEDENTES RELIQVIÆ TROIANORVM, Pars eorum, cum Æneâ, ad fundandum Romanum Imperium, in Italiam perrexit: Pars vna, Duodecim ſcilicet millia Duce Antenore, in finitimas Pannoniæ partes, ſecus Meótidas paludes pervenit: * Ibiq; Civitatem ædificaverunt, quam ob ſui memoriam, Sicambriam vocaverunt, In quâ multis annis habitaverunt, & in Gentem magnam coälucrunt.

Poſt mortem verò Antenoris, conſtituerunt Duces duos, Torgotum ſcilicet, & Francionem: A quo, (*vt quibuſdam, placet**,) Franci ſunt appellati.

Valentinianus Imperator, eorum virtute delectatus, eos, qui prius vocabantur Troïani, deinde Antenoridæ, poſt etiam Sicambri, FRANCOS, Atticâ Linguâ, (vt alij ſcribunt) eos appellavit: Quod, latina linguâ, interpretatur, FEROCES. Qui crebris incurſibus Roma-

* Codex MS. Hémmienſis habet, Vbique.

* Hæc parenthesis indicat noſtrū Anelcam opinio-

Romanorum ſolum inceſſentes, vſque ad Gallias, ferocitatis ſuæ veſtigia dilataverunt.

Mortuo itaque Francione, Duces elegerunt, Symnonem * Genebaudum, & Marchomirum *: A quo, Francorum Reges, Genus duxerunt, vt cernis ſubſcriptum.

nem hăc de Francorum Origine, atque nomine dubiam habuiſſe: quam tamen hoc poſuerit loco, quòd vulgatior ea ſuo adhuc eſſet ævo. Sed, qui iudicioſè, ſcitèque de hac re nuper ſcripſerit, conſulatur Io. de Serres, In Inventarij Hiſtorici Proæmio.

* Hunc nomen apud Ioannem de Serres Gallum Scriptorem: Simonem, lego, apud Sigeb.

* Marcomirum, ſcripſit Sigeb. eodemque modo, Inventarium hiſtoricum Ioannis de Serres Galli Scriptoris, Sectione 2.

CAPITVLVM SECVNDVM.

MArchomirus Dux, genuit Pharamundum Regem, Cuius * Filius, CLODIVS CRINITVS: A quo, Reges Francorum CRINITI habebantur: Clodio vitâ decedente, Merovæus affinis eius, Regni Francorum gubernacula ſuſcepit; A quo Merovæo, Rege vtili, Reges Franciæ Merovinci ſunt appellati. Merovæus genuit Childericum, Childericus Clodoveüm, quem S. Remigius Baptizavit. Clodoveus genuit Clotharium, & Fratres eius: Clotharius, Chilpericum, & Fratres eius; Chilpericus, Clotharium; Clotharius Dagobertum, & Blithildem; Dagobertus, Clodoveüm, & Sigebertum; Clodoveüs genuit Clotharium Hildericum, & Theödericum; Theödericus, Clodoveüm & Childebertum; Childebertus, Dagobertum; Dagobertus, Lotharium, Chilpericus, Theödericus, Childericus, iſti tres, de genere Regali fuerunt; & Reges à Carolo Martello, maximo Duce, conſtituti. Childericus * vltimus Rex Francorum, de Genere Merovingorum, iuſſu Zachariæ Papæ in Monaſterio tonſoratur; * & Pipinus Parvus, Filius Caroli Martelli, pro eo Rex conſecratur.

* F. deſideratur, fuit.

* Vetuſt. Exēplar Martianiſi MS. legi vult, Hildericus.

* Poſteriora Exemplaria volunt legēdum, tonſuratur.

GENEA-

GENEALOGIA REGVM FRANCORVM, *Mont-Eligianum Exemplar addit,* MEROVINCORVM.

CAPITVLVM TERTIVM.

DE REGNO PRIAMI. Codex MS. Mont-Eligianus, rursus addit, ET FORTITVDINE FRANCORVM.

ANNO ab Adam iiij. M.° iij. c.° XXIX.° *. secundùm Dionysium. [a]. Anno verò Domini ccc. LXXXVIII. *Vel,* ccc. LXXXI. *(Ita numeravit Codex MS. ex illustri Ascecterio Montis S. EligI. Favore Venerandi Cœnobiarchæ id loci Canonic. Regular. Ord. S. Augustini, DN. Francisci Doresmieulx, ad nos perlatus.)* Anno autem primo Gratiani, & Valentiniani Imperatorum Romanorum, creaverunt super se Regem Troiani, * qui & FRANCI. [b] Priamum quendam strenuissimum Militem. Nam, eosdem FRANCOS, Constans, Filius Magni Constantini, bello quondam oppressit; & tandem Romanorum * Imperio subiectos, aliquantulum à feritate suâ mansuefieri coëgit.

Post aliquot annos, rebellantibus Alanis contrà Valentinianum Imperatorem, quùm eos non posset Imperator penitùs debellare, eò quòd eos impertransibiles Meotidis * paludes tutarentur: proposuit Valentinianus, quòd: * Si quæ Gentes, has Paludes intrare, & rebelles Alanos possent conterere; decem annis, eas à tributis liberas redderent. Hac pactione, Troiani, qui & Franci, [c] illecti; & fortitudine, & prudentia sua confisi, Duce supradicto Priamo, Meötidas paludes Romanis invias ingressi, Alanorum Gentem exterminaverunt, & ita Valentiniano satisfecerunt.

Hic igitur Priamus regnabat super eos, tempore prioris Valentiniani. Nam, ex ipso Regis nomine, recolentes nobilitatem illius Priami, sub quo eversa est Troia; indè gloriabantur Gentis suæ manàsse primordia.

** Anno Mundi 4329. vel, 31. Est hoc fortassis loco erratum ab Amanuensibus nostris per transpositionem numericorum characterum IX. pro XI. Qui quidē error, haud parū frequēs, apud Codices veteres MSS observatur; & ab argutioribus reponi solet, annus Mūdi iiij. M CCC. XXXI. Itaque legitur In Exemplari Mont-Eligiano.*

[a] *Codex Mont-Elig. scriptum habet,* Romano.

[b] *Meotis, legitur, apud Hemmuiensem, & Mont-Eligianum MSS. Codices.*

[c] *Mont-Eligianus, & Hannoniensis, Codices scripsere:* Si qua Gens, ad Paludes &c. decem annis eos à tributis liberos redderet,

Exacto autem * decennio, quùm exactores repeterent tributa à Francis; Franci, pro superiori victoria insolescentes, & de viribus præsumentes, non solùm tributa negare, sed etiam Romanis præsumunt rebellare. Romani, collecto exercitu, super Francos irruunt; & victos, penè vsquè ad internecionem proterunt. * Basilius, Cæsariensis Cappadociæ Episcopus, insignis habetur.

APPENDIX. *a.* *Ad verba superiora*, Secundùm Dionysium. [a]

Dionysius ille, præcedenti paginâ, suo signatus Charactere, [a] *Cognomento Exiguus, meritis magnus, natione Scytha, monachus professione, vtrâque in linguâ doctissimus, & Sacrarum litterarum peritissimus, Abbas Romanus, Ecclesiastici Computi nostri Auctor fuit. Consulantur eo de Viro,* Sabellicus. Enneadis 8. lib. 2. P. Diaconus, lib. 1. De Longobardis: *Et ipsius æqualis, studiorúmque consors, qui Dionysi, exigui dicti laudes pluribus celebrârit,* Cassianus, de Divin. Lection. cap. 23. Ivo *autem, In Vitâ Iusti. narrat eius Cyclum Paschalem completum fuisse anno 7. Iustini Iunioris. Vndè nonnulli statuère ipsum Anno Christi 532. sub Bonifacio 2. & Imperatore Iustiniano: cùm tamen suum ille librum Leoni Summo Pontifici consecrârit. Ita testatur* Trithem: *Auctorem temporum ab Incarnato Iesu Christo notandorum exstitisse colligunt quidam ex* Venerabili Bedâ, capite 47. libri De Naturâ rerum.

Lucidus, lib. 1. de emendatione temporum, *Incarnationem hìc sumsit pro Christi Conceptione; rixámque huic Dionysio movit; quùm tamen is idem simpliciter voluerit Nativitatem Servatoris intelligendam. Et potest enim Nativitas, quædam Incarnatio censeri. Præsentiam dixit* Philastrius; *à qua, & ipse incipii numerare,* libro, De Hæresibus, *multò antè* Dionysium hunc. *Vnde lites annosæ fluxère.*

At verò, antè illum, Ecclesia Romana numerabat à Christi Passione sacra, præcisis interim annis 33. qui ab Incarnato, ad extrema perpessum pro nobis Iesum Christum, decurrunt. Dionysij *siquidem huius 701. Romanis erat annus 668. Videndus ibidem* Beda. *Est enim negotium hocce Chronologicum, suâ sanè observatione dignum. Sic, &* D. Hieronymus, In Catalogo; Et, In Caput primum Sophoniæ, *numeravit.*

Sed, & Isidorus, *multis historiæ locis; Et* D. Gregorius Turonen. *modò à sacrosancta Iesu Christi Passione; modò à gloriosa eiusdem Servatoris Resurrectione; vti & alij nonnulli, à Nativitate, & ab indè octidua pueli Iesu Circumcisione, vicinis inter se rebus numeravère.*

Obser-

* *Hæc vocula, autem, apud cætera quæ vidimus, cum in Belgio, tum Lutetiæ Parisiorum,*
* *Exemplaria desiderant*
* *Manuscriptis ad nos missis posteriùs Exemplar MS habet proterunt*

Observandum occurrit & hoc obiter loco; Quod, post Olympiadem 305. Id est, Anno Iesu Christi 446. Olympiadum mentio erat nulla apud historicos limæ politioris. At, Romanorum mox Indictiones occœpêre. Cætera, infrà Iesu Christi Domini nostri annum 532. Porrò verò huic Dionysio *acceptum referre debemus, suo quod is in Cyclo, non per Olympiadas, vel Consules, Indictiones, vel Annos Diocletiani; sed certè ab Incarnato Verbo Divino, nos edocuerit annos salutareis enumerare; quatenus (inquit* Venerabilis Beda, De ratione temporum cap. 45.) *exordium spei nostræ nobis notius existeret, & causa reparationis, & humanæ salutis, hoc est, Redemtoris nostri Passio nunquam non recolenda, clarius eluceret. Alexandrina verò Ecclesia, sed & Ægyptus tota, Chronologiam illam, quæ ab immani Christicolarum persecutore Diocletiano deducebatur, Edicto eâ etiam de re promulgato, detestata, (tametsi, vt plurimum, illam Græci calculatores observarent,) id quoque præstitit Catholicè, vt nequaquam impio abs Diocletiano, sed certè à tempore SS. Martyrum Christi, qui sub Diocletianâ persecutione fuissent passi, annorum suorum computum derivaret. Qui quidem hactenus idem apud eos vsus viget, vti cernere licet in litteris Gabrielis Patriarchæ Alexandrini ad Clementem 8. Pontificem Max. Est autem suum Dionysius Cyclum Paschalem exorditus, ab octavo Anno Consulatus Mavortij, quem, & ad 95. annos perduxit; eiusq; fragmentum, sub eodem Mavortij Consulatu recitavit* Marianus Scotus. *Sed, hoc de Dionysio, Exiguo cognominato, hactenus satis. Ad semitam Franco-Merovingicam redeamus cum Andreâ nostro Sylvio, cuius hic sit stylus.*

DE DVOBVS DVCIBVS FRANCORVM,

SIMONE, * ET MARCHOMIRO.

CAPVT QVARTVM.

ANNO Domini CCC. LXXXIV. Anno scilicet V. Imperatorum Gratiani, & Valentiniani, Franci, post Priamum, Marchomirum Filium eius, & Sumnonem, Filium Antenoris, sibi Duces statuunt; qui, & imperaverunt annis XXXIV.

Anno primo Marchomiri, * Maximus Tyrannus, sumpto nomine Im-

** Exemplar Mōt-Elgianū habet, Sūnone. Eodem scripsit modo Legē la Flādrorum, Manethonem Ægyptiū, & Berosū ficata. Ioannes*

de Serres. Hunnonem, & Marcomirum, *vocat. Vide ipsius Repertorium generale Historiæ Francicæ.*

** Sigeber. Gembla & complures alij, scribere malunt sine aspirationis nota,* Marcomirus.

ne Imperatoris, Gratianum Imperatorem, Lugduno-Galliæ, dolo peremit.

Anno secundo Marchomiri, Franci, Quintinum & Heraclium, Romanorum Duces, cum omnibus penè suis, iuxtâ Treverim delent.

Anno quinto Marchomiri, Maximus Tyrannus ab Ambrosio Mediolanensi excommunicatus, à Theödosio Imperatore, Aquileiæ in bello perimtiur: & Valentinianus à Maximo fugatus; Imperio restituitur.

†. Anno VII. Marchomiri, Caput S. Ioannis Baptistæ, à Theödosio Imperatore Constantinopolim translatum est. Quod, cùm Valens Imperator hæreticus olim illuc voluisset transferre; vehiculum in quo sanctum Caput ferebatur,* nullo modo moveri potuit.

Anno XI. Marchomiri Ducis, Valentinianus Imperator, nimiâ austeritate Arbogastis, Magistri militum, ad vitæ tædium perductus, laqueo vitam finivit.

Anno XII. Marchomiri, Theödosius Imperator, Eugenium & Arbogastem, ob necem Valentiniani, in bello peremit: & ipse non multò post * obijt Mediolani.

Anno XIII. Marchomiri, Constantinopolis iram Dei formidans, igne super nubem terribiliter fulgente, ad pœnitentiam conversa, evasit.

†. Anno XVI. Marchomiri, Arcadius * Imperator, ossa Samuelis Prophetæ, à Iudæâ Constantinopolim transtulit, tam hilariter occurrentibus Populis, ac si eum viventem cernerent.

†. Anno XXVIII. * Marchomiri, capta est Roma ab Alarico Rege Gotthorum. Franci etiam eodem anno, sæpè Gallias incessentes, diripiunt primò; & secundâ irruptione, * incendunt Vrbem Treverim, quam condidit Treber, Filius Nini Assyriorum Regis, profugus à facie novercæ suæ Semiramidis; & à suo nomine Treberim * denunciavit.

Huius Ducis temporibus præfuerũt Romanæ Ecclesiæ Sacri Pontifices, Damasus, * d. Siricius, Anastasius, & Innocentius. Romani verò Imperatores, Gratianus cum Fratre suo Valentiniano,* Theodo-

* *Henniniensis Codex, hoc loco ponit Titulum, De Regno Pharamundi.*

* *Cætera Exemplaria MSS. habent,* non post multum.

* Arcadius, *legitur in cæteris Exẽplaribus MSS.*

* Forsan fuit XVIII

* *Ruẽtinu Exẽplar Marcianense habet,* secundò irrumpentes.

* *Henniniense habet,* denominavit.

* d *Chronica Pontificum, 40. hunc recensent Pont. Max. quem Sigeb. 32. statuit. Gordonus Achilles. P. Gassius, & alij nonnulli, 37. habent Damasum PaPam.*

* *Mont. Elgianum Exemplar, scriptum habet,* Valentiano. *Et,* Eo tempore, &c.

Theodosius, cum Filijs, Archadio & Honorio; & Theodosio, Filio Archadij.

Hoc etiam tempore insignis habebatur Martinus Turonensis, * Ambrosius Mediolanensis, Augustinus Hipponensis, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nissenus, Ioannes Constantinopolitanus, cognomento Chrysostomus, Iheronymus Bethleëmites, Rufinus Aquileïensis, * Cassianus Abbas, cum multis alijs; *In queis, Miletius Antiochenus Episcopus exstitit: per hoc clarior (inquit Sigeb.) quòd Theodosius in somnis prævidit se ab eo indui clamyde Imperiali, & diademate coronari.*

* Sigebert' Gemblacensis, ad annum Mundi 5579. Christi. 381. addit, Archi-Episcopus.

* Sigeb. Gemblac. addit, presbyter.

DE REGNO PHARAMVNDI, PRIMI REGIS FRANCORVM.

CAPVT QVINTVM.

ANNO Domini CCCC. XXIV. * Marchomiro, & Symone, *seu*, Sumnone (*vti mavult Mont-Eligianum Exemplar MS. vel* Hunnone, *vt scripsit Ioannes de Serres*) Francorum Ducibus defunctis: FRANCI in commune deliberant, vt & ipsi, sicut aliæ Gentes, vnum Regem habeant: & Filium Marchomiri Ducis, Pharamundum sibi Regem ordinant; qui regnavit annis XI.

Anno nono Theodosij, Filij Arcadij, regnavit Pharamundus super Francos in Sicambris. *.

Anno tertio Pharamundi, Franci vti cœperunt legibus: & legem Salicam dictaverunt * per quatuor Gentis suæ Proceres, electos de pluribus, his appellatos nominibus, VSOGAST, BOSOGAST, SALAGAST, VVIDIGAST, In Villis Germaniæ, SALEHAIM, * BODOHAIM, VVIDOHAIM.

Hi quatuor Proceres, per tres Mallos, *Posterius Exemplar Andreanum Marcanis ad nos missum scriptum habet, Per tres Mallos Cassicarum origines convenienter, &c. Cætera verò Exemplaria, & Sigebertus noster MS. ad annum Christi 422. eodem modo quo noster hic Andreas, rem prosequitur. Per tres Mallos,* Causarum Origines convenientes solicitè tractantes, de singulis discutiendo, sicut Lex Salica declarat, iudicare decreverunt.

* Exemplar Mont-Eligianum, annum hic numerat CCCC. XXVIII. Sed mendosè. Chronologi namque cæteri dissentiunt.

* Mont-Eligianũ, & Hunniensi, Exemplaria, legi volunt, In Sicabria.

* Sigeb. scribit Salechaim, Bodohaim, VVindohaim.

Huius

Huius Regis temporibus præfuerunt Romanæ Ecclesiæ, Zosimus, Bonefacius, & Cœlestinus. Imperatores Romani; Honorius, & Theödosius.

* Appendix, *Ad verba Capitis tertij.*

TROIANI, *qui, &* FRANCI. *&c.*

Qui conditam ferocem Francorum Gentem paluſtribus primùm Meotidis ex aquis emerſiſſe commenti ſunt; aut ipſam eamdem ſopitis illis pridem è cineribus Troianis illuſtrem nobis erutam laboriosè tentarunt excitare: y ſanè mihi perinde videntur factitâſſe; ac ſi quiſpiam imaginariæ cuiuſdam antiquitatis, caſſo labore, certa vanitatis ex cœnotaphio, ſolidam, & conſtantem conaretur educere veritatem. Verſârunt hocce nihilominùs, vanum Franco-Phrygicum ſaxum, & à miſerabili excidio illius ingentis quondam Ilij, ad noſtra vſque tempora, adeòq; ipſas ad nobileis Gallias, ſatis multi, ijdemque, alioqui, haud imperiti Scriptores hiſtorici, Troianas protrahere reliquias ambitioſius contenderunt. In hanc itaque ſententiam ſubiecto, ſequentiq; ſcripsêre ſtylo. Paulus de Riviere: Franci (*aiebat*) à quodam Nobili Troiano, nomine Franco, nuncupati fuêre. Philippus Bergomas, In Chronic. Supplem. lib. 9. & lib. 4. Francus (*inquiebat*) vnus ex Filijs Hectoris fuit, à quo Francorum nomen magnum tractum eſt *: *ſubiungebatq;* Francia, Europæ provincia, ſeu Regnum, à prædicto Franco Troiano cognominata, &c. *Silentium facio de Fabûlarum conditore illo, Ioanne Mario *, qui perpetuo fermè ſtylo, In ſuis illuſtrationibus Gallicis, illud ipſum aſſeruiſſe ſciatur: Vt etiam Virgilianos illos* lib 3. Æneidos *verſus Troianis, & Franco-Phrygibus Gallis communcis auſus fuerit romanizans adaptare.*

> Nomi-|is Fran|ci etymō|vide In|proœmio|Inventa|rij histo|rici Gal-|li, Ioan-|nis de|Series.

> * *Vulgò Iean le Mare. En ses Illustratiōs des Gaules Orientall' & Occidentale.*

——— ——— ——— ——— Vnam faciamus vtramque,
Troiam animis; maneat noſtros ea cura Nepotes, *quos, is idem gallicè ſic verterit:*

De l'vne, & de l'autre Troye, vne méme faiſons;
Et à ce nos Néveux, d'vn courage induiſons.

Illuſtrationum vtriuſque Galliæ, à Prologo ipſo, ad calcem, liber einſdem Io. Marij Valencenatis tertius, id genus fabellarum, refertiſſimus eſt; vt eam ob cauſam illum improbarit, & explodendum cenſuerit Franciſcus Belle foreſtius, *vti merum fabellarum textorem, qui Lybium Herculem, qui Hectorem Troianum Franco-Phrygibus tribuere voluerit protogenitorem: ob idq; Romanizârit, efficticia id genus condens vocabula, & eadem poſteritatis memoriæ tradere contendens.*

Conticeo cum Claudiano Poëtâ, Sydonium Apollinarem, alioſq; priſcos Scripto-

Scriptores, qui Francos, Gallo-phryges effinxisse legantur. A quâ sententiâ, non ita etiam procul discedere visus est DN. Iacobus Charron Historiæ sua gallicæ generalis Capitibus 35. & 36. auctoritatem Lucani hac in metra producens.

Arvernique ausi Latios se fingere Fratres, Sanguine ab Iliaco; *&c.*

Silentio Chronologum illum nostrum anonymum ineditum prætermitto, qui Prolegoménων nostrorum, hanc in eamdem opinionem, plura suppeditârit, paginis superioribus 161. & 162. In Valentiniano, cui Cognomentum fuit Funario. Quid iuvat Sigebertum hic quoque produxisse, qui, & à Phrygibus, seu Troianis illustrioribus, Francos suos oriundos, ex relatu fideli Maiorum, *conscripserit exstitisse; subiunxeritque, non deesse sibi Auctores, qui, Francos dicerent cognominatos, à quodam eorum Rege Francione, &c.* *

Cùm igitur in eam sententiam à multis Scriptoribus historicis itum esset, vt Franci suam illustrem originem à fortibus Troädis reliquijs traxisse passim dicerentur: Andreas noster Silvius, à Reverendissimo P. Petro, Abbate primùm Cisterciensi, exindèq́, Atrebatensi Episcopo, Synopsim suam hanc Franco-Merovingicam, ex varijs Chronologis, & Historicis Scriptoribus compingere, atque ad sua tempora protrahere iussus; ex Chronologo Sigeberto Gemblacensi, eiusque Continuatore Anselmo, qui Andreano ævo magni nominis essent, & ævi sui opinione vulgari, superiora verba mutuatus est: TROIANI, qui, & FRANCI, vti & alia nonnulla, quæ eòdem spectent. In quæ quidem, si qua fortè lis suboriretur, eam æquiore sub Iudice, liberè dirimendam, reliquit; nec ea de re penitiùs, (vti elicere licet eius ex contextu subsequenti) voluit Vir ille vita venerabilis disceptare, secutus Apostoli religiosiorem mentem monentis, nè originibus istiusmodi gentilitijs, & Genealogicis contentionibus (quas parum diceret prodesse) argutiùs pervestigandis, nimium tempus, & animum impensum adiungeret. Eccum verba Pauli ad Titum, cap. 3. versu 9. Stultas autem quæstiones, & Genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita: sunt enim invtiles, & vanæ. *Cæterùm, (vt quod res est, ingenuè loquar), Fabulari equidem crediderim eos, qui Francos Phryges, Troianoq́ ab ovo vaniore nitantur nobis exclusos obtrudere. Vndè Pius ille 2. Pontifex Max. in eam vanitatis Franco-Phrygicæ sententiam noluit vnquam accedere, In sua Asia minore, cuius Phrygia, vti & Troia, (testibus Servio, & Strabone, lib. 13. atque Plinio, lib. 5. Natur. histor.) Regio sit; & propter certam vicinitatem suam pro Troäde ipsa, Phrygia collocetur.*

* *Confutatur Sigeb Gemblac Chronicô Tit.* De Regno Francorum.

Hincq́;

Hincque; Troës, vel Troiani, qui Vrbem Priami, Ilion habent, Troiam dictam, & à Troë Phrygiæ Rege, Phryges quoque dicuntur. Quin verò etiam Tröadem Ptolemæus, Phrygiam minorem appellavit.
Denique, vt hoc Franco-Phrygicum argumentum fabulosum solidiùs solvatur: Legatur Asia illa minor à Pio 2. Pont. Max. descripta. Consulantur etiam, Michaël Ritius, In Regibus Neapolitanis; Euripides, & Anaxicrates Græci Poetæ, qui, neque Francum, seu Francionem, quem nonnulli Faramundum dixêre; neque Francos in Troianorum genesin (quæ tamen gloria illorum foret) recepisse vsquam observentur. Quid? Quod & antiquissimæ Troianorum Historiæ, nè vel verbulo quidem meminerint illius Franci, aut Francionis, Filij Hectoris, cui vnicus extiterit Astyanax, qui & in ipsâ memorabili clade, inq; insigni excidio Troiano casus interierit puellus triennis.
Porrò verò, quùm nostri non sit iam instituti hâc de re pluribus certare; cæteris amissis qui eam enucleârint; Vnus nobis audiendus, brevitatis ergò, videtur Ioannes Tilius, qui, in Præfatione Chronicorum suorum, De Regibus Francorum.
FRANCORVM *(scripserit)* Gens, è Germanicâ nobilitate, in Galliam veniens, Regnum condidit; quæ, tantâ fuit animi magnitudine, & virtute, vt nullus vsquàm Populus fuerit, quem ferociter bello non appetierit, aut lacessita, magna cum laude non repulerit. Gallias enim debellavit, cum quibus, non pro imperio & gloria, sed pro salute, atque vita, omnes ferè Orbis nationes, armis contenderunt. Ea prima, toti pariter Germaniæ imperavit: quam neque Romani, neque aliquamtumvis potentes, non modò domare, sed nec vincere potuerunt.
Nullum porrò in Europa florens ac nobile Regnum est, vel Principatus, qui non, vt olim à Troianis originem ducere nobilissimus quisque gloriabatur; ita, à Francis sanguinem trahere se iactet, & liliorum insignia circumferat.
Reges, quos Berosus ordine commemorat, sciens prætermitto, nolens quicquam litteris mandare, quod non incorruptis rerum gestarum monumentis sit traditum. In primis enim operam dedi, & id maximè studui, vt quæ adhuc immensis voluminibus, & veteribus fabulis dispersa iactabantur, ea paucis, & certo ordine comprehensa, verissimaque, quantum fieri potuit, in lucem emitterem.
FRANCI igitur, quibus Duces anteà, aut si mavis, Reguli imperitabant, Faramundum primum Regem potentissimum habuerunt,

runt, Anno Mundi 4381. nati Christi 420. *Hactenus Ioannes Tilius.* *At verò De Sicambria Vrbe (quam Bledam, seu Budam fuisse item Ioannes Marius, fabulatur dictam, & à Francis conditam,) vide Inventarium Franciæ historicum, gallicè excusum Parisijs, Anno Domini* 1599. *Auctore Ioanne de Serres, Cuius ex Proœmio, simul intelligas certiorem ex Germanicâ Franconiâ originem Francorum, & nominis etymon, & Gentis antiquitatem per-Illustrem, quæ (iuxtà fidem receptam eorum, qui minùs numerant) centum saltim & trigintaannis, Imperatoris Valentiniani tempora superârit.*

Ad ea autem verba, quæ rursus ex Sigeberto Gemblacensi habet excerpta hic noster Andreas Silvius, superiori Capite 5. suo Charactere notata, FRANCI,[c] Legem Salicam dictaverunt, per quatuor Gentis suæ Proceres &c. *Alciatus primùm appendit, LEGEM SALICAM, nomen suum duxisse à Salijs, qui, & Franci dicerentur, quasi diceret quispiam, legem Francicam: sequiturq́ eâ in re auctoritatem Ammiani Marcellini, qui libro 17. scripserit de Constantino, hunc in modum.* Quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit. *Andreas autem Althamerus, in Tacitum suum, Francos à Salâ Fluvio, Salios suspicatur nuncupatos fuisse, quòd Francia illa Orientalis, seu Germanica, (quæ vulgo Franconia vocatur, & à quo Francos quidam putant audijsse) Æsto, Mœno, Sinnâ, Tubero, & Salâ Fluminibus irrigetur. Hi Salij, quà virtute bellicâ, quà temporum felicitate oportuniùs vsi, Treverim primò, tempore Lucij Præfecti, exindèque, Gallis loco pulsis, sedes eorum occupârunt, & suo nomine, Franciam appellandam censuerunt, atque legi suæ Salicæ, seu Francicæ, quicquid in Gallijs agri obtinuissent, parere voluerunt, cuius auctoritate sibi salutari, Regnum suum incolume servarent. Vnde, quidam Salicas leges, salutareis sunt qui dicere velint.*[a] *Guillelmus Paradinus, libro, qui de Antiquo Burgundiæ statu inscribitur, ijs subscribit, qui Salicam legem, à Francis, Saliorum olim nomine nobilibus, nomen esse mutuatam asseruêre. Hæc ipsius non piguit depromere verba.* His proximi Salij, qui ad Aquas Sextias, eamq; Regionem, quæ ad Ligures pertinet, habitant. Ab his Francos, Salios dictos, legemque illorum Salicam esse natam, me primùm admonuit magnanimus Vir, Guillelmus Bellayus Lãgius, &c. *Franciscus des Rosiers, hanc etiam videtur sententiam firmare*: Plerique (*inquiens*) legem Salicam, à Salijs Galliæ Cisalpinæ populis antiquissimis originem traxisse opinantur, qui vltrà Nicæam vrbem illam celebrem Insubrium, Montes accolunt Ligusticos.

[a] Salische e-[illegible]n, Teutonicè, & Salutare, synonima dicuntur.

Papyrius nihilominus Massonius, Vir eruditissimus, nomenclaturam illam Legis Salicæ maluit emersisse à Fluvio Gallo-Belgico Saliâ, qui influit in Mosellam, ad Vrbem Mediomatricum. Eccùm ipsius verba, primo è libro Annalium ipsius excerpta. Cur indè potiùs, quàm à Saliâ Mediomatricum fluvio, eam appellatam putent, qui apud Metim labitur in Mosellam; & à Sale nomen habet, vti Fortunatus Pictaviensis refert?

Liberiora per otia, Philisthori legendos relinquo, qui ab antiquioribus Francis, seu Gallis Salicas primùm conditas leges affirmarint; Et easdem G. in S. subindè commutato, elemento L. priori ex vocabulo detracto, SALICAS astruant fuisse vocitatas, ita vt, qui Salicas, idem & Gallicas dixisse leges censeatur. Legatur secunda sectio Inventarij historici Ioannis de Serres, qui sic senserit: Adeundos quoque mitto, qui à præclaro illo Barone Salagasto, Salagasti Villæ illius, seu Vrbis Saltzburgensis ad flumen Manum Conditore, Salicarum legum nomen ortum audeant asseverare, propterea quòd is legem Salicam primus Francis, seu Gallis sapienter propositam pronunciàrit: vel eò quod, Lex Salica, in Villâ, seu Oppido Saltzburgensi primùm condita fuerit, & ibidem promulgata. At, verborum hic inanis est sonitus, & procul à vero. Etenim, R. P. Domnus Andreas Silvius Marcianensis, merito, & munere Archi-Prior noster, tametsi, ANNO (*scripserit*) TERTIO PHARAMVNDI, FRANCI, VTI COEPERVNT LEGIBVS; ET LEGEM SALICAM DICTAVERVNT PER QVATVOR GENTIS SVÆ PROCERES, ELECTOS DE PLVRIBVS, HIS APPELLATIS NOMINIBVS, VSOGAST, BOSOGAST, SALAGAST, *&c. habueritq., ab Adone, Sigeberto, alijsque rerum Gallicarum Scriptoribus, Faramundum, Marcomiri Filium, initio Regni sui, (quod incidisse tradunt Historiographi Galli ferè omneis in annum Iesu Christi 420. Pontificatus Bonifacij I. 2. Impp. Honorij 26. & Theodosij secundi 13.) suis statim Francis in officio continendis Leges sapienter dictâsse, seu dedisse. Lex tamen Salica, compluribus annis antè ipsius in Gallias adventum extiterat edita. Rei constantioris istius fidem, vel ipsa faciat legum Præfatio Salicarum, quæ nullam prorsus egerit Regis Faramundi mentionem, qui, & secundæ Francorum in Gallias interfuerit irruptioni memorabili, quùm illi, anno Christi 414. ægrè ferenteis, Burgundiones,* * *haud magnis opibus homines, pacatas in Gallijs sedes accepisse; iterum eversa Trevirensi Civitate, Provinciam, quæ hodie Brabantia nuncupatur, occuparunt. Lege, de ijs quæ ad Legem Salicom spectent, cum productis iam Auctoribus classicis,* Adonem, Sigebertum, Othonem Frisingensem. *Videatur & se-*

* Ex Sigonio.

& secunda sectio Inventarij Historici Ioannis de Serres, *quà is tradat vsum legis Salaciæ, antè natum etiam Faramundum, apud Francos receptum ita viguisse, vt eorumdem Regulis, seu Ducibus Marcomiro, Hannone, atque Merobaldo in fata demùm concedentibus; Francorum primus, idem fuerit auctoritate Legis Salicæ designatus, & omnium votis salutatus Rex Faramundus, quòd is, Marcomiro, Patre, Hannoneque, atque Merobaldo maioribus progenitus esset hæreditarius nobilissimi Dominatus Francici, & Regni legitimus successor. Inter enim Leges Salicas; ea præsertim semper excelluerat, quæ fœmineum omnem sexum, à Dominatus, & Francorum Regni legitimà successione perpetuo excluderet edicto;* Titulo 62. De Modijs. §. 6. *in hæc verba redacto.*

De terrâ verò Salicâ, nulla portio hæreditatis veniat mulieri: sed, ad Virilem sexum tota terræ hæreditas perveniat.

Quam quidem legem, Claudius de Seyssel, *sic voluit interpretandam; vt sit illa intelligenda, tanquam agens, re vera, de dominio Regali; quod certè à nullo prorsus dependeret: nec* (*vtpotè Regium*) *vlli omninò subyceretur;* ad doctrinam (*inquit idem*) aliarum terrarum, quæ in Alodio dividantur. *Cætera porrò, quæ huius sint argumenti, eadem ex sectione secunda Inventarij historici Ioannis de Serres editi gallicè, disertiùs exposita petantur. Laconismum enim pollicitus, quæ possem addere permulta, presso pede perstringo. Nunc ergò Coronidis loco, adiunxisse liceat; quod,* DN. Iacobus Charron, *in sua universali historia gallicè non ita pridem excusà.*

Faramundus (dixerit) Leges peregregias suis dedit: hoc est (*ait* Ioannes de Serres) *illustravit, Salicas dictas, & Ripüarias, quas, & idiomate suo, vel fortassis etiam latino elaboratas, certum in Codicem voluit esse relatas, operà, & præcipua industrià quatuor, toto è Regno suo Francico, selectorum Baronum, Eruditione, militarique virtute illustrium, quorum* (*inquit*) *nomina exstiterint,* MORGAM, EGIBVS, SALAGAST, & ATROGAST, *sive,* (*vt noster* Andreas *scripsit*) VSOGAST, BOSOGAST, SALAGAST, VVIDIGAST: in Villis, seu Oppidis Germaniæ, SALEHAIM, BODOHAIM, VVIDOHAIM.

Hi quatuor Proceres, per tres Mallos &c.

Superest denique, vt ad TRES *hosce* MALLOS, *pauca obiter quoque appendamus observatione sua digna: nè quicquam consultò videamur Lectori Philhistori omisisse.*

Μαλλός, *Ciliciæ Oppidum*, à Mallo *conditore sic appellatum est, vt ex* Callimachi *sententia refert* Stephanus Luc. lib. 3.

Mallos, & extremæ resonant novalibus Ægæ. *hodie vulgò* Malo. Plinius, & Strabo; *hic*, lib. 15. *ille* 6. libri cap. 17. Naturalis historiæ, Malli *(aiebant)* Indiæ sunt populi, à Mallo monte vicino sic dicti. *Sed &*, μαλλωτῆς, *seu Mallotes, penultimâ productâ, Mons Ida nuncupatur, à Græcis, ab ovium multitudine*. μαλλωτῆ *siquidem apud eos, vellus significat, seu pellem lanatam*. *Videto* Cœlium lib. 15. cap. 1.

Verum-enim-verò, quùm vocabula, rerum dicantur imagines, quibus illa repræsententur; & quæ iam prætexuimus, ætymon nequaquam præseferant, superiorum trium Mallorum, *undè genuinam significationem assequamur, auctoritatibus agendum est; vsusq; vocis desideratur.* Flodoardus *proindè, hoc nobis loco audiendus videtur, qui, ex Presbytero, & Canonico Ecclesiæ Remensis, Monachus, & Abba Regij Cœnobij Sancti Remigij, apud Remenseis, effectus, ante annos DC. I. hac etiam germanicâ, si non & barbarâ* MALLI *dictione fuerit vsus in sua* Historia Ecclesiæ Remensis, libri 2. cap. 18 & libri 3. cap. 26.

Ioannis *quoque* Busæi Notationes, ad Epistolam 5. Hincmari, *qui pervolverit, vocis* Malli *significationem ita est idem excepturus.* *FIVIS, MALLO PUCLICO. Quæ quidem verba, gallicè sic efferuntur.* A FIVES; AUX PLAIDS PUBLICS, ET GENERAUX; ibidem præsente Gisla, post mortem Mariti, Sancti Confessoris Everardi, Renselinus Episcopus Tornacensis, & Odelricus Comes, audiendis, iudicandisque litibus operam dabant. *Hoc item de vocabulo* Malli, *consuli potest argutioris lima Scriptor*, Florentius Vander Haer, lib. 1. Castellan. Insulensium Cap. 3. *Legendæ quoque sunt*, Notæ, *seu* Scholia Eximij DN. Georgij Colvenerij S. Theolog. Doctoris, & Acad. Duacensis Cancellarij, in Chronica Balderici Episcopi Noviomensis & Tornacensis. *Is enim, vocem hanc obscuram, & Teutonicæ originis, ad Caput 72. libri primi Chronicorum Cameracensis & Atrebatensis Ecclesiarum, Ad verba:* Vt nullus Comes, vel quilibet rei publicæ minister, illic (*supple, in Sancto Monasterio S. Gaugerici*) potestatem habeat, aut Mallum tenendi, vel bannum, *&c. sic exponit.*

Vox illa, frequenter occurrit in Capitulis Caroli Magni, & Ludovici Pij: vt, lib. 3. capp. 22. 39. Nullus ad Mallum, vel ad Placitum, * infrà patriam, arma; id est, scutum, & lanceam portet. Cap. 57. Mallos publicos legimus, lib. 4. cap. 28. Mallus, neque in Ecclesiâ, neque in atrio * eius habeatur. Et multis alijs locis, quæ allegat

* *Gallicè, aux plaids.*
* *Atrio: id est, in Cæmeterio, seu Sepulchreto.*

gat Pithæus in Glossario, & exponit hoc modo: Mallus, maius Placitum, sivè de maioribus caussis, vbi quem præsentem adesse oportuit. Est autem Teutonicæ originis, quâ linguâ (*Maël*) congregationem significat, vt *Avendmaël*, id est, Cœna, seu congregatio ad vesperam, sive cœnam. Item, *Maël*, vetus Saxonicum, significat Ius, legem, Iudicium, & Conventum iuri dicundo deputatum, vulgò Mallum, & Mallus, inquit Cornelius Kilianus, in Etymologico Teutonicæ linguæ. *Quo quidem de vocabulo*, Mallo, *hæc obiter. Nunc itaque, ad nostrum* Andream *revertamur, qui hoc contextu, suam contrahere Synopsin pergat.*

DE REGNO CLODII: ET, QVO MODO INSTITVTA SIT FESTIVITAS Sancti Petri ad Vincula.

CAPVT VI.

ANNO Domini CCCC. XXXIX. * Anno autem Theödosij XX. ° Pharamundo Rege Francorum mortuo, regnavit Clodius Rex Crinitus, Filius eius, annis XVIII. Ex hoc Franci, Crinitos Reges habere cœperunt.

Anno Regni sui primo, Clodius Rex, Thoringiam invadit, & in Dispurgo, * Castello Thoringorum, aliquandiu habitavit.

Anno VIII.° Clodij, Eudoxia *. d. Augusta, Vxor Theödosij, Hierosolymam ex voto properavit; & indè reliquias Protomartyris Stephani, & duas Catenas, quas Angelus de manibus Petri Apostoli disiecit, DEI nutu attulit; eisque adiuncta Catena, quâ etiam Romæ Petrus vinctus fuit, triadem fecit. Et indè, cum consilio Romani Præsulis, Solennitatem Sancti Petri, quæ dicitur, Ad Vincula, instituit * Kalendis Augusti, ideò maximè, vt Populum revocaret à Gentili * superstitionis pompâ, quam solennisabat adhuc in hâc die Civitas, ex ritu Gentili, pro victoria, Octoviano * Augusto, de Antonio, & Cleöpatra collatâ, iij.° Kalendas Augusti.

* *Mōt Eligianum Exemp. notat annum Domini* 429. *Ioannes de Serres*, 438.

* *Mont-Eligianū Exem. scriptū habet.* Dispargo.

* *Vide Menologiū Græcorum, ad* 16. *Ianuarij.*

* *Sigebert. & Codex Mont-Elig. scripsere*, Octavian*.

APPENDICVLA, *Ad vocabulum,*
Eudoxia. *. d.

Affinitas fortaſsis vocabulorum, Eudoxiæ, *&* Eudociæ, ***hallucinandi*** *locum potuerit Amanuenſi cuidam parum erudito noſtri* ***Andreæ Marcianenſis*** *reliquiſſe, vt hoc Capite*, Eudoxia, *pro* Eudocia, *corruptè legatur, & reponenda ſit* Eudoxiæ *loco*, Eudocia Auguſta, Vxor Theodoſij, *quæ anno Ieſu Chriſti* 439. *Pontificis Maximi Sixti octavo, & poſtremo, Theodoſij* 2. *trigeſimo ſecundo, Hieroſolymis, Conſtantinopolin rediens, præter Sancti Protomartyris ſacras reliquias, quas in Baſilica S. Laurentij piâ veneratione à fidelibus depoſuit colendas, permultas alias, quibus à Iuvenale Ieroſolymitano Epiſcopo donata fuerat, Salvatoris etiam faſcias attulit, quas Pulcheriæ pientiſsimo dono miſit. Item, duas detulit* CATENAS, *quibus ab Herode Divus Petrus fuerat vinctus; quarum alteram voluit Conſtantinopoli ſervatam: alteram verò miſit Romam, ad Filiam Eudoxiam Auguſtam, Valentiniani Coniugem, quæ, Matri haud impar religione, extructam Imperatoria munificentia iuſſit, ob hanc cauſam, Eccleſiam S. Petri ad Vincula, in Exquilino Monte, quæ etiam* Titulus Eudoxiæ *nuncupata eſt. Eſt autem & huic Catenæ, Romana miraculosè adnexa, qua, ſub Nerone ligatus fuerat Sanctus Petrus. Habentq́ monumenta Eccleſiaſtica, Catenas illas ambas ſimul collatas, eiuſdem generis, & artis eſſe inventas, ſibiq́ ita invicem arctè copulatas, vt ex ijs, vna exſtiterit effecta: quarum memoriæ Auguſti Calendæ fuêre conſecratæ.*

Quæ porrò, eiuſmodi de Vinculis Sancti Petri Oratio extat luculenta, Sancto Ioanni Chryſoſtomo Auctori nequaquàm videtur tribuenda, (id licèt Titulus præſeferat:) cùm, Sanctiſsimi Archi-Apoſtoli Petri Catenæ, nondum innotuiſſent: ſed, à Proclo, eruditione perilluſtri Viro potiùs habita dici poteſt, cuius tempore, ſuperior eiuſmodi, ab Eudocia, Eudoxiæ Auguſtæ Matre, tranſlatio Catenarum, celebri pompâ, & catholico ritu facta, hoc, & loco, & anno recenſetur. Hæc igitur tranſeunter, de Eudocia, *&* Eudoxia, *Matre, ac Filiâ ſint, ita hìc dicta, vt à Philhiſtore plura poſsint peti ex eiuſdem rei geſtæ teſtibus locupletioribus*, Socrate, lib. 7. cap. 46. Evagr. lib. 1. cap. 20. Nicepho. lib. 14. cap. 2. R. P. Laur. Surio, primo Auguſti, & Martyrologio. *Pergat nunc Andreas noſter ſuam pertexere Synopſin, quo ſequitur, ſuo ſtylo.*

Diabolus, Iudæos, in ſpecie Pſeudo Prophetæ, Moyſen ſe eſſe mentientis, ſeduxit; Et, promittens ſe in terram promiſſionis eos reducturum, ad mare transfretandum adduxit: ibique, eorum multos,

multos, multis modis perire fecit. Quæ res, multis eorum hoc periculo erutis; Credendi in Christum causa fuit.

Anno Clodij Regis. xiiij.° Constantinopoli, per sex menses, terræ motu fluctuavit terra; * ᶜ Quidam, puer, coram omnibus orantibus, sublatus in aëra; admonitus est à divinâ voce, vt factis Litanijs, Canerent, SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS IMMORTALIS, MISERERE NOBIS; Nihil aliud apponentes, Quo facto; cessavit terræ motus. *De hoc Trisagio, consule Nicephorum lib. 14. cap. 46. Ioannem Damasce. lib. 3. De Fide Orthodoxa: & Tomum 2. Concil. sub Felice 3.*

* Apud cætera Exêplaria MSS. legitur, per quatuor mẽses.

†.

Clodius Rex, Anno Regni sui, xv. * missis Exploratoribus suis ex Dispargo Castello, vsque ad Vrbem Cameracum, transit Rhenum, & prostrato * multo Romanorum Populo, Rhenum, vsque Ligerim fluvium, habitantium Carboniam * Sylvam ingressus, Vrbem Tornacum obtinuit, & indè vsque ad Vrbem Cameracum properavit. Vbi pauco tempore residens, Romanos, si quos invenit, peremit; Et exindè, vsque ad * Summam fluvium perveniens, omnia occupavit.

* *Hehalniacen. habet X° X. Mont. Eligianus verò Codex XV.*

* Protrito, *apud Mont. Eligianum.*

* Carbonariam *apud Sigeber.*

* Somenã apud Sigebertũ lego.

Floruerunt eo tempore Romani Pontifices. Sixtus PP. Leo, Sanctissimus * Doctor; Germanus Antisiodorensis, Petrus Rauennas, Flavianus Constantinopolitanus, Nicasius Remensis, Lupus Trecassinus, Eucherius Lugdunensis, Hilarius Arelatensis, * Anianus Aurelianensis.

Galli vocant Fl. Somme.

* *Mont. Eligianum Exemplar legendum præbet* Fortis Doctor,

* Episcopi, *addit Sigeb. ad annum Christi 435.*

DE REGNO MEROVETHI, * SEV MEROVECHI, VT SCRIBIT POSTERIVS * Exemplar Andreanum Marcianense.

* *Exêplar Mont. Eligianum, legi vult,* Meroveci.

CAPVT SEPTIMVM.

ANNO Domini CCCC. XLVIII. Anno autem Theodosij XL. Clodio Rege Francorum mortuo, Merovethus, seu Merovechus, * Filius eius, (secundum quosdam, non Filius, sed Affinis,) super Francos regnat annis decem; A quo nimis * vtili Rege, FRANCI cognominati sunt MEROVINGI.

* *Vel* Merovecus, *vt scriptum habet Mont. Eligianus Codex.*

* Id est, valdè *apud Sacros Scriptores.*

Monta-

* Merovei semper habet Sigeber. †. Anno Merovethi * primo, Remigius Remensis nascitur, prænunciatus ex nomine, per Montanum Monachum. Quo nato, Idem Montanus, quia cæcus erat, de lacte Ciliniæ Matris eius, oculos suos liniens, illuminatus est.

* Merovei, apud Mont E lig Exēp. †. Anno iij.° Merovethi *, Theodosius Imperator obijt: Cui succedens Marcianus, imperat annis vi. Cum quo, & Valentinianus, annis quinque.

* Intermixtis apud Sigeb. & Mont Elig. lineis, apud Sigeber. Anno iiij.° Merovethi, vespere, ab Aquilone, Cœlum efficitur rubens, vt ignis, intermixtus * per igneum ruborem clarioribus lignis * in hastarum speciem deformatis.

Luna obfuscatur; Cometes apparet, Et multa alia; Quæ non esse odiosa, * (otiosa, *repoſuit, R. Abba noster Marcianensis, D. I. du Ioncquoy, Et rectè; Nam, & ita scripsit Sigeb. Et posterius Exemplar Andreanum, atque Mont-Eligianum*) ostendit instans rerum consequentia.

DE CRVDELITATE ATTILÆ, REGIS HVNNORVM.

CAPVT VIII.

ANNO Domini CCCC.° LV.° Martiani * Imperatoris anno secundo, Et Meroveti Regis Francorum, v°. Attila Hunnorum Rex, VValameris * Ostrogothorum Regis, & Ardarici Gepidarum Regis, & multarum Aquilonarium Gentium sibi subiectarum auxilio fultus à Pannonijs egressus, Occidentale Imperium invadit cum quingentis armatorum millibus. Et primò, per totas Gallias, tanta per eos Dei efferbuit indignatio, vt nullam omninò Civitatem, Castellum, vel Oppidum, aliqua, ab eorum furore, potuerit tutari munitio. Postremò, Aurelianum * Vrbem eis obsidentibus, ad subsidium Galliarum advolavit Patritius * Romanorum Etius, fultus & ipse Theöderici VVisigothorum Regis, & Meroveti Francorum Regis, aliarumque Gentium copijs militaribus. Consertóque prælio in Campis Cathalaunicis, pugnatum est vsque ad diremptionem * noctis.

Etius quidem superior recessit, Attilam tamen vsque ad internecionem * non delevit. Cæsa sunt ibi Centum Octoginta millia pugnatorum *, * inter quos etiam cecidit Theödericus VVisigothorum

* Marciani, apud Mont-Eligia. Exemp.
* Hennmisen habet VValemerus.
* Aureliānis Vrbem lego apud Mont-Eligianum Cod. MS.
* & Patricius.
* Mont-Eligianū scribit, direptionem.

* Internitionem, lego apud Exem. Mont Eligianum.

thorum Rex * b. Attila, resumptâ spe, ex Etij discessu, repatriavit, maturè rediturus, suppleto exercitu. Turismondus, Filius Theöderici, Regnum VVisigothorum suscepit; annísque tribus regnavit. Nicasius Remensis Episcopus, cum sorore sua Eutropia, martyrizantur * Auctor, Metensis Episcopus, captivatur * ; Sed Hunnis cæcitate percussis, cum captivis suæ Vrbis relaxatur.

Cum idem Atcula Vrbem Trecassinâ obsidione superba vallasset, & Cives timore compulsi, portas Civitatis obturando, se intra mœnia recepissent, Beatus Lupus eiusdem Vrbis Episcopus, supra fastigium altioris portæ conscendens, Attilam ad Colloquium mandat. Qui gaudens accurrit, estimans Episcopum cum Populo spontaneè sibi subijci. At Episcopus Attilam intuens, Quis esset inquisivit. Ille respondit; Ego sum Attila, flagellum Dei. * Episcopus respondit: Et ego, sum Lupus, dissipator Gregis Domini; Et dignus flagello Dei. Nunc igitur ingredere Civitatem; Et Officij tibi iniuncti, quantum Deus permiserit, causam exerce. Tunc Episcopo præcipiente, portæ Civitatis sunt reseratæ: Ille autem cum suo exercitu ingrediens, neminem (quod est mirabile) vidit; Et sic precibus & humilitate Beati Lupi Civitate liberata, Tyrannus inefficax redijt.

Sub hac tempestate, destructæ sunt penè omnes Civitates Galliæ, seu Germaniæ. Remis scilicet Metropolis, Cameracum *, Attrebas, Treveris, Mettis, Tungris, Tornacum *, Morinum, Colonia, Ambianum *, Belvagus, (*seu Beluacum, vt habet Exemplar vetustius,*) Parisij, * & aliæ innumeræ; Circumiacentiáque Castella, quorum nomina, ob legentium fastidium, omissa sunt. Moguntia * etiam quondam nobilis Civitas Germaniæ, VVormatia, Argentoratus, Nemetes, Lugdunum, Narbona, destructæ sunt.

Sanctus Exuperius meritis suis servavit Tolosam: Servatius, Traiectum *; Anianus Vrbem Aurelianam: Brictius, Immò Antecessor eius, memorandæ humilitatis, Martinus Turoniacam, (*seu Turonicam, vt habet Mont-Elig. Codex.*)

Post harum destructionem Civitatum, Atcula Rex Hunnorum iam securus, ad appressionem Romanorum movit procinctum: Primáque congressione, Aquileiensem obsedit Civitatem, quę est metropolis Venetiarũ. Ibique, cùm multum, diúque obsidens, nihil penitùs

*b *Ve Tholosa condita est à Filio Thorismundo ædita Icã. ex Marius lib. 2. Illus Gallicarum.*

* At Hũnis *addit Sigeb.*

†.

†.

* Cóstat ex prædictione cuiusdã Viri sanctissimi Attilam superstitione Ethnicũ, voluisse cognominari Flagellum Dei; quòd is nimirũ esset à Deo missus vltor liberiùs peccãtiũ Christianorum, instar Assur, qui, Virga furoris Domini, est nominatus.

†

* Cameracũ *lego in Mont-Elig Codice MS.* * Tornacus * Ambianis, * Parisius.

* Moguntiacus, *habent Exemplaria catera.*

* Traiectum, *lego, apud ceteros Codices MSS.*

tùs prævaleret, fortiſſimis intrinſecùs Romanorum militibus reſiſtentibus, Exercitu iam murmurante,& diſcedere cupiente; Ateula deambulans circà muros, dum, vtrùm ſolveret caſtra, An adhuc morarentur, deliberat; animadvertit candidas aves, Id eſt Ciconias, quæ in faſtigio domorum nidificant, de Civitate fœtus ſuos trahere,atque, contrà morem, per rura forinſecùs comportare; Et, (vt erat ſagaciſſimus inquiſitor,) præſenſit; Et ad ſuos, Reſpicite, (inquit,) Aves futurarum rerum providas, perituram relinquere Civitatem; Caſuráſque Arces periculo imminente deſerere. Non hoc vacuum, *non hoc credatur incertum: Rebus præſcijs, conſuetudinem mutat ventura formido. Quid plura? Animos ſuorum rursùs ad oppugnandam Aquileïam inflammat: Qui machinis conſtructis,& omnibus generibus tormentorum adhibitis, abſque morâ iuvadunt Civitatem, ſpoliant, dividunt, vaſtántque crudeliter, ita vt vix eius veſtigia apparerent; Sicque reliquerunt. Et hinc audaciores iam, & necdum Romanorum ſanguine ſatiati, Mediolanum quoque, Liguriæ metropolim, & quundam Regiam Vrbem, nec-non & Ticinum, quæ Papia nunc dicitur, æquali ſorte deijciunt, vicináque loca ſævientes allidunt, demoliuntúrque penè totam Italiam.

* F. vanum.

¶. Pullulante intrà Gallias hęreſi Arrianâ, Quæ dicebat minorem eſſe Filium Patre; Spiritum verò Sanctum, minorem eſſe Patre, & Filio; DOMINVS errantes corrigit, oſtendens plano miraculo, DEVM in tribus Perſonis, vnius & æqualis eſſe ſubſtantiæ.*, Nam, in Vaſatenſi Vrbe, ab Attilæ obſidione per auxilium Divinum liberatâ; Cum Epiſcopus, pro Gratiarum actione, Miſſam celebraret: Reſpiciens ſurſum, vidit deſuper Altare, Quaſi de Camerâ Templi, cadere æqualiter tres guttas, æqualis magnitudinis, Criſtallo clariores: Quę ſimul defluentes, & in vnum coniunctæ; vnam quaſi gemmam pulcherrimam effecerunt. Quam cùm in medio Crucis aureæ, & gemmatæ poſuiſſent, aliæ gemmæ deciderunt; Seorſum verò poſita; infirmis dabat ſanitatem: Adorantibus verò, Imaginem Sanctæ Crucis: augebátque devotionem; Quia, pijs, & mundis, clara: Impijs, & immundis, obſcura eſſe videbatur.

* Nec debere ab indigno, de divinitate tractari, addit Sigebertus, ad annū Christi 453.

¶. Vndecim Millia Virginum hoc tempore, ab Hunnis Coloniæ cæſa ſunt.

✝. Cum ATEVLA Italiam vaſtaret, & incenderet, venit ad eum Leo

PaPa;

PaPa; Et non solùm salutem, sed etiam vt rediret obtinuit. Rex Atculà requisitus à suis, cur ei fuisset tam placabilis; Respondit, non eum reveritum, sed Senem quendam Venerabilem, evaginato gladio sibi mortem minantem *, nisi eius in omnibus expleret voluntatem.

* Minitantem, scriptum lego in Exěplari Mont Eligiano.

Atcula VVisigothos debellare aggressus, à Thurismodo* victus redijt inglorius.

* Thorismundū vocat Ioannes Marius, lib. 3. Illustr. Gal.

¶ Martiano Imperatori apparens in somnijs DOMINVS, Arcum Attilæ fractum esse ostendit; nec id vanum fuit. Eadem quippè nocte, in Nuptijs suis crapulatus, erumpente per apoplexiam sanguine de naribus, in Lecto est suffocatus,* *(Anno inquit Ioannes Marius, lib. 3. Illustrat. Francicarum, 454. iuxtà assertionem D. Hieronymi.)* Hernac, Filius eius, post eum Regnat.

¶ Hoc tempore, Genovefa Virgo Parisiensis, multa Sanctitate claret per Gallias.

DE REGNO CHILDERICI. *

* Exěplar Mont-Eligianū habet, Hildericí.

CAPVT IX.

ISTE REX, ET SVPERIORES, Pagani fuerunt.

ANNO Domini cccc.° Lviij.° Meroveo Rege Francorum mortuo; Childericus * Filius eius, regnat annis XXVI. Mortuo verò Martiano Imperatore, succedens Leo, regnat XVI. annis.

* Hildericus legitur apud Sancti-Eligianū Codicem MS.

Simeon, Qui XL. annis inclusus, in Columna stetit, mira Sanctitate Antiochiæ claruit; Qui inter cætera, monebat; nè quis per Dei nomen, aut alicuius Sancti; Immò, per nomen Simeonis iuraret; promittens impunitatem in se pejeranti, se à Deo postulaturum.

Childericum * insolenter, & luxuriosè se agentem Franci Regno deturbant, Anno Regni sui iij. Qui, data aurei medietate amico suo VVidiomaro, quod esset signum revocationis suæ, si aliquando intercederet reconciliatio: Apud Basinum Regem Thuringorum latuit annis octo. Franci verò, Egidium Ducem Romanorum, Regem sibi præficiunt.

* Hildericum, apud Mont-Eligianū Exěplar.

¶ Apud Tolosam, Galliæ Vrbem, ex eius medio, tota die sanguis largissimo fluit * rivo.

Quod Gothi pro portento suæ perditionis acceperunt.

Pictor quidam, cùm Salvatorem secundùm similitudinem Iovis facere * voluisset, aruit manus eius. Quem, culpam confessum sanavit Gennadius Episcopus Constantinopoleos.

Eliseüs * Propheta, qui mortuus, mortuum suscitavit, & multo tempore, in Samaria, vbi sepultus est, multis claruerat miraculis; vt præteream cætera, etiam Dæmones ibi frementes variarum ferarum vocibus, à possessis * fugans corporibus, Alexandriam transfertur.

Egidius, cùm per octo annos, Francos opprimeret graviùs iusto, VVidiomarus perpendens Francos pænitere super eiecto Hilderico, revocat eum, clam misso divisi aurei signo: egitque, vt eiecto Egidio, ille restitueretur suo * regno.

Basina, Vxor Basini * Regis Thuringorum, relicto Viro suo venit ad Childericum: quam ille Vxorem duxit; & ex ea genuit Clodoveum. Remigius, XXII. ætatis anno, post Gennadium, accedente suffragio divino, Remorum fit Episcopus, anno Hilderici Regis XV. *. Leone Imperatore mortuo, Zenon imperat annis XIX.

Childericus Rex Francorum, post suam restitutionem, viriliter agens, cum Francis, propter * VVandalos & Alanos, post Gothos & Hunnos, incessunt Gallias: non tamen, * vt eas habeant direptioni; sed vt sibi sint perpetuæ habitationi. Qui, captâ Coloniâ Agrippinâ, fugatóque de bello Duce Egidio, multos Romanorum occidunt.

Sequenti quoque anno, (*Franci, addit Sigebertus,*) Treverim Civitatem, super Mosellam capiunt; & Aureliam * vrbem devastant. Egidius, Dux Romanorum, in Gallijs moritur; * Syagrius, * Filius eius substituitur. Hildericus Rex, Andegavos incendit: & Paulum, Comitem Vrbis perimit. Hildericus Rex, & Audovachrius * confœderati, Alemannos sibi subiugant.

¶ Famis tempore, in Burgundiâ, Senator Ecticius, quatuor millia pauperum sustentans; cœlestis promissionis vocem audivit.

Zenon

* Fluxit, apud Mont-Elig. ea.
* Pingere, apud Mont-Elig.
* Helisæ. legitur apud. Mont-Elig a.
* Invasis, habet Mont-Eligianū Exemplar.
* Mont-Eligianus Codex habet, in Regno.
* Tilius scribit, Bissina, Vxor Bissini.
* *Anno Domini 472. Rem gestam disertè descripsere Hincmarus, Sidonius, Surius, & alij*
* *Sigeberti scriptis, post* VVãdalos & Alanos, post Gothos &c
* *Sigeb. & Mōt Eligianū Exēplar habent,* non tantùm &c.
* Aurelianis, *habet Mont-Elig Exemp.*
* *Anno Christi 481.* * *Hannoniensis Codex* Siargius.
* Odoacer, *legitur in recentiore Exemplari MS.*

Zenon Imperator, Leonem Auguſtum, Filium ſuum interficere cupiens; pro eo, Mater eius, alium figurâ ſimilem obtulit: ipſumque Leonem occultè Clericum fecit. Qui, in Clericatu, vſque ad Iuſtiniani tempora vixit.

¶ Per idem tempus, Corpus Barnabæ Apoſtoli, & Evangelium Matthæi, eius ſtilo, *ſeu manu*, ſcriptum, ipſo revelante repertum eſt.* a.

Præfuerunt Eccleſiæ Romanæ, Hilarius, & Simplicius, tempore Hilderici Regis.

Sed, vt ad tempora Regis Pharamundi redeam: Floruit ipſius temporibus, Antidius Beſontionenſis Epiſcopus. De hoc Antidio legitur: *. b. quod aliquando, tertia feriâ poſt Palmas, tranſiens pontem Duvij Fluminis, vidit agmen Dæmonum ſua geſta ſuo Principi referentium: & inter eos Æthiopem in manu ſandalium præferentem, ad indicium, quod Romanum Præſulem, per ſeptem annos impugnatum, tandē ad lapſum traxit. Qui vocans ad ſe Æthiopem, & in virtute DEI, & Sāctæ Crucis ſuper eum aſcendens, eo vectante, Romam venit feria quintâ, horâ celebrandi Officij; & Dæmone pro foribus expectante, PaPæ rem retulit; negantem, per ſandalium ad pœnitentiam movit. Et Miſſa, vice eius, celebratâ, & parte Chriſmatis à ſe conſecrati aſſumpta, Dæmone revectante, ad Eccleſiam ſuam redijt Sabbatho ſancto, horâ Officij celebrandi.

APPENDIX, *Ad verba*, * b. De hoc Antidio legitur, &c. Sigebertus, Nobilis Scriptor paſſim audiebat; cùm, hæc ipſius nobis reddidit verba * Silvius noſter: qui ſanè, ſtudio id ſibi habuerit imprimis: nèquid in quemquam ſciens delinqueret, Vir ad omnem modeſtiam factus. Cæterùm, nè quis fortè Andream, in hoc Antidio, ἀδόξως locutum dicat; Reverendiſſimum *in Chriſto Patrem*, Petrum de Natalibus, libri 8. capite 38 *adire quilibet poſſit, qui eò loci, de S. Antidio Epiſcopo, & Martyre, præfatam hiſtoriam fuſius habeat deſcriptam. Meminit & eiuſdem*, M. Marulus Spalatenſis, libri 3. Exemplorum cap. 2. *Ex vetuſtiſſimis inſuper Codicibus MSS. Baſilicæ Metropolitanæ S. Ioannis, & Monaſterij Accincti, Ordinis Ciſtercienſis, quæ ſubtexuimus, de Vita, & rebus geſtis S. Antidij Biſontitenſis, ſive Veſontionenſis* * *Archiepiſcopi decimitertij, S. Germani Martyris ſucceſſoris, habentur tranſſumta, quæ nunc ſequuntur.*

Beatus Antidius, Chryſopolitanæ Vrbis Archiepiſcopus, nobili

* a. *Nicephorus l.* 16. c. 37. harum Invētionē reliquiarum ſub Anaſtaſio Imper. factam recenſuit: Sed eam certiùs tribuēre imperio Zenonis & anno ſalutis humanæ 485. *Theodorus Lector, Alexander Monach., Andreas noſter, & alij poſteriores Chronographi.*

* Sigeb. ad annū Domini 411.

* *Valgò*, Beſançō, Ville Imperiale.

bili germine editus, &c. *inter creberrimos luporum*, id est, Arrianorum, *discursus positus, de suorum curiosè satagebat custodia:* Et paulò infrà.

Memoratus itaque Pontifex, *suos circumquaque dirigens palmites, vt vitis fructifera, dum prædicationis gratiâ, prætitulatæ Vrbis præterire vellet mœnia, contigit, vt Duvij fluminis pontis conscenderet culmina, vbi divino tectus velamine, fretus Angelico solamine, Dæmones vidit adstantes, sui laboris accidentia recitantes.*

Nomen ergò Duvij amnis, *cur ita nuncupatum sit, (ne fortè legentibus, vel studiosis auditoribus fastidium ingerat) pandendum est: dicitur namque* Duvium *mutata litera, quasi* Dubium; *eò quòd dubio, & flexuoso alveo discurrat, suâq; furiositate, ac velocitate, super se navigantes, dubios reddat. Huius quippe fluminis vallo Vrbs prædicta cingitur, eiusq; perenni situ roboratur, non illius, tàm, firmâ profunditate, vel vndis, quàm Protomartyris Stephani munita triumphis; Beatiq; Antidij (cuius ornatur ossibus) solata meritis.*

Vir denique Venerandus, *vbi iam dicti pontis intravit aditus, repentè ex adversò ei apparuit agmen Dæmonum, sua Magistro gesta confitentium:* Et paulò post hæc. *In quo, vt imperterritus Antidius defixit intuitum, subitò visus est advenisse quidam Æthiops nimiæ torvitatis, terribilis speciè, miserâ consumptus macie, resolutis & torpentibus membris, vti* fessus itinere, manu gestans sandalium, sui laboriosi certaminis indicium. Cúmque scrutarentur quid talia portenderent; fertur respondisse, Romanæ Ecclesiæ Pontificis sandalium fere, in quem, cùm per septem annorum curricula plura vibrasset iacula, nec vlla posset superari maculâ, diutina primùm profitebatur frustrà peregisse tempora; ad vltimum verò ceu victor, de victi detrimento sese glorificans, asserebat suprà memoratum Romanum Antistitem, suæ suasioni cessisse, & in laqueum incidisse; cuius rei indicium solabatur sandalio

At Beatus Antidius, *haud procul stans, hæsitabat in animo de Patris, & Magistri Vniversalis (id est PAPA) præsidio. Ipsa, quâ visa sunt hæc, dies erat* tertia antè feriam, quâ Dominica celebratur Cœna, sanctúmque conficitur Chrisma; præterita verò Dominicâ, Palmarum videlicet die, Dæmon gloriabatur summum Pontificem deliquisse.

Venerandus igitur Antidius, *benedicta Crucis signo munitus, Dæmones sic alloquitur.* Discedite maligni insidiatores, pontis aditum

tum occupantes, *neminem noceatis, nec quemquam Vrbem hanc inhabitantium decipiatis, Conversus autem ad suprà notatum Æthiopem, dixit: Præcipio tibi Dæmon in Nomine Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus Sancti, in quo vivimus, speramus, & sumus, cui omnia famulantur elementa, qui te offensione tuâ segregavit ab Angelis, vt meo te corpori supponas, meq; Romam sub manu Domini Dei nostri, eadem velocitate, qua venisti, salvum & incolumen perferas, nullam habens evadendi potestatem, quousq; ad locum, quem tibi dixero, pervenias: tu namque ceu quoddam leve navigium per rapidissimas discurres vndas; Dominus autem noster Iesus Christus, qui nunquam deserit in se credentes, Rector erit, & Remiger.*

His finitis, *vexillo se muniens Crucis, non oblitus sandalij, dæmoni se superposuit, illum sæpè iterans versum.* Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuvandum me festina. *Ferebatur itaque Christi famulus curru diabolico, divino regente stimulo, levis vt penniger, fortis vt armiger, Dominum semper invocans, & pro totius Romanæ Vrbis populo supplicans. Ergò nullo terrore concussus, horâ fermè diei tertia, quâ cœna colitur dominica, antè fores Lateranensis Ecclesiæ pervenit. Ibi quoq; relicto Dæmone, Dominicæ virtutis, suiq; imperij constricto ligamine, (quippe, vt qui malorum incitator est omnium, nullâ suæ calliditatis arte Summi Sacerdotis irretiret animum, qua sui reatus occultaret vinculum) Domum denique Domini intrat, prostratusq; in oratione, grates Deo omnipotenti reddit, qui ferocissimum, & indomitum hostem sui Servi deditioni suppeditavit.*

Longum esset, cætera proferre, quæ ibi legantur prorsùs conformia narrationi, quam, ex Sigeberto, suprà iam nobis contraxerit Andreas noster. Carptim igitur satis sit ex Codicibus MSS. superioribus, quæ ad rem pertineant denique paucula transsumpsisse, nè vel verbulo quidem, aut apice vllo immutato.

Vir deniqne Venerandus, (*supple Antidius*) *cæpta peragens officia, balsaminum consecravit Chrisma, oleiq; sanctificavit liquorem, cunctisq; Missæ completis mysterijs, in sanctuarium regressus, sacris vestibus exutus, Magistro omni diligentia, remissionis, & curationis suæ commisit certamina. Hærebant simul discipulus & Magister, sese vicissim flectentes, lacrymarum affluentia madentes, propria alternatim delicta confitentes, seq; pro suis invicem reatibus supplicantes.*

Benedictionis ergò dono mutuatim dato, pacisque munimine firmato, Præsul Antidius, *Chrismatis, oleiq; non immemor, secum Sacramenta*

menta ferens, rediit ad locum in quo Dæmonem statuerat. Regem quoque invocans omnium Regũ,crucisq; sacra se signaculo roborans,directis in cælũ luminibus, dixit: Deus in nomine tuo saluum me fac,& in virtute tua libera me. *His dictis, se iam dicto sibi subdito hosti superposuit, virili imperans iussu, vt eum eadem reueheret velocitate ad Vrbis Chrysopolitanæ sedes, qua iam antè illum exportauerat ad ipsius Lateranensis Ecclesiæ fores. Vectus itaque Dæmonis obedientis possibilitate, velut rapidissimâ cuiusdam currus agilitate, omnipotenti rectus auriga, proximioris Sabbathi feria, hora diei sexta, Chrysopolim repatriat.* Hæc ibi sic.

Quibus, & addit vulgus ex traditione, Dæmonem S. Antidio suppositum, distichum quoddam fudisse, quod & refert, Robertus Cœnalis, Episcopus Arboricensis lib. 1. Gall. Histor. perioch. 15. In Topographia Gallicæ Hierarchiæ, *vbi, notans Epitheta quorundam Archi-Præsulum multis antè tempora sua sæculis edita;* Bisuntinus (*ait*) dignitate clarus est, ob miraculum, ab eo, *nimirùm, Antidio,* perpetratum; *Vndè carmen prodiit,* quod appellant, *Sotadicum*:

Signa, te signa, temerè me tangis, & angis,
Roma tibi subitò motibus ibit Amor.

Cùm scilicet adiuratus Dæmon, Archi-Præsulem deferret Romam. S. Sidonius Aruernorum Episcopus, *Paulò posterior huic Antidio,* lib. 9. Epist. 14. *quam Burgundioni suo scriptam habet, solùm Pentametrum produxit:* Interrogas (*inquiens*) per pugilatorem, quos recurrentes asseram versus, vt celer explicem, sed, sub exemplo: ij nimirum sunt recurrentes, qui metro stante, neque literis loco motis, vt ab exordio ad terminum, sic, à fine releguntur ad summum: *Sic est illud antiquum.*

Roma tibi subitò motibus ibit amor.

Exstat insuper Membraneus Codex Antiqui Auctoris apud Bisontinos, seu Vesontinos, de Archiepiscopis, qui eadem prorsus habeat, quæ MS. Ecclesiæ Metropolitanæ; illudque præter ea, Beatum Antidium ex Bisontino Canonico, eximiæ sanctitatis ergò, fuisse in Archiepiscopum Vesontionensem electum: eòque in munere, alia permulta admiratione perdigna gessisse. Quæ verò ab eo ad suos Vesontionenseis Roma reuecto contigerint, sic exponit.

Cùm ergò Beatus Antidius Chrysopolim venisset, *inuenit chlamydem suam, totam niue, & gelu conspersam; quod multos in admirationem conuertit; &, cum ab eo quæreretur vndè venisset, nemini voluit indicare.*

Intereà

Intereà PaPa, *huiusmodi mirabilium admiranda considerans, misit Chrysopolim ad sciendum, vtrùm Archiepiscopus extra civitatem fuisset, & quando; maximè illis temporibus, & diebus, quibus ipsi PaPæ ostensum est miraculum supradictum: & sic repertum est, quòd à crastino Palmarum, vsque ad sequens Sabbathum, (quod est vigilia Paschæ) præsens non fuerat Beatus Antidius in prædicta Civitate. Et, quamvis per totam illam hebdomadam non comedisset, nihilominus semper vultu hilaris, & decorus, vt priùs apparuit. Et, cùm PaPa facti veritatem cognovisset, gratias egit Deo, de tantâ gratiâ sibi factâ per Beatum Antidium.-------------- Rexit igitur gloriosus Antidius Ecclesiam Chrysopolitanam (post regressum de Româ) per modicum spatium temporis, multis signis, & prodigijs clarescendo. Saviebat verò tunc pestis VVandalica,* quùm paulò post comprehensus à Barbaris, quorũ erat Dux Croscus, seu Carocus, dirè trucidatus est. Illud verò mirandum accidit, vt præcisum à reliquo corpore Martyris caput, laudem Deo diceret, & absque pectore, absque pulmone ac faucibus, vno Omnipotentis nutu vocem lingua formaret.* Hæc antiquæ illæ membranæ.

* Anno Iesu Christi 408. aut 409.

Extat autem ponè Altare majus S. Pauli, lapideus tumulus S. Præsulis huius, qui circùm decumbentis Antistitis effigiem in plano insculptam, antiquissimo charactere sic inscriptus sit.

Corpus Beati Antidij Egregij Martyris, Fuit à Ruffeio translatum; Et Ibi Positum: Qui Pro Nobis Oret. Amen. *Ex eoq; exstitit elatum, & in eleganti Capsa collocatum, Anno 1360.*

Porrò verò, hic obiter monendum; Agebatur Salutis annus sexcentesimus, & duodevigesimus, supra millesimum, cùm, Lugduni, apud Claudium Cayne, qui primi, quique postremi, superiora hacce de Sancto Archiepiscopo Bisontino Antidio, aut scripsère, aut iam pridem scripta, & præcipuo quodam studio à Majoribus conservata, sincera fide transsumsère; nacti sunt denique defensorem, & studiosissimum propugnatorem, Ioannem Iacobum Chiffletium, nobilem Patricium, Consularem, & Archiatrum Vesontinum, Serenissimorum Principum Alberti, & Isabellæ Archiducum Austriæ, apud Sequanos Medicum Botanographum, qui, à majoribus accepta, in nos transfuderit, & ipse hunc scripserit in modum, Vesontionis parte secunda, in suo S. Antidio Martyre, atque Archiepiscopo 13. Sanctissimi Præsulis, & Martyris Germani successore, quem (inquit) septimum fuisse Bisontinæ Sedis Episcopum, malè Baronius in Martyrologio dixit, ex Demochare.

Hæc igitur sunto reddita Io. Iac. Chiffletij verba: De Historia verò S. Antidij, Romã vectore dæmone profecti, adeò multa sunt, certaq; monu-

menta, vt eam, vel vt ſpuriam reÿcere, vel reticere vt indecoram, nec hiſtorici eſſe putem, nec æqui rerum æſtimatoris. Eius certè veritatem adſtruunt, primùm libri vetuſtiſſimi, & conſtans maiorum traditio: deindè antiquiſſimæ imagines pictæ, fictæve in Eccleſijs Ruffeÿ, S. Pauli, S. Petri, S. Magdalenes, &c. necnon Breviaria vetera, & Caroli de Novo Caſtro, editum anno 1408. *Antonÿ de Vergeio, 1535. Claudÿ à Bauma, 1578. ex quibus, Goluſius.*

Accedit ritus perilluſtris notatus in adorandæ vetuſtatis Codicibus Eccleſiarum. In ſolenni ſiquidem ſupplicatione, quæ à Clero inſtituitur feriâ quartâ in Rogationibus; Cùm veniunt ſuper Pontem, (verba ſunt Ritualis Codicis S. Ioannis) incipitur Reſponſorium, Miles Chriſti, *à Canonicis S. Pauli; tunc ſunt parati duo Canonici S. Pauli, qui cantant verſum in medio Pontis, & Prior debet habere ſtolã, & dicere Orationem, & aquam benedictam iactare in Dubio. Eſt autem illud Reſponſorium huiuſmodi:* Miles Chriſti glorioſe, Antidi Sanctiſſime! tuo pio interventu culpas noſtras ablue, vt cœleſtis Regni ſedem valeamus ſcandere. *In alÿs quoque ſupplicationibus publicis, in quibus Sanctorum pignora circumferri ſolent, Capſæ S. Antidÿ curam peculiarem gerunt, & eius conſervatores ac protectores dicuntur Quatuor Viri Tribus Burgenſis, in cuius Tribus finibus ea Pontis regio continetur, in quâ, viſionem S. Antidio contigiſſe, ex antiquis monumentis ſuprà retulimus.*

Denique, in tanti miraculi memoriam, intrà Altare Eccleſiæ Caſtri Ruffeÿ, nunc in pagum redacti, hodieq; recondita creditur phiala, plena ipſo chriſmate, quod Romæ conſecravit S. Antidius, & Româ Veſontionem detulit equo illo veloci.

Miramur verò Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium, cùm in Notis Martyrologÿ Romani, 25. Iunÿ, hiſtoriam hanc relatam à Sigeberto, quod magiam (inquit) *potiùs, quàm pietatem redoleat, apocrypham eſſe dicit, ac meritò reÿciendam; cùm, ea, (vt eſt,* in Breviario Claudij à Baumâ) *nulli ſuprà fidem videri debeat, poſtquàm Chriſtus ipſe à diabolo ſuprà montem excelſum, & ſuprà Templi pinnaculum delatus eſt. Magis certè vltrò dæmones obtemperant ex pacto nefario; ſed & Sanctis parent vel nolentes, non pacto inducti, quin potiùs eius imperio, cui quondam, reverſi diſcipuli, illud magno ſuo gaudio retulerunt;* Domine! etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo,* *Pontificem verò, quem vt commonefaceret S. Antidius, Romam contendit, Petrus de Natalibus, & M. Marulus, locis citatis, Zozimum vocant: alÿ verò, ex temporum rationibus contendunt vix alium eſſe potuiſſe ab Innocentio, quem etiam putant,*

* Lucæ, cap. 10.

tant, S. Antidij commonitione permotum vel maximè, vt eam in posterum vitam ageret, ob quam, inter Sanctos Confessores, ad quintum Calendas Augusti meritò censeretur.

Neque est quod hîc sannas edant Barbari, qui à Romanis signis descivère: quasi exuere hominem sit, purpuram Pontificiam sumere; aut nequeat illa Petro, eiusq; successoribus promissa certitudo in decernendo, cum humana vita noxis complicari. Sed hæc Theologis relinquimus.

Illud quoque peccatum admissum, ipsius Sanctitati derogare nemo dixerit; nisi, qui in Davide, Paulo, Magdalenâ, Augustino, alijsq;, è vitiorum cœno, ad eximiæ sanctitudinis splendorem eductis, aliquam etiamnum ex pristinis sceleribus, propitiâ Dei manu expunctis, hærere maculam putet: aut non intelligat, stimulorum instar fuisse illis anteactæ vitæ recordationem, quibus ad eam puritatem (quam vix alioquin adepti fuissent) concitarentur, dum plus diligerent, quibus plus dimissum erat. Ea nempè est mutatio dexteræ excelsi; ea divinæ Sapientiæ chymica, vt è malis bona educere, & peccata quodammodò in virtutes conflare nôrit. Hæc Io. ille Iac. Chiffletius, Patricius, Consularis, &c. in suo Sanctissimo Antidio, Vesontionensi Archipræsule; quo nunc, pro instituti nostri ratione omisso, ad seriem Synopseos Franco-Merovingicæ pertexendam, revoluto margine, cum Andreâ nostro redeamus.

DE REGNO CLODOVEI: ET, QVO MODO A B. REMIGIO SIT BAPTIZATVS.

CAPVT X.

ANNO Domini CCCC.° LXXXIII.° * Anno verò Zenonis Imperatoris iij.° Hildericus Rex Francorum, qui nimis dilatavit Francorum terminum, moritur: Et Clodoveüs Filius eius, post eum regnavit annis XXX.

ISTE REX, PRIMVS IN FRANCIA FVIT CHRISTIANVS. Hic duxit Vxorem * Rothildam, * Filiam Chilperici Regis Burgundionum, quem Gundebaudus, * Frater eius peremerat; Vxorémque eius, Matrem scilicet Rothildis, * ligato ad collum eius * saxo, aquis immerserat.

Clodoveüs, Rex Francorum, anno Regni sui V. Suessione, * Siagrio

** Vel anno F. 485. iuxtà recentiores Chronologos. a. Crotildem. Scripsere Grego. Tur. Aimoinus, Hinemar. In Vita S. Remigij ad annum 494.*

* *Sigebertus scribit*, Clotildem.
* Clotildis, *scripsit Sigebertus.*
* Suessionis *habet Exemplar Mont. Eligianum.*
* Gundobaldus Rex, *legitur apud Sigebertum.*
* addidit Sigebertus.

grio Duci Romanorum congreditur. Siagrius, Tolosam, ad Alaricum fugit: à quo, Clodoveo reposcenti remissus, perimitur: & quicquid Galliarum, sub iure erat Romanorum, ad ius Francorum transfert Clodoveüs. *

* Anno 490.

Anno viij Clodovei, Zenone Imperatore mortuo, Anastasius imperat annis xxvij. Clodoveüs Rex, anno Regni sui xj. Thuringiam sibi subiugat. Anno xij. Regnum Francorum vsque Sequanam dilatat. Anno xiij. vsque Ligerim amplificat. Anno xiiij. Millodunum * capit. Rothildis * Regina, dudum Christiana, Clodoveüm Regem, à Gentilitatis errore avocare conabatur; sed frustrà conari videbatur.

* Milodunum, ei; ad Mont. Regiauos habetur: vulgo, Melun, nunc Oppidulum

* Crotildis. F. vti suprà notatum habetur; vt error sit librariorũ

DE SCHISMATE INTER SYMMACHVM, ET LAVRENTIVM.

Sub hoc tempore *, duo in Ecclesia Romana ordinantur Episcopi; Symmachus videlicet, & Laurentius. Quæ res, grave discidium * Ecclesiæ, diu, vsque ad ipsa pertraxit homicidia; donec tandem hanc altercationem compressit Theödorici, Regis Italiæ, quamvis Arriani, potentia. Hoc æquitatis iudicio obtinente, vt Symmachus * PaPa esset, quia prior ordinatus fuerat, eique pars maxima faveret. Postmodum, reconciliato Simmacho PaPæ Laurentio; eum, alterius Civitatis ordinavit Episcopum *. Post mortem autem Simmachi, cùm Romani eundem Laurentium reëlegissent in Antistitem, acquiescere noluit; sed in Ecclesia sua *Nucerinâ*, permansit.

* Anno 498. 10 Cal. Xbris.

* F. dissidium, vt scripsit Sigeber. Gemblo.

* *Symmachus, natione Sardus, ex Diacono Pontifex creatus. Vide Theodorum Lectorem in lib Collectanearum, & Bibliothecarium, de hoc Schismate Laurentiano.* * Nucerinum.

DE VICTORIA * CONTRA ALEMANOS, THVRINGOS, ET ALARICVM: ET, QVO MODO à B. Remigio Rex Clodoveüs sit baptizatus?

* Clodovei, F. desideratur.

CAPVT XI.

CLODOVEVS REX, Anno Regni sui XV. commotâ Gente Francorum, Alemanis bellum intulit. Sed, adversariorum audaciâ, suorúmque strage territus, & compulsus, fortissimum Christianorum DEVM invocavit: móxque victoriam obtinuit. Partâ * victoriâ, Alemanos sibi subdidit; memórque spõsionis suæ, ad baptismum properavit *, iter agens regressionis per Tullum Oppidum, ad Comatam Galliam, quod nobilitabat tunc temporis,

* Patratâ ao. Mõ. Elegianũ

* Anno 500.

temporis, verax fama sanctæ conversationis Beati Vedasti. Quem secum assumens Rex, pervenit Remos, * quò Rex, ac Regina, à Sancto Remigio Archiepiscopo, interrumpentibus nuncijs opperiebatur, * baptizatus est cum multâ Gente Francorum, ad tria fermè millia, sumpto cœlitùs Chrismate *, sicut in Vitâ Beati Remigij describitur.

QVALITER ROGATIONES SVNT INSTITVTÆ. Infrà quæ tempora, in Civitate Viennensi, maximus fuit terræmotus; vbi, & multæ Ecclesiæ, & domus concussæ, atque subversæ fuerunt. Sed & Cervorum, atque Luporum feritas per portas ingressa, per totam vrbem, anno integro nihil metuens oberrabat. Advenientibus quoque diebus Paschalis solennitatis, Sanctus Mamertus, qui in eadem Vrbe erat Episcopus, dum Missarum sacra in ipsa Vigilia celebraret, Regale palatium intrà murum divino igne succensum est. Pavore omnibus perterritis, & Ecclesiam egressis, credentibus, * nè hoc incendio, aut Vrbs tota consumeretur, aut disrupta terra dehisceret; Sanctus Sacerdos prostratus in terram, cum lachrymis Domini misericordiam precabatur. Penetravit Cœlos munda oratio Episcopi: & mox, divinitùs ignis extinctus est.

Peractis octo diebus Paschalibus, fraterna vocatione quàmplurimos convocat Galliarum Episcopos; inter quos, & Sanctissimum Metropolitanum Remigium, vt eorum tractaret consilio, qualiter iram DEI imminentem mitigaret à Populo. Et, vt legitur in Remensium gestis Pontificum; Vir Sanctus, * senio pressus, cùm corporis premeretur imbecillitate, Beatum Vedastum illuc direxit Vicariæ solicitudinis Coöperarium. Quorum communi consilio decretum est, servari ieiunium; qûod, triduo ante Ascensionem Domini, vsque nunc, per Galliarum, & Hispanorum, & Germanorum, & Anglorum, & aliarum multarum Gentium Ecclesias celebratur: Sicque, terrorum * portenta quieverunt.

LVDOVICVS * REX; Sic enim in baptismate cognominatus est, * Gundebaudo Regi Burgundionum congressus, Burgundiam redigit sub tributo. Post hæc, ipse, & Alaricus, Rex Gotthorum, confœderantur. Ipse autem Alaricus, Hludovico Regi insidias molitus; fœdus violat.

* Remis, *habent cætera Exemplaria MSS.*

* De Ampullâ Chrismatis, quæ columbæ cœlitus allatâ videantur, *Aimoin.*, *& Hincmarus, in Vitâ S. Remigij.* †

* F. Timentibus. †

* Remigius, *addit posterius Exemplar Marcianense MS quod apud cætera desideratur.*

* Tetrarum, *legitur in Mont. Elgiano Exemplari.*

* *Supple,* Clodoveus.

DE MORTE ALARICI REGIS GOTTHORUM.

PROSECUTIO CAPITIS XI.

Hludovicus * Rex, perpendens insidias Alarici, exercitum Francorum congregans, Remos, * ad Beatum properavit Remigium; & se ipsius orationi commendans, Flasconem vini ab eodem Sancto benedictum suscepit: & sic, contrà Alaricum properavit. Qui, signis divini auxilij animatus ad bellandum; Turones * transiens, equum suum Sancto Martino misit, quem, centum solidis redemptum, recipere non potuit: missis alijs centum solidis, recepit, credens illum bonum in auxilio; qui, tam carus erat in negocio.

Insuper, accepto victoriæ præsagio, à Clericis cantantibus; *Præcinxisti me virtute ad bellum* *: Alarico VVisigothorum Regi congreditur; * eóque perempto, quicquid Galliarum VVisigotthi possidebant *, ad partes Francorum transtulit: Et invadens Tholosam, Sedem Regni Gotthorum, vsque ad Pyreneos montes Regnum Francorum dilatavit. Factum est hoc prælium inter Hludovicum, & Alaricum, in Campo Vogladinse, decimo milliari * à Pictavensi Vrbe, anno Domini D.X. Fertur etiam, muros Engolismæ antè faciem eius corruisse.

Regressus autem ad Occidentales Regni Francorum partes, Reginaldum * quendam Regem, Cameraci * manentem, impurèque viventem, qui ex stirpe Clodionis Criniti descenderat: quique ab eâdem Vrbe, post VVandalorum debacchationem, Romanos extruserat; bello trucidat.

Theodericus Rex Italiæ, Ibbâ Comite suo contrà Francos misso, XXX. millia occidit eorum, in vindictam necis Alarici, Generi sui.

HLUDOVICUS AUGUSTUS, TURONES PROCEDIT.

Hludovicus Rex, ab Anastasio Imperatore Codicillos de Consulatu, & Coronam auream * cum gemmis, & tunicam blateam accepit. Et ex eâ die Consul * Augustus est appellatus. Ipse verò Rex misit Romam, * Sancto Petro, Coronam auream cum gemmis; Quæ, Regnum appellari solet. *Vide Anastas. Bibliothec. lib. de Rom. Pontif.*

Hludovicus * Rex, genuit ex Rothilde Reginâ tres Filios, Clotharium,

* Ludovicus, ap. Mont-Elig.
* Turonis quippe, lego apud Sigebertum.
* *Psal. 17.*
* *Anno 508.*
* *A pyreneis montibus ad Rhodanũ & ligerim Gallias occupabãt Visigothi. Vide Io. de Serres in Clodoveo primo & Prolegomena nostra.*
* Miliario *Ap. Mont-Eligianos.* Et, In Pictonib^9, Ad Cãpos Vogladẽses, *ait Ioãnes Tilius. Vide plura, in Prolegomenis nostris.*
* *Nomen Clodovei non est in Fastis al. scriptum; neque ijs collatis ab heretico Imp. muneribus vsus videtur Rex Catholicus,* * &, *addit Exemp. Mont Elig.*
* Romæ, *ap. Henninũ & Mont-Elig. Exemplaria,*
* *Superiora Exemplaria, habent,* Ludovicus.

rium, Clodomerem, & Childebertum; & Filiam Rothildem. Porrò, ex concubinâ, Theodericum. Hęc acciderunt in diversis locis, temporibus Ludovici *

Apud Carthaginem Africæ, Olympius quidam Arrianus, in balneis, Sanctam Trinitatem blasphemans; tribus igneis iaculis ab Angelo emissis, * visibiliter est combustus: *Anno 494. Id quoque S. Io. Damasce. habet ex Theodor.*

Constantinopoli, dum Eleciturus, * Arrianus Episcopus, Barbam quandam baptizaret; & malè distinguens Trinitatem diceret: Baptizo te, Barba! in nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto: aqua disparuit id quod Barba aspiciens; confestim ad Ecclesiam Catholicam abijt, & iuxtà morem Evangelicæ fidei, baptismum Christi suscepit.

Alamundarius Rex Sarracenorum, ab Orthodoxis baptizatus; * cùm eum vellent Eutychiani seducere, refellit eos hâc fabulosâ inductione, dicens: quod per litteras acceperit, Michaëlem Archangelum mortuum esse. Illisque respondentibus hoc impossibile esse, quòd Angeli sint impassibilis naturæ; Quo modo ergò, inquit, secundùm vos, nudus Crucifixus est Christus; nisi duarum naturarum esset; quandoquidem nec Angelus mortuus est?

Symmachus Patricius Rempublicam illustrat; & cum eo, Gener eius Boëtius, Vir Consularis, conspicuus in vtraque lingua, & eruditione omnium liberalium artium, quas penè omnes, à græco, in latinum transtulit, & exposuit.

¶ Felix PaPa, Gelasius, Anastasius, Symmachus, Hormisda, ea tempestate, Romanæ præfuerunt Ecclesiæ.

Loduicus * Rex, Regno Francorum per omnes Gallias dilatato, & legitimè, & pacificè dilatato: * obijt anno ætatis suæ XLV. Regni XXX, porrò, anno Anastasij Imperatoris XXII: Et parisijs, in Ecclesiâ Apostolorum, quam ipse construxerat, à filijs honorificè sepelitur, Anno Christi 514. Is verò bellum parans in Alaricum Regem Anno Domini 507. exstruxerat Ecclesiam Parisijs in honorem SS. Petri & Pauli Apostolorum, quæ hodiè S. Genovefæ de monte dicitur; In cuius medio Canonicorum regular. Ord. S. August. choro antiquum, *quem coram spectârim lapideum suum hodièq; tumulum habeat integrum, qui humiliter decunbentem in plano Regem Crinitum representet, exsculptum.*

* *Posteri* *Exēplar Marcianēse, vult legi* Loduici.

†.

* Angelo emittēte *lego apud Mont-Eligianos.*

* *Henniniacen. & Mont-Eligianū Exē, lectura, habent* Deuterus. Ita, & Sigeb. ad annū 504.

†.

* Anno Christi 509 *Vide Collectan: Theodori Lectoris.*

* Ludovicū *vocat Hormisda. Epist. sua ad Remigiū.*

* *Fortè,* confirmato *reponi debet: vt hic sit erratū ab Amanuēsibus sic enī scripsit Sigebert*, *quē secutū se profitetur Andreas hic noster.*

DE REGNO CLOTHARII PRIMI, FILII EIVS; ET FRATRVM EIVS.

CAPVT XII.

ANNO Domini D. XIII. Imperij verò Anastasij XXIII. Clotharius Filius Loduici * compartito Regno cum Fratribus suis Theöderico, Clodomere, & Childeberto, regnat annis L. Sororem eius Rothildem, Amalricus, Filius Alarici à Loduico interfecti, Vxorem duxit. Clotharius, sedem habuit Suessione. * Theödericus, qui prudens erat consilio, atque bello, sedem habuit Remis: Clodomeris, * Aurelianis: Childebertus, Parisijs. * His temporibus, Sanctus Pater noster Benedictus præclaris rutilât virtutibus.

Rex Burgundiæ Sigismundus, qui Monasterium Agaunensium * b. construxerat, Filium suum insontem Sigericum perimit, malo Novercæ * consilio vsus. Qui competenti penitentiæ se addicens, & Martyribus Agaunensibus se totum devovens; quod dignus fuerit venia, testantur crebra, post mortem eius, per eum facta miracula.

¶ Hoc tempore, in Alexandria, multi vtriusque sexus, arrepti à dæmone, repentè quasi canes latrabant.

Theödericus Rex, Frater Clotharij, Clochilaicum Regem Danorum Gallias vastantem perimit.

Anno iij. Clotharij, Anastasius Imperator, fulmine à Deo percussus, perijt. Post quem, Iustinus Senior, annis X. regnat.

Theodericus Rex, Frater Clotharij * Regis, ab Ermenfrido Rege Thuringorum, ad perimendum Fratrem illius Baldericum, pactione medietatis Regni invitatus, Baldericum * Regem perimit.

Clodomeris, Frater Clotharij Regis, & Fratres eius, instinctu Rochildis * Matris suæ, insurgunt in Sigismundum & Godemarum, Filios Gundebaudi Regis, ad vindicandum necem Aviæ suæ, & Avi sui Chilperici. * In congressu, Sigismundus capitur. Godemarus, fuga elabitur. Iste Sigismundus, Burgundionum Rex, Filiam Theoderici Regis Italiæ, natam ex Sorore Theoderici, Filij Loduici, * Regis Francorum, in matrimonio accepit: suámque germanam Hundrico * VVandalorum Regi tradidit. Hermenfrido

* quoque

* Ludovici. ap. Mont-Elig. & Hennuniense Exemplaria. * Suessionis. apud Mont-Elig. & Hennuniē. * Clodomerius, habet recentius Exēplar. * Parisi*, apud Mont-Elig. * b. In margine Exēplaris Mont Elig. legitur De Constructione Ecclesiæ S. Mauricij Sociorumque eius. * illius. addit Sigebertus. † * Lotharij, apud Sigebertū. * Mont-Eligia. Codex MS. habet secundò Baldericum. * Ludovici. ap. Mont-Eligia. * Chrotildis ap. Sigebertum. * Hulrici. ap. Mont. Elig. * Regis, addit Sigeb. ad annum 520.

* quoque Regi Thuringorum Malgerbam copulavit: & tertiam, Alemannorum Regi Vltrico * tradidit.

Theodericus Rex, Frater Clotharij, cum Theodeberto Filio à Remis assumpto; à Suessione, * Fratre Clothario; Thuringiam occupavit. Nam, post mortem Ludovici, à Filijs eius desciverat. Thuringi autem, venientibus Francis, dolos præparant. In campo enim, in quo certamen agi debebat, fossas effodiunt, quarum ora, operta denso cespite planum assimilant campum. In ijs ergò cùm pugnare cœpissent; multi corruerunt: & post cognitum dolum hunc, observare cœperunt. Denique, cùm se Thuringi cædi vehementer viderent, fugato Hermenfrido, Rege ipsorum, terga vertunt, & ad Onestrudem Fluvium vsque perveniunt. Ibique, tanta strages ex Thuringis facta est, vt alveus Fluminis à cadaverum congerie repleretur, & Franci, tanquam per pontem aliquem, super eos in litus vlterius transirent. Patrata ergò victoria, regionem illam capessunt, & in suam redigunt potestatem. Captivatam, inter alios, Radegundem, Filiam Bertharij Regis, olim à Fratre Hermenfrido perempti, Clotharius * Rex, suo sociavit matrimonio.

Clodomeris Rex interfecit Sanctum Sigismundum, ab eo, vt suprà diximus, captum: Virum iustum, & bonum, cum Vxore, & Filijs. Post hæc, Clodomeris, ab Aurelianis exercitum movens, cum Fratre suo Clothario, qui Suessionis residebat, Burgundias * super Godemarum * Fratrem Sigismundi irruunt. Burgundiones, armatis congrediuntur; quos, apud Viennam fugientes Clodomeris incautè subsecutus est. Inter quos, cum velocissimo equo perveniens, ex adversa patte percussus corruit, & mortuus est. Franci tamen, Duce Clothario, victoriam obtinuerunt. Post hæc, Clotharius Rex, cum Fratre Childeberto, Augustudunum * Burgundiæ Vrbem, obsidens, cunctam, fugato Godemaro, Burgundiam occupat.

* Hermẽfredo ap. Mont-Elig.
* Hultrico. ap. Mont-Eligianũ.
* A Suessionis. ap. Mont-Eligia.
* Lotharius, ap. Sigebertum, ad annũ 524.
* Mendosus locus fortè desiderat, In Burgundias, & Godemarũ: iuxtà mentẽ Sigeberti, ad annũ 526.
* Augustidunũ. ap. Sigebertum: Gal. Authun.

De morte Ioannis PaPa: Et interfectione Boëtij.

Theodericus, Rex Gotthorum, Ravennæ, Ioannem * PaPam beatissimum, ad se accersiens, in custodiam retrusit; vbi & obijt. Post cuius

* Primũ, addit Mont-Eligianũ Exẽplar.

cuius obitum, iusto DEI iudicio, nonagesimo octavo die, Rex interijt. Quo etiam tempore, Boëtius, Vir litterarum studijs clarissimus, Senatus-Consultum, atque Plebis-Scitum prudentissimè administrans, ab eodem Theoderico Arriano, gladio extinctus est. * Consulatu Olibrij solius. Rotildis * Regina, Nepotes suos, Filios Clodomeri interfecti acceptos, mittit Parisios, & permanens, in sanctâ viduitate, eleemosynis, & orationibus dat operam.

Anno sequenti, Clotharius rursùm, & Childebertus, Frater eius, Burgundias petunt; prædis, & incendijs devastant.

* F. Sub.
* Clothildis, ap. Mõt-Elig. ap. Sigeb. Clotildis.
* Parisius, ap. Mõt-Eligianũ.
* Hunc habet Titulũ Exẽplar Mõt-Eligianũ qui apud Marcianẽsia duo, nõ exstat.
* F. Leudibus.

Nota evidentiam Regis Theodeberti. *

Lotharius, & Hildebertus consurgentes contrà Theodebertum, regnum eius auferre voluerunt post mortem Theoderici Patris eius. Sed, ille, datis muneribus, à Lendibus * suis defensatus est, & in regno stabilitus. Cernens Childebertus, quod ei prævalere non posset; legationem misit ad eum dicens: Filios non habeo: Te, tanquàm Filium habere desidero. Quo veniente; tantis eum muneribus ditavit, vt ab omnibus miraretur.

De Crudelitate Clotharij Regis, & moribus. Capitis 12. prosecutio.

Inter ea, dum Rothildis Regina Parisius moraretur, nepotésque suos, Filios Clodomeri nutriret, vt regno sublimaret; Hildebertus, habito consilio cum Fratre; dolosè ad Reginam miserunt dicentes: mitte nobis Nepotes nostros, vt per nos intromittantur in Regnum. Quo gavisa, dolum eorum ignorans, pueros misit. Quos acceptos, cultris in * ascellis eorum infixis necaverunt; equis ascensis recesserunt; Regnum Clodomeris inter se deviserunt. Regina, compositis feretro puerorum corpusculis; Parisijs, * in Ecclesiâ Sancti Petri, tumulavit.

Hoc tempore, amantissimus Pater Monachorum, &, Dux Benedictus, à Benevento, Maurum electum Discipulum, Virum sanctitate vitæ honestum, Cenomannis cum quibusdam Fratribus & Sanctorum pigneribus direxit. Qui, authoritate Regis Theodeberti

* Et ascellis, habet recentior Codex MS.
* Parisius ap. Mõt-Elig & Henniacense.

berti freti, Cœnobium construxerunt in honore Beati Petri Apostoli; vbi, & ipse Beatus Maurus requiescit: quòdque, vsquè hodiè, facultatibus ditatum honorificè, permilitat in laude Omnipotentis DEI.

Hildebertus, post hæc, & eius Nepos, Theodebertus, commoventes exercitum, contrà Clotharium ire disponunt. Ille autem hæc audiens, & ęstimans se horum exercitum non sustinere, in silvam confugit; totam spem suam in DEO transfundens. Sed, & Rothildis * Regina, hoc audiens, Beati Martini Sepulchrum adijt, & in orationem prostrata, totam noctem pervigilem duxit, orans, nè inter Filios suos civile bellum consurgeret. Nec potuit latere Lotharius, sed quæsitus, & repertus in Silvâ, obsidetur: & inter eos tractatur, vt sequenti die moriatur. Consilium tamen eorum frustratur, volente Iesu Deo salvare innocentem, & protegere. Fit manè, quo illum decreverant interimere; Et ecce, orta tempestas, tentoria dissipavit, res diripuit, cuncta subvertit, illosq; turbavit. Miscentur fulgura tonitruis creberrimis, & lapidosa grando cælitùs inclementer super eos ruit. Illi nimio tremore, & instantissimâ corruentes tempestate, in faciem sternuntur, nec minùs à lapidibus decidentibus gravissimè verberantur. Maximus illis timor, nè consumantur cœlesti incendio. Videres quoque de equitibus eorum, qui poterant, * irrevocabilem amplecti fugam, ita vt vix in vigesimo possent stadio reperiri, post parvissimam diei horam. Tandem, reatum fraterni sanguinis se admisisse cognoscentes, & coacti confitentes, votis Deum suppliciter adorantes, & pœnitentiam promittentes, ad Clotharium nuncios celeres mittunt; & pacem petunt. Lotharius autem, in illo tonitruorum rugitu, nullo grandinis verbere, & strepitu, vel aliquo tempestatis motu concutiebatur; sed clementi serenitate fovebatur. Concessâ igitur vtrinque pace, ad propria regreditur quisque. Sic gesta nullus ambigat, precibus Reginæ; & Sancti Martini virtute.

* Crothildis, ap. Nót. Elig.

* Venerant, lege in recentiore nostro Exemplari.

† † †

DE ÆDIFICATIONE ECCLESIÆ SANCTI GERMANI PARISIENSIS, PER TUNICAM SANCTI VINCENTIJ.

Lotharius, & Childebertus, Fratres, obsessa in Hispanijs, Cæsar-Augustâ; Civibus Deum orantibus,* & circumlata Vincentij Martyris Tunica; acceptâ ab eis pro munere * ipsius Martyris stolâ recedunt, acquisitâ Hispaniæ parte maxima. Construxerunt autem Ecclesiam in suburbio Vrbis Parisiacę, in honore Beati Vincentij Martyris, quæ nunc Sancti Germani dicitur, vbi, & prædictam Martyris stolam posuerunt.

Rothildis * Regina moritur; & Parisius, iuxtà virum suum sepelitur.

Theodebertus Rex obijt, cui Theodebaldus Filius eius succedit. Quo, post modicum tempus mortuo, Regni eius hæres fit cognatus eius Lotharius.

Lotharius Rex Francorum, rebellantes contrà se Saxones,& auxiliantes eis Thuringos, gravi pugnâ, & excidio perdomuit.

Obijt Sanctus Medardus Noviomensis Episcopus; * Et Lotharius Rex,honorificè sepultum super eum Ecclesiam fabricat. A. 556.†

Childebertus Rex moritur; & in Ecclesia Sancti Vincentij, Parisius, quam ipse ædificaverat, sepelitur. Porrò Monarchia totius Regni Francorum cedit Fratri eius Lothario. Radegundis Regina * Vxor quondam Lotharij Regis, mutata veste, claret sanctitatis nobilitate.

* Adorantibus, ap. Sigebertum, ad annũ 542.

* Numine, legitur in vetustiore exẽplari.

* Clotildis ap. Sigebertũ, ad annum Christi 554. in divę Genovefæ condita; vbi etiã iacet Clotildis filia Clodovei, Visigothorum Regina, anno 525. iuxtà Patrẽ sepulta.

* Anno Christi 556.

* Anno Domini 557. Ex Sigeberto.

DE INCOESTU, ET FORNICATIONE CLOTHARII.

Clotharius Rex, duxit Vxorem Clodomeris Fratris sui interfecti. Qui etiam, VII. habuit Filias,* de diversis mulieribus. De Iugunde, Guntharium, Childericum, Carabertum, Guntramnum, Sigebertum, & Closcindam Filiam. De Aregunde, Iugundis Sorore, Chilpericum, De Chinsina, * Cramnum. Guntrannus, * Cramnus, & Childericus, vivente Patre, obierunt.

* F. Filios

* Chunsina, legit Cod. Mõt. Elgian*.

* Codex recentior MS. tacet Childericum,

DE

DE BELLO CLOTHARII, CONTRA CRAMNVM FILIVM SVVM. ET Conobrum Regem Britanniæ.

CAPVT XIII.

CRAMNVS præterea Lotharij * Regis Filius, contrà Patrem insurgens, fretus auxilio Conobri Britannorum Comitis, rapinis, atque incendijs Regnum Patris devastat. Adversùs quem, velut alter David, egressus, * bellum instituit. Quibus confligentibus, Comes Britannorum terga vertit * armis insequentium corruit. Cramnus comprehensus, in tugurio positus, flammis exuritur.

* Clotharij ap. recentiùs Exẽplar legitur.
* Pater fortè desideratur
* Et, fortè omissum.

Tempore Iustini Imperatoris, & Clotharij Regis Francorum, floruit Beatus Benedictus: Sed, nec de vitâ, nec de morte eius ratio procedit, secundùm Cyclum Dionysij.

Anno Clotharij XIII. Iustinianus imperat annis decem.

Hoc tempore constát Theophilum extitisse: qui Christum abnegando, & eius Genitricem, hominium diabolo fecit. Sed, quia hæc historia notissima est: eam hîc supersedi scribere.

¶ Cometes apparuit die sancto Paschæ; Cœlum ardere visum est. Verus sanguis ex nube defluxit, in vestimentis hominum. Domus cuiusdam ab intus sanguine respersa apparuit: & secutæ variæ clades, & malæ valitudines, cum pustulis, & vesicis, populos afflixerunt.

Arboris, quæ dicitur Sambucus, flores, grana, & fructus, in flores, grana, & fructus vitis transformantur. ¶

Hoc tempore, in Oriente, puer quidam, Iudæorum Filius, cùm à coœvis suis, Christianorum filijs ad hoc adductus fuisset, vt in Ecclesiâ Beatæ Mariæ, Corpus & sanguinem Christi perciperet, propter hoc, à Patre suo dejectus in ignem fornacis ardentis, illæsus indè à Christianis extractus est, asserens, quod mulier, quæ in illâ Ecclesiâ puerum tenens, depicta erat, pallio suo flammas ignis eventilâsset. †.

Hyems, eo tempore, nive & glacie ità exasperatur, vt volucres, & feræ, manu capi possent.

Iudæus quidam, imaginem IESV SALVATORIS, de Ecclesiâ furtim †.

furtìm deponens, eam telo transfixit; & eam, clàm, ad domum suam deferens, cùm eam flammis vellet exurere, se sanguine imaginis cruentatum videns, præ stupore eam abscondit. Quam Christiani requirentes, & * vestigia sanguinis invenientes, eam sanguinolentam recipiunt: Iudæum verò lapidaverunt.
In Galliâ, mons, super Rhodanum fluvium, multis diebus dans mugitum, tandem ab alio monte sibi vicino discissus, cum Ecclesijs & domibus, hominibus, & bestijs, in Rhodanum præcipitatus est. †
Præfuerunt tempore Clotharij, Romanæ Ecclesiæ, Pontifices: Ioannes, Felix, Bonefacius, Ioannes, Agapetus, Silverius, Vigilius, & Pelagius. Floruerunt etiam eo tempore, Germanus Parisiensis, Et Gregorius Turonensis, Episcopi.

* per vestigia: Sigebertus noster MS. habet.

DE REGNO CHILPERICI, FILII EIVS *: ET CRVDELITATE IPSIVS.

CAPVT XIV.

ANNO Domini D.LXIII. * Iustiniani Imperatoris anno xxxvij. Clotharius Rex Francorum moritur, & in Ecclesia Sancti Medardi, Suessionis sepelitur. Cui successit Chilpericus filius eius, cum tribus fratribus suis, Cariberto, Guntranno, & Sigeberto. Chilperici Sedes, Suessionis, quæ * fuerat, Clotharij: Cariberti, * Parisius, quæ * fuerat, Childeberti: Guntranni, Aurelianis; quæ * fuerat Clodomeri: Sigeberti, * Remis; quæ * fuerat Theoderici.
Anno primo Chilperici Regis, Iustiniano Imperatore mortuo, Iustinus Iunior imperat annis duodecim.
Sigebertus Rex, Hunos, partes Francorum depopulantes, in Thuringia bello devincit. Chilpericus, Frater eius, interim terminos eius incursat, & * Remos Vrbem occupat.
¶ Hastæ igneæ in cœlo visæ sunt, portendentes irruptionem Longobardorum. *
Sigebertus Rex, desertas Saxonum terras pervadit: eásque Suevis ad habitandum tradidit.
Hanc mali novitatem, * nova in cœlo Signa, multo antè tempore portenderunt. Sigebertus Rex, Fratri suo Chilperico repugnat; & Suessiones, Sedem Regni eius occupat. Theodebertum, filium eius

* Mont-Eligianus Codex legit, ET FRATRVM EIVS:
* 564 ap. Sigeb.
* quo
* quo
* quo
* quo: legitur apud Mōt-Eligi.
* Cariberti, ap. Sigeber.
* Mettis, scripsit Sigeber.
* Remos, ap Mōt-Elig.
* In Italiam. addit Sigeber Chronicon.
* Voluntatē, legitur in Exemplari MS. Márcianensi requiere.

eius, ibi captum, exiliat: ipsum Chilpericum, prælio victum expugnat * : & terminos suos ab eius insolentiâ liberat: ipse, Vxorem ducit Brumam, Filiam Athanagildi * d. Regis VVisigothorum, quæ, & Brunechildis dicta est.

Fugat. ait Sigib.

Sanctus AMANDVS *nascitur; Anno Christi 571. addit Sigebertus Gemblacensis, in Chronicis suis.*

APPENDICVLA *. d.

Athanagildi Visigothorum Regis in Hispaniâ, complureis Scriptores Historici meminêre: in ijsq. Ioannes Vasæus, hunc in modum, ad annum Christi 566. Athanagildi filia altera, nomine Brunechildis, nupsit Sigeberto Mediomatricum in Franciâ Regi: altera, nomine Galsonta, Chilperico Suessionum Regi, Fratri Sigeberti Regis. Quæ Galsonta, quùm Fredegundem pellicem ferre non posset, mortua inventa est in lecto Mariti. Ex Annalibus Francorum. Robertus Gaguinus, Duacenus, Ordinis RR. PP. Trinitariorum Generalis, addit, Regem Chilpericum, blandimentis, & illecebris pellicis depravatum, Vxorem, per noctis silentium, laqueo strangulâsse. Pleriq. autem Hispani Scriptores, Athanagildi VVestergothorum Regis mortem, anno Domini 566. ponunt. Ego, In Prolegomenis nostris, Ioannem Abbam, & Sanctum Isidorum, eius temporis Autores sum secutus. Libero suo quisque iudicio fruatur: pergatq. noster Epitomista Andreas Marcianensis, suis hisce verbis scribens.

Iustinus Imperator, Vir, omni avaritiæ * deditus, contemptor pauperum, Senatorum spoliator, exstitit. Cui tanta fuit cupiditas, vt arcas fieri iuberet ferreas, in quibus, auri talenta congereret; in Pelagianam hæresin lapsus, & amens effectus, regno eiectus est.

* In omni avaritiâ deditus, legitur in *Exemplari Monte-Elegiano MS.*

Caribertus Rex, primi Clotharij filius, finem vivendi dedit. Guntrannus, Frater eius, regnum accepit; * Sedem scilicet Parisius: vndè grave scandalum adversùs eum, à Fratribus excrevit.

* Recepit, ap. *Monte-Elegia.*

Chilpericus Rex, cùm ex Audoveta tres filios genuisset, Theodebertum, Merovecum, & Clodoveüm, in Italiam nuncios direxit: Sororem Brunechildis, quam Sigebertus Frater eius acceperat, petijt: cum multis thesauris, ab Athanagildo Patre, Rege, promeruit; & in coniugium suscepit. Hæc, Garsindis * vocabatur. Quæ, primò quidem, cum honore suscepta; post, præ amore aliarum, odio habita, (vt suspicio fuit,) ex consensu Regis, in lecto

Exemplar Marcianense recentius manu exaratum habet. Garsindis.

DE MORTE ALARICI REGIS GOTTHORVM. PROSECVTIO CAPITIS XI.

Hludovicus * Rex, perpendens insidias Alarici, exercitum Francorum congregans, Remos, * ad Beatum properavit Remigium; & se ipsius orationi commendans, Flasconem vini ab eodem Sancto benedictum suscepit: & sic, contrà Alaricum properavit. Qui, signis divini auxilij animatus ad bellandum; Turones * transiens, equum suum Sancto Martino misit, quem, centum solidis redemptum, recipere non potuit: missis alijs centum solidis, recepit, credens illum bonum in auxilio; qui, tam carus erat in negocio.

Insuper, accepto victoriæ præsagio, à Clericis cantantibus; *Præcinxisti me virtute ad bellum* *: Alarico VVisigothorum Regi congreditur; * eóque perempto, quicquid Galliarum VVisigotthi possidebant *, ad partes Francorum transtulit: Et invadens Tholosam, Sedem Regni Gotthorum, vsque ad Pyreneos montes Regnum Francorum dilatavit. Factum est hoc prælium inter Hludovicum, & Alaricum, in Campo Vogladinse, decimo milliari * à Pictavensi Vrbe, anno Domini D.X. Fertur etiam, muros Engolismæ antè faciem eius corruisse.

Regressus autem ad Occidentales Regni Francorum partes, Reginaldum * quendam Regem, Cameraci * manentem, impurèque viventem, qui ex stirpe Clodionis Criniti descenderat: quique ab eâdem Vrbe, post VVandalorum debacchationem, Romanos extruserat; bello trucidat.

Theodericus Rex Italiæ, Ibbâ Comite suo contrà Francos misso, XXX. millia occidit eorum, in vindictam necis Alarici, Generi sui.

HLVDOVICVS AVGVSTVS, TVRONES PROCEDIT.

Hludovicus Rex, ab Anastasio Imperatore Codicillos de Consulatu, & Coronam auream * cum gemmis, & tunicam blateam accepit. Et ex eâ die Consul * Augustus est appellatus. Ipse verò Rex misit Romam, * Sancto Petro, Coronam auream cum gemmis; Quæ, Regnum appellari solet. *Vide Anastas. Bibliothec. lib. de Rom. Pontif.*

Hludovicus * Rex, genuit ex Rothilde Reginâ tres Filios, Clotharium,

Marginal notes:

* Ludovicus, ap. Mont-Elig.

* Turonis quippe, lego apud Sigebertum.

* Psal. 17.

* Anno 508.

* A pyreneis montibus ad Rhodanũ & ligerim Gallias occupabãt Visigothi. Vide Io. de Serres in Clodoveo primo & Prolegomena nostra.

* Miliario. Ap. Mont-Eligienses. Et, In Pictonib*, Ad Cãpos Vogladẽses, ait Ioãnes Tilius. Vide plura, in Prolegomenis nostris.

* Nomen Clodevei non est in Fastis adscriptum; neque ijs collatis ab heretico Imp. muneribus vsus videtur Rex Catholicus. * X, addit Exemp. Mont-Elig.

* Romæ, ap. Henninna & Mont-Elig. Exemplaria.

* Superiora Exemplaria, habent, Ludovicus.

rium, Clodomerem, & Childebertum; & Filiam Rothildem. Porrò, ex concubinâ, Theodericum. Hęc acciderunt in diversis locis, temporibus Ludovici *

Apud Carthaginem Africæ, Olympius quidam Arrianus, in balneis, Sanctam Trinitatem blasphemans; tribus igneis iaculis ab Angelo emissis, * visibiliter est combustus: *Anno 494. Id quoque S. Io. Damasce. habet ex Theodor.*

Constantinopoli, dum Eleciturus, * Arrianus Episcopus, Barbam quandam baptizaret; & malè distinguens Trinitatem diceret: Baptizo te, Barba! in nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto: aqua disparuit id quod Barba aspiciens; confestim ad Ecclesiam Catholicam abijt, & iuxtà morem Evangelicæ fidei, baptismum Christi suscepit.

Alamundarius Rex Sarracenorum, ab Orthodoxis baptizatus; * cùm eum vellent Eutychiani seducere, refellit eos hâc fabulosâ inductione, dicens: quod per litteras acceperit, Michaëlem Archangelum mortuum esse. Illisque respondentibus hoc impossibile esse, quòd Angeli sint impassibilis naturæ; Quo modo ergò, inquit, secundùm vos, nudus Crucifixus est Christus; nisi duarum naturarum esset; quandoquidem nec Angelus mortuus est?

Symmachus Patricius Rempublicam illustrat; & cum eo, Gener eius Boëtius, Vir Consularis, conspicuus in vtraque lingua, & eruditione omnium liberalium artium, quas penè omnes, à græco, in latinum transtulit, & exposuit.

¶ Felix PaPa, Gelasius, Anastasius, Symmachus, Hormisda, ea tempestate, Romanæ præfuerunt Ecclesiæ.

Loduicus * Rex, Regno Francorum per omnes Gallias dilatato, & legitimè, & pacificè dilatato: * obijt anno ætatis suæ XLV. Regni XXX. porrò, anno Anastasij Imperatoris XXII: Et parisijs, in Ecclesiâ Apostolorum, quam ipse construxerat, à filijs honorificè sepelitur, Anno Christi 514. Is verò bellum parans in Alaricum Regem Anno Domini 507. exstruxerat Ecclesiam Parisijs in honorem SS. Petri & Pauli Apostolorum, quæ hodiè S. Genovefæ de monte dicitur; In cuius medio Canonicorum regular. Ord. S. August. choro antiquum, *quem coram spectârim lapideum suum hodièq; tumulum habeat integrum, qui humiliter decunbentem in plano Regem Crinitum repręsentet, exsculptum.*

DE

* *Posteri* *Exēplar Marcianēse, vult legi* Loduici.

†.

* Angelo emittēte *lego apud Mont-Eligianos.*

* *Henniniacen. & Mont-Eliganū Exē, leras, h. bent* Deuetus. Ita, & Sigeb. ad annū 504.

†.

* Anno Christi 509 *Vide Collectane Theodori Lectoris.*

* Ludovicū *vocat Hormisda. Epist. sua ad Remigiū.*

* *Forte,* confirmato *reponi debet: vt hic sit erratū ab Amanuēsibus sic enī scripsit Sigebert*, *quē secutū se profitetur Andreas hic noster.*

DE REGNO CLOTHARII PRIMI, FILII EIVS; ET FRATRVM EIVS.

CAPVT XII.

ANNO Domini D.XIII. Imperij verò Anastasij XXIII. Clotharius Filius Loduici * compartito Regno cum Fratribus suis Theöderico, Clodomere, & Childeberto, regnat annis L. Sororem eius Rothildem, Amalricus, Filius Alarici à Loduico interfecti, Vxorem duxit. Clotharius, sedem habuit Suessione. * Theödericus, qui prudens erat consilio, atque bello, sedem habuit Remis: Clodomeris, * Aurelianis: Childebertus, Parisijs. * His temporibus, Sanctus Pater noster Benedictus præclaris rutilat virtutibus.

Rex Burgundiæ Sigismundus, qui Monasterium Agaunensium *.b. construxerat, Filium suum insontem Sigericum perimit, malo Novercæ * consilio vsus. Qui competenti penitentiæ se addicens, & Martyribus Agaunensibus se totum devovens; quod dignus fuerit venia, testantur crebra, post mortem eius, per eum facta miracula.

¶ Hoc tempore, in Alexandria, multi vtriusque sexus, arrepti à dæmone, repentè quasi canes latrabant.

Theödericus Rex, Frater Clotharij, Clochilaicum Regem Danorum Gallias vastantem perimit.

Anno iij. Clotharij, Anastasius Imperator, fulmine à Deo percussus, perijt. Post quem, Iustinus Senior, annis X. regnat.

Theodericus Rex, Frater Clotharij * Regis, ab Ermenfrido Rege Thuringorum, ad perimendum Fratrem illius Baldericum, pactione medietatis Regni invitatus, Baldericum * Regem perimit.

Clodomeris, Frater Clotharij Regis, & Fratres eius, instinctu Rothildis * Matris suæ, insurgunt in Sigismundum & Godemarum, Filios Gundebaudi Regis, ad vindicandum necem Aviæ suæ, & Avi sui Chilperici. * In congressu, Sigismundus capitur. Godemarus, fuga elabitur. Iste Sigismundus, Burgundionum Rex, Filiam Theoderici Regis Italiæ, natam ex Sorore Theoderici, Filij Loduici, * Regis Francorum, in matrimonio accepit: suámque germanam Hundrico * VVandalorum Regi tradidit. Hermenfrido

* quoque

* Ludovici. ap. Mont-Elig & Hennuniense Exemplaria.
* Suessionis. apud Mont-Elig. & Hennuniẽ.
* Clodomerius, habet recentius Exẽplar.
* Parisiis, apud Mont-Elig.
*.b. In margine Exẽplaris Mont Elig. legitur De Constructione Ecclesiæ S. Mauricij Sociorumque eius
* illius. addit Sigebertus.
†
* Lotharii, apud Sigebertũ.
* Mont-Eligia. Codex MS. habet secundò Baldericum.
* Clotildis ap. Sigebertum.
* Regis, addit Sigeb. ad annum 520.
* Ludovici. ap. Mont-Eligia.
* Hultricc. ap. Mont-Elig.

* quoque Regi Thuringorum Malgerbam copulavit: & tertiam, Alemannorum Regi Vltrico * tradidit.

Theodericus Rex, Frater Clotharij, cum Theodeberto Filio à Remis assumpto; à Suessione, * Fratre Clothario; Thuringiam occupavit. Nam, post mortem Ludovici, à Filijs eius desciverat. Thuringi autem, venientibus Francis, dolos præparant. In campo enim, in quo certamen agi debebat, fossas effodiunt, quarum ora, operta denso cespite planum assimilant campum. In ijs ergò cùm pugnare cœpissent; multi corruerunt: & post cognitum dolum hunc, observare cœperunt. Denique, cùm se Thuringi cædi vehementer viderent, fugato Hermenfrido, Rege ipsorum, terga vertunt, & ad Onestrudem Fluvium vsque perveniunt. Ibique, tanta strages ex Thuringis facta est, vt alveus Fluminis à cadaverum congerie repleretur, & Franci, tanquam per pontem aliquem, super eos in litus vlterius transirent. Patrata ergò victoria, regionem illam capessunt, & in suam redigunt potestatem. Captivatam, inter alios, Radegundem, Filiam Bertharij Regis, olim à Fratre Hermenfrido perempti, Clotharius * Rex, suo sociavit matrimonio.

Clodomeris Rex interfecit Sanctum Sigismundum, ab eo, vt suprà diximus, captum: Virum iustum, & bonum, cum Vxore, & Filijs. Post hæc, Clodomeris, ab Aurelianis exercitum movens, cum Fratre suo Clothario, qui Suessionis residebat, Burgundias * super Godemarum * Fratrem Sigismundi irruunt. Burgundiones, armatis congrediuntur; quos, apud Viennam fugientes Clodomeris incautè subsecutus est. Inter quos, cum velocissimo equo perveniens, ex adversa parte percussus corruit, & mortuus est. Franci tamen, Duce Clothario, victoriam obtinuerunt. Post hæc, Clotharius Rex, cum Fratre Childeberto, Augustudunum * Burgundiæ Vrbem, obsidens, cunctam, fugato Godemaro, Burgundiam occupat.

*Hermæfredo ap. Mont-Elig.
* Hultrico. ap. Mont-Eligianũ.
* A Suessionis. ap. Mont-Eligia.
* Lotharius, ap. Sigebertum, ad annũ 524.
* Mendosus locus fortè desiderat, In Burgundias, & Godemarũ: iuxtà mentẽ Sigeberti, ad annũ 526.
* Augustidunũ. ap. Sigebertum: Gal. Authun.

De morte Ioannis PaPa: Et interfectione Boëtij.

Theodericus, Rex Gotthorum, Ravennæ, Ioannem * PaPam beatissimum, ad se accersiens, in custodiam retrusit; vbi & obijt. Post cuius

* Primũ, addit Mont-Eligianũ Exemplar.

cuius obitum, iusto DEI iudicio, nonagesimo octavo die, Rex interijt. Quo etiam tempore, Boëtius, Vir litterarum studijs clarissimus, Senatus-Consultum, atque Plebis-Scitum prudentissimè administrans, ab eodem Theoderico Arriano, gladio extinctus est. * Consulatu Olibrij solius. Rotildis * Regina, Nepotes suos, Filios Clodomeri interfecti acceptos, mittit Parisios, & permanens; in sanctâ viduitate, eleemosynis, & orationibus dat operam.

Anno sequenti, Clotharius rursùm, & Childebertus, Frater eius, Burgundias petunt; prædis, & incendijs devastant.

* F. Sub.
* Clothildis, ap. Mōt-Elig. ap. Sigeb. Clotildis.
* Parisiꝰ, ap. Mōt-Eligianū.
* Hunc habet Titulū Exēplar Mōt-Eligianū qui apud Marcianēsia duo, nō extat.
* F. Leudibus.

Nota evidentiam Regis Theodeberti. *

Lotharius, & Hildebertus consurgentes contrà Theodebertum, regnum eius auferre voluerunt post mortem Theoderici Patris eius. Sed, ille, datis muneribus, à Lendibus * suis defensatus est, & in regno stabilitus. Cernens Childebertus, quod ei prævalere non posset; legationem misit ad eum dicens: Filios non habeo: Te, tanquàm Filium habere desidero. Quo veniente; tantis cum muneribus ditavit, vt ab omnibus miraretur.

De Crudelitate Clotharij Regis, & moribus. Capitis 12. prosecutio.

Inter ea, dum Rothildis Regina Parisius moraretur, nepotésque suos, Filios Clodomeri nutriret, vt regno sublimaret; Hildebertus, habito consilio cum Fratre; dolosè ad Reginam miserunt dicentes: mitte nobis Nepotes nostros, vt per nos intromittantur in Regnum. Quo gavisa, dolum eorum ignorans, pueros misit. Quos acceptos, cultris in * ascellis eorum infixis necaverunt; equis ascensis recesserunt; Regnum Clodomeris inter se deviserunt. Regina, compositis feretro puerorum corpusculis; Parisijs, * in Ecclesiâ Sancti Petri, tumulavit.

Hoc tempore, amantissimus Pater Monachorum, &, Dux Benedictus, à Benevento, Maurum electum Discipulum, Virum sanctitate vitæ honestum, Cenomannis cum quibusdam Fratribus & Sanctorum pigneribus direxit. Qui, authoritate Regis Theodeberti

* Et ascellis, habet recensior Codex MS.
* Parisiꝰ ap. Mōt-Elig & Henniniense.

berti freti, Cœnobium construxerunt in honore Beati Petri Apostoli; vbi, & ipse Beatus Maurus requiescit: quòdque, vsquè hodiè, facultatibus ditatum honorificè, permilitat in laude Omnipotentis DEI.

Hildebertus, post hæc, & eius Nepos, Theodebertus, commoventes exercitum, contrà Clotharium ire disponunt. Ille autem hæc audiens, & ęstimans se horum exercitum non sustinere, in silvam confugit; totam spem suam in DEO transfundens. Sed, & Rothildis * Regina, hoc audiens, Beati Martini Sepulchrum adijt, & in orationem prostrata, totam noctem pervigilem duxit, orans, nè inter Filios suos civile bellum consurgeret. Nec potuit latere Lotharius, sed quæsitus, & repertus in Silvâ, obsidetur: & inter eos tractatur, vt sequenti die moriatur. Consilium tamen eorum frustratur, volente Iesu Deo salvare innocentem, & protegere. Fit manè, quo illum decreverant interimere; Et eccè, orta tempestas, tentoria dissipavit, res diripuit, cuncta subvertit, illosq; turbavit. Miscentur fulgura tonitruis creberrimis, & lapidosa grando cælitùs inclementer super eos ruit. Illi nimio tremore, & instantissimâ corruentes tempestate, in faciem sternuntur, nec minùs à lapidibus decidentibus gravissimè verberantur. Maximus illis timor, nè consumantur cœlesti incendio. Videres quoque de equitibus eorum, qui poterant, * irrevocabilem amplecti fugam, ita vt vix in vigesimo possent stadio reperiri, post parvissimam diei horam. Tandem, reatum fraterni sanguinis se admisisse cognoscentes, & coacti confitentes, votis Deum suppliciter adorantes, & pœnitentiam promittentes, ad Clotharium nuncios celeres mittunt; & pacem petunt. Lotharius autem, in illo tonitruorum rugitu, nullo grandinis verbere, & strepitu, vel aliquo tempestatis motu concutiebatur; sed clementi serenitate fovebatur. Concessâ igitur vtrinque pace, ad propria regreditur quisque. Sic gesta nullus ambigat, precibus Reginæ; & Sancti Martini virtute.

† † †

* Crothildis, ap. Mõt. Elig.

* Venerant, lego in recentiore nostro Exemplari.

DE ÆDIFICATIONE ECCLESIÆ SANCTI GERMANI PARISIENSIS, PER TVNICAM Sancti Vincentij.

Lotharius, & Childebertus, Fratres, obsessa in Hispanijs, Cæsar-Augustâ; Civibus Deum orantibus, * & circumlata Vincentij Martyris Tunica; acceptâ ab eis pro munere * ipsius Martyris stolâ redeunt, acquisitâ Hispaniæ parte maxima. Construxerunt autem Ecclesiam in suburbio Vrbis Parisiacę, in honore Beati Vincentij Martyris, quæ nunc Sancti Germani dicitur, vbi, & prædictam Martyris stolam posuerunt.

Rothildis * Regina moritur; & Parisius, iuxtà virum suum sepelitur.

Theodebertus Rex obijt, cui Theodebaldus Filius eius succedit. Quo, post modicum tempus mortuo, Regni eius hæres fit cognatus eius Lotharius.

Lotharius Rex Francorum, rebellantes contrà se Saxones,& auxiliantes eis Thuringos, gravi pugnâ, & excidio perdomuit.

Obijt Sanctus Medardus Noviomensis Episcopus; * Et Lotharius Rex,honorificè sepultum super eum Ecclesiam fabricat. A. 556.† Childebertus Rex moritur; & in Ecclesia Sancti Vincentij, Parisius, quam ipse ædificaverat, sepelitur. Porrò Monarchia totius Regni Francorum cedit Fratri eius Lothario. Radegundis Regina * Vxor quondam Lotharij Regis, mutata veste, claret sanctitatis nobilitate.

* Adorantibus, ap. Sigebertum, ad annū 542.

* Numine, legitur in vetustiore exēplari.

* Clotildis ap. Sigebertū, ad annum Christi 554. in divę Genovefæ condita; vbi etiā iacet Clotildis filia Clodovei. Visigothorum Regina, anno 525. iuxtà Patre sepulta.

* Anno Christi 556.

† Anno Domini 557. Ex Sigeberto.

DE INCOESTV, ET FORNICATIONE CLOTHARII.

Clotharius Rex, duxit Vxorem Clodomeris Fratris sui interfecti. Qui etiam, VII. habuit Filias,* de diversis mulieribus. De Iugunde, Guntharium, Childericum, Carabertum, Guntramnum, Sigebertum, & Closcindam Filiam. De Aregunde, Iugundis Sorore, Chilpericum, De Chinsina, * Cramnum. Guntrannus, * Cramnus, & Childericus, vivente Patre, obierunt.

* F. Filios

* Chunsina, legit Cod. Mōl. Eligian*.

* Codex recentior MS. tacet Childericum.

DE

DE BELLO CLOTHARII, CONTRA CRAMNVM FILIVM SVVM. ET Conobrum Regem Britanniæ.

CAPVT XIII.

CRAMNVS prætereà Lotharij * Regis Filius, contrà Patrem insurgens, fretus auxilio Conobri Britannorum Comitis, rapinis, atque incendijs Regnum Patris devastat. Adversùs quem, velut alter David, egressus, * bellum instituit. Quibus confligentibus, Comes Britannorum terga vertit * armis insequentium corruit. Cramnus comprehensus, in tugurio positus, flammis exuritur.

*Clotharij ap. recentius Exéplar legitur.
*Pater forte desideratur
*Et. forte omissum.

Tempore Iustini Imperatoris, & Clotharij Regis Francorum, floruit Beatus Benedictus: Sed, nec de vitâ, nec de morte eius ratio procedit, secundùm Cyclum Dionysij.

Anno Clotharij XIII. Iustinianus imperat annis decem.

Hoc tempore constât Theophilum extitisse: qui Christum abnegando, & eius Genitricem, hominium diabolo fecit. Sed, quia hæc historia notissima est: eam hîc supersedi scribere.

¶ Cometes apparuit die sancto Paschæ; Cœlum ardere visum est. Verus sanguis ex nube defluxit, in vestimentis hominum. Domus cuiusdam ab intus sanguine respersa apparuit: & secutæ variæ clades, & malæ valitudines, cum pustulis, & vesicis, populos afflixerunt.

Arboris, quæ dicitur Sambucus, flores, grana, & fructus, in flores, grana, & fructus vitis transformantur. ¶

Hoc tempore, in Oriente, puer quidam, Iudæorum Filius, cùm à coœvis suis, Christianorum filijs ad hoc adductus fuisset, vt in Ecclesiâ Beatæ Mariæ, Corpus & sanguinem Christi perciperet, propter hoc, à Patre suo dejectus in ignem fornacis ardentis, illæsus indè à Christianis extractus est, asserens, quod mulier, quæ in illâ Ecclesiâ puerum tenens, depicta erat, pallio suo flammas ignis eventilâsset. †

Hyems, eo tempore, nive & glacie ità exasperatur, vt volucres, & feræ, manu capi possent.

Iudæus quidam, imaginem IESV SALVATORIS, de Ecclesiâ furtim †

furtim deponens, eam telo transfixit; & eam, clam, ad domum suam deferens, cùm eam flammis vellet exurere, se sanguine imaginis cruentatum videns, præ stupore eam abscondit. Quam Christiani requirentes, & * vestigia sanguinis invenientes, eam sanguinolentam recipiunt: Iudæum verò lapidaverunt.

In Galliâ, mons, super Rhodanum fluvium, multis diebus dans mugitum, tandem ab alio monte sibi vicino discissus, cum Ecclesijs & domibus, hominibus, & bestijs, in Rhodanum præcipitatus est. †

Præfuerunt tempore Clotharij, Romanæ Ecclesiæ, Pontifices: Ioannes, Felix, Bonefacius, Ioannes, Agapetus, Silverius, Vigilius, & Pelagius. Floruerunt etiam eo tempore, Germanus Parisiensis, Et Gregorius Turonensis, Episcopi.

*per vestigia: Sigebertus noster MS. habet.

DE REGNO CHILPERICI, FILII EIVS *: ET CRVDELITATE IPSIVS.

CAPVT XIV.

ANNO Domini D.LXIII. * Iustiniani Imperatoris anno xxxvij. Clotharius Rex Francorum moritur, & in Ecclesia Sancti Medardi, Suessionis sepelitur. Cui successit Chilpericus filius eius, cùm tribus fratribus suis, Cariberto, Guntranno, & Sigeberto. Chilperici Sedes, Suessionis, quæ * fuerat, Clotharij: Cariberti, * Parisius, quæ * fuerat, Childeberti: Guntranni, Aurelianis; quæ * fuerat Clodomeri: Sigeberti, * Remis; quæ * fuerat Theoderici.

Anno primo Chilperici Regis, Iustiniano Imperatore mortuo, Iustinus Iunior imperat annis duodecim.

Sigebertus Rex, Hunos, partes Francorum depopulantes, in Thuringia bello devincit. Chilpericus, Frater eius, interim terminos eius incursat, & * Remos Vrbem occupat.

¶ Hastæ igneæ in cœlo visæ sunt, portendentes irruptionem Longobardorum. *

Sigebertus Rex, desertas Saxonum terras pervadit: easque Suevis ad habitandum tradidit.

Hanc mali novitatem, * nova in cœlo Signa, multo antè tempore portenderunt. Sigebertus Rex, Fratri suo Chilperico repugnat; & Suessiones, Sedem Regni eius occupat. Theodebertum, filium eius

*Mont-Eligianus Codex legit, ET FRATRVM EIVS:
*564 ap. Sigeb.
*quo
*quo
*quo
*quo: legitur apud Mōt-Eligi.
*Eliberti, ap. Sigeber.
*Mettis, scripsit Sigeber.
*Remos, ap. Mōt-Elig.
*In Italiam. addit Sigeber Chronicon.
*Voluntatē, legitur in Exemplari MS. Marcianensi requiem.

eius, ibi captum, exiliat: ipsum Chilpericum, prælio victum expugnat * : & terminos suos ab eius insolentiâ liberat: ipse, Vxorem ducit Brumam, Filiam Athanagildi * d. Regis VVisigothorum, quæ, & Brunechildis dicta est.

*Fugavit Sigib.

Sanctus AMANDVS *nascitur; Anno Christi 571. addit Sigebertus Gemblacensis, in Chronicis suis.*

APPENDICVLA *. d.

Athanagildi Visigothorum Regis in Hispaniâ, complureis Scriptores Historici meminêre: in ysq; Ioannes Vasaüs, hunc in modum, ad annum Christi 566. Athanagildi filia altera, nomine Brunechildis, nupsit Sigeberto Mediomatricum in Franciâ Regi: altera, nomine Galsonta, Chilperico Suessionum Regi, Fratri Sigeberti Regis. Quæ Galsonta, quùm Fredegundem pellicem ferre non posset, mortua inventa est in lecto Mariti. Ex Annalibus Francorum. Robertus Gaguinus, Duacenus, Ordinis RR. PP. Trinitariorum Generalis, addit, Regem Chilpericum, blandimentis, & illecebris pellicis depravatum, Vxorem, per noctis silentium, laqueo strangulâsse. Pleriq; autem Hispani Scriptores, Athanagildi VVestergothorum Regis mortem, anno Domini 566. ponunt. Ego, In Prolegomenis nostris, Ioannem Abbam, & Sanctum Isidorum, eius temporis Autores sum secutus. Libero suo quisque iudicio fruatur: pergatq; noster Epitomista Andreas Marcianensis, suis hisce verbis scribens.

Iustinus Imperator, Vir, omni avaritiæ * deditus, contemptor pauperum, Senatorum spoliator, exstitit. Cui tanta fuit cupiditas, vt arcas fieri iuberet ferreas, in quibus, auri talenta congereret; in Pelagianam hæresin lapsus, & amens effectus, regno eiectus est.

*In omni avaritiâ deditus, legitur in Exēplari Msto. Elegiano MS.

Caribertus Rex, primi Clotharij filius, finem vivendi dedit. Guntrannus, Frater eius, regnum accepit; * Sedem scilicet Parisius: vndè grave scandalum adversùs eum, à Fratribus excrevit.

*Recepit, ap. Mont. Elgia.

Chilpericus Rex, cùm ex Audoveta tres filios genuisset, Theodebertum, Merovecum, & Clodoveüm, in Italiam nuncios direxit: Sororem Brunechildis, quam Sigebertus Frater eius acceperat, petijt: cum multis thesauris, ab Athanagildo Patre, Rege, promeruit; & in coniugium suscepit. Hæc, Garsindis * vocabatur. Quæ, primò quidem, cum honore suscepta; post, præ amore aliarum, odio habita, (vt suspicio fuit,) ex consensu Regis, in lecto

*Exēplar Marcianense recentius manu exaratum habet, Galsindis.

lecto sugillata reperta est. Quà defunctà, Audovetà recepit: quam gravidam relinquens, cum Sigiberto Fratre, adversùm Saxones hostiliter abiit. Interea, Regina Filiam peperit, ex qua, eandem Fredegundis, Regis Cubicularia, quæ occultè erat concubina, decepit ita. Cùm pullulàsset fama in Franciâ, Reges regressuros cum victoriâ; ait Fredegundis Dominæ suæ. Eccè, Dominus noster victor regreditur; iube Filiam tuam baptizari, vt gratiosiùs tibi, & illi Rex congaudeat. Parato igitur baptisterio, præsenteque Episcopo, qui sacro mysterio puellam immerserat, defuit Mattina,* quæ eam de fonte deberet suscipere. Mox, Fredegundis ait Reginæ. Suscipe Filiam tuam à Fonte; quoniam magis tibi, quàm alicui nostrum * proxima est. Quæ ignara eius doli, a fonte suscepit.* Adveniente igitur Rege, it obviam deceptrix dicens. DEO Gratias, Domine Rex! quia devictis adversarijs, sospes regrederis. Sed, cum quà Dominus meus dormiat, eligat: quia, Domina mea, ex Filiâ baptizatà, Commater tua effecta est.

* Matrona ap. Mont. Eligianum Cod. MS.
* Nostrorum, ap. Mont. Eligianum.
* Filiam, F. desideratur.

¶ Rege aulam suam introëunte, Regina occurrit cum puellâ; Ad quam ait: Illicitam rem egisti, per simplicitatem; iam Vxor mea esse non poteris. Quâ amissà, Fredegundem duxit Vxorem, elegantem, at malè callidam. Audoveta verò Regina, cum Filiâ suâ, velamine velata, vsque ad finem vitæ suæ permansit.

¶ Ex Fredegunde, Chilpericus Rex, tres Filios genuit; Quibus defunctis, quartum genuit nomine Clotharium, qui fuit Pater Inclyti, & famosissimi Regis Dagoberti.

Post hæc, Sigebertus Rex, cum Hunnis pugnans, ludificatus arte dæmonis, & eis minimè prævalens, muneribus ab eis acceptis, recesserunt perpetuò confœderati.

Iterùm Sigebertus Rex, Arelatum, quæ erat Fratris sui Guntranni, cepit: sed, Guntrannus, per Celsum Patricium, contra eum dimicans; & quàmplurimis de exercitu eius in Rhodanum submersis, cum dedecore in patriam suam, sunt regressi.*

* Fortè, est regressus.

Chilpericus Rex, Clodoveum Filium suum cum exercitu dirigit, vt Civitates Sigeberti diriperet. Sed, Sigebertus, Guntranno Fratre sibi associato, illum ad Patrem cum dedecore fugere compulerunt. Chilpericus, irà commotus, dum Frater eius circà Rhenum esset, per Theodebertum Filium suum majorem, Civitates eius rursus pervadit. Quo audito, Sigebertus maturè repatriavit: cum Guntranno fœdus inijt: & super Chilpericum ire disponunt.

Sentiens

Sentiens hoc Chilpericus, castra movit, vsque Avalonem accessit.

Quem fratres insecuti, acies belli præparant; sed, timens Chilpericus, nè colliso vtroque exercitu, Regnum eorum corrueret, pacem petijt; Civitates, quas iniustè invaserat, reddidit.

DE INTERFECTIONE PRODITORIA REGIS SIGEBERTI.

Sequenti anno, Chilpericus, pacis inimicus, (quémque Gregorius Turonensis vocat alium nostri temporis Neronem,) cum Guntranno fratre suo pacem inijt, vsque Remos * accessit, cuncta quæ potuit, ferro & igne vastavit: dein, rursùm Theodebertum filium suum Turonis cum exercitu direxit. Sigebertus, cis Rhenum, optimam gentium collectam copiam, * *eorumq.* Godegisilum, & Guntramnum Duces, post Theodebertum filium Chilperici misit; quem insequentes, gravi bello victo, occisum in campo relinquunt. Sigebertus autem insecutus fratrem Chilpericum, à Franciâ extrudit; Parisius cum validâ manu intravit. Chilpericus fugiens, Tornacum venit, ibíque se munivit.

* Remis, legit Mōt. Elig'a.

* *eu Mōt. Eligiano additū est.*

Parisiacenses Franci, qui quondam fuerant Childeberti Regis, fratris primi Clotharij, relicto Chilperico, Sigebertum, ad Villam, cui nomen est VICTORIACVS, * ab Attrebato IV. distans milliaribus, invitant; super clypeum levant, & Regem sibi statuunt. Verùm, post, recedente cum gaudio exercitu, gaudium in mœrorem versum est. Nam duo iuvenes, quasi legatione fungentes, Regem appropiant, cúmque cultris à Fredegunde Regina, Vxore Chilperici, (qui in Tornaco erant inclusi) veneno infectis, in lateribus feriunt: dies enim iam in noctem vertebatur. At ille, vociferans corruit, & spiritum emisit. Sepultus est in Ecclesiola parva, in LAMBRIS, * qui est Viculus iuxtà Duacum; & postmodum translatus est indè, & sepultus in Ecclesia Sancti Medardi, Suessionis, iuxtà Clotharium Patrem suum. Chilpericus autem, Tornacensibus gratias agens, quicquid sui iuris erat in Civitate, Sanctæ DEI GENITRICI MARIÆ condonavit.

* *vernaculè,* Vitry, lez Brebier. *Vide Histo. T. vas Io. Cousin, fol.* 317. 18. 19.

* *vernaculè,* à Lãbres, lez Douay.

¶ Eodem anno, * Vir clarissimæ Sanctitatis Germanus Parisiorum Episcopus, migravit ad Dominum: *Anno Christi 578. addit Sigebertus Gemblacensis.*

* *Anno* Christi 578. *ait* Sigebert*.

DE REGNO HILDEBERTI; ET EXILIO BRVNECHILDIS: PROSECVTIO CAPITIS 14.

Sigeberto igitur Rege interempto, Gundevaldus Dux, Hildebertum filium ipsius, furtim à Brunechilde matre abstulit: collectóque Patris exercitu, Remis, Regem constituit, die Natalis DOMINI.

Chilpericus, Parisios venit; Brunechildem Rodomis, exilio subegit. Post quod, filium suum Merovecum cum exercitu Pictavis direxit: qui Patris iussum immutans, Turonis accessit, & Paschales dies inibi solenniter egit; & regresso calle, Rodomum venit, Vxorémque Patrui sui Brunechildem sibi in matrimonio copulavit. Quod nefas, Pater audiens, animo amaro illò velocissimè adveniens, Filium secum Suessionas adduxit, & post paulum tonsuratum vt Clericum, Presbyterum ordinari fecit, Cænomanísque transmisit. Indè Patrem effugiens, post multa peracta mala, interficitur.

DE TIBERIO IMPERATORE.

Anno Chilperici Regis XV. Iustino minore, vt diximus, ab Imperio dejecto, Tiberius regnat annis VI. strenuus, atque sapiens, eleëmosynarum largitor.

¶ Hic, quadam die, per pavimentum deambulans, Palatij, in marmoreâ tabulâ Crucē Dominicam vidit sculptam, & ait: Cruce Dominicâ frontem armamus, faciem signamus, pectora munimus; & eam pedibus conculcamus? Iussit ilicò tabulam sublevari. Quâ sublatâ, reperitur secunda habens idem signum. Iussit & hanc elevari. Reperitur & tertia, habens maius signum aliarum duarum, in pario lapide, incisum. Quâ erectâ, reperitur thesaurus super centenos auri mille solidos.

¶ Idem Imperator, cùm ægrotare cœpisset, & vivere desperâsset, vocavit Sophiam Augustam dicens: Impletum est tempus vitæ meæ; Nunc tuo consilio tractandum est, quis Reipublicæ præsit. At illa; Mauritius (inquit) Vir strenuus, & sagax est: qui sæpè contrà inimicos Reipub. dimicans, victoriam obtinuit. Hæc enim dicebat, vt ho c obeunte, huius coniugio necteretur. Iussit ergo Tiberius

berius filiã suã ornamẽtis Regalibus ornari; vocatóq; Mauritio ait. Sit tibi imperium meum, cum hac puella concessum. Sicque frustrata Sophia Augusta sua ęstimatione, & celebratis nuptijs, Tiberius in amentiam versus, vitâ decessit.

Anno Chilperici Regis XIX°.* Mauritius, *seu Mauricius, (vt habet Mont-Eligianus Codex MS.)* Imperator Græcus, annis XXI. imperavit.

* XVIII. legit Mõt-Elig. Cod. MS.

Duo filij Gunteramni Regis, subito morbo moriuntur. Sequenti anno, Samson, & Clodobertus,* filij Chilperici Regis, moriuntur. Clodoveüs, filius eiusdem, cùm solus superesset, dolo Fredegundis Novercæ suæ occiditur. Guntramnus Rex, cum Hildeberto Nepote suo, filio Sigeberti, pactum inijt: Civitates, vel Castella, quæ illi violenter tulerat, reddidit. Quod comperiens Chilpericus, timens nè super se irruerent, nuncios per Civitates suæ partis, vt se observarent, direxit. Ipse, cum omnibus, quæ meliora habebat, intrà muros Cameraci * se reclusit.

* Sãson, & Clodobert*, ap Mont-Eligi.

Nati sũt Hildeberto duo filij; Theodebertus scilicet, & Theodericus. Eodẽ tẽpore, natus est Chilperico Regi, ex Fredegunde, filius.

* Vrbis munitæ, addit posterius Exemp. Marcianense.

Nota impudentiam, & proditionem Meretricis. Capitis XIV. prosecutio.

Eodémque tempore, Fredegundis Regina, Chilpericum, Virum suum, * quæ adulteraverat; propter adulterium, in quo timebat deprehendi, inter se, & Landricum Comitem; cùm, de venatione vespere reversus, de equo descenderet, insidianter interfecerunt, cùm regnâsset xxiij. annis. Sepultus est autem in Ecclesiâ Sancti Germani, Parisijs.

* verita, addit Exẽplar recentius Marcianense.

¶ O mala fæmina! O mala Cõiux. O perniciosa Meretrix! quæ, de ancillâ, Domina effecta, talia, per proditionem, perpetrâsti. Sigebertum Regem, veneno, aliorum manibus interemisti: deindè, Clodoveum, filiũ Viri tui occidisti: ipsum deindè Dominum tuum, manibus Landrici Comitis, amasij tui, impiè iugulâsti. De te, veridica illa Salomonis sententia dicta est *. *Per tria movetur terra; & quartum non potest sustinere. Per Servum, cùm regnaverit; Per stultum, cùm satiatus fuerit cibo; per odiosam mulierem, cùm in matrimonio fuerit assumpta: &, per ancillam, cum fuerit hæres Dominæ suæ.*

* Proverbiorum cap. 30. versu 21.

¶ Lupi, Burdegalam Civitatem ingressi, neminem metuentes,

tes, devoraverunt canes. Antiochia, divinitùs subvertitur hoc modo. † Quidam Civis illius, adeò eleëmosynis, & hospitalitati deditus erat, vt nullo vmquàm die, sinè paupere, aut hospite comederet. Cùm autem, vno die, vsque ad vesperam Vrbem circuïsset, vt pauperem, vel hospitem inveniret; offendit virum seniorem in veste alba cum duobus socijs stantem in medio Civitatis, & invitans eum ad hospitium, hoc responsum accepit ab eo. Non poteras, ô Homo DEI! cum vestro Simeone, hanc Vrbem salvare, nè subverteretur? Et, hoc dicto; sudarium, quod in manu tenebat, excussit super vnam medietatem Vrbis, statímque, ipsa medietas, cum habitaculis, & habitatoribus, subversa est. Et, volens adhuc excutere sudarium super aliam medietatem Vrbis, vix ab illis socijs suis duobus multa prece flexus est, vt parceret residuæ Vrbis medietati. Sicque, Virum qui hæc aspiciebat, attonitum consolatus ex salvatione suæ domus, discessit, & vltrà non comparuit.

VISIO GVNTRAMNI REGIS.

¶ Guntramnus, Francorum Rex, quâdam die, in venando fessus, dum in gremio armigeri sui dormiret iuxta rivum aquæ, vidit armiger eius, de ore Regis parvum animal exire. Cui volenti rivum † transire, nec valenti, armiger, gladio trans rivum posito, viam ei eundi, & redeundi paravit. Quo iterum in os Regis intrante, Rex expergefactus, & stupefactus, dixit; se per somnium pontem transisse ferreum, & sub monte quodam multos thesauros vidisse. Quò cùm perrexisset, secundùm fidem somnij, thesauros magnos invenit, eosque acceptos, Sanctæ Ecclesiæ vsibus delegavit. Guntheramnus * Rex, Vxore, & filijs destitutus, anno Regni sui XXV. Hildebertum, * nepotem suum, filium Sigeberti fratris accersitum ad se, coràm frequentia populi, hæredem Regni sui, illum constituit.

*Guntramnus, ap. Albé. Eli. Cod. MS.

*Childebertum, scripsere. Ado Viënensis, & Gregor. Turonensis.

Ipso tempore, lues inguinaria, valdè populum intercepit, & à Massilia, vsquè Lugdunum, hoc morbo, penè, tota periclitabatur Gallia, Vndè mœstus Rex Guntramnus, iussit omnem Populum ad Ecclesiam convenire, & Rogationes, triduo, in panè & aqua, & vigilijs celebrare. Sicque, Christi miseratione, plaga quievit. ¶ †

¶ Celebre,

¶ Celebre, & vulgatum eſt, quod contigit. Mulier quædam, cuius filius, quartano vexabatur typo, fimbriam Regis Guntranni clam abſcidit, cámque aquis immerſam filio bibendam dedit. móxque conualuit. †

Fredegundis Regina, anno filij ſui quarto, Gunthramnum * Regem, vt filium ſuum, de Sacro fonte ſuſciperet inuitauit. Qui miſit Epiſcopos, Echeterium, * Lugdunenſem; Siagrium, Auguſtudunenſem; Flavium, Cabilonenſem; & puërum baptizaverunt. Cui imponens nomen Gunthramnus Rex ait: Clotharius vocetur: huiúſque nominis ſit executor, ſicut Avus eius, cuius nomen adeptus eſt. ¶. Votiva oratio Regis, effectum obtinuit in propagine Regalis ſucceſſionis; cùm ad noſtra vſque tempora, ex huius Clotharij filia, Regum novorum proceſſerit proſapia.

* Guntrannū. ap. Alōt. & igitur Cod. membranum MS.

* Eutheriū. ap. Mont-Elig-ano. Cod. MS. Autheriū ſcripſi. Greg. Turonenſis

Salvatvr hic Vir infidelis, et Popvlvs incredvlvs, per mvlierem fidelem. †

Eo tempore, Annulgi d. Imperatoris Perſarum Vxor, nomine Cæſara, Virum clam fugiens cum quatuor pueris, totidémque puellis, ad Ioannem Epiſcopum Regiæ Vrbis perveniens, baptizari expetiit. Quæ baptizata, ab Auguſta, Mauritij Imperatoris Vxore, de Sacro fonte ſuſcepta eſt. Hæc, dum quæreretur multis locis, à Legatis Regis Perſarum, Conſtantinopoli reperta eſt. Legati, protinùs ad Mauritium veniunt dicentes: Redde nobis Dominam noſtram, Vxorem Regis Perſarum. Imperator miratus eſt, dicens, ſe nichil ſcire de Vxore illius. Tunc Imperatrix Auguſta ait: Elegans mulier quædam, baptiſmi gratia huc acceſſit, dicens, ſe vnam è populo. Videte, nè ipſa forſitan ſit quam quæritis. Quâ viſâ, ad pedes eius corruunt, dicentes Imperatrici: Ipſa eſt Domina noſtra. Dicit ei Auguſta: Da illis reſponſum. At illa ait: Vivit Dominus, cuius fonte renata ſum, quia canibus non loquar; vivunt enim, non vt homines, ſed, vt canes. Et, niſi converſos, & Chriſtianos videro, reſponſum non reddam. Qui libenti animo, gratiam baptiſmi, favente Auguſto, perceperunt. Sicque, Cæſara dixit ad illos: Si Viro meo curæ ſum, permittat ſe in fide Chriſti initiari, & baptizari: non enim aliter ad ipſum revertar. Quod audiens Imperatot Perſarum, Legatos Mauricio Imperatori cum multis

* d. Ex Paulo Diac. l. 4. c. 17. & Append. Grego. Turo. Vide tamen Baron. ad annum 593.

multis muneribus misit, mandans, vt Sanctum Ioannem, Regiæ Vrbis Pontificem, Antiochiam dirigeret, quia, ipso tradente, baptismum Christi suscipere vellet. Tunc Mauritius Episcopū direxit, & apparatum infinitissimum Antiochiæ fieri iussit. Inibi, * Gregorius, eiusdem Vrbis Episcopus, atque Ioannes Constantinopolitanus, cum alijs Episcopis, & Presbyteris, infrà spatium duarum hebdomadarum, sexaginta millia Persarum cum Rege baptizaverunt. Eccè, non solum vir infidelis per mulierem salvatur fidelem, sed multa, & inenarrabilis multitudo vtriusque sexus, ad Christū confluxit. Nec passa est prudens sibi, & alijs vtilis Cæsara Regina, baptizatos Viros iungi paganis mulieribus. Suasit Viro, vt peteret, Mauritium Imperatorem, Episcopos, & Clericos Divinæ legis, quos secum in Persiden duceret, vt non baptizatos mundarent; & fidem eis Christi prędicarent. Quod & factum est.

* Recenti' Exēplar Marcianēse MS. habet, Iu lius ibi Gregorius.

De Tunicâ Domini nostri Iesu Christi.

Anno imperij Regis Guntranni XXX°. * Tunica Domini nostri Iesu Christi, quæ ei à militibus in Passione sublata est, profitente Symone * Iudæo, duabus hebdomadibus multis cruciatibus affecto in Civitate Zaphad, * procul à Ierosolymis, * reperta est integra in arcâ marmoreâ. Quam, Gregorius Antiochenus, & Thomas Hierosolymorum, necnon Ioannes Constantinopolitanus, Episcopi, cum alijs multis Episcopis, Clero, cum Populo, triduanum celebrante ieiunium, cum Arca, levi onere, pedestri gradu, Hierosolymam * detulerunt, eámque, in loco, vbi CRVX DOMINI adoratur, posuerunt.

Ipso anno, Sol, à manè, vsque ad meridiem, ita minoratus est, vt vix eius tertia pars appareret; fortè, obitum Regis Guntranni, bonitate * pleni, designans. Nam, anno sequenti, V°. Calendas Aprilis migravit: sepultúsque est in Ecclesia Sancti Marcelli, quam ipse miro opere exornatam construxerat. Post quem, Hildebertus, * nepos eius, regnum recepit; & is, post quartum Imperij annum, obijt. Filij eius, regnum diviserunt. Theodebertus, adeptus est Austrasiorum regnum, sedem habens, Metensem Vrbem. Theodericus, Burgundiam, Regnum Guntranni, Sedem habens, Aurelianis.

Lotharius, mox, instigante Matre, Parisios * veniens, more barbarico,

* Sigeberti Chronicō ascribis hæc anno Domini 594.
* Simeone, ap. Sigebertū.
* Zaphal, ap Mont-Eli Cod MS. & Ziphal, apud Sigeb. lego.
* Ierusolimis, ap. Mōt-Eli. Cod. MS.
* Ierusolimā. leg. Mōt-Eligianus Cod.
* Sanctitate clari, legitur apud Sigebertum Gemblacensem.

* Childebertus, Fratruelis eius: apud Sigeb. Gemb. legitur. * Parisius, ap. Mont-Elig Cod membraneum MS.

rico, Regnum Theoderici invadere disposuit. Adversus quem, idem Theodericus cum fratre Theodeberto hostiliter veniens, castra, in loco, cui nomen est, Latifisco, statuunt. Quibus, ex adverso, Lotharius superveniens, diluculò, exercitum eorum graviter trucidavit: Fratres exindè fugere compulit.

Anno sequenti, Fredegundis Regina obijt: & Parisijs, iuxtà Virum suum Chilpericum, quem interfecerat, sepelitur, in Ecclesia Sancti Germani.*

¶ Clades glandolaria, ipso tempore, Burgundiæ popolum, nimiùm gravabat.

Brunechildis, ab Austrasijs, de Regno Theodeberti eiecta, ad Theodericum, Nepotem suum, confugium fecit. Hic, Aviam suam libenter excipiens, gloriosè honoravit.

¶ Iterū, Globi ignei, per cœl, quasi currentes, instar hastarum, ad Occidentem visi sunt: signantes præsagiū futuri belli. Nam, Theodebertus, cum fratre Theoderico, exercitum copiosum moventes, super Lotharij Regnum irruunt: contrà quos, Lotharius exire non timuit. Sed, confligente exercitu super fluvium Aroanna*, pars Lotharij gravissimè cæsa est, & ipse, Parisios exindè cum paucis aufugit. Multi inibi Nobiles capti, plures occisi, Castra etiam, vel Oppida, circà ripam Sequanæ sita, rupta, atque depopulata sunt. Lotharius, Parisijs* inclusus, coactus, per pactionis vinculum firmavit, vt inter Ligerim, atque Sequanam, vsque ad mare Oceanum, & Britannorum limitem Theodericus reciperet; Ducatum omnem, inter Sequanam, & *Isaram, Theodebertus haberet. Hæc Occidentalis pars, ab Isara, & Summa, fluvijs, vsque ad mare, Lothario relicta.

Post hæc, Theodericus, cum Fratre Theodeberto, exercitum rursus moventes, VVasconiam suæ ditioni redigunt, & tributarios faciunt* (*supple, VVascones, Anno 607. Ex Sigeberti Gemblacensis Chronicis*)

Tempore Chilperici Regis, (quem suprà memoravimus occisum;) præfuerunt Romani Pontifices, Ioannes, Benedictus, & Pelagius. Eodem etiam tempore, obijt Sanctus VEDASTVS:[a] &[b] Sanctus AMANDVS est natus. [a] *Anno Domini 570. Et*[b] *Anno 571.* (*inquit Sigebertus.*) Nunc igitur, à nobis exponenda est vita, & mors Reginæ Brunechildis.

*Parisi⁹, ap. Mōt-Eli. Cod.

*Anno 601. inquit Sigebertus.

*Aroamia, habet Exēpiar recentius.

*Parisi⁹, legitur apu Mōt-Elig

*Parisi⁹. ap Mōt-E'i Cod.

*Ysarā. habet scriptum Codex Mōt-Elgian⁹.

*ERNOLDVS COGNOMENTO NOBILIS, ea tēpestate Tolosatum Princeps, militari laude clarus rem VVestergothicam ibidem locorum curabat, vti videre licet, & ex Prolegomenis nostris intelligere fusius.

DE

DE BRVNECHILDE REGINA, DE IMMVNDITIA, PRODITIONE, CRVDELITATE, ET INTERFECTIONE IPSIVS: ET, quod tamen multa bona Ecclesijs contulerit.

CAPVT XV.

ANNO Domini D. LXX.° Anno verò Chilperici Regis Francorum V.° Sigebertus, frater eius, Vxorem duxit Brunam, filiam Athanagildi Regis VVisigothorum, quæ, & Brunechildis dicta est. Genuit autem de Sigeberto Rege, Hildebertum Regem. Hildebertus autem Rex, genuit Theodebertum, & Theodericum. Vixit autem cum Viro suo X. annis. Post mortem autem eius, regnavit cum filio suo Hildeberto, V.* Post mortem Hildeberti, cum filijs eius Theodeberto, & Theoderico, annis XL. Quæ propter insolentiam morum adeò intolerabilis erat Francis, vt meritò crederetur Sybillam de ea vaticinatam esse: *Veniet* (inquit) *Bruma de partibus Hispaniæ, antè cuius conspectum, Gentes, vel Gentium Reges, peribunt, Ipsa verò, calcibus equorum disrupta peribit.**

Hanc, Rex Chilpericus, post necem Sigeberti, fratris sui,* Redomis cum filijs exiliavit; vbi eam Merovecus, filius eiusdem Chilperici, illicito sibi matrimonio copulavit, ipsa tamen consentiente. Pro hoc illicito matrimonio, eundem Merovecum Pater interfecit.

Post mortem autem Hildeberti filij sui, ad Theodebertum, filium suum,* habuit confugium. Indè, pro meretricijs ejecta, ad Theodericum fratrem Theodeberti, in Burgundiam venit. Vbi, Theodericus, factione Brunechildis, Desiderium Viennensem Episcopum, Virum Sanctum, in exilium direxit. Postea, Theodericus Rex, pessimo ipsius Aviæ suæ deceptus consilio, eundem Sanctum Episcopum ab exilio revocatum lapidari iussit. Ad cuius Sepulchrum, DEVS omnipotens mira operatur magnalia.

* *V. non habetur ap. Mõt-Elbg.*

* *Anno Domini 579 apud Sigebertũ Gemblac.*

* post mortem Sigeberti Viri sui. *legit Mõt-Elbg. Cod. MS.*

* Neptẽ suã, *apud Mont-Elbgianũ Exẽplar.*

Prædicta Brunechildis, memor prioris iniuriæ, qua, à Regno Theodeberti, pro meretricijs ejecta fuerat, inter duos fratres, Theodebertum, & Theodericum, & Lotharium, nepotem eorum consurgere facit bellum indissolubile. Imprimis, Lotharius, & Theodericus,

dericus, prælio inter ſe colliduntur; in quo, pluſquàm XXX millia virorum cæſa referuntur: Theodericus tamen victoriâ potitur.

¶ In hoc prælio, Angelus Domini, evaginatum gladium ſuper populum tenens, viſus eſt.*

Rurſus, conſilio Brunechildis, Theodericus, contra Fratrem ſuum Theodebertum exercitum ducit. Theodebertus autem, non impar, exercitui obvius venit: Prothadium, Principem militiæ Regis Theoderici interfecit. Theodericus, Theodeberto perſequente, victus aufugit. Theodericus, cum Lothario, Nepote ſuo, congregato exercitu copioſo, non poſt multum temporis, Theodeberto congreditur. Quem fugientem, vſque ad Coloniam Agrippinam perſequitur. Ibi, Theodebertus, cum theſauris ſuis capitur: Filius eius occiditur: ipſe autem Rex, in Clericum tonſuratur; & non poſt multos dies, iuſſu Fratris ſui perimitur.

** Sigebertus, hæc aſcribit anno Domini 606.*

APPENDICVLA.

Hunc ad annum Chriſti DC. X. Cùm Sigebertus noſter Gemblacenſis Chronologus; tum, & Andreæ Silvij Chronicon, marginalem habent, quam tranſumſimus, & hìc ſubtexuimus Annotationem, pervetuſto charactere, atque ſtylo exaratam. Fundatur Eccleſia Marcianenſis, à Sancto Amando, ſuæ ætatis anno XL°. XXIII°. Regni Lotharij. *Huic notationi favet Vetus Eccleſiæ Marcianenſis Commentarius Hagiologicus, ſtato ſuo tempore (ſi annuant Superi) typis vulgandus. Conſentiunt & veteres eiuſdem Eccleſiæ Rictrudinæ Tabulæ, atque inſcriptiones, quarum nonnullas ex vetuſtis Marcianenſibus monumentis, non ſinè multo eduximus pulvere; vti Prolegomena noſtra teſtantur. In quibus ſanè, ad rectam temporum rationem aptandis, Eximij Domini, DN. GeorgI ColvenerI S. Theologiæ DoctorIs imprimis conſilio, induſtriâ, & auxilio haud mediocriter inſtructi, ſumus, & bene vſi. Videatur Prolegoménων noſtrorum tractatus, qui De Antiquitate Marcianenſi fuerit inſcriptus, pagellis 465. & ſequentibus ad 509. vſque: in quibus nos, & vulgatiſſimam traditionem, & antiquam Avorum noſtrorum ſententiam conſtanter & religiosè ſecuti ſumus. Iam itaque ad ſemitam Silvij noſtri redeo: Cuius eccum tibi verba.*

Brunechildis Regina, timens,* ſi Rex Theodericus, Vxorem legitimam duceret, ipſa in palatio vilior eſſet, à legalibus nuptijs pravo ſuo conſilio Regem ſubtraxit. Quod Beatus Columbanus non ſuſtinens; Regem coärguit. Ipſe autem Rex, ex concubinis quatuor

** nè, addit Exẽplar recentius Marcianẽſe MS.*

** habuit, lego in recentiore nostro Exẽplari.*

** Ad annũ Domini 614 hæc à Sigeberto referuntur.*

tuor habebat * filios. Timens autem Brunechildis, nè, (vt dictum est) Rex, Vxorem legitimam duceret, hortatu Beati Columbani, ipsum Sanctum à Burgundiâ expellens, in Italiam ire compulit; vbi, dictus Columbanus, famosum Cœnobium Bobiense ædificans, * in ipso requievit. Non post multum temporis, idem Theodericus, contrà Lotharium Nepotem suum movens procinctum, hausto veneno à Brunechilde, Aviâ sua, sibi præparato, profluvio ventris moritur, & mox, vnusquisque redit in sua.

Brunechildis, cum filijs Theoderici quatuor, Sigeberto, Hildeberto, Chorbo, & Meroveo, qui ex concubinis nati fuerant, Metis adveniens, Sigebertum in Regnum Patris instituere nitebatur.

** Sanct Eligianũ Exẽplar habet. partes Theoderici defũcti, Austriã, ingreditur. Ita legit & nostrũ recentius.*

** Hennoniense Exemp. habet, Cathalaunicis.*

** Carbo, ap Mõt-Eligianũ.*

Lotharius, consensu quorundam Procerum, parcens * filio Theoderici defuncti, Austriam ingreditur. Tunc, iussu Reginæ, Sigebertus, Theoderici filius, cum valido, sed, non fido exercitu, in campis Catalaunicis, * vbi quondam Ætius, Romanorum Patricius, cum Atëula Hunnorum Rege pessimo bellum gesserunt, pervenit, & Lotharium, non impari manu opperientem excepit. Cùmque, super Fluvium Coxoma, certamen arripi deberet; exercitus Sigeberti vltrò terga vertit: sicq; in propria quisque loca regressus est. Sigebertus, exercitu destitutus, campis palans, Burgundiam ingreditur. Lotharius, vsque Sequanam hostiliter ingreditur. Capiuntur inibi tres filij Regis Theoderici defuncti, Sigebertus, Charbo, * & Meroveus. Qui, mox, exilio directi in Neustriam, vsque ad diem mortis exules duxerunt tempora.

Mors probrosa Brunechildis Reginæ.

Post hæc, Lotharius, Brunechildẽ Reginã, quæ propinquos suos, Theodebertum & Theodericũ, filios videlicet Childeberti Consobrini sui peremerat, & plures alios, de semine Regio, extinxerat; quasi iungeretur ei in coniugiũ, convocavit. Quo, leta effecta, sicut ei iussum fuerat venit, pretiosis cõpta ornamẽtis, quasi ad nuptias. Quã, ille, iudicio Francorũ, vno pede, & brachio mulctatam, iussit camelo imponi, & per circuitum castrorum circumduci, & posteà, ad equos indomitos ligatam disrumpi. Sicque, obitu nefando, vt fuerat commerita, ad inferos descendit. Cuius etiam ossa in igne posita, & consumpta, nusquam comparuerunt. Hic fuit finis Brunechildis,

nechildis, quæ regnavit in Francia L. annis. Cum Viro suo Sigeberto, annis decem: Cum Childeberto filio; Theodeberto, & Theoderico, Nepotibus suis, & Lothario, annis XL. Quæ, quamvis fuisset insolens, tamen DEI Ecclesias honorabat. Plura etiam Sanctorum Cœnobia fundavit; & ædificia admirandi operis construxit, vt miraculum * fuerit, tanta ab ea fieri potuisse.

* *Henniniēsis Codex habet.* Vt miracula quasi ab eà facta viderentur.

Defunctis igitur hoc modo, Theodeberto, Theoderico, & Brunechilde, prædictus Lotharius, filius scilicet Chilperici, & Fredegundis, totius Galliæ solus primatum obtinuit, sicut obtinuerat Avus eius, primus Lotharius.

DE REGNO LOTHARII SECVNDI, FILII CHILPERICI.

CAPVT XVI.

ANNO Domini D.LXXXVI°. * Mauritij Imperatoris anno IV°. regnavit Lotharius secundus, filius Chilperici in Francia, XLIV. annis. Primò quidem, cum Nepotibus suis regnavit annis XXX. posteà, solus, annis XIV.

Hoc tempore, Arabum, sivè Sarracenorum Princeps erat Mahummet. * Qui Pseudo-propheta, ex orphano, & inope, per hæresis suæ præstigia, ad Regnum provectus est. Hic, de progenie Ismaëlis ortus, cùm esset pauper, & orphanus, ad quandam Cognatam suam prædivitem, nomine Chadigam, * primò, vt mercenarius, deindè, vt sponsus, se coniungens, per eam ditatus est. Quæ, cùm ægrè ferret illum epileptico * morbo vexari: Ille dicebat, non esse morbum, sed visionem Archangeli Gabrielis se interim videre; &, quia eius aspectum ferre non posset, mente defectà cadere. Hic, communicabat Christianis & Iudæïs, ex eorum scripturis, suam pseudo-prophetiam in aliquibus confirmans. Hic, dicebat, quod hi, qui inimicum occidunt, vel, qui ab inimico occiduntur, paradisum ingrediuntur: Paradisum verò, esse cibi carnalis, ac potus; ibique esse fluvium vini, lactis, ac mellis, & misturam * fœminarum, non præsentium; sed aliarum, multo tempore futuram, & affluentem voluptatem: & multa huiusmodi.

Hic est Mahummet, * cui Gentiles adhuc cultum Deïtatis exhibent. Hic, in Regno Sarracenorum quatuor Prætores statuit, qui

* Alij referunt initia Regis Clotarij 2. ad annū 588.

* Muhāmat, *ap. Sancti Eligianū Codicem:* &, Muhāmad, *ap Sigeb.*

* Cadigā *legit Exemplar nostrum recentius MS.*

ad est, caduco, *addidit Sigeb.*

* mixturam, *ap. Sancti-Eligianū.*

* *Sancti-Eligianū Exemp. habet,* Muhammat; *Sigebertus,* Muhammad.

qui Amiraï vocabantur. Ipse verò, Amiras * dicebatur, vel Proto-Symbolus.

Anno Imperij Lotharij XXX°. Beretrudis Regina obijt. * d Ex quâ, idem Lotharius, Dagobertum, & Sororem eius Blithildem genuerat; ex quâ, Karlensium Regia pullulavit prosapia.

¶ Pipinus, filius Karlomanni, Maior Domus Lotharij, principabatur. Pipino, in disponendâ Republica, coöperabatur Sanctus Arnulphus, filius Arnoldi, primogeniti filij Ausberti Ducis, & Senatoris, ex Blithilde, filià primi Lotharij Regis: ex qua etiam, Magni Duces, Herchenoaldus, Adalbaldus, & fratres eorum, progeniti habentur.

Lotharius Rex, filium suum Dagobertum in Regno adscitum, b Pipino, & Arnulpho committit, ad Austrasios regendum * Contrà quem, Saxones, commoto exercitu, fortiter pugnaverunt. Sed, Deo donante, Pater suus Clotharius, ei subvenit; & trans Rhenum, bellum cum ipsis Saxonibus inijt, in quo, Berthoaldum, Ducem eorum peremit, pro eo quod Dagobertus filius eius sauciatus fuerat in bello * superiori: omnémque regionem eorum ita subiugavit, vt non remaneret in ea belligerans vir, quantitatem spathæ eius supereminens. Tanta, tunc, FRANCORVM potentia; tanta, tunc, Regum *, animositas erat.

Tempore horum, Clotharij scilicet, & Dulcissimi filij eius DAGOBERTI, Regnum Francorum valdè elevatum est; necnon & Sancta Ecclesia, per Sacerdotes, & Ecclesiasticos Viros sublimata refulsit: in tantum etiam, vt Romanus Pontifex, mittens in Galliam, rogaret, vt sibi transmitterentur Viri fortes in fide, & sapientes in eloquio; qui contrà Hæreticos cum eo disputare possent.

¶ ¶ DAGOBERTVS, iram Patris sui Lotharij Regis meritus, * quia, Consiliarium eius cæsum, & detonsum dehonestaverat, Parisijs, * ad Ecclesiam Sancti Dionysij confugit. Et, quia nullo modo potuit extrahi indè: locum illum semper cordi habuit.

† Clotharius, aliam duxit Vxorem, nomine Sichildem; de quà filium habuit Hairbertum nomine. *

¶ Mauritius Imperator, se, cum filijs suis à Focà interficiendum divinitus prædixit: & malorum pænitens, ea sibi retaliari, per se, & per Servos DEI, instanter exposcit.

¶ Anno XX°. Mauritij Imperatoris, & XIX°. Lotharij Regis Franco-

* Hanniniazen habet, Amirau; Sigebertus; Ammiras: ad annum Domini 630

¶ * Nota (...) observatio Syngraphei, & marginalis Vetustiorum Exemplarium Marcianensis.

b. Anno 625. Ex Sigeberto: vel 6 6. vt vult Gordon*.

* Ad Austrasios regnandum. habent alia exemplaria

* praelio, ep Mont. Eligianum

* Supple, Francorum.

* Anno 629. Ex Sigeberto

* Parisijs ep Mont. Eligianum

* Varia Haiëberti huius nomina, & res gestas, vide In prolegomenis nostris historicorum.

Anno Christi 603. & Clotarij Regis 16, iuxtà fidem aliorum Scriptorum

Francorũ, Mauricius ipse interfectus est cum filijs suis Theodosio, Tiberio, atque Cõstantino, à Foca, qui fuit strator Priscij Patritij 2. Sequenti anno, Beatus PaPa Gregorius migravit ad Dominum: *Anno 604. 12. Martij, Indictione 7. Sabinianus Successor electus est, post menseis 5. Kalendis Septembris.*

Hàc ætate, Eleutherius, Patritius, Eunuchus, dum Imperij iura conaretur arripere, à militibus interemptus est; capútque eius Constantinopolim delatum est. Focas, extincto Mauritio, eiúsque filijs 5. per octo annorum curricula principatus est.

De Institutione festivitatis omnium Sanctorum.

Bonefacius PaPa,*apud prædictum Focam Imperatorem obtinuit, vt Ecclesia Romana, esset Caput omnium Ecclesiarum: * quia, Ecclesia Constantinopolitana scribebat se primam omnium Ecclesiarum. Impetravit etiam * b. ab eodem Focà, PANTHEON; & vertit illud in Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & omnium Martyrum: & in Kalendis IX.bris ibi instituit Solennitatem omnium Sanctorum, d. *Martyrum, addit Sigebertus.* Quæ post ea, crescente religione Christiana, decreta est fieri, in honore omnium Sanctorum.

a * APPENDICVLA.

*Annus sexcentesimus sextus cœptus erat, Indictione nonâ, cum Phocas infensus Cyriaco Episcopo Constantinopolitano, (qui sibi nomen Episcopi Vniversalis præsumebat,) Romanum Pontificem, Supremum Episcopum, & solum Oecumenicum esse declaravit. Cæterùm, imperitiâ vitium est, & calumniâ gliscente, malevolorum mendacium Novatorum, asserere Bonifacium PaPam, eius nominis tertium, (qui hoc eodem anno, vbi menseis octo, diesq; viginti treis tantùm sedisset, ex hâc decesserit vitâ, die 12. Novembris, sepultusq; fuerit in Basilicâ S. Petri,) ab Imperatore Phocâ Ecclesiæ Catholicæ Primatum obtinuisse; quem Antiquitas tota constanter agnovisset à Iesu Christo esse * Verum quidem est, Anastasium, & Paulum Diaconũ, loco superiùs citato, tradidisse PaPam hunc Bonifaciũ 3. ab Imp. Phocâ Ecclesiæ Romanæ Privilegiũ obtinuisse: Id quod, & memorat iã noster Silvius, sed ita sunt hæc accipiũda verba, ac si diceret, eo tempore quasi odiorum fomenta inter Phocã & Cyriacũ Patriarchã Constantinopolitanum intercessisse. Vnde Phocas exacerbatus, in odiũ Cyriaci edicto sancivit Imperiali,*

¶ a †

* Videantur eâ de re, Anastasius, & Pau. Diac. l. 4. De Gestis Longobardorum, ad annũ 606.

d Narrat hæc Anastasius, eundemq; meminit Beda. 2. Hist. Anglic. 4.

* lege Baroniũ De Primatu Romanæ Ecclesiæ supremo ad annũ Iesu Christi, 687 adversus Molinæũ, num. 13. &, ad annũ 595.

perials,

periali, nomen Universalis Episcopi decere tantummodò Romanam Ecclesiam, tamquam, quæ Caput esset omnium Ecclesiarum; soliq; Romano Pontifici convenire: non autem Episcopo Constantinopolitano Cyriaco, qui sibi ambitiosiùs illud tunc præsumere auderet; tametsi, Primatum Ecclesiæ Catholicæ, Romana iam haberet; & ab ipso sui Principio semper exercuisset, non solùm super omneis alios Patriarchas Orientaleis, sed, & multò magis super Constantinopolitanum, omnium novissimum. Cùm igitur, hanc caussam, suâ sententia decidisset Phocas, & eum, Romano Pontifici, sub Bonifacio, id nominis tertio PaPâ, adiudicâsset, vt Pontifex Romanus solus, non etiam Constantinopolitanus, Oecumenicus diceretur; Cyriacus, hoc eodem anno 606. mærore confectus, diem suum clausit, inchoato Patriarchatus sui anno vndecimo, Ita Græcorum Annaleis. *Liceat & hoc loco meminisse Vignery Chronologi Galli; qui stomachetur, quòd Episcopi Vniversalis nomen à Gregorio illo Magno ademtum Patriarchæ Constantinopolitano, sit à Pontificibus assumtum Romanis, in quem (inquit Gordonus) egregiè convenit, quod in Molineum scripsit Baronius, ad annum à nobis superiori iam margini adiectum.*

Nè, quidem ille, dum in Ecclesiæ Hierarchiâ nihil discriminat, omnia confundit. Quasi verò Episcopis singulis tribuatur, & (si Dijs placet) etiam Parochis, quod Capiti Ecclesiæ ad regimen illius necessarium apertissimè Christus concessit: & hoc ipsô tempore observatum legisse potuit; quo majores & difficiliores caussæ, ad Sedem Apostolicam vndique deferebantur. Hanc sane prærogativam, & Pelagius, * *& Gregorius Magnus Orientalibus (negare omninò debuerunt: nisi prævaricatores esse voluissent. Cæterùm, cùm nomen Vniversalis Episcopi notare possit, vel vnum & solum: vel inter multos Supremum: posterior appellatio Vicariorum Christi est in Sede Romana: prior, à nullo vnquam post Christum vsurpata. Apud Illustriss. Cæsarem Baronium, S. R. E. Presbyt. Card. Bibliothecarium Apostolicum, plura, quilibet legere potest, ad annum Iesu Christi 595.*

* Anno 587.

* b. Impetravit etiam ab eodem Foca **PANTHEON**, &c. *Hæc sunt referenda, non certè, ad Bonifacium Pontif. Max. id nominis 3. sed sanè, ad, huius eiusdem nominis quartum Bonifacium, ex Valeriâ Marsorum Civitate, PaPam creatum, Anno salutari 607. die Septembris 18. Qui, vt erat eximia præditus pietate, Pontifex Summus, Domum suam statim sacrum in Monasterium erexit: &, PANTHEON, nobile Romæ Delubrum, permultorum Scriptorum antiquorum præconijs celebratum, à Marco Agrippa ter Consule, Augusti Imperatoris tempore, mole augustissimà erectum, & Iovi Vindici consecratum, quod ad hac vsque tempora*

tempora perstiterat à Romanis Christianis Veteres Dæmonum Sedes evertentibus, & ardenti religionis Orthodoxæ zelo demolentibus, intactum: anno hoc eodem DC°. VII°. à Phoca impetravit Augusto; & ab antiquæ Idololatriæ sordibus expurgavit; atque Vni, Trinoque Domino Deo sacravit, in honorem DEI Genitricis Mariæ, & omnium Sanctorum Iesu Christi Martyrum: in illudque ipsum, sacras, & venerandas plurimorum SS. Martyrum reliquias, ex Cæmeterijs extrà Vrbem Romam positis translatas pientissimè curavit. Hæc lege pluribus, apud Anastasium Bibliothec: Bedam, Sigonium, & Baronium enarrata. Synopsin iam suam, hoc prosequitur modo, Andreas noster.

Contrà hunc Focam, nonodecimo anno Clotharij Regis, Heraclius, qui Africam regebat, rebellavit; eúmque regno privavit, Rémque publicam Heraclius, eiusdem filius, regendam suscepit.

¶ Hoc tempore, Sanctus Amandus Elnonensis, per Gallias, miraculorum, & prædicationis gratiâ clarescebat.

¶ Temporibus Heraclij Imperatoris, qui Focam prædecessorem suum igne cremaverat, Persæ, Romanorum Imperium minuunt: Ierusalem, Duce Cosdroà, vastant: thesauris spoliant: Crucem Dominicam asportant. Heraclio autem Imperatore, cum filio Cosdroæ pugnante super pontem lapideum Civitatis Adennæ; cum victoriâ, ab ipso Heraclio Ierosolimos est relata. Qui Heraclius, ad Persas debellandos proficiscens, Virilem DEI figuram in manibus accipiens, quam manus non depinxerunt, sed in Iconiâ Verbi, * quod omnia format, atque componit, sinè picturâ, formam, velut, & sinè semine partum, eduxit; Persidem aggreditur, eàmque per sex annos continuos potenter depopulatur, & Prætorem Persarum, omnésque penè Principes peremit, & Persidam pervagatus, miranda palatia Persarum combussit, & deiecit: *&, occiso demùm à Siroë Chosroâ, nobilissimæ victoriæ tropheum, Crucem Dominicam reportans; suo reposuit loco, non sine insigni miraculo, & nobili triumpho, Anno 629.* Theophanes, & Aimonus consulantur. †

Lotharius Rex tributum XII. millium solidorum, quod Longobardi Francis solverant, relaxat, * † Longobardis sibi perpetuò confœderatis.

¶ In Gallia, quidam cædens ligna in silvà, adeò à muscis infestatus est, vt per biennium amens fieret; deinde; sub religionis habitu, se

* Verbũ, legit Sigebertus Gēbloc.

* F. Clotarius, remissionē cōcessit huius tributi, quod pēsitabat Longobardus, nomine præfectum Provinciarũ ad radices Alpinas, non

† sinè anno 606. vt malè Sigonius scripsit: sed, vel anno 621. vel Clotarij 36. qui Christi extitit 623.

nitates ſuper infirmos faciens. Chriſtum ſe eſſe dicebat, & pro Chriſto ſe adorari iubebat: nolentes ſe adorare cum Populo, qui ei multus adhærebat, impetebat hoſtiliter. Qui poſt ea, à quodam Fideli occiſus eſt; & ita, ſequaces eius diſperſi ſunt.

† ¶ In Nilo, Ægypti flumine, viſa ſunt animalia humanæ formæ; Vir ſcilicet, & mulier vſque ad lumbos, ſuper aquam exſtantes, Qui, ab omnibus, per DEVM adiurati, à manè vſque ad nonam ſe videndos præbuerunt.

¶ Virtus, & nomen Sancti Ioannis Baptiſtæ, miraculis declaratur apud Vrbē Galliæ Mauriennam, De Reliquijs Corporis ipſius, hoc modo, divinitùs illuſtratam. In ea, olim mulier Sancto Baptiſtę nimis * devota, expetebat à DEO donari ſibi aliquid de membris eius; &, in hac orandi inſtantiâ, per trienniũ perſiſtens, cum alter quivis * poſſet deſperare; ipſa, ſpem in DEO ponens, iuravit ſe non manducaturam, donec, quod petebat, acciperet: & ſic, ſeptem diebus ieiuuans, ſeptimà tandem die, deſuper altari, pollicem miri candoris apparere videns, læta, donum DEI accepit. Ad quod adorandum, * tres Epiſcopi venientes, cùm, de hoc ſancto pignore, partem elicere vellent: tres ſanguinis guttas ex eo ſtillare in linteo ſubpoſito ſtupuerunt; & ſinguli, ſingulas ſe meruiſſe letati ſunt.

* *Hebraiſmus eſt Sacer, quo, nimis, pro, valde, ſumitur.*
* iam. *addit Sigebertus, ad annum 613.*
* id eſt, honorādum.

† ¶ Tempore huius Clotharij 2. Regis, nata eſt Beata Matrona noſtra RICTRVDIS, in VVaſconia; ex agili, pugnacique Gothorum Gente: Patre ERNOLDO, cognomento NOBILI, Matre verò LICIA, ſeu, LVCIA Cantabrâ.

Vetus *Marginalis obſervatio, addit*; Ortus Divæ Rictrudis, Toloſæ; Anno Domini DC°. XIII°.

† DE CONSTRVCTIONE MARCIANENSIS ECCLESIÆ.

¶ EODEM quoque Tempore, Monaſterium Marcianenſe, à Beato AMANDO, * poſt ea Treiectenſi Epiſcopo, in poſſeſſione, per dotem, eiuſdem Beatæ Matris noſtræ fundatum eſt.

Tempore

* Sāctus verò Amandus protocōditor Marcianenſis Monaſterij, Traiectenſis Epiſcopus Ordinatur, anno Chriſti 634. ita tradit Sigebertus. Cunabula igitur Marcianenſia ſunt iſto anno priora; & ad annos natalcis Beatæ Rictrudis Toloſanæ Principis, iuxtà fidem Superioris contextus Andreæ noſtri referenda: Eodem quoque tempore, &c.

Tempore Lotharij Regis, præfuerunt hi Pontifices Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Sanctus PaPa Gregorius, cuius octavo anno, industrià eius, Angli ad fidem Christi sunt conversi: *misso, ad eos informandos, & firmandos, Augustino, & SS. Socys, anno 596. qui fuerit fortè S. Gregory Pontif. Max. 7. Vide Bedam, Histo. Ang. l. 1. c. 23. & l. 2. c. 2.* Et post eum. (*Sup. Gregorium Magnum,*) Sabinianus, Bonefacius, Alter Bonefacius; Deus-Dedit; Iterum Bonefacius, V. & Honorius primus nominis huius.

Hoc tempore, floruerunt Sancti Viri, Furseüs, Foïllanus, & Vltanus, Fratres: Gaugericus Cameracensis; Austrigisilus, Bituricensis, *Episcopus; addit Sigeb. ad annum 648.* Et, sub eo, Sulpicius; Cunibertus Coloniensis; Ioannes, Tungrēsis; Isidorus, Hispalensis. Clotharius, anno Regni sui XLV°. porro, vitæ suæ, XLV°. quatuor mensibus adiectis, moritur; &, in Suburbio Parisiensi, * in Ecclesia Beati Vincentij Martyris, quæ nunc Sancti Germani dicitur, sepelitur. *

*Parisij, ap. Sācl. Eligianū.

*Anno 631. Ex Annoi: & Gregoru Append. vel, fortè 632. vti mavult Io. de Serres, In suo commentario histor.

DE REGNO DAGOBERTI, FILII IPSIVS; ET, QVOD ECCLESIAM SANCTI DIONYSII, A fundamentis construxerit.

CAPVT XVII.

ANNO Domini DC°. XXX°. * Anno Heraclij Imperatoris XIX°. Dagobertus, Filius Clotharij, regnat in Francià, annis XVII.

Hierusalem capta est anno XIII°. antè Regnum Dagoberti. ------------- Dagobertus Rex, audita morte Patris sui, in Austrià, vbi regnabat, vniversis Principibus, quibus imperabat, promovere iubet exercitum: Cùmque, Remos * pervenisset, omnes Pontifices, & Duces Burgundiæ, & Neustriæ inibi se noscuntur illi tradidisse.

Haïrbertus verò, Frater eius, nitebatur, si posset Regnum Patris sui assumere; sed voluntas eius, parum sortita est effectum. Brunulfus autem, frater Sichildis Reginæ, & Avunculus eiusdem Haïrberti; volens eum in Regno stabilire, multa adversus Dagobertum machinabatur. Quapropter, multis transactis diebus, â Ducibus Dagoberti, iussu eiusdem Regis, apud Ablatona interfectus est. Cùmque totum Regnum à Dagoberto fuisset occupatum, sapienti vsus consilio, Pagum * Tolosanum, & Caturciacum,

*632. F. vel plerique recētiores recensent Chronologi vel fortassis, & iuxta fidem, historicam Ioannis de Serres, Scriptoris Galli.

*Remis, ap. Mōt. Eligianū.

*Gall. le pais.

ciacum, * Agennensem, Petragoricum, & Sanctonicum, & vsque ad Pyrenęös montes, Hairberto fratri suo concessit, eo tenore, vt nullo tempore, adversùs eum de Regno Patris præsumeret repetere. Indè verò Parisios rediens, Gomatrudem Reginam, quam Patris sui Clotharij consilio coniugem acceperat, eò quòd esset sterilis, Francorum instinctu reliquit, & quandam speciosissimi decoris, & Generis puellam, nomine Namtildem, in matrimonio accipiens, Reginam sublimavit. Denique, cum Regio cultu Austriam circuiret, mœstúsque esset nimium, eò quòd filium, qui post eum regnaret, minimè haberet; quandam filiam, * nomine Ragnetrudem, stratui suo ascivit: de quà, eodem anno, multis precibus, & eleëmosynarum largitionibus, Deo donante, filium habuit; quem, Hairbertus frater suus, Aurelianis, de Sacro fonte suscepit.

* puellā, ap. Mori. Eligiu.

† ¶. Dum autem illum Beatus AMANDVS, post, Trajectensium Episcopus, benediceret; Cathecumenúmque faceret; finitáque oratione, nemo responderet, Amen: aperuit DOMINVS os pueri, cunctisque audientibus, respondit, Amen. Qui, ex aquà, & Spiritu Sancto regeneratus, ab Hairberto Regis fratre, de Fonte susceptus est, &, Sigebertus, nomen accepit. Haïrberto verò, & Filio eius parvulo defuncto; Dagobertus Rex, omne Regnum eius protinùs sub ditionem suam redegit.

Dagobertus, commoto exercitu Francorum Ostrovendorum, * coniunctis secum Saxonibus, qui tunc temporis tributarij erant, Sclavos, & Avares, * quos dicimus Hungaros, domuit, & tributarios sibi effecit.

* Ostrolendorū, ap. Sancti Eligianū Exempl. * Avaros, ap. idem Exemp. * F. decimo.

Fuit autem idem Rex, eleëmosynarum profluus largitor, Iustitiæ amator, &, nisi vulnere cæci ignis illectus succubuisset; cunctos penè antecessores suos excessisset.

Anno Dagoberti octavo, * Heraclius Imperator vità decessit. *Recentiores Chronologi, Heraclium Augustum anno Christi 641. Mense Maïo, vbi annos 31. imperàsset, exitu infelici vitam tradunt clausisse, animi ærumnis, & corporis molestijs confectum, eaq; perpessum, quæ pudeat referre. Cæterùm, qui Monothelitas noluit devitare, de se, quasi certà in tabulà egregiè reliquit effigiatum exemplar; quantum inhærentes DEO Principes possint, quantúmve, qui ab eo recedunt, invalidi, & Reipub. atque Ecclesiæ noxij sint, eàdem etiam infelicitate ad posteros suos propagatà. Qui namq; regnàrat cum ipso Constantinus, iugi detentus morbo, post quatuor Imperij mensis extinctus est veneno, quod propinàsset Noverca Martina*

Ex Theophane.

tina Augusta. Sex tamen Heraclij huius Constantini, Iunioris dicti Imperio menseis sic attribuit Andreas noster.

Constantinus; filius Heraclij, Frater Heraclonæ, imperat sex menseis.

Heracleönas, * filius Heraclij, cum Matre Martinâ, duobus annis Imperat.

Constantinus iunior, filius Constantini, imperat annis XXVII. *Sigebertus, 25. annos tantùm consignat imperio huius Constantini, quem, alij Constantem, Constantium, alij, nominârunt: nos, CONSTANTEM appellandum arbitramur ab eis qui,* Theöphanis *autoritatem sequi velint: & initium imperij eius admittant contigisse anno Redemtoris 643. &, re verâ, cum* Andreâ nostro, *Constantem imperâsse sentiant annos 27.*

Anno Dagoberti Regis Francorum vndecimo, Saxones, Missos, ad Regem dirigunt, supplicantes, vt tributum, quod Pater eius Lotharius imposuerat, indulgeret. Nam, quingentas inferendales vaccas singulis solvebant annis. Ipsiq; deinceps contrà Sclavos, * se certaturos, & limitem Francorum se defensaturos hàc mercede spondent. Consilio suorum, Rex, accepto, tributum cessavit *: sed, Saxonum promissio, modicum effectum tenuit.

Heraclius Imperator, (vt ad superiora redeam tempora,) sapiens in liberalibus artibus, & maximè in Astronomià, mandavit Dagoberto, vt Hebræos de Regno suo exterminaret. Id quod & libentissimè Dagobertus fecit. Prævideràt enim idem Imperator in sideribus, quibus intentus erat, quòd Romanorum Imperium, à circuncisis deleretur. Sed, quod intellexerat de Hebræis, hoc actum esse dignoscitur à Gente Agarenorum, quos Sarracenos vocamus.

Dagobertus Rex, Nuncios Samoni Regi Sclavorum direxit, quatenus Regnum suum ab eo reciperet. Quibus Samo Rex respondit. Et terra, quam habemus, Dagoberti est: & nos, sui sumus; si amicitias disposuerit servare nobiscum. Cui, Legati Dagoberti dixerunt. Non est possibile, vt Servi DEI, cum canibus amicitias iungant. Quibus Samo Rex è contrario respondit. Si vos estis servi DEI, & nos sumus DEI, canes; & dum vos contrà DEVM agitis, permissum habemus dentibus vos lacerare. Tunc, Missi Dagoberti * ejecti sunt de conspectu Samonis. Quo audito, Dagobertus, graviter tulit; & congregato exercitu, terram Sclavorum crudelissimè

* Heracleon, *scribunt plerique alij.*

* VVinidos, *ap. Sigeber.*

* Cessit, *legit noster Sigebertus manuscriptus excusus verò;* indulget.

* Samoni, *ap. Mont-Elogiacū.*

lissimè devastavit. Indè victor rediens, Mettis Civitatem divertit, & Pontificum, & Procerum suorum consilio, Sigebertum filium suum in Regno Austrasiorum sublimavit; sedemque Mettis habere permisit.
Cúmque, eidem Dagoberto de Nanthilde Reginâ natus fuisset filius nomine Clodoveüs, Optimatum suorum consilio, cum Sigiberto Austrasiorum Rege, filio suo, pactionis vinculo confirmavit, vt Neustria & Burgundia, ad Regnum eiusdem Clodoveï, post discessum Dagoberti Regis, respiceret.

DE ÆDIFICATIONE TEMPLI BEATI DIONYSII.

IPSE verò Gloriosus Rex, inter alia quæ laudabiliter fieri iussit, memor voti sui, Sanctorum Dionysij, Rustici, & Eleutherij, auro puro, & pretiosissimis gemmis memorias exornavit. Et, quamvis Ecclesiam, quam à fundamentis construxerat, intrinsecùs, miro decore fabricavit; foris quoque desuper axidam, * infrà quam Martyrum corpora tumulaverat, argento puro coöperuit.

* F. hapsidē, vel absidē, vulgò, la voute.

De Obitu Dagoberti.

POST gloriosam verò Regni administrationem, decimosexto, postquàm Regnum Francorum sortitus fuerat, anno, profluvio ventris, in Spinogiolo Villâ, * non procul à Parisijs, humanis rebus est exemptus. Intolerabilis ergò luctus totum replevit Palatium, vniversúmque Regnum, ob ipsius mortem, acerbissima occupavit lamentatio. Conditus est autem aromatibus, &, cum ingenti dolore, atque frequentiâ, translatus est in Basilicam Sanctorum Dionysij, Rustici, & Eleutherij, quam condignè ex auro, & gemmis pretiosis, diversísque generis ornamentis, foris, & intùs, vltrà quàm credi possit, mirificè exornaverat; vbi etiam Ordinem psallentium, ad instar Monasterij Agaunensium, & Sancti Martini Turonensis, vt, ibidem Laus DEI perenniter haberetur, instituit; atque iuxtà eorum Tumulum, in dextro latere, honore commerito sepultus est.

* Spinogilo, ap. Aimoinum, Spinoilo, ap. Aimoin. F. leg. Spineti propter Sequanā, apud Ioannem Tilium: vernaculé, A Espinoy, sur Seine. Itaque quoque scripsit Aimoinus 4. De gestis Francorum, c. 33.

Quod

Quod Dagobertus, per Beatum Dionysium sit salvatus.

¶ DAGOBERTO R Rege Francorum mortuo, per visionem, cuidam revelatum est, Quòd, Anima eius ad Iudicium DEI rapta sit; & multis Sanctis, contrà eam, pro expoliatione Ecclesiarum suarum reclamantibus, cùm eam iam mali Angeli vellent ad pœnas inferni rapere, interventu Sancti Martyris DIONYSII Parisiensis, cui ipse maximè fuerat devotus, à pœnis liberata est. †

R. *Observatio, Ad verba, Dagoberto, &c.*

HÆC sunt ab Andreâ Silvio deprompta ex Sigeberti Gemblacensis Chronicis, ad annum Domini 645. qui rationem temporum frequens init diversam ab aliorum complurium Scriptorum historicorum, & Annalium Chronologiâ; vt propterea cautè, atque circumspectè sit annorum eius calculatio sæpiùs pensitanda, neque rarò cum aliorum calculo accuratiùs concilianda, & nonnunquam commutanda. Et nè longius excurram: Paulus Æmilius sedecim annos regnâsse Dagobertum asseruit; dissentit Io. Tilius; consentiunt, Andreas noster, *& aliorum complurium Annaleis: at, annum reparatæ salutis 647. Baronius, & Henricus Spondanus, volunt esse, quo fuerit absolutus Dagoberti Francorum Regis decimus sextus; &, quo, idem Rex, decimanonâ Ianuarij defunctus fuerit. R. verò P. Iacobi Gordoni Lesmorei Opus Chronologicum, Anno Christi 648. Theodori, patriâ Ierosolymitani, Pontificis Max. 7. Constantis secundi, septimo, diem* (inquit) *Dagobertus obijt, Mense Ianuario.* Appendix Gregorij, & Aimoïn. *qui dant illi sedecim *annos, Sap. Regni, à morte Patris. Prolegomenon nostrorum Opusculum, hoc de argumento, plura, Lectori amico subministret.*

* videatur 16.

Quod autem ad salutem animæ Regis Dagoberti, Avunculi Sancti Ducis, & Martyris Adalbaldi, Heroüm illustrissimorum, Arnoldi, Erchembaldi, Sigefridi, seu Sigerici, & Landonis, Remensis Archipræsulis, generosissimi Fratris, pertinet; &, ad præfatam visionem ab Andreâ nostro Silvio descriptam iam denique spectat: eadem ipsa hactenus historia visitur interiùs Basilicam nobilissimæ Abbatiæ Benedictinæ Sancti Dionysi, ad*

* seu Ernulfi, vt infrà scriptum est Andreas noster, capite 1. 19.

Aram Summam, & eiusdem Regis Dagoberti Sepulchrum, antiquitùs, in lapide sculpta: vbi, & Cacodæmones habentur, in cymba, Regem, per vastum mare exagitanteis; &, è cælo descendenteis Sancti, qui Dagobertum ab vncis, & Dæmonum vnguibus festinanter eripiant. Hæc ego pluries ibidem conspexi: ex quibus considerari à quolibet spectatore posit, æquissima Iudicii illius omnium Supremi sententiâ factum fuisse, vt, qui se multis, lasciviens adhuc iuvenis Rex, facinoribus anteà fœdasset, Dagobertus, (quod Prolegoménων nostrorum superiùs Opusculum, huic Synopsi Franco-Merovingicæ præfixum, latiùs exposuit) is ipse, (quod ad pœnam attineret) nondùm penitùs expiatus, & defæcatus, tametsi operibus bonis quàmpluribus post ea abundâsset; post obitum, purgatorij pœna, (ad breve licèt tempus) Spiritibus illis procellarum, quibus antè malè esset obsecutus, idem iam fuerit traditus excruciandus.

Sed, & Aimoïnus, 4. De Gestis Francorum, cap. 33. pluribus tradidit, ea ipsa horà, quà Dagobertus expirâsset, visionem Ioanni cuidam, prope Siciliam, in Insula quadam parvulà vitam eremiticam sanctiùs excolenti divinitùs itâ ostensam fuisse, vt eidem, haud procul, apparuerint, in pelago, Cacodæmones, per Maris spatia Dagobertum vinctum agitanteis, & durissimis verberibus inflictis, ad Loca vulcania trahenteis: quibus Rex distentus cruciatibus, quorundam suffragia Sanctorum Lacrymabundè postulare audiebatur: Cum eccè demum aperto repentè cælo, cum ingenti fragore fulmina in fluctus ruunt; illiq; ipsi ab eo Sancti, quos evocaverat in subsidium Dagobertus, descendere videntur: Dionysius nempe, atque Mauritius Martyres, & D. Martinus Confessor, (quorum Ecclesias, præ cæteris ditâsset Dagobertus) qui, & ijdem, Divi, arreptam festinanter, & à Dæmonibus ereptam Regis animam ad æthera, secum, hymnos Domino Deo concinenteis, feliciter sustulerunt. Hanc autem visionem Aimoïnus excepit ab Ansoäldo, Pictaviensis Ecclesiæ Defensore, quam quidem, & Ansoaldus, à prænominato Eremita Ioanne, Viro sanctissimo, acceptam, enarâsse legitur Sancto Audoëno, Regi Dagoberto olim à Secretis, subindèq; Rothomagensi Antistiti præfecto, qui, omnium primus, eam scriptis mandârit. Exindè denique, multos post annos, eius etiam, tanquam rei indubitatæ, Imperator Ludovicus meminit in Epistolà, ad Abbatem Monasterij Sancti Dionysij Hilduinum, quam legendam mitto præfixam Areöpagiticis ab hoc ipso Abbate Sancti-Dionysiano Hilduino conscriptis. Ex ea namq; insuper intelligetur, (quod & observatum notavit Aimoïnus) & Ecclesiarum constructionem, & earumdem ornatum, à Sanctis minimè contemni, quas Divorum nomini pij nuncupârint excitatas, quarumq; ornatum,

natum, ad eorum religiosas memorias devoti contulerint Viri. Id quod fere simili exemplo abundè testatum nobis reliquit Ioannes Turpinus Remensis Archiepiscopus, Historiæ De Vita Caroli Magni, & Rolandi Capite XXXII. DE MORTE CAROLI. *in hac verba. Post exiguum verò tempus, Caroli Regis mors mihi demonstratur. Cùm igitur apud Viennam, in Ecclesia, ante Altare, die quadam raptus in ectasi, precibus insisterem, Psalmumq́;*, Deus in adiutorium meum intende, &c. *cantarem; tetrorum agmina innumerabilia militum ante me præterire, ac versùs Lotharingiam tendere agnovi. Qui cùm omnes pertransirent, intuitus sum quendam illorum, Æthiopi consimilem, retro lento gradu alios insequentem. Cui dixi: Quò tenditis? Aquisgranum, inquit, ad Caroli mortem tendimus, vt eius Spiritum ad tartara rapiamus. Cui dixi: Adiuro te per nomen Domini Dei nostri Iesu Christi, vt peracto itinere tuæ dispositionis, ad me reverti non renuas. Tunc, modicum commorati, vix expleto psalmo, eodem ordine ad me redierunt; & dixi novißimo, cui priùs locutus fueram. Quid egistis?*

Et dæmon; Gallitianus, *inquit*, sinè capite, * *tot, ac tantos lapides, ac ligna Basilicarum suarum, in statera suspendit, quòd magis appenderunt bona, quàm eius mala; & idcircò, eius animam à nobis abstulit: & his dictis dæmon evanuit. Itaque, intellexi, eadem die, Carolum ex hac luce migrâsse, &, subsidijs Beati Iacobi, cuius Ecclesias multas ædificaverat, ad superna meritò regna subvectum: paulòque* infrà, his verbis, prosequitur; *atque eadem die, & horà, qua visionem ego videram, scilicet quinto Calendas Februarij, anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo & quartodecimo illum ab hac vita migrâsse, & apud Aquisgranum in Beata Mariæ Basilica rotundà, quam ipse ædificaverat, honorificè sepultum illum fuisse.* Concludit denique. *In hoc* (inquiens) *exemplo, datur intelligi, quod, qui Ecclesiam ædificat, Regiam DEI sibi præparat; à dæmonibus, vt* CAROLVS *eripitur; & in Cælesti Regia, subsidijs Sanctorum, quorum ædificat Basilicas, collocatur.* Hæc Ioannes Turpinus. *Ad Synopsin Andreanam nunc itaque nos recipiamus; cuius subsequens sit prosecutio.*

* *Divum Iacobum Magnum intelligit.*

DE

DE SANCTO AMANDO, ET, DE SANCTA RICTRVDE, ET ALIIS SANCTIS ipsius temporis.

CAPVT XVIII.

TEMPORIBVS DAGOBERTI REGIS, multi, vtriusque sexus, Sancti, diversis virtutibus clarebant in Galliis. In quibus, Beatus AMANDVS eminebat, natus ex Aquitania. Qui, à Beato PETRO, per visionem confortatus, & ad prædicandum verbum Dei in Gallias * missus; Episcopus quoque, ordinatus; multis coruscans miraculis, innumeras Gentes ad fidem Christi convertit.

* in Galliis, missus; habēt cætera exēplaria MSS.

¶ Multa etiã construxit Monasteria, in quibus adhuc eminent, Monasterium Sancti Petri, in Ganda; Monasterium etiam Elnonense, vbi ipse Sanctus quiescit: Marcianense quoque Monasterium, quod Beata RICTRVDIS nobilitavit sanctitate mirabili, & laudabili fine.

¶ Hæc autem * Beata, *supple Rictrudis*, in diebus adolescentiæ, nupsit ADALBALDO, Magnifico Duci, de Genere Regis Dagoberti; cuius Fratres etiam fuerunt, Sigefridus, Comes Pontivensis, Maritus Sanctæ Bertæ Blanziacensis, & Herchenaldus, Major Domus, & Patricius Clodoveï, Filij Dagoberti, Regis Francorum; & Ernulfus, ac Lando Remensis.

*enim, *ap. Mōc. Elnōn. Vedasti num, & Hennauiense MSS exeplaria.*

¶ Hic Hercenaldus, post mortem Adalbaldi Ducis, Fratris sui, in eius possessione, peraedificavit Duacum Castrum; & infrà, * construxit Ecclesiam Beatæ DEI GENITRICIS MARIÆ, quæ, hodiè, dicitur Sancti Amati.

* *vetus scriptio, Intia, pro Intra.*

DE SECVNDA FVNDATIONE MARCIANENSIS MONASTERII. *

* Hi Titu *, apud Mont-Elgienũ desiderantur.

BEata igitur RICTRVDIS, post necem Viri sui, (Fratres enim eius, & Cognati, cum interfecerãt, eò quòd ADALBALDVS, de Genere esset Francorum, Nam, Gotthi, Francos vilipendunt;) † accepto consilio à Beato AMANDO, cùm eam ad secundas cogeret

cogeret nuptias Rex*, Marcianas venit, & tres filias suas, Closcendem,[m] Eusebiam, & Adelscendem, Virgines, inibi DEO obtulit. Maurontum, Filium suum, Regalibus obsequijs Conestabilis intentum, à sæculo abstrahens, DEO militare coëgit: sicque permanens in sancto proposito, septuagesimoquarto vitæ suæ anno ad Dominum feliciter migravit. *Anno Domini 687. 12. Maij, in Criptâ S. Ioannis Baptistæ cum suâ B. Adelscende honorificè condita.*

¶ BEATVS quoque AMANDVS, Treiectensi Episcopatu postposito, vbi à Rege Dagoberto, & Episcopis illius Provinciæ fuerat intronizatus, ad Monasterium Elnonense revertitur, & nonagenarius migravit ad Dominum, & ibidem sepultus est in Ecclesiâ Principis Apostolorum. *Anno 661. Ex Sigeberto.*

¶ Floruerunt etiam eodem tempore, Eligius, Noviomensis; Audoënus, Rothomagensis; * Amatus, Senonensis; Aubertus, Cameracensis; Remaclus, Treiectensis; Gislenus, Cellensis; Faro, Meldensis, Landelinus, Crispiniensis; Beata quoque Aldegundis, & Soror eius VValdetrudis; Gertrudis, Nivialensis; * & Begga, Soror eius, Vxor Ducis Ansegisi: Et multi vtriusque sexus alij.

Sup. Dagobert, vt sit hac historia [?] o dine prap stero hic narrata p ... ac proinde repetenda ex Prolegomenis nostris, fusiùs descripta m. Closcendam Eusebiâ, & Adalsendam, legit Codex Môt-Eligian*.

*Dado, etiam dictus apud Sigebertū, ad annum 649.

*Nivalensis, apud Sigebertum legitur.

DE REGNO CLODOVEI SECVNDI, ET SIGEBERTI, FILIORVM DAGOBERTI PRIMI.

CAPVT XIX.

ANNO Domini DC°. XLVI°. * Imperij verò Constantini V°. regnant in Franciâ, Filij Dagoberti. Sigebertus, in Austriâ; Clodoveus, in Neustriâ.

Clodoveus, in Regno à Ducibus Francorum sublimatus, accepit Vxorem de Saxonum Genere, nomine Balthildam*, pulchram valdè, & ingeniosam; ex quâ tres filios habuit; Clotharium videlicet, Chilpericum,* & Theodericum.

¶ Maior Domus Clodoveï, fuit Erchenaldus,* Frater Inclyti Ducis Adalbaldi. Porrò, in Regno Sigeberti, fuit Pipinus,* Pater Sanctæ Gertrudis. Quo mortuo, Grimoäldus, filius eius, in Aulâ eiusdem Regis potenter principabatur.

*647 vel 648. vt superiùs notatum est, & observatum, licet dissentiat Io de Serres, admittens sententiā Chronologicam Io. T.ilij.

*Gallicè, Baudour.

* Childericum, ap. Mont. Eligianum Cod. MS. * Erchanoaldus, legitur ap. Sigebertum.
* Sup. Maior Domus.

Sigebertus Rex, de posteritate prolis desperans, duodecim Monasteria, hinc indè DEO construxit. In quibus, Stabulaus, & Malmundarium, * eminebant, coöperante sibi in his Majore Domus, Grimoaldo, &, Treiectensium Episcopo Remaclo. Qui Remaclus, non multò post, pertæsus sæcularium tumultuum, in ipso Stabulaus, * monachicæ vitæ assumpsit habitum. *Anno 651. Ex Sigeberti Chronologiâ.*

* Malmundarium, scripsit Sigebertus, ad annum Christi 651.

* seu Stabulensi Cœnobio, vernaculè, Stavelo, vel Stavlo.

Sigebertus Rex, Hildebertum, filium Grimoaldi, Maiorem Domus adoptat, in filium, & in Regnum: *sæpiùs id facere rogatus à Grimoaldo, Childeberti Patre addit Io. de Serr.*

¶ Ignis de cœlo cecidit, & timor magnus super homines venit. Pestilentia gravissima tribus æstivis mensibus grassata est: cunctis visibiliter apparente, bonum, & malum Angelum, noctu Civitatem circuire; & quoties, iussu boni Angeli, malus Angelus, venabulo, quod manu tenebat, ostium cuiuscunque domus percussisset, tot, ex eâdem domo, sequenti die interibant.

Sigebertus Rex Austrasiorum moritur, Dagoberto filio suo admodum parvulo fidei Grimoaldi commendato, vt in Regnum, eius auxilio promoveatur.

Nota huius Viri, sup. Grimoaldi, *perfidiam*.

* hunc Titulū, quædã exemplaria MSS non habēt.

¶ GRIMOALDUS, Maior Domus, Domino suo Dagoberto, Sigeberti filio, attonso, & per Didonem Pictavensem Episcopum in Scotiam directo, Hildebertum filium suum facit Austrasiorum Regem.

Franci, * dolentes de infidelitate Grimoaldi contrà filium Sigeberti; captum eum præsentant Parisijs Iudicio Clodovei. Quem Clodoveüs vinculatum, amarâ in carcere fecit morte consumi: Filiúmque suum Iuniorem Hildricum Regem fecit Austrasiorum: *mortuo Dagoberto Sigeberti Austrasiorum Regis filio: addit Ioannes de Serres, in suo Inven. histo.* Hic Grimoaldus, frater fuit Sanctæ Gertrudis Nivielensis. *

Ansigisus, filius Sancti Arnulsi clarebat hoc tempore; Cui Begga, Soror Grimoaldi nupserat.

¶ Cœno-

* Ercembaldus, frater vterinus Adalbaldi nostri, Magister Equitū Francorū, cùm perfidiã Grimoaldi, & Childeberti, qui Dagobertum valde puerum, tonsum, & Monachum in Scotiam misissent, ferre non posset: Childeberto in pugnâ occiso, Patrem eius Grimoaldum, in fugam sese penetrantem cepit, & perduellionis iudicio damnatum Parisijs, in carcerem coniecit, in quo miserè vitam finijt. Videantur, Aimoïnus, lib. 4. Io. Tilius, ad annum 658. & Io. de Serres, In Clodoveo 2.

* Nivelensis, *ap. Mont Eligianum legitur.*

¶ Cœnobium Floriacense à Leodebaldo * Abbate fundatur: & non multò post, corpus Sancti BENEDICTI Abbatis, ab Agiulfo * monacho, à Castro Cassino delatum, illuc transportatur, Corpus verò Sororis eius, Sanctæ Scolasticæ Cynomannis * transfertur.

* Agilulfo, ap. Sigebertum.
* Cenomannis. ap. alios Scriptores histor.

¶ Saraceni, captà Rhodo, famosum eius Colossum everterunt. Ex cuius ære, nongenti cameli onerati sunt. *Anno 655. Ex Sigeb.*

¶ Olympius * Exarchus, ad regendam Italiam ab Imperatore Constantino missus, & Martinum Papam occidere iussus; cùm id aliter non posset, tractavit, vt inter Missarum solennia, cùm sibi ipse PaPa Sanctam Communionem porrigeret, illum Spatharius suus perimeret. Sed, Spatharius, horâ Sanctę Communionis, PaPam nullo modo videre potuit. Exarchus verò, in Siciliâ, paulò post, à Saracenis turpiter victus, turpiter perijt. *Anno 657. Ex Sigeberto.*

* Olimpius. scripsit Sigebertus, ad annũ 657.

¶ Clodoveüs Rex, Corpus Sancti Dionysij Parisiensis discoperiens minùs religiosè, licèt cupidè; os brachij eius fregit, & rapuit: moxque, in amentiam perpetuam incidit. *Anno 660. Ex Sigeb.*
Anno Constantini Imperatoris XVIII°. Clodoveüs Rex Francorum obiit, anno Regni sui XVII°. *Christi verò 662.* *

* vel 665. ex Append. Grego. & P. Æmil.

Temporibus Dagoberti Regis, & filij eius Clodoveï, hi Pontifices Romanæ præfuerunt Ecclesiæ, Honorius, Severinus, Ioannes, Theödorus, Martinus, Eugenius, Vitalianus, Cuius tempore obijt Beatus AMANDVS. *Anno 661. vti notatum est superiùs, ex Chronologiâ Sigeberti.*

Apud Attrebatum, Dùm Corpus Sancti Vedasti transfertur ab Autberto Episcopo, præsentibus, Lamberto Tungrensi, & Audomaro Tervanensi, alijsq; Sanctis Episcopis, & Abbatibus: Audomarus, qui præ senio cæcus erat, dum precibus præsentium Episcoporum, & meritis Sancti Vedasti illuminatus esset; ægrè ferens, se liberatum esse à cæcitate, quam, pro salute suâ, sibi à Deo immissam esse gaudebat, rursùm, ad votum suum, excæcatus est. * †

Hæc habent duo Exemplaria MSS. Marcianensia; quæ apud Mont-Eligianum, &, quæ hactenus viderim, alia, desiderantur. Sigebertus autem Gemblac. acta vult Anno Christi 658.

DE REGNO CLOTHARII TERTII, FILII CLODOVEI 2.

CAPVT XX.

ANNO Domini DC°. LXII°. Anno verò Constantini * Imperatoris XIX°. Clotharius, filius Clodovei, regnavit in Franciâ annis IV. Herchenaldo * Maiore Domus, fratre Adalbaldi Ducis mortuo; Franci, quendam Ebroïnum in loco eius substituunt *. Porrò, in Austriâ, Ansigisus, filius Sancti Arnulfi Mettensis Episcopi, principabatur.

*Vel Constantis Secūdi. *Erchanoaldo, ap. Sigeb. *sub Lothario 3. addit Sigebertus.

Batthildis Regina, Mater Lotharij, Corbeïam, & Calam, Monasteria, DEO construxit: *Anno 662. iuxtà supputationem Sigeberti Gembla.* Porrò, illo in tempore, apud Gallias, Francorum Regali deficiente * gloriâ, per Præfectos Palatij Domus ordinabatur Regia, Regibus, ob imperitiam, desidiamq́; , solum Regale nomen inaniter gestantibus.

NOTA REGES, NOMEN REGIS, INANITER HABENTES.

Iāmque opes, & potentia Regni penès Palatij Præfectos, qui Maiores Domus dicebantur, & ad quos summa Imperij pertinebat, retinebantur; neque aliud Regi relinquebatur, quàm vt Regio tantùm nomine contentus, crine profuso, barbâ submissâ,* Solio resideret, ac speciem dominantis effingeret: Legatos vndecunque venientes audiret; eisque abeuntibus, responsa, quæ erat edoctus, vel etiam iussus, ex sua velut potestate redderet. Quòcunque eundum erat, carpento ibat, quod, bobus iunctis, & Bubulco, rustico more, agente trahebatur. Sic, ad Palatium, sic, ad publicum Populi sui Conventum, qui, annuatim, ob Regni vtilitatem celebrabatur, ire; sic, domum redire solebat, & Kalendis Maij præsidere coram totâ Gente, & salutare, & salutari, obsequia, & dona accipere, & rependere; &, sic secum vsque ad alium Maïum habitare. At, Regni administrationem, & omnia, quæ, vel Domi, vel foris agenda erant, ac disponenda; Præfectus Aulæ procurabat.

*Sũmissâ ap. Mon. Eleg. ann.

Theode-

Theodericus, propter superbiam Ebroïni Præpositi, à Regno deiectus, in Monachum tonsuratur, in Cœnobio S. Dionysij.

CLOTHARIVS, cùm quatuor annis Francorum rexisset imperium, validà febre correptus, obijt. *Anno 666. ex Sigeberto vel, 668. aiunt recentiores nonnulli.*
Dissensio protinùs inter Frãcos exorta de imperio est; quibusdam, Childericum; quibusdam, Theodericum, licèt minorem natu sublimare cupientibus. Sed, Ebroïnus, contrà volũtatem Palatinorum, & Principum Regni, Theodericũ in Regni solio sublimavit. Consulens itaque proprijs vtilitatibus, ob id, illum Regem constituit, vt præventum beneficijs, illum sibi amicum faceret, & contra omnes inimicos firmum sibi adiutorium præpararet. Igitur, Theodericus Regiæ dignitatis culmen adeptus est. Qui, lateri suo nequissimum Ebroïnum adaptans, eiusdem grassantis ingenio stimulante, in tantam exarsit insaniam, vt, non solùm plebem iniurians, verùmetiam Primates non minimè * affligens; alios trucidaret, alios, à Regno exterminaret.

*mediocriter, legit vetusti Exẽplar Marcianense.

Franci autem diutissimè his adacti iniurijs, nec tamen, ferocitatis quam semper habuerant, obliti, vnanimiter insurrexerunt in eum. Quibus insequentibus, ad tantum miseriæ redactus est, vt, non solùm Principatus Palatij dignitate adempta, de Regno pulsus aufugeret, verùmetiam totius veniæ decidens spe, præcisà capitis comà, in Luxovio * Monasterio, sub Regulà se victurũ sponderet. Suscepit igitur habitum Monachi, de Monacho nihil habens; sed, fictionem cordis, vestimenti religione palliabat. Hoc autem, quàm dignà religione factum est, operum exhibitione postmodum evidentissimè claruit.

* vernaculè Luxeu, en Bourgogne.

Eodem tempore, in sententiam vnam, pari consensu, Optimates Palatij, ac totius Regni Franciæ Proceres convenerunt; quatenus Theodericus Regno privaretur, ac frater eius Hildericus, qui eo tempore, Monarchiam Austrasiorum tenebat, fratris * Regno potiretur. Quod & factum est. Eo itaque eiecto, Hildericus, frater eius, natu maior, in Regnum sublimatur.

*Patris, ap Mont-Eligianũ: sed, vt videtur, mendosè.

DE REGNO HILDERICI SECVNDI FILII EIVSDEM CLODOVEI 2.

CAPVT XXI.

*1665 ap. Mont. Eligianũ. *24. ap. Mont Eligianũ. *Vlfoaldus. ap. recẽtiores.

ANNO Domini DC°. LXVIII°. *Constantini Imperatoris anno XXVII°. *Lothario Rege Francorum mortuo, & Theoderico eiecto, Hildericus, Frater, eorum regnat in Franciâ annis XII. Huius Maior Domus, post Ebroïnum, fuit VVlfoaldus. *Quo mortuo, Leudegesilum, Filium Erchenaldi, Cognatum Beati Mauronti, Maiorem Domus Regiæ, consilio Beati Leodegarij Episcopi, Franci statuunt.

Anno Regis Childerici quinto, Constantinus Imperator, qui & Constans, omnibus suis exosus, Syracusis in Siciliâ, in balneo à suis est occisus, 15. Iulij.

OBSERVATIVNCVLA.

Rectiùs videtur interfectus Constans 2. id nominis Imperator, anno Christi 669. quarto Clotharij 3. Regis Francorum anno, à Tyranno Mysio, quem occiderit Constantis filius, Constantinus quintus huius nominis Imperator, dictus Pogonatus. Quâ de re, qui scripserint, consulantur Paul. Diac. Ado, Anastasius, in Pontificali, in Vitaliano. Zonaras, & Cedrenus. *Cæterùm si Franco-Merovingicæ huius Synopseos Regum Francorum, imò, & eorum qui temporibus ipsorum imperàrint etiam Cæsarum Augustorum nomenclatura, & Catalogus, ab obitu inclyti Regis Dagoberti primi, satis, pro tempore, indigestus sit, & parum certus: id eò equidem arbitrer nostro vsu venisse Silvio; quia titulo-tenus Reges tunc tẽporis erant. Vnde & apud illius temporis Scriptores, nullo ferè numero fuère nonnulli. Et in maximâ rerum Gallicarum hàc perturbatione, anno quidem reparatæ salutis humanæ 667. Theodoricus, Clodovei secundi filius, tametsi Childerico natu minor post fratrem Clotharium tertium, Francorum Regem 13. apud aliquot rerum Gallicarum Scriptores legitur regnàsse, Ebroïni, omni crudelitate nobilis Tyranni, & Equitum Magistri authoritate: sed, idem quoque ob incontinentiam, & scelera, statim à Regno refertur, expulsus: Magister verò Equitum, seu Regis Aulæ Præfectus, callidus, crudelis, & versipellis, in Cœnobium Luxoviense,* (vernaculè, Luçon en Bourgoigne) *intrusus. Childericus, autem, qui in Austrasiâ imperitabat, accersitus, Regium Parentis sui Clodovei 2. culmen suum adeptus est. Sed, eccè,*

ecce, personati tunc temporis soluti, pusilli animi Reges, in luxu, & venere, inertes, à Maioribus degenerare, seq; Regnumq; suum, Aulæ Præfectis permittere occæpêre; dum in effœminatis delicijs, helluationibus, & libidinibus cum turpibus mulierculis, atque virgunculis corruptis toti volutarentur. Taceo cætera, quæ Prolegoménων nostrum Opusculum, pro re natâ, suis locis elucubrârit. Cecidit tunc Corona Capitis Regum, quia peccatum erat infandum: vt etiam Ioannes Tilius scripserit, ad annum Christi 667. ferè, Parisios, & Neustriæ Regnum, vniversas Regum Francorum ditiones exstitisse: reliquum verò Galliarum, in controversiâ stetisse, apud plerosque nobileis Viros, quàmplurimis, à Regum Frãcorum imperio desciscentibus, dum, penes Equitum Magistros, seu Maiores Domus, summa rerum esset. Perstititq; hacce permagna rerum perturbatio in Franciæ Regno, quoûsque Regum hoc Genus Franco-Merovingicum extinctum est; &, ad Pipini, filij Caroli Martelli familiam Adalbaldinæ stirpi præclaræ coniunctam, administratio Regia est denique, eo rerum ordine, devoluta; quem, Andreas noster, ex Sigeberto, alijsque Autoribus contractum, suæ Synopseos Regiæ sequenti libro secundo, enarraturus est.

¶ Mizius quidam, in Siciliâ Tyrannidem meditatus, mox extinguitur.

Constantis filius, Constantinus, post Patrem imperat annis XVII.

Myssius scribunt recẽtio-ies, ad annum 669.

Hildericus Rex, fratrem suum Theodericum, cum Francis diu insecutus, tandem captum tenuit, & violenter iniurijs affecit, tonsuratumq; comà capitis in Monasterio Sancti Dionysij, sub Regulà vivere coëgit.

Hildericus Rex, Hectorem Massiliensium Patricium interficit, propter iniustitias Arvennensi* Ecclesiæ ab eo illatas. Primores autem eiusdem Vrbis, in vltionem eiusdem Patricij, Sanctum Preiectum eiusdem Civitatis Episcopum martyrizàrunt. †

*Arvernensi, ap. Sigebertũ. ad annũ 670.

¶ Inter Regem Hildericum, & Sanctum Leodegarium Augustudunensem Episcopum, maliloquis intercurrentibus, ortà dissimultate, idem Beatus Leodegarius devenit Luxovium; ibique sanctæ conversationis suscepit habitum. Ibi supradictum invenit Ebroïnum, sed, habitu monachali cor tegens lupinum: Vbi, Beatus Leodegarius, non tam corpore, quàm mente, veterem hominem exutus cum actibus suis, studebat cottidiè, pijs operibus novo homini conformari. †

Nota

Nota levitatem Regis, & iram intemperatam.

CHILDERICVS Rex Francorum, quùm secundùm sæculi honorem, strenuè imperium regeret; vt minùs tamen prudens, malum iracundiæ in se non domuit, neque levitatem animi superfluam, quâ detinebatur, refrænavit. Nam, cùm quâdam die, Virum nobilem Dodilonem, * ad stipitem ligatum, absque legis iudicio, graviter virgis corrigi iussisset; indè Francorum animos adversùm se concitavit. Rexque, quod egerat vilipendens, post paulùlum, in Silvam Lanconis, venandi causâ, cum Blithilde vxore suâ prægnante abiit. * Bodilo autem, dedecoris sibi facti non immemor, cùm suis Regem insecutus, ipsum, & Vxorem eius interfecit; & ad Ansigisum Ducem Austrasiorum se transtulit. Anno 676.

¶ Constantinus Imperator, fratres suos habens suspectos; nè conregnarent, nasos eorum abscidit. †

¶ Yris apparuit in cœlo, Mense Martio, & tremuit omnis caro: ita vt omnes dicerent; quod consummatio esset.

¶ In Italiâ, tantæ pluviæ, & tonitrua fuerunt, quales, nulla ætas hominum memorat; vt etiam homines, & pecùlia fulgure interirent. Et, nisi per Litanias, quas cottidiè faciebant, Dominus esset propitiatus, non potuissent homines triturare, vel in horreis frumenta recondere: in tantum, vt ex ipsis pluviis denuò legumina renascerentur, & ad maturitatem devenirent.

Pontifices Romani, qui temporibus Childerici Regis, Ecclesiæ præfuerunt, Adeodatus, Donnus, Agatho.

*Bodilonem, ap. Mont-Eligi

*Odilo. habet posterius Exẽplar Marcianense.

† *Id refert Sigeber. ad annum Christi 673.*

Ex Sigeberto, ad annum Iesu Christi 676.

DE

DE REGNO THEODERICI, FILII EIVSDEM CLODOVEI 2.

CAPVT XXII.

ANNO Domini DC°. LXXVIII°. Constantini Imperatoris anno X°. Childerico Rege Francorum mortuo, Theodericus Frater eius, ex Monacho, regnat annis XIV. Quod audiens Ebroinus, à Cœnobio Luxovij, vbi, sub falso nomine Monachi morabatur, egressus; ascitis secum, quos olim habuit, amicis, tyrannidem arripuit: Austrasios sibi verbis blandis allexit, muneribus corrupit; sicque ad Regem ire contendit.

¶ Sed, inter eò eundum, Bacivo-villa perveniens, *à Bacville*; Leudisium Augustudunensem inclytum, Principem Palatij, cum thesauris defuncti Regis Hilderici obvium habuit: sub specie pacis ipsi falsò promissæ, dataque fide amicitiæ; inibi eum occidit: * dein, citissimè confugium ad Regem Theodericum fecit; à quo, ei principatus Palatij redditus est.

¶ Augustudunenses, à Luxovio Cœnobio, Beatum Leodegarium, sanctitate vitæ egregium educunt; atque in Sede Episcopali, cum maximo laudum tripudio restituunt.

*à Bacivovilla, *ap Mont-Eligianũ*, * inter colloquendũ; addit Io. Tilius, ad annũ Christi 685.

†

NOTA RELIGIONEM HVIVS MONACHI, DE CLAVSTRO EXEVNTIS.

EBROINVS, præterea, auctor, & amator dissensionum, sponsionis Dominicæ orationis immemor; sed antiquæ* recordationis odij memor; statuit persequendos, quos olim habuisse meminit contrarios, qui eum à principatu Palatij deposuerant. Et, vt alter Apostata Iulianus, Decianas renovans persecutiones, Francorum multos paternâ hæreditate privavit; alios, pecunijs spoliavit: quosdam, gladio extinxit. Inter quos, Venerabilem Leodegarium, Eduæ Vrbis Episcopum, persequens irâ gravi; multis primò afflictum supplicijs; deindè, oculis à capite erutis; linguâ præcisâ; ad vltimum, interemit. Quem, Martyrem dignum, sancta virtus effecit patientia. *Anno Christi 682. Autore Sigeberto Gemblacensi.*

* avitæ. *legitur apud Mont-Eliganũ. exemplar, & Sigebertum nostrum MS.*

†

†

REX INIQVVS, OMNES MINISTROS HABET IMPIOS.

¶ THEODERICVS Rex, consilio Ebroïni Synodum Episcoporum cogit, & in hàc, multos eorum, ex sententià Ebroïni, Episcopatu privat: aliquos etiam irrevocabili exilio damnat. Sub † tam procelloso domesticæ persecutionis tumultu, Sanctus etiam Lambertus, à Treiectensi amotus Episcopatu, in Cœnobio Stabulaus, monasticæ quietis expetijt portum: ibiq; , per septem annos habitavit secum. Sanctus etiam Amatus, à Theoderico Rege, consilio Ebroïni, exiliatur a : & Sanctus Philibertus, Abbas, à Gunegiensi b Cœnobio expellitur.

a. Anno 685. ex Sigiberto. b. a Guegiensi. ap Mont-Eligianū.

NOTA TRADITOREM. *vel*, TRADITIONEM, *vt habent nonnulla exemplaria MSS.*

¶ ANSIGISVS Dux, Pater Pipini, à Gunduino perimitur, quem ipse inventum nutriverat, & nutritum, de Sacro Fonte susceperat, &, ad maximos militiæ honores provexerat. Cui, succedit † in Ducatu Lothariensium, Pipinus filius eius.

Anno 686 ex Sigeberto.

Anno VII°. Theoderici Regis Francorum, Constantino Imperatore mortuo, Iustinianus filius eius imperat annis X.

VVlfoaldo, * Maiore Domus mortuo, Pipinus, filius Ansigisi, principatur in Austrià, cum Duce Martino. Quibus congressus Ebroïnus, victorià potitur. Martinus, fugiens, ab Ebroïno perimitur in pago Laudunensi, apud Castellum, quod vocatur HERCHIACVM. *

* VVilsado, lego apud Sigebertum MS. ad annū Domini 687. * Archriacum. ap. Mont-Eligianū Cod. MS.

De interfectione impijssimi Ebroïni.

PRÆDICTI Ebroïni rabiem quàmplurimi Francorum declinantes, confugium ad Dominum Pipinum, Austrasiorum Ducem fecerunt in Vrbe Colonià. Verùm, quùm DEI vera dispositio, tam iniusti persecutoris munus reddere decrevisset actionis; Ermenfrido in discrimine mortis involuto, se in veritate invocati velox præbuit auxilium. Is, natione Francigena, vità, & moribus Catholicus, dum sæpenumerò, vt dives, & nobilis, optimè se ab inimico

inimico Christianorum Ebroïno defensaret; quâdam die, incautus, cum paucis suorum, hostem, cùm multis, præcautum, sed, sinè adiutorio DEI, præventum offendit. Qui, amissâ spe fugiendi, misericordem, & omnipotentissimum DEVM invocans, in armatorum * copiam irrupit, vnóque ictu, infelicis Ebroïni animam excutiens, ad sibi digna inferna direxit; &, nè quem * vlteriùs Christianum læderet, interdixit. Post hæc, timens Regem Theödericum, confugium fecit ad gloriosum Regem Pipinum. *Anno 687. ex Sigeberto.*

† * armorum: ap. Codices MSS. Vedastinũ, Hēniensem, & Mont-Eligianũ. * nec vt vlteriùs. ap. Mont-Eligianũ, Hēniasĕsēij. Cod. MSS. * F Duce. †

¶ DE GENEALOGIA REGIS PIPINI.

¶ HIc Pipinus, Regio stemmate exortus fuit; Patre Ansigiso Rege: * Avo, Arnulfo; qui, deposito militari cingulo, Ecclesiasticâ sanctione decenter ornatus, Mediomatricum, quæ est Mettis, sanctificatione vitæ adeptus est Sedem: Proavo, Arnoldo; Abavo, Ausberto, ex Genere Senatorum; qui Vxorem duxit Blithildem, filiam Lotharii Regis Francorum, Sororem primi Dagoberti Regis.

¶ Genitrix verò eius, dicta est Begga, Filia Pipini Principis, qui ab Sylvâ, quæ vocatur Carbonaria, ad fines vsquè Fresonum, iusto moderamine cunctum infrà regebat Populum. Hic, quia masculini sexus proles defuit; Domnum Pipinum, nominis sui æquivocum, Filiæ suæ filium, hæredem sui Regni statuit. †

Nota prudentiam Pipini; Et stultitiam Theoderici.

Hunc Titulum non habet Mont-Eligianus Codex membraneüs; Sed, eum qui sequitur.

De Pipino, Principe glorioso.

¶ PRofvgi igitur Francorum, qui, insecutione prædicti Ebroïni, ad Domnum Pipinum confugerant, auditâ interfectione prædicti Ebroïni, *Domnum Pipinum*, adeunt, postulantes legationem dirigi ad Theodericum Regem Francorum; quatenus,

tenus, ipsius adiutorio, parentibus, adiunctis, terrisque amissis reddi mererentur. Præfatus Dux, prudenti legatione directâ, non, quæ pacis fuêre, repererunt. Verùm, suadente Bertario Theoderici Regis Consiliario, bellum indicitur. Profugos quoque Francorum, vi, repetita recepturos minatur. Legatio, coram Duce Pipino, & Optimatibus eius, quod acceperat, refert. In commune placuit, arma corripi: profugis, & viduis subveniri. Plebi-scitum acclamatur: ab vtrisq; partibus in Carbonarias convenitur: bellum initur; sed, non æquo proventu finitur. Nam, Francorum multi, Theoderici Regis partium bello se subtrahentes, causâ parentum, quàquaversùm, delituerunt. Certaminis erat, ab vtroque, nolle vinci: &, à neutro horum, velle superari. Theodoricus, bello fugatur; Parisios * vsque, à Pipino, profugisque Francorum insequitur: sed, Sequana fluvius imminens, malum determinavit.

Anno sequenti, Pipinus Dux, Rabodoni, Frisonum Duci, bellum indicit; & gravi prælio devictum, tributarium facit.

* Parisi°. ap Mont-Elgianu Cod MS Anno 691. autore Sigeberto.

Nota Gislemarum; alterum Absalonem.

EBROINO interfecto, * Franci, accepto consilio; VVarathonem, illustrem Virum, in loco eius constituerunt. Idcircò, præfatus VVaratho, obsides accepit à Duce Pipino, pace invicem patratâ. Erat, id temporis, memorato VVaratoni filius valdè efficax, atque eruditissimus consilio, qui, vice Patris, curam gerebat Palatij, nomine Gislemarus. Qui, ob nimiam calliditatem, & sagacitatem; Patrem ab honore supplantavit. Quem, Sanctus Audoënus Episcopus, increpabat sæpiùs, vt, ad pacem, vel Patris indulgentiam remearet. Qui, audire renuit, & in duritià cordis permansit. Fuerunt igitur inter Pipinum, & præfatum Gislemarum discordiæ multæ, & bella civilia multa.

Nam, ad Castrum Vanricum, *ᵐ. contrà hostem ⁿ. * Pipini Ducis, Gillemarus consurgens fraudulenter, falso iuramento dato, quàmplures eorum nobiles viros occidit. Indè verò reversus, ob supplantationem Patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetraverat, à DEO percussus prædictus Gillemarus, vt dignus erat, iniquissimum fudit spiritum. Illóque mortuo, Pater eius, VVarato, honorem pristinum Maiorum Dominatus * sui recepit.

* Anno 687. ex Sigeberto.

ᵐ in Navinucum ap. Sigebertum ad ann. 689

ⁿ hostem, pro exercitu posuêre illi mediæ antiquitatis scriptores; & vernaculè, L'host

* DOMVS

Erátque

Erátque VVaratoni, Matrona nobilis, & strenua, nomine Aufflédis, ° cuius Gener, nomine Bertharius, honorem Maiorum Dominatus Palatij suscepit. Eratq; staturâ parvus, intellectu modicus, levis, atque citatus, Francorum amicitias, atque consilia sæpè contemnens. Ob hæc, indignantes Franci, Audoramnus, Reolus, & alij multi, relinquentes Bertharium; ad Pipinum, per obsides confugiunt; amicitias copulant; bella, super Bertharium, * vel, reliquam partem Francorum concitant. *Anno 690. Ex Sigeberto Gemblacensi.*

REGIA, *legit Sigeb. noster MS.*

o. Amflidis, scribunt alij historici.

* Berchariū, *semper legit Mont-Eligian' membranaceum, nec habet Titulum sequentem,*

PIPINVS PRINCEPS, THEODERICO SVPERATO, ET VICTO, TOTVM REGNVM, SVB SVAM REDIGIT POTESTATEM.

PIPINVS, commoto exercitu hostili, ab Austro consurgens, contrà Theodericum Regem, & Bertharium, præparatos ad bellum, & coniunctos in Oppido Viromandensi, in loco, qui dicitur Textritius; bellum mutuò gesserunt. *Anno 691. ait Io. Tilius, In Chronic.*

Huic Sectionis parte, suum adposuit superiorem Titulum, Membranaceus Codex MS. Mont-Eligianus; ijsdem verbis, quibus & nostra duo Exemplaria Marcianensia MSS. tumq́, sic prosequitur.

PRÆVALENTE Pipino cum Austrasijs, Theodoricus, cum Berthario, fugam inijt. Pipinus, victor extitit; persecutusq́; eos, cum eorum regione subiugavit. ¶ Sequenti tempore, idem Bertharius, ab adulatoribus, falsis amicis, interfectus est, instigante Ansflede Matronâ, Socru suâ.

¶ Post hæc autem, Pipinus, Theodericum Regem capiens, & thesauros eius; & Maior Domus Francorum, sub Theoderico Rege, constitutus, in Austriam regreditur. Erátque ei Vxor nobilis, & prudentissima, nomine Plectrudis: genuítque ex eâ filios duos. Nomen senioris, Drogo; nomen iunioris, Grimoaldus.

¶ Præfuerunt hoc tempore, Romani Pontifices; Benedictus, Ioannes, Conon, Sergius I.

¶ Floruerunt etiam hoc tempore, Sancti Viri, Remaclus, Theodardus, & Lambertus, Traiectensis Vrbis, Pontifices; Vindicianus, Cameracensis; Audomarus, Morinensis, Episcopi:

Nota †

¶ MAVRONTVS, & IONATVS, MARCIANENSES ABBATES:

¶ Richarius, VValericus, & Iudocus, Pontivenses: Bertinus, & VVinocus, Flandrenses.

VIDE VITAM, ET FINEM BEATI CONFESSORIS AMATI, QVI MARCENIS ALIQVANDO MANSIT.

¶ SANCTVS AMATVS, Senonensis Episcopus, iussu Theoderici Regis, & Ebroïni, quondam exiliatus, aliquantum temporis cum Abbate mansit Vltano.* Post mortem autem eius, præcepto eiusdem Regis, suscipitur à Beato Mauronto, eiusdem Regis Cognato, custodiæ mancipandus, in suo, qui Broilus dicitur, Monasterio. Qui, eius vitam sanctam, miraculis plenam conspiciens; eum absolvens à custodia, in Monasterio MARCIANENSI, Sanctæ Matri suæ RICTRVDI, & Sorori EVSEBIÆ, commendavit, vt eius ædificarentur exemplo, & vitâ.

*Perronæ. *Ex eius Vita manuscripta in membranis Marcianensibus.* †

¶ Post non multum verò temporis, prece, & præcepto Beatæ constrictus RICTRVDIS, suscepit Fratres regendos in Monasterio Sancti MAVRONTI, Broïlo. Hic locus, ità eo tempore nuncupabatur; nunc autem, MEVRIVILLA,* quasi MAVRONTI-VILLA, vocatur. In quo loco, Beatus AMATVS Confessor, Eidibus Septembris tempore supradicti Theodorici Regis, ad Dominum migravit.* Cuius Corpus, Beatus MAVRONTVS, in eodem loco, in suà possessione sepelivit: & omnia sua, per Chartarum Instrumenta contradidit.

* *vernaculè* Meurville.

* Anno 690. ex Sigeberti Chronicis. †

DE

DE ERCHENALDO, MAIORE DOMVS REGIÆ, ET, LEVDISIO, FILIO EIVS.

CAPVT XXIII.

TEMPORE Clodovei Regis, & Lotharij, filij eius, qui quatuor tantummodò annis regnavit, fuit Erchenaldus, de quo suprà narravimus, Beati Mauronti Avunculus, qui, Beato Furseo fuit familiarissimus. Nam eius instinctu, & consilio, construxit ex proprijs sumptibus, Cœnobium Sancti Petri in Latiniaco *, Monasterium quoque, eiusdem Sancti Fursei, in proprio Alodio, in Peronà, * vbi, ipsum Sanctum sepelivit: ¶ Et, vbi etiam, ipse HERCENALDVS sepultus, requiescit. †.

¶ Post mortem autem eius, Franci, Ebroinum Maiorem Domus constituunt. Quo eiecto; Leudisium, filium Erchenaldi, in Patris Principatu stabiliunt. Hilderico auté Rege interfecto, idem Leudisius, cum thesauris eiusdem Regis, ad Beatũ Leodegarium, in Luxovio existentem, ire disponens, ab eodem Ebroino, in medio itinere, in osculo pacis suscipitur, & interficitur. Ebroinus autem, thesauros accipiens, de eisdem thesauris, primatum à Rege Theoderico, Episcopis contradicentibus, redemit.

*Ercenaldus, ex Mõt-Eligiano Cod. MS.

*vulgò Laigny, sus Marne.

*vernaculè: Saint Fursy, à Peróne.

†

Nota rursùs vitam Ebroïni pseudo-Monachi.

¶ NVNC restat, vt eiusdem Ebroïni actus, sub brevitate colligamus. De * quo genere fuerit exortus, nulla, quam legerimus, refert historia. Tamen, ex gestis eius, quantum fuerit in malo efficax, satis comprobatur. Maior enim Domus, post Erchenaldum, sub Rege Lothario constitutus, ob insolentiam morum, Francorum in se accendit odium. Lothario autem Rege mortuo; idem, Ebroinus, Theodericum, fratrem eius, suorum auxilio, in Regno, suum quærens commodum, sublimavit. Id quod, Francorum Optimates cernentes, & Ebroini sævitiam, & Theoderici stoliditatem timentes, illum, principatu, hunc autem Regno eijciunt: & Ebroinum quidem, in Luxovio; Theodericum verò, in Monasterio Sancti Dionysij, invitos faciunt monachos. Hilderico autem Rege Austrasiorum, quem sibi Regem fecerant, interempto, Ebroinus,

*quâ gẽte, legit Mont-Eligianus Cod.

nus, quasi Leo, rupta catenà, de claustro fugit: & Leudisium Augustudunensem Principem, Maiorem Domus, quem suum dolebat esse successorem, cum thesauris Regijs, interfecti, obvium habens; dolo interemit.

DE EBROINO, EX MONACHO, MAIORE DOMVS: ET INTERFECTIONE SANCTI LEODEGARII.

CAPVT XXIV.

QVIA verò, non iusto iudicio fuerat tonsuratus Theodericus; vt iustum erat, de Claustro Sancti Dionysij exiens, regno restituitur. Ad hunc ergò Ebroinus, vt Socius, & familiaris reversus; datis thesauris, Maior Domus iterùm constituitur. Qui, occasione acceptà, ad inimicos suos, qui eum de principatu eiecerant, intendit puniendos. Imprimis, Sanctum Leodegarium, Augustudunensem Episcopum, Consiliarium Hilderici Regis, effossis oculis, in carcerem trudit, quia, eius consilio, se putabat à principatu submotum; & Leudisium, filium Erchenaldi ex Leutsindà, subrogatum occidit. Deindè, Gerinum, fratrem eiusdem Sancti, lapidibus obrui fecit.

Post hæc, Theodericus Rex, Episcoporum congregato Concilio, multos Episcopos, & Abbates, consilio ipsius Ebroini exiliavit. Inter quos, Sanctum Lambertum, ab Episcopatu Treiectensi remotum, in Monasterio Stabulensi conclusit. Post hæc, Sancto Leodegario linguam abscidit, pedes perforavit; & sic, capite abscisso, DEO dignum Martyrem fecit. Deindè, Ducem Martinum interfecit, Virum nobilem, nepotem Ansigisi, gloriosi Ducis: Francorum nobiliores exhæredavit. Ad vltimum, vt illud impleretur, quod scriptum est; *Non potest benè mori, qui malè vixerit*: Ab Ermenfrido, nobili viro, quem iniuriaverat, improvisè ei occurrens, interfectus est.

In Archivis Ecclesiæ Beati Medardi Suessionensis, (sicut à Monachis eiusdem Ecclesiæ audivi,) continetur; Quòd, Vxor huius Ebroini, Ecclesiam Beatæ Mariæ, Genitricis DEI, famosam, à fundamentis, de substantiâ huius Ebroini, & suâ, construxerit.

Anno Theoderici Regis X°. Pipinus, maior filius Ansigisi Ducis, victo in bello Theoderico, principatum gerit in vtràque Franciâ, *annis XXVIII°.

¶ Theodericus Rex,[a. b] pœnitentiâ ductus pro morte iniustâ Beati LEODEGARII, Monasterium Sancti VEDASTI construxit.*

A.b. APPENDIX ad verba, Theodericus Rex &c.

Ecclesiæ Marcianensis Vetus liber MS. in pergameno, nosterq́, Andreas Silvius, certi cuiusdam illustris olim meminêre loci, qui existeret in Villâ Beubriaco, vernaculè Beuvry, vnico à Marcanis milliari distantis, cuiusq́, nomen antiquissimum esset, Theoderici mansus, vulgò, THIERY-MEIX, seu, Theoderici domicilium, quòd ibi frequens Rex agitaret Theodericus, suaq́, ibidem venatica septa selegisset. Is, namq́, venationis, suprà quàm dici posit, studiosus erat, & vsque ad periculum venandi persæpè studio tenebatur.*

Cognatus verò ipsius, D. Maurontus, fortunæ muneribus amplissimis, & animi opibus egregiè ornatus, grave curarum pridem excusserat onus, & familiæ Benedictinæ, apud Marcianenseis, non tam ædificij exterioris apparatu, quàm spiritali castimoniæ, eximiæque pietatis splendore nobileis, se mancipârat; Rictrudinæ iam, & Maurontinæ in pauperes liberalitatis, profusæque in excitandis DEI cultui sacris, & Asceticis Ædibus munificentiæ nobilissimum in vulgus abierat exemplum, omnium ore decantatum; quum, eccè DEO Opt. Max. sic tandem permittente, occultâque Providentiæ suæ Regulâ ordinante, Theodericus Rex superni favoris aurâ benigniùs afflatus, in venationem se spiritalem cœlesti studio ductus recepit, Nobiliacúmque apud Atrebateis expetijt Castrum: memórque, atque pœnitens atrocissimæ necis Sanctissimo Eduæ, seu Augustodunensis Civitatis Antistiti Leodegario illatæ, scelus illud nefandum, ceteráſque in DEVM ter Max. noxas admissas pœnitenter expiaturus, eo loci Regium Cœnobium excitavit Beatissimi Præsulis VEDASTI clientelæ nuncupatum; quod, & idem Rex mentis melior, saniorísque vitæ genus denique instituens, paucis, antequàm vitalem hanc auram valere iuberet, annis, annuo dotavit, & liberalissimo ditavit proventu: virísque pijs, qui cum Attâ perdigno Præsule strictiorem ibidem monasticæ vitæ rationem amplexarentur, adornatum curavit. Hæc, equidem, post monimenta Ecclesiæ Marcianensis, sentio, & exscribo.

Qqqq Porrò

*Ex Sigeb. ad annum 691. Sed hæc acta putē anno 687. Theoderici Regis 18. Ex Appen. Greg. & Aimoino.

* *Codex membraneus MS. Mont-Eligianus, hic, ad marginem hanc habet notationem:* Ecclesia Sancti Vedasti construitur anno 688.

* F. hodieque, Courtaubos. Curia in Silvâ, in famâ olim multâ locus. De hâc voce vernaculâ Italorū Mansus, i, apud Burgundiones significante Meix: ap. Nortmānos, Mois ap. alios, Mas, vndè fluxit dictio Maison, apud rusticos, Mason, pro domo, videantur, Iacobus Spiegelius, In Lexico Iuris, & Notę Eximii DN. Georgii Colvenerii, in Chronicō Balderici Episc. Novio. & Torna. folio 601. In verbo Mansus.

Porrò verò, Quò magis elucescat, &, ad maiorem gloriam DEI, notior evadat perantiqua illa, & Cælo perdigna veterum Francorum Regum maxima pietas; in, & suis sumtibus liberaliùs condendis Monasterijs, & Regum Regis Iesu Christi dotandis Ecclesijs, in quibus, à religiosioribus Viris, & sanctè Monasticen profitentibus Laus DEI Opt. Max. perennis liberiùs concelebraretur; perperam me facturum nihil ratus sum, immò verò, pretium operæ studiosis eiusdem æmulandæ sacro-sanctæ pietatis, & munificentiæ cultoribus, omni procul dubio, impensurum arbitratus sum; si, huic Andreanæ Synopsi, ad Sanctissimi quoque, & magni illius Antistitis VEDASTI ampliorem efficiundam laudem, & nomen nobilis illius, verèq; Regij Cœnobij Vedastini splendidiùs illustrandum; & tempus conditi à perpœnitente anteà malè actorum Rege Theoderico, S: Mauronti Cognato, &, in favorem Ecclesiæ inclytæ Vedastinæ, Pontificij à S. Vindiciano editi Privilegij Formulam, suo hîc redditam loco adijcerem, & anno salutari. Quam equidem formulam verbotenus transsumsi Anonymo è quodam, eodemq; antiquissimo (vt videtur) in Artesijs Ascetâ Chronographo, qui, ab Orbis conditu, suum texuit Chronologicum Opus, exstans penes me membraneum MS. Cuius, & hocce sit exordium. ORTHODOXI PATRES, &c.*

* Anno Christi 681. Regni Theoderici 12.

Eccum igitur illius formulam, non alio, quàm inediti hactenus Scriptoris stylo, liberaliore manu posteris transmittendam evulgo, eius vt ex religiosa lectione, nobilis quilibet Lector, certum facere fructum ita possit, vt non modò demiretur priscam illam, haud modico Christianismi bono stantem, in huncq; diem apud Venerabileis Benedictinos florētem Regum, Heroumq; laudabilem pietatem; qui, magnificentissimis operibus, & Asceterium illud, Orbe toto cantatissimum, & alia complura, in Belgicâ nostrâ exstruxerint Ordini nostro Benedictino, multorum Parenti: quiq;, Pontifices Maximos genuerit 24. Ecclesiæ Romanæ Cardinaleis 184. Archiepiscopos 1164. Episcopos, ter mille quingentos & duodecim: cosq; omneis, qui Monachum induerint Benedictinū, ante salutis annum 1417. (quo, Concilium Constantiense, celebratum est) memorabili eduxerit fœtu: &, Ioannis 22. Papæ florenti ætate, quindecies mille quingentos quinquaginta novem certiùs recensitos audierit Ascetas suos in numerum Beatorum relatos; atque vno, eodemq; tempore, instituti sui, (quod & ipsi Cæsareis, Reges, Duces, & Principes, atque nobiliores certatim susciperent) supra septem, & triginta millia Cœnobiorum numerârit: (vt in historijs est,) ad quarum Scriptores fide digniores, Lectorem relego. a. b. c. d.

a Ioānes Tritthemius lib. 1 De Viris Illustribus Ordinis S. Bened.

Non itaque demiretur (inquiebam) Lector, duntaxat, hanc Regum, & illustrium Heroüm religiosiorem in Ædes nostras sacras, & Benedictinas Abbatias effusam conspiciens munificentiam, cùm illas pientissimo Zelo excitàrunt, & easdem ampliter dotàrunt, ditàrunt, & diplomatis suis, Privilegiisq; Pontificum munitas stabilierunt: sed, & ipsius idem exemplarem sese domi propositam retinere gaudeat aeternùm cælo dignam εὐσέβειαν, vnde discat etiam Διώκειν τοὺς ἀγαθοὺς ἀνθρώπων, id est: bonos imitari; & peritura fortunæ bona certo cum cælo providè, religiosèque commutare.

Adsunt quidem verba Chronologi necdum typicis Chalcographorum notis commissi; quorum tamen numeri, & Pontificis, Cæsarisq; nomina, emendari debeant, & commutari; quòd, cum anno Conditoris, & Dotatoris Theoderici Regis duodecimo, bis repetito, ab eodem Annalista, nullo conveniant & quadrent, verè adaptando modo. Verba nihilominus Autoris anonymi, & inexcusi reddere placuit: quòd id ita vellet peractum, Index Clementinus prohibitorum librorum, In instructione eorum, qui, libris, tum prohibendis, tum expurgandis &c. diligentem operam dabunt: Titulo, De Correctione librorum; §.4. *hoc stylo.* In libris Catholicorum Veterum *(id est, qui antè annum Domini 1515. scripserunt:)* nihil mutare fas sit.

Anno Incarnati Verbi, DC°. XCI°. Sergij PaPæ IX°. Iustiniani Imperatoris Constantinopolitani V°. Theoderici Regis Francorum XII°. Atta, Venerabilis Monachus, à Rege Theoderico eligitur; à prædicto Episcopo benedicitur; Monasteriiq; Sancti Vedasti cura ei committitur. Id quod, annis XX. & dimidio optimè rexit. Prædictus verò Rex Theodericus, super donativa quæ nuperrimè contulerat loco, ad vsus Fratrum inibi DEO militantium, tale Privilegium, publicà audientià fieri iussit.

VINDITIANVS.

Vt ergò omnia rectè, verèque quadrent, reponendum, legendùmque videtur: Anno Incarnati Verbi DC°. LXXXI°. Agathonis PaPæ IV°. Constantini Pogonati, Imperatoris Constantinopolitani XIII°. Theoderici Regis Francorum XII°. Atta, *&c.*

Vinditianus, Cameracensium, vel Atrebatensium Ecclesiæ Episcopus, Omnibus Sanctæ DEI Ecclesiæ Filijs S.

SI, Locis, quæ DEO dicantur, nostrâ Pontificali auctoritate aliquid conferimus, quo in meliorem erigantur statum; credimus nobis mercedem exindè à DEO recipere, atque, ad augmentum vitæ æternæ capiendæ, emolumentum non modicum speramus nobis adquirere. Quapropter, noverint

b Bozi⁹ lib. 6. cap. 7. Azor. l. 12 Instit. Moral. cap. 2. c. Bartholom. Cassanæus, In Catal. gloriæ mundi, parte 4. consideratio 54. d. Gervinus Calenius E. pist. dedicator. ad Abbatem Fulden. Balthasarum, initio Regu. S. Bened. Folengius, in psal. 102. Aliique complures, plura enarrant in dignam Ord. S. Benedicti laudem.

omnes Fideles, præsentes videlicet, & futuri, quia Dominus noster pyssimus Rex Theodericus, in Generali Placito, habito in Compendio Palatio, in conspectu Venerandorum Episcoporum, videlicet Audoeni, Austregisili, Audomari, Iligy, Faronis, atque Lamberti, necnon & illustrium Abbatum, Agili, Wandregisili, Filiberti, Bertini, atque Scupilionis, suggessit humiliter nostræ Pontificali Celsitudini, quatenus Pontificali Privilegio roboraremus quicquid ipse contulit NOBILIACO MONASTERIO, *vbi Sanctus* VEDASTVS *corpore quiescit: quod, ab ipso Rege mirificè, & decenter Regys construitur sumptibus, situm in suburbio Atrebatis Civitate. In quo loco, nuper fuit translatum Corpus dicti Pontificis* CHRISTI, VEDASTI, *à Beatissimo,* AVTBERTO *Episcopo, nostro videlicet prædecessore, ac honorificè humatum.* * *Denique, omnibus notum est, eundem locum pertinentem fuisse, ac subiectum Ecclesiæ Attrebatensis Civitatis: sed, à memorato Rege Gloriosissimo Theoderico, me consentiente vna cum Clero nobis subiecto, est à nostrâ sequestratum Civitate.*

* Anno 658. Vide Sigebertum Gêblac, cà de re pluribus agentē.

¶ *Igitur, considerantes dignam, ac humillimam sepiùs dicti inclyti Regis ------ Ratum duximus opere perficere, quod ipse suggesserat. Itaque, per Sanctam, & individuam Trinitatem, Pontificali auctoritate obtestamur cunctos Sanctæ Ecclesiæ* DEI *Filios, præsentes videlicet, & futuros, vt hoc Episcopale Privilegium, à nobis, pro* DEI *amore editum, ita vt à nobis constitutum est, inviolabiliter conservetur: ab hodierno videlicet die, & deinceps, per Pontificalem auctoritatem, omnes seculares, & Iudiciares Potestates excludimus ab ingressu memorati Monastery, atque Castri; vt liceat Monachis* DEO *inibi famulantibus, ex hoc, &* * *reliquum tempus, quietè vivere, ab omni mundano strepitu esse sequestratis. Et adiuramus per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, vt, neque Comes, nec alia Regia, vel Iudiciaria Potestas præsumat illorũ ingredi Monasterium, sive Castrum; neque ibi Convivia extruere; neque Placita,* * *nec aliquid facere, nisi permissu, & voluntate Abbatis, qui Prælatus fuerit loco, vnàq; cum voluntate Monachorum: Sed, sint Monachi* DEO *servientes in præfato loco, iuxtà quod Beatus Augustinus, docet,* De Opere Monachorum: *vel, iuxta Traditionem Sancti Basily, vel, secundùm Regulam Sancti Columbani; vel, Sanctissimi* BENEDICTI. *Et, hoc, in arbitrio Abbatis constituimus.*

* F. in, desideratur.

* vernaculè, les Plaids.

¶ *Si autem talis extiterit Caussa, vt meritò Episcopus accersiri debeat: nisi vocatus ab Abbate, vel, à Monachis, aliter (vt diximus) nec alicui liberum ingressum consentimus.*

¶ *Inter-*

¶ *Interdictu etiam Anathematis, & Pontificali auctoritate stabilimus, vt ipsum Castrum, cum Monasterio, & Villulis, Filciacum, Tilgildum Hadas, Haetnam-Curtem, Salthiacum, cum Theobrâ Sylvâ, Theuludum, Liniacum, puteis, aquis, & appenditijs ad se pertinentibus, nec aliquis præsumat in his quæ diximus, aut in Villis inibi pertinentibus præcinctum habentibus, inferre aliquam molestiam, latrones, bannos accipere, parefridos inquirere: sed liceat Monachis quietè omnia possidere; quò valeant liberiùs pro pace Sanctæ DEI Ecclesiæ, & vitâ Regis, ac Coniugis,* * *ac statu Regni, DOMINI clementiam exorare.*

¶ *Si quis verò observator huius Privilegij à nobis editi extiterit; accipiat mercedem à DOMINO, & benedictionem in præsenti vitâ, & in futurâ, vitam æternam. Qui verò nostram auctoritatem parvipenderint, illudque,* modo temerare præsumpserint, per nostram Pontificalem auctoritatem reddantur extranei à liminibus Sanctæ DEI Ecclesiæ; & à Cœtu Christianorum; & à Regno* DEI; *& descendant cum Dathan & Abiron, in infernum viventes; & cum Iudâ traditore* Domini nostri Iesu Christi, *accipiant sortem, & societatem in die Iudicij; &, cum diabolo, damnationem æternam.* Amen.

* Dodæ; Extitit & alia Doda Mater Clodulfi, de quâ consule Sigebertum, ad annum 640.

* F. omissum est, vllo.

¶ *Ego, Vindicianus, Privilegium, à meâ parvitate editum, scripsi. Ego, Audoënus, Archiepiscopus, iussu Domni Theodorici Regis, & rogatu Fratris nostri, & Coepiscopi Vindiciani, hoc Privilegium subscripsi: Ego, Agilus Abbas, subscripsi: Ego, Bertinus Abbas, subscripsi: Ego, VVangisus Abbas, subscripsi: Ego, Philibertus Abbas, subscripsi: Ego, Scupilio Abbas, Monasterij Sancti Quintini, iussu Domni Theoderici, & rogatu Vindiciani, hoc Privilegium scripsi, & subscripsi. Data Kalendis Maij. Anno XII°. Domni Theoderici Regis, Indictione XI°. Actum in Compendio Palatio.* * *In DEI Nomine, feliciter,* Amen.

Secundo autem post hæc peracta Compendij, verso folio: Anno (ait hic idem Anonymus Chronologus) DC°. XCIV°. * *Theodericus Rex, Imperij sui anno XIX°. finem vivendi fecit, atque in Monasterio Sancti VEDASTI sepelitur. Noster verò Andreas Silvius suam sic prosequi Synopsin pergit.*

Anno 611. Indictione nona.

* vetustiùs, Au Castel de Compiegne.

* Reponendum videtur, Anno Domini 689. Theodericus, &c.

Anno viij. Iustiniani Imperatoris, Theodericus Rex moritur: &, in Monasterio Sancti Vedasti sepelitur.

Elenchus Capitum huius Synopseos libri primi, quod hic, apud omnia, quæ viderim exemplaria MSS. (præter-quàm apud nostrum vetustiùs, & domesticum) desideratur; legit & hoc loco digestum, & Capitali scriptione notatum;

DE REGNO CLODOVEI 3. FILII THEODERICI, REGIS.

CAPVT XXV.

ANNO Domini DC°. LXXXXIV°.* Anno verò Iustiniani Imperatoris VIII°. Clodoveüs, * Filius Theoderici, regnat in Francià annis IV.

Anno iij. Clodoveï Regis, Leo Patricius, Iustinianum Regno priuat; eúmque, linguà & naso truncatum, in exilio relegat.

¶ Beda, Presbyter, & Monachus, clarens in Anglià, trigesimum annum ætatis agit: & reliquum tempus vitæ legendo, tractando, & exponendo Sanctam Scripturam, viriliter exegit. *Ex Sigeberto, ad annum Christi, 696.*

Pipinus Dux, Sanctum Lambertum in Treiectensi * Presulatu relocat.

Pipinus Dux, Lambertum [a]. * Ducem Frisonum bello vincit; & VVillebrordum, [b] Genti illi ad prędicandum dirigit. *Hic VVilebrodus, Clemens est agnominatus à Sergio PaPà. Consule Sigebertum, ad annum 697.*

* Anuo 693 *ait Sigebert*.
* huuc, Ado, Clotariū vocavit.
†
* Traiectensi, *ap Mōt. Elegianū*
a. * Radbodum, *ap. Henuiese, &. Ralbodū, apud exēplar nostrū recentius lege.*
b. Et VVilebrodum, & Clementē, *legit Sigebertus, ad annum* 697.

DE PASSIONE SANCTI LAMBERTI.

Prosecutio Capitis 25.

¶ SAnctus Lambertus, Pipinum Principem increpare ausus, quòd Pellicem Alpaidem [c]. suæ legitimę Vxori Plectrudi superduxerit; à Dodone, fratre ipsius Alpaïdis, Leodij martyrizatur, & Traiecti tumulatur, eiq;, * Hucbertus Episcopus subrogatur.

Pipinus, Drogonem, primogenitum suum, Maiorem Domus constituit in Regno Clodovei, tradens illi Vxorem, Austrudem, filiam VVaratonis, quondam Maioris Domus Regis Hilderici. Ex quà, idem Drogo, Filium suscepit, nomine Hugonem.

Absimarus, qui, & Tiberius, Leone ab imperio pulso, eique naso absciso, & in custodiam retruso, imperat annis VII.

Drogo, filius Pipini, Dux Campanensium, & Maior Domus Neustriæ, moritur. *

* Sāctus, *addit Sigeber. ad annū* 698.
c. Alpiadem, ap. Sigebertum, ad annum Christi 698.
* Anno 799. *Ex Sigeberto.*

Præfue-

Præfuerunt, his temporibus, Romanæ Ecclesiæ, Sergius, Ioannes VI. & Ioannes VII. *Chronologia Bibliothecarij Anastasij, ab hàc Sigebertinà dissentit.*

Prosecutio Capitis 25.

ANno Domini DC°. XCVIII°. Clodoveo Rege mortuo, Childebertus frater eius regnat annis XVII. * Anno verò Tiberij Imperatoris, Pipinus, Grimoaldũ filium suum, in Aulà eiusdem Regis Maiorem Domus statuit: eíque, filiam Rabodonis, * Frisonum Ducis, in Vxorem desponsavit.

Dodo, interfector Sancti Lamberti, pessimo languore cruciatus, à vermibus consumitur; &, ob intolerantiam fœtoris, in Mosam fluvium demergitur, omnésque huius culpæ complices, infrà annum, divinitùs puniuntur. Percussor verò Sancti Martyris, Fratri suo congressus, alter ab altero perimitur.

Rursus, Frisones, Duce Rabodone pagano rebellantes, regiones vsque ad Rhenum devastant, Ecclesias subvertunt. Quibus, Pipinus Dux hostiliter concurrens, eos gravi strage proterit; &, vt solitus erat, victor extitit, & suæ ditioni subegit.

* vel 18. apud Io. Tiliũ, & alios aliquot recẽtiores Historicos.

* Rabbodi, legit Codex MS. Hẽniẽsis.

DE PIPINO, ET CAROLO MARTELLO, FILIO EIVS.

CAPVT XXVI.

HIC DESCRIBITVR FINIS PIPINI; ET, SVCCESSIO CAROLI MARTELLI, FILII EIVS.

Hancquidem Capitis servant Inscriptionem cætera quæ ad nos fuère perlata Exemplaria MSS. at verò Capitis 26. seriem superiorem, eo distributam numero, non item. Ex nostris itaque, quæ Marcianensi è Bibliothecà tulerim, manuscriptis exemplaribus duobus, digestum hunc duntaxat Capitis ordinem acceptum, oportuit hoc loco servatum.

Igitur Pipinus, de Alpaide, (pro quà suprà diximus Sanctum Lambertum fuisse occisum,) genuit filium, vocavítque nomen eius, linguæ proprietate, KARLO. Crevitque puer elegans, atque egregius effectus est.

¶ Anno

¶ Anno octavo Hildeberti Regis, Iustinianus, auxilio Therbellis Bulgarũ Regis imperiũ recipit: Leonem, & Tyberium vsurpatores imperij, in medio Circi iugulat: Callinicum Patriarcham excæcatum exiliat: & tantam in adversarios vltionem exercet; vt quoties, à naso sibi exciso defluentem rheumatis guttam detergeret, penè totiès, aliquem ex his qui contrà eum conspiraverant, iugulari præciperet. Imperavit ergò secundò, annis septem.

¶ Hildeberto Monarchiam Regni Francorum tenente, Archangelus MICHAEL apparens Autberto Abrincatensi Episcopo, monuit semel, & iterum, vt in loco maris, qui, propter eminentiam sui, TVMBA vocatur, fundaret Ecclesiam in memoriam sui; volens, * talem venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur in Monte-Gargano.

Interim, [a] taurus, à latrone [b] furtim raptus, in illo loco religatur.

[a] *Duæ istæ lineolæ in nostris MSS. Codicibus duobus non habentur, quas tamen ex Mont-Eligiano desumsi, & Sigeberto, ad annum Christi 609. apud quem etiam lego,* [b] à Leone, *pro*, à latrone.

Vndè, Episcopus, tertiò admonitus, vt in illo loco fundamentum iaceret, vbi taurum religatum inveniret, &, sicut eum terram pedibus protrivisse videret, sic Ecclesiæ ambitum duceret, Ecclesiam in honore Sancti Archangeli MICHAELIS constituit: & ex illo tempore, sicut in Monte-Gargano, ita etiam in illo loco, qui modò dicitur, In Periculo Maris, veneratio Archangeli Michaëlis frequentari cœpit.

¶ Anno XV°. Hildeberti Regis, Philippus, qui, & Bardanius, * Iustinianũ Imperatorẽ iugulat: &, pòst eum, annis duobus imperat.

Anno Domini DCC°. XIV°. ægrotante Pipino in Iopillà Villà, quæ sita est super Fluvium Mosacum, quùm ad visitandum eum Grimoaldus filius eius properàsset, in Basilicà Beati Lamberti Martyris, dùm iacens oraret, perfossus gladio à quodam Ragnario, * milite Rabbodi, Ducis Frisonum, instinctu Vxoris eius, filiæ eiusdem Rabbodi, occubuit.

¶ Domnus Pipinus, * de infirmitate non plenè convalescens, omnes filij interfectores peremit: sed, eodem anno, iterùm molestià corporis oppressus, XVII°. Kalendas Ianuarij obijt, anno Principatus sui XXVII°. relinquens filium elegantem parvulum, nomine Carolum, qui posteà, Tudites, sive Martellus vocatus est.

Marginal notes:

* volentem, *apud complura exẽplaria lego:* volentis, *apud Sigebertum MS. & eumdem typis vulgatum.*

* Bardanicus, *ap. Henniniense exemplar.* Bardanes, *ap. Zonaram, Cedren. Theophanẽ, & Sigonium.*

* Ranigario, *ap. Sigebertũ, ad annum* 713.

* dictus Crassus. Anno Christi 714. ap. Ioannis Tilij Chronica.

¶ Eodem anno, Arthemius, qui, & Anastasius 2. Philippicum privans imperio & oculis, imperat annis duobus.
Plectrudis, Relicta Pipini, Karolum Privignum suum, captum, in Vrbe Coloniâ, custodiæ mancipat, & cũ Nepote suo Theodoaldo, * quem Maiorem Domus, post interfectionem Grimoaldi Pipinus Avus eius constituerat, principatum Regni vsurpat.

Anno 614. ex Sigeberto. * Theobaldus, apud Ioãnem Dongeois, & Io. Tiliũ, legitur.

DE REGNO DAGOBERTI 2. FILII CHILDEBERTI SECVNDI, ET KAROLO MARTELLO.

CAPVT XXVIII.

ANNO Domini DCC°. XV°. * Anastasij Imperatoris primo, Hildeberto Rege Francorum mortuo, Dagobertus 2. maior filius eius regnat annis IV. *vel 5. vt placet Aimoino cap. 49. lib. 4.*
Franci, contrà Theodoboldum, * maiorem Domus, damnoso vtrinque bello confligunt; eoq; victo, Raginfredum, Maiorem Domus; & Chilpericum, Regem statuunt, qui quondam Clericus, b. * Daniel vocabatur.

* vel 718. vt autor est Io. de Serres. aut 709. vt docent veteres Annales, dum eum obijsse notant anno 715.

b. Clerici * *vocabulum, hic, veterum Scriptorum nostrorum more, Monachum Danielem indicat. Qui, quum ex stirpe Regiâ esset, eductus ex Monasterio, Chilperici nomen, vnà cum Diademate Regni, habuit impositum. Regnârunt intereà Dagobertus secundus, & hic Daniel, Chilpericus dictus: sed ferè nomine tantum; & quorum anni non satis à Scriptoribus, quos noster est secutus Andreas, notati sunt. Vndè aliundè nobis certiores, nunc, inter procellas, & belli Francici strepitus horrendos, petendi fuêre.*

Anno Domini 715.

¶ Karolus, de custodiâ Novercæ, divino nutu eripitur: moxque, Principatum suum de manu Raginfredi extorquere nititur; primòq;, Rabodum Ducem Fresonum Raginfredo solatiantem aggressus, multum exercitus damnum exequitur.*

Martell⁹.

* consequitur, *scripsit Sigebert⁹.*

Adventus Sancti Ægidij.

SANCTVS Egidius, veniens à Græcià, sanctitate claret in Provinciâ.*

* Anno 615. ex *Sigeberto.*

¶ Anno octavo Hildeberti Regis, Iustinianus, auxilio Therbellis Bulgarũ Regis imperiũ recipit: Leonem, & Tyberium vsurpatores imperij, in medio Circi iugulat: Callinicum Patriarcham excæcatum exiliat: & tantam in adversarios vltionem exercet; vt quoties, à naso sibi exciso defluentem rheumatis guttam detergeret, penè totiès, aliquem ex his qui contrà eum conspiraverant, iugulari præciperet. Imperavit ergò secundò, annis septem. †

¶ Hildeberto Monarchiam Regni Francorum tenente, Archangelus MICHAEL apparens Autberto Abrincatensi Episcopo, monuit semel, & iterum, vt in loco maris, qui, propter eminentiam sui, TVMBA vocatur, fundaret Ecclesiam in memoriam sui; volens,* talem venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur in Monte-Gargano. †

Interim,[a] taurus, à latrone[b] furtim raptus, in illo loco religatur.

[a] *Duæ istæ lineolæ in nostris MSS. Codicibus duobus non habentur, quas tamen ex Mont-Eligiano desumsi, & Sigeberto, ad annum Christi 609. apud quem etiam lego,* [b] à Leone, *pro,* à latrone.

Vndè, Episcopus, tertiò admonitus, vt in illo loco fundamentum iaceret, vbi taurum religatum inveniret, &, sicut eum terram pedibus protrivisse videret, sic Ecclesiæ ambitum duceret, Ecclesiam in honore Sancti Archangeli MICHAELIS constituit: & ex illo tempore, sicut in Monte-Gargano, ita etiam in illo loco, qui* modò dicitur, In Periculo Maris, veneratio Archangeli Michaëlis frequentari cœpit.

* volentem, *apud complura exẽplaria lego:* volentis, *apud Sigebertum MS. & eumdem typis vulgatum.*

¶ Anno XV°. Hildeberti Regis, Philippus, qui, & Bardanius,* Iustinianũ Imperatorẽ iugulat: &, pòst eum, annis duobus imperat.

* Bardanicus, *ap. Henniniense exemplar.* Bardanes, *ap. Zonaram, Cedren. Theophanẽ, & Sigonium.*

Anno Domini DCC°. XIV°. ægrotante Pipino in Iopillâ Villà, quæ sita est super Fluvium Mosacum, quùm ad visitandum eum Grimoaldus filius eius properâsset, in Basilicâ Beati Lamberti Martyris, dùm iacens oraret, perfossus gladio à quodam Ragnario,* milite Rabbodi, Ducis Frisonum, instinctu Vxoris eius, filiæ eiusdem Rabbodi, occubuit. †

* Ranigario, *ap. Sigebertũ, ad annum* 713.

¶ Domnus Pipinus,* de infirmitate non plenè convalescens, omnes filij interfectores peremit: sed, eodem anno, iterùm molestiâ corporis oppressus, XVII°. Kalendas Ianuarij obijt, anno Principatus sui XXVII°. relinquens filium elegantem parvulum, nomine Carolum, qui posteà, Tudites, sive Martellus vocatus est.

* dictus Crassus. Anno Christi 714. ap. Ioannis Tilij Chronica.

¶ Eodem

¶ Eodem anno, Arthemius, qui, & Anastasius 2. Philippicum privans imperio & oculis, imperat annis duobus.

Plectrudis, Relicta Pipini, Karolum Privignum suum, captum, in Vrbe Coloniâ, custodiæ mancipat, & cũ Nepote suo Theodoaldo, * quem Maiorem Domus, post interfectionem Grimoaldi Pipinus Avus eius constituerat, principatum Regni vsurpat.

† Anno 614. ex Sigeberto. *Theobaldus, apud Ioãnem Dongrois, & Io. Tiliũ, legitur.

DE REGNO DAGOBERTI 2. FILII CHILDEBERTI SECVNDI, ET KAROLO MARTELLO.

CAPVT XXVIII.

ANNO Domini DCC°. XV°. * Anastasij Imperatoris primo, Hildeberto Rege Francorum mortuo, Dagobertus 2. maior filius eius regnat annis IV. *vel 5. vt placet Aimoino cap. 49. lib. 4.*

Franci, contrà Theodoboldum, * maiorem Domus, damnoso vtrinque bello confligunt; eoq; victo, Raginfredum, Maiorem Domus; & Chilpericum, Regem statuunt, qui quondam Clericus, [b] * Daniel vocabatur.

* vel 718. v: autor est Io. de Serres. aut 709. vt docent veteres Annales, dum eum obijsse notant anno 715.

b. Clerici * *vocabulum, hic, veterum Scriptorum nostrorum more, Monachum Danielem indicat. Qui, quum ex stirpe Regiâ esset, eductus ex Monasterio, Chilperici nomen, vnà cum Diademate Regni, habuit impositum. Regnârunt intereà Dagobertus secundus, & hic Daniel, Chilpericus dictus: sed ferè nomine tantùm; & quorum anni non satis à Scriptoribus, quos noster est secutus Andreas, notati sunt. Vndè aliundè nobis certiores, nunc, inter procellas, & belli Francici strepitus horrendos, petendi fuère.*

Anno Domini 715.

¶ Karolus, de custodiâ Novercæ, divino nutu eripitur: moxque, Principatum suum de manu Raginfredi extorquere nititur; primòq;, Rabodum Ducem Fresonum Raginfredo solatiantem aggressus, multum exercitus damnum exequitur.*

Martell*.

consequitur, scripsit Sigebert.

Adventus Sancti Ægidij.

SANCTVS Egidius, veniens à Græciâ, sanctitate claret in Provinciâ.*

* Anno 615. ex Sigeberto.

Anno Dagoberti 2. Regis primo, Theodosius III. imperat, anno vno. * Hic, electus in Imperatorem, Anastasium 2. apud Niceam Civitatem, gravi prælio vicit, datóque sibi Sacramento, Clericum * fieri, ac Presbyterum fecit ordinari. Qui, cùm fuisset iners, & idiota & publicorum negotiorum exactor; vi compulsus est ab exercitu Imperium accipere.

* vide Cedrenū, & Sygebertū, ad annum 716.
* id est, Monachum; Cedrenus enim, aliū fuisse eu Almaste rius tradit hunc Anastasium 2. à Theodosio 3.

Anno Dagoberti secundo, Theodosius III. Imperium deponit. Post quem Leo Isauricus XXIV. annis imperavit.

¶ Romæ, inundatio aquarum nimia, nimisq; calamitosa facta est. Sed, Gregorio 2. PaPà crebris Litanijs DEVM precante, post novem dies repressa est. *Beda, De sex ætat. ad annum 717. Tiberim alveum egressum, Vrbem, & agros latè occupâsse per dies 7. scripsit.*

¶ Zulevmen Amiras, cum Sarracenis suis, & stolo navium * trium millium, Constantinopolin triennio obsidet. [d] Bulgares, Sarracenorum viginti duo millia perimunt.

* pene, addit Sigeb ad annum 718.

[d] *Cedrenus, & Zonaras, hunc Saracenorum Principem, vocavère Solimannum: alij, aliter. Numerantur autem in hâc expeditione, Constantinopoleosq; obsidione fortè biennali, navium 3000. militumq; 300000. Qui misere ferè, omneis periêre. Naveis enim quinque tantum evasisse leguntur. Vide Cedrenum, & Baronium, ad annos Christi 718. & 719.*

Karolus Martellus, in Pago * Cameracense, apud Vinciacum, * Dominicà primà in Quadragesimà, illucescente die, Chilperico falsò Regi, & Ragenfrido congreditur. Ragenfridus victus in fugam vertitur. Karolus, eos vsque Parisijs persequitur.

* vernacuè, Au pais de Cambresis pres du Chateau de Vincy, pres Crevecœur

Rabbodus, * Dux Frisonum, prædicatione VVlfranni * Episcopi, ad hoc adductus, vt baptizari deberet, quùm vnum pedem in lavacro intinxisset, alterum pedem retrahens, interrogavit; vbinam plures Maiorum suorum essent; In Inferno; an, in Paradiso? Et, audiens plures esse in Inferno; intinctum pedem extrahens: Satiùs est (inquit) plures, quàm, vt pauciores sequar. Et ita ludificatus à dæmone promittente, quòd ei tertià ab hinc die incomparabilia bona daret: ipsà tertià die, subità, & æternà morte periit.

* Rathodus ap Sygeber.
* De hoc VVlfranno Archiepiscopo Senonensi lege Surium, ad 20. Martij

¶ Constantinopolitani, instantià orandi, & constantià præliandi fortiter resistunt Sarracenis. Sarraceni, fame, frigore, bello, pestilentià, sinè numero pereunt.

Præfuerunt * tempore Clodovei, * † & Dagoberti filij eius, Sisinnius, Constantinus, & Gregorius ij.

†
* Ecclesiæ Romanæ, F. desideratur.

APPEN-

* a. APPENDICVLA, Ad verba, Clodoveï, & Dagoberti filij eius; &c.

*Hic nobis Clodoveüs, & Dagobertus, Parens, & filius, perperam dicti, occurrunt accuratiùs discutiendi. Primùm enim, certissimum est Clodoveum tertium Theoderici primi, Atrebatibus, in Æde D. Vedasti sepulti filium natu maiorem, quarto, si non etiam quinto Regni sui anno * rebus humanis sinè prolibus abreptum fuisse. * Dagobertus proindè 2. id nominis, Rex Francorum, nequaquam dici debet Clodoveï 3. Filius. Accedat, quod, qùum certissime constet eumdem Clodoveum vità functum anno salutis 697. vel 698. * nullà ratione possunt asseri, hoc Rege Clodoveo, & Dagoberto filio, (quem nullum susceperit) Romanæ Ecclesiæ Pontifices Summi præfuisse, Sisinnius, Constantinus, & Gregorius 2. Vnicum, namq; habuit Pontificem Max. Rex Clodoveus 3 eumq; Sergium, huius nominis primum, natione Syrum, patrià Antiochenum, insignis probitatis, & doctrinæ Virum, qui anno Christi 687. PaPa creatus 26. Mensis Novembris, vbi sedisset 13. annos, Mensets 8. dies 14. mortuus sit anno Iesu Christi 701. Childeberti secundi, Francorum Regis, Patris Dagoberti 2 quarto, iuxtà Chronologiam Ioannis Tilij, Scriptoris Galli, vel, fortè, nono; si tutior sit fides Chronologica Gordoni.*

*Consulatur, Aimoïnus, libri 4. c. 49

*Ioânes De Serres, in Clodoveo 3. videatur.

* Ex Io. Tilio, & De Serres.

Manàsse igitur possit fortassis superior hic error manifestus à Sigeberto Gëblacensi, qui, vti Ado Viennensis Clodoveum tertium vocavit Clotarium, continuatorem Regni Patris Theoderici primi; ita, & ipse Dagobertum secundum Childeberti secundi Regis Filium, natu maiorem, Clodoveum apppellàrit ad annos Christi 715. & 719. quo Clodoveum, imò verò Dagobertum Clodovei 3. Regis, ex fratre Childeberto Rege Nepotem ex hàc vità decessisse, Fratremq; Lotharium, seu Clotharium 3. successorem habuisse biennalem Regem etiam scripserit; quem nomine-tenus, Regem duntaxat foris decorum, & velut personatum egisse vult Ioannes de Serres, in suo Dagoberto 2.

Ceterum, hàc varià Regum horum varios apud Scriptores Annalium nomenclaturà facilè potuit eludi noster Andreas, vt Clodoveum pro Childeberto, Dagoberti 2. Regis Parente posuerit scriptum; nobisq; deinceps emendatiùs superiori loco, obelo, & charactere, a, signato, reliquerit reponendum Childebertum, & certius legendum.

Præfuerunt temporibùs Childeberti 2. & Dagoberti, Filij eius, Sergius, Sisinnius, Constantinus, & Gregorius 2.

DE REGNO LOTHARII, FRATRIS * DAGOBERTI 2.

*Capitum Elenchus, mendosè item scriptum habet, Filij, pro, Fratris.

*Leonis Isauriaci.

CAPUT XXIX.

ANNO Domini DCC°. XX°. * Anno Leonis Imperatoris IV°. Dagoberto Rege mortuo, Karolus Martellus, Clotharium, puerum, fratrem eiusdem Dagoberti, contra Chilpericum, & Ragenfridum, sibi Regem facit. Qui regnavit annis duobus.

Constantinus, filius Leonis Imperatoris, dum baptizatur à Patriarchà Germano, cacans in Sancto Lavacro, magnum dat præsagium, quod futurus esset DEI Ecclesiæ in scandalum. *

*vndè & dictus est Κοπρώνυμος anno 7 0. ex Cedreno.

Sarraceni, ab obsidione Constantinopoleos confusi desistunt; ipsis, cum navibus suis, partim marino igne consumptis, partim demersis, partim igneæ grandinis tempestate consumptis; &, ex tantà copià navium, vix quinque residuis, potentia DEI cunctis innotuit populis. Infrà Civitatem verò, CCC. hominum millia perierunt pestilentià. †

¶ Chilpericus, * & Raginfredus, Eudonem Ducem Aquitaniæ auxilio sibi asciscunt. Qui, in congressu, à Karolo victi, vix fugà evadunt. Eudo, rediens, Chilpericum secum adducit.

*Dagoberti Filius.

DE REGNO CHILPERICI 2.

CAPUT XXX.

ANNO Domini DCC°. XXI°. * Leonis Imperatoris V°. * Lothario puero Rege Francorum mortuo, Karolus Martellus, Chilpericum, socium Ragenfridi ab Eudone receptum, Regem sibi facit. Qui regnavit annis quinque.

*710 ap Mont Eligianũ: & 4 Leonis: ap. eundem Codicem MS.

¶ In Campania Italiæ, frumentum combustum, & hordeum, & legumina, quasi pluvia de cœlo ceciderunt. †

Karolus, Raginfredum persequens, Andegavis obsidet; eamq; captam, Raginfredo ad habitandum concedit: &, totius Regni Principatum recipit.

Karolus, Saxones debellat.

Rigober-

Rigobertus Episcopus Remensis, à Karolo, suo in baptismate filiolo, ab Episcopatu deponitur, pro eo quòd illi contrà Raginfredum eunti, Vrbem Remensem, præ timore Raginfredi aperire noluit. Eucherius quoque Aurelianensis Episcopus, pro simili causà, Episcopatu privatus, & apud Sarcinium Vicum Hasbaniæ exiliatus, in Cœnobio Sancti Trudonis, in sanctitate consummatus est. †

Karolus, Baioarios armis subiugat.

Karolus, contrà Lanfridum Alemanorum Ducem dimicat: eóque victo, Alemanniam sibi subiugat.

DE REGNO THEODERICI, FILII DAGOBERTI 2.

CAPVT XXXI.

ANNO Domini DCC°. XXIV°. mortuo Chilperico, Karolus, Theodericum, filium Dagoberti Iuniorem, sibi Regem facit. Qui annis XVIII. * regnavit.

Karolus, Saxones debellat: Suevos, & Baiöarios prostèrnit. Qui, Ligeri transito, Eudonem Ducem Aquitaniæ bello victum fugat, & Aquitaniam graviter devastat. Eudo Dux, Karolo inferior per omnia, Sarracenos contrà eum invitat ab Hispaniâ. Sarraceni, cum omnibus familijs suis, quasi in Gallijs habitaturi, Garumnam transeunt: omnia devastant: Ecclesiásque DEI cremant. Quibus Karolus, DEI auxilio fretus, bello concurrit, &, ex eis trecenta octoginta * quinque millia, cum Rege suo Abdiramà peremit: & mille quingentos suorum amisit.

Eudo quoque Karolo reconciliatus, castra Sarracenorum diripuit; & reliquias eorum contrivit.

¶ In Angliâ, Beda Presbyter & Monachus, sanctitate, & scientià clarus obijt: *Anno 731. Ex Sigiberti Chronologiâ.*

Karolus, Lugduno, aliisque Civitatibus captis, Burgundiam sibi subiugat. Ragenfredus moritur.*

De morte huius Ragenfredi, sic, in quibusdam Chronicis scriptum invenimus.

KAROLVS FRANCORVM REX, commovens exercitum, Chilpericíque, & Ragenfredi desiderans extinguere contumaciam, bellum adversùm eos iterat; &, auspice Christo, stragem occiso-

* 15. ap. Mont-Elizi.

* octogintaq; lego ap. Sigebertũ Gemblac.

* Ramãfredus, legitur apud Io. Tilium ad annũ 7 [illegible].

occisorum permaximam eis reddidit ad Ablavam, Karoli Ducis strenui industria. Vndè, Chilpericus, cum suo Compari fugatus, eodem se tutatus est anno. Sed, sequenti anno Domini XXI. capitur ab invicto Duce Karolo.

¶ Raginfredus verò timore perterritus, cupiens se liberare à Karoli manibus, fugam arripuit, quàm potuit citiùs; & relinquens arvorum plana, & sui globum exercitus, per loca aquosa, & Saltus, pervenire contendit, * munitionis gratià, ad quendam locum, * qui dicitur, THEODORICI-MANSVS, qui, BEATÆ, ac GLORIOSÆ RICTRVDIS EST FVNDVS.

¶ Namque in ipso dignoscitur loco, per prata, & vberrimos Saltus, quondam, REX degisse THEODERICVS.

¶ Verùm, fugę dum intenderet, mortis timore perculsus, * haud procul, milliari vno, * à VILLA, quæ MARCIANAS dicitur, aquis est involutus.

* Supple, Raginfredus, * milliariū vnū, lego ap. Valastinū Mont Eligianū, & Henniacense, Exēplaria MSS.

¶ *Hæc ipsa, de Ramanfredo, seu Raginfredo, Equitum Magistro, narrant Gualbertus Marcianensis, & Asceta quidam, (vt videtur) apud Artesios, à nobis iam, in Theoderico Rege, productus, in Chronicis suis MSS. Refert eadem quoque ab Orbe condito inedita Chronologia R. Cœnobita Marcianensis, Cuius Præfatio huiusmodi legatur.*

Venerabiles igitur Prædecessores, & Orthodoxi Patres nostri &c. *Et paulo post hæc verba:* Sed (inquit ille) *quùm omnium prædictorum venerabilium Chronographorum historias minimè haberemus; tandem, exhortante, seu piè admonente humili Patre P.* [a] *DEI gratià, huius Ecclesiæ Marcianensis Venerando Ministro, exhortatione etiam quorundam Fratrum devotè sub eodem degentium, Ego Frater R. eorum omnium minimus, confisus de superabundanti gratià spirituali, & in virtute Sanctæ Obedientiæ, secundùm Abbatis imperium, quorundam prædictorum Chronographorum, videlicet Eusebij Cæsariensis, Hieronymi Presbyteri, Prosperi, P. Comestoris, Fratris Vincentij, & Sigeberti Gemblacensis contractas historias transcribere curavi. Vndè, quia, in præfatis historijs, Chronicas, quæ plenariè nobis innotescerent, de duabus primis ætatibus, videlicet, studia Patrum, & Artes, quas primitùs adinvenerunt, seu accidentia temporum, ab Adam vsque ad Noë, &, à Noë, vsque ad XLIII. annum Regni Nini, Regis Assiriorum, qui fuit primus annus nativitatis Abrahæ, minimè reperi. Hâc de causâ, ego, pauper vità, nudusq; scientià, non derogando tam magnis, & illustribus Viris, sed eorum*

a. R. in Christo Patrem Petrum intellige huius nominis primum Ecclesiæ Marcianensis Sanctæ Rictrudis Abbatē, qui fato functus observatur, ex Dipthycis nostris, anno Christi 1306.

rum potiùs sequendo vestigia, ad prædicta tempora stilum retorsi,&c. Hic ergò, cum prænominatis Scriptoribus nostris, Raginfredi miserè mersi palustribus aquis VILLÆ MARCIANENSIS, eodem prorsus stylo meminêre. Sed, victusne acie iustâ cum Chilperico Rege, apud Cameracense Oppidum, certo loco, qui Vinciacum dicatur, haud procul à Valcellensi Bernardinorum Celeberrimo Monasterio, fuerit à Carolo Martello Raginfredus, Mense Martio, anni 717. an vero, Raginfredi miserrimus hic interitus demersi in annum Christi 719 vel etiam, (vti noster sensit Andreas) in vigesimum primum supra septingentesimum sit reÿciendus, inter historicos vetustiores, & recentiores, variè certatur. Peritioris, & accuratioris Lectoris erit, hanc annosam concertationem, pro iudiciÿ sui, quod relinquo liberum, ratione, benignius conciliare, & quonam loco fuerit extinctus tandem Raginfredus, arbitrari. Cæterùm, qui Chilpericum Regem personatum vitâ functum anno Domini 720. tradunt; & Carolo Martello annos Principatus 25. tantùm dant, ab hàc memorabili, apud Vinciacum Samarobrinensium, (ait Io. Tilius, ad annum 718.) numerant pugnâ. Rectiùs tamen sumendum videtur Principatus Martelli initium, ab anno 715. Et, (quod multi affirmant,) fuisse fertur 27. annorum.

Karolus (*inquit noster Andreas*) in VVasconiâ, cum Eudone pugnat; cumque Principatu, & vitâ priuat. VValfero * verò, & Huualdo, filijs Eudonis dimicando victis, Aquitaniam sibi subiugat. Fresiam * etiam aggressus, Poponem, Ducem Fresonum cum multis perimit; & Fresiam sibi subiugat. Auenionem postmodum Galliæ Vrbem, à Sarracenis, dolo, & consensu Mauruntij,* Prouinciæ Ducis, captam, obsidet: eâque fortiter receptâ, Sarracenos vsque ad internecionem delet.

Sarracenorum Rege Athimâ * obsesso intrà Vrbem Galliæ Narbonem à Karolo, Sarraceni, ex Hispaniâ, cum alio Rege Amortæo, occurrunt subsidio. Qui, congressi Karolo, ambobus Regibus peremptis, & Ciuitate receptâ, ab eo vltimo pęnè attriti sunt exterminio; eóque insequente, fugientes,* demersi sunt in profundo.

Nemausum etiam, Agathen, aliásque Gothicæ Regionis Vrbes à Sarracenis inuasas capit, & solo-tenus destruit.

Arelato, Vrbe Galliarum captâ à Sarracenis, & omnibus circumqua-

De Vinciaco Pago, & Castro, vt dicatur cap CII. libri primi Chronici Cameracẽsis, & Atrebatẽsis, à Balderico Nouiomensi, & Tornacẽsi Episcopo cõscripti, &c. Hodie Vinciaci nomen retinet Villula quędam, vulgò dicta, la Cense de Vinsy, Cœnobij S. Auberti Cameracensis, propè Crepicord. ũ.

*VVaifero, ap. Mont. Eigia.

Athim nominatur à recentioribus ad annum 738.

*resedi, addit Sigebertus.

cumquaque demolitis, Karolus, ascito sibi in auxilium Luithprando Rege Longobardorum, eis occurrit; eósque terrore nominis sui in fugam vertit. Sic, Sarracenis, qui totam penè Asiam, totam Libiam, multámque Europæ partem invaserant, Karolus, DEI auxilio, suâ industriâ, Francorúmque fortitudine, omnem spem invadendi Gallias abstulit. Mauricium * quoque, Provinciæ Ducem, qui invitaverat Sarracenos, debellat; & Provinciam sibi subiugat. Saxones etiam, sibi tributarios facit.

* Maurūtiū, apud Sanct-Eligianū Exēplar.

DE REGNO HILDERICI, IN QVO REGNVM MEROVINGORVM CORRVIT.

CAPVT XXXII.

ET VLTIMVM HVIVS LIBRI PRIMI Synopseos Franco-Merovingicæ.

ANNO Domini DCC°. XLII°. Theoderico Rege Francorum mortuo, Hildericus, solo nomine Rex, regnat annis IX. Leone Imperatore mortuo, Constantinus, filius eius, annis XXXV. imperat.

Eodem anno, Karolus, dum ea quæ pacis erant, infrà fines disponeret Regni, bis, Legatos Beati Papæ Gregorij IV. ab Apostolicà Sede suscepit. Qui, Sepulchri Apostolorum Principis Claves, pretiosa Vincula detulerunt, cum muneribus magnis. Qui honor, nemini Francorum Principi, ab Apostolico Viro directus fuit.

DE MORTE KAROLI MARTELLI, DVCIS INVICTI, ET SVCCESSIONE PIPINI.

EODEM anno, perspiciens se ægrotare, in vnum Optimatibus congregatis, Filijs æquà lance Principatum divisit. Primogenito suo Karlemanno, Alemaniam, Thoringiam, & Austriam subiugavit: & Iuniori Pipino, Neustriam, Burgundiam, & Provinciam concessit. His æquè compositis, Pipinus, in Burgundiam exercitum duxit; & ibi, plura, quæ emendanda fuerant; cuius rei ivit gratiâ, correxit.

¶ Præter-ea, Princeps, & Vir Regalis progenieï, Karolus, Parisius

fius adveniens, Sancti, ac totius Galliæ * Capitis, * DIONYSII Magni, adijt Sepulchrum; magna, post orationem, cui devotè munera contulit.

¶ Eo & anno, febre correptus, in pace obijt XV°. Kal. Octobris: Et positus est in Basilicâ Sancti Dionysij. Is, armis strenuus, lenis, in humilibus; in inimicis, asperrimus; Gentem Francorum XXVI. annis rexit, & VI. mensibus.

Karolus, adhuc vivens, Griphoni aliquam partem Neustriæ, Austriæ, & Burgundiæ Regnum, Genitis dum divideret; Concubinâ suâ Sonichilde, pueri Genitrice suadente, concessit. Quare, Franci commoti, consilio inito, Principibus suis secum sumptis, Pipino, & Karlomanno, exercitum cõgregant; Griphonem adversùs eunt. Gripho, hæc audiens, cum suâ Genitrice, fugâ lapsus, Lauduno Clavato se abscondit. Verùm, illic, insecutus ab inimicis, dum se minimè evadere posse cerneret, ab eisdem; in fiduciam Fratrum suorum venit. Quem * accipiens Karlomannus, in Novo-Castello misit custodiendum.

Anno primo sui Ducat⁹, Pipinus Princeps, Hunaldo Duci Aquitaniæ sibi rebellãti obviat: Karlomannus verò, Alemaniam devastat. Anno secundo, Ogdilo, Dux Bajoariæ, raptâ Sorore Pipini, contrà eum rebellat. Quem, Pipinus, pugnâ quamvis damnosâ superat.

Anno Christi 743. Ex Sigeberto.

Karlomannus tunc Saxoniam petit, & Castrum Oschoburch capit. Theodericum Saxonem pacis obsidem accipit. Hæc dum agerentur, Huvaldus, Dux Aquitaniæ, ligerim transivit; & Carnotum igne concremavit.

Anno iij. Pipinus & Karlomannus, contra Huvaldum * vadunt. Qui, eis non valens resistere, omne eorũ placitũ se spopondit facturum. Eodem anno, Theodericum Regem Saxonũ sibi perfidum, & rebellem capiunt; & eum exulaturũ * in Franciã secum adducunt.

¶ Huvaldus, Attonem Fratrem suum ad se dolosè convocatum excæcavit. Ipse verò, comâ abscisâ Monachalem habitum sumpsit; VVaifero, filio suo Principatum relinquens. Pipinus etiam, Theodoaldum, filium Gofridi * Ducis debellat. Eodem anno, Carolus Magnus natus est.

Anno IV. Pipini, Karolomannus, frater eius, cum manu validâ Saxoniam ingreditur: & captis habitatoribus absque belli plurimi * discrimine, Sacramentum baptismi consequuntur.

* Germaniæ, apud aliquot exemplaria (vt videtur) mend. fa.

* Quod, legunt aliq̃ aliquot Codices MSS.

Anno Christi 741. Ex Sigeberto Gemblacensi.

* Hunaldum, legit Mont-Eligianus Cod.

* exulandum, ap. Mont-Eligianũ, & Henuense, exemplaria MSS.

Godefridi, apud Sigeber. anno 745.

* discrimine, desideratur ap. Mont-Eligianũ Codicem MS.

Anno Pipini V°. Karlomannus, Alemanos sibi infidos superavit: Et, quòd alienari à feculo vellet, indicavit Pipino suo Fratri.

DE CONVERSIONE KARLOMANNI.

¶ CONVERSIONIS autem eius hæc causa fuit. Karolus enim Pater eius, qui Tudites appellatus est; (Tudites enim dicuntur mallei fabrorum, quibus omnis atteritur durities,) propter assiduitatem bellorum, Decimas [R] Ecclesiarum Laicis tradidit, atque, pro hoc maximè solo, est æternaliter dānatus. ¶ Nam, Sanctus Eucherius, Aurelianensis Episcopus, quem idem Karolus exiliaverat, &, in Monasterio Sancti Trudonis requiescit; in oratione positus, ad alterum seculum est raptus, &, inter cætera, quæ Domino ostendente conspexit, vidit ipsum Karolum in inferno torqueri. Cui interrogāti responsum est ab Angelo Ductore; quòd Sanctorum iudicio, qui in futuro iudicabunt cum Domino, quorumcunque res abstulit, vel divisit, antè illud iudicium, animâ & corpore, sempiternis supplicijs deputatus est, & recipit simul cum suis peccatis, pœnas, propter peccata omnium, qui res suas, amore, & honore DEI, ad loca Sanctorum, in luminaribus divini cultus, & alimonijs pauperum, & Servorum Christi, pro animarum suarum redemptione tradiderunt.

¶ Qui, in se reversus, Sanctum Bonefacium, Moguntiæ Archiepiscopum, & Fulradum, Abbatem Sancti Dionysij, ad se vocavit, eisq; talia dicens, iussit, vt ad Sepulchrum illius Karoli irent, &, si Corpus illius ibidem non reperissent, ea, quæ dicebat, vera esse crederent. Qui pergentes ad locum vbi Corpus eiusdem Karoli humatum fuerat, sepulchrumq; eius aperientes, visus est eccè subitò Draco exijsse; & totum illud Sepulchrum inventum est interiùs sic denigratum, ac si fuisset exustum.

¶ Nos autem illos vidimus, qui vsque ad nostram ætatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis, vivâ voce, veraciter testati sunt.

R. APPENDIX ad Verba; Decimas Ecclesiarum Laicis tradidit &c.

¶ *Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus sæculi depravati, deq; Decimis, (quas Pater fidei nostræ DEO Opt. Max. & Sacerdotibus DEI dandas, Abraham, factis; & Iacob, promissis, insinuârunt:* * *deindè, Lex statuit;*

* Genesæos capitibus 14. & 28.

statuit; vt omneis Doctores commemorant: &, de quibus, superiori actum est Titulo, (De Conversione Karlomanni;) *argumentū tanti vt paullò pluribus repetamus momēti; remq́; prolixiùs nōnihil attingamus. Quippè, quæ ponderis sit tanti, vt Carolus Martellus Francorum Princeps, indignationem offensi Numinis, ob violata iura, & immunitates Ecclesiasticas, atque Decimas nequaquam restitutas, aut, re alia maiori, vel æquali compensatas, (prout se facturum sanctè iuraverat,) expertus, à priscis Scriptoribus compluribus referatur; quos, & noster Andreas Marcianensis, TITVLO,* De Conversione Karlomanni, *hoc loco, verbotenus secutus est.*

¶ *Scripsit autem, in hanc, De Caroli Martelli, Francorum inclyti Principis morte, & animâ sententiam, Ioannes Tilius, in suis, De Francorum Regibus, Chronicis, Lutetiæ in lucem emissis, apud Vascosanum, viâ Iacobæâ, ad Insigne fontis, Anno M. D. LI. ad annum Christi 741. nono Calendas Octobris, hoc stylo.*

¶ *Carolum Martellum, conditum in Mausoleo Dionysiaco, in ordine Regum, quidam fabulantur ad inferos damnatum, quia Decimarum aliquid acceperat, vt nobilibus stipendium facientibus, ob labores, pericula, & rerum suarum damna, quæ in bello Saraceno acceperant, aliquâ ex parte satisfaceret.*

¶ *Ioannes quoque Marius, Belga, Valencianensis, Annæ Britannicæ, Franciæ Reginæ, Indiciarius, seu Historiographus, & Orator, libro 3. Elucidationum Orientalis, & Occidentalis Galliæ. Sacer* (aiebat) *& Ecclesiasticus Ordo, carpit, reumq́; Sacrilegij facit Carolum Martellum, Caroli magni Avum, quòd, is, Ecclesiæ Gallicanæ decimas, Nobilibus, Francorumq́; Proceribus acceptas, post cæsum, & fusum Abdiramum, Mahumetanum Regem cum trecentis & octoginta quinque Saracenorum millibus, in agro Turonico, ad stipendia persolvenda tradidisset, eamq́; ob caussam, in sceleratorum sedes, & tenebras extremas præcipitem actum asseverat. Id quod & idem Io. Marius verum pernegat esse; patrimonium Ecclesiasticum, fideliumq́; vota, decimas, militi Christiano, nobilibus, & Franciæ Baronibus stipēdij assignanda loco longè satius fuisse ratus, quo, profanum, & Mahumetanum hostem ab Aris, & focis Gallicis, à Templorum DEI impiâ eversione, ingruenteq́; direptione coniunctis animis, & armis certiùs abarcerent; quàm integris, & Ecclesiæ salvis decimis, Cleri solius precibus incumbere, quibus sacrati Viri, Christianæ, id officij, Reipublicæ, minimè (inquit) erant præstituri, impendentem vt toti Regno Gallico tantam calamitatem, certámque cladem, votis suis expiatam, & precibus depul-*

dam amolirentur. Ita quidem, fabellarum merus ille textor, sententiam suam, hâc in caussâ gravi liberrimè dixit Io. Marius.

¶ *Pithaus verò, Vir haud mediocriter eruditus, sententiam adversùs Carolum Martellum dictam, quâ, is, in Averni barathrum deturbatus feratur, refellit, In Glossar. Capitul. litterâ R. Tomo 9. Anno 741.*

¶ *R. P. Iacobus Gordonus Lesmoreüs, In suâ rerum gestarum serie, ad eumdem quoque Virginei partus annum. De morte* (ait) *& animâ Caroli Martelli fabulam lege apud Baronium.*

Res est hæc sanè, in quâ ponderis multum insit. Gravis admodùm caussa; quæque tota penè in sententijs posita sic versetur, vt, in eum Martellus locum à nonnullis gravibus quoque Scriptoribus abducatur, vndè, nihil minùs, quàm exitus facilè detur. Quidnam igitur De Caroli morte, & animâ Viri quoque probi, & eruditi; graveisq; Historici Scriptores variè senserint, & litteris duxerint ad nos, cum nostro Silvio Marcianensi exaratum, pretium fortassis operæ fuerit hoc observâsse loco, superioribusq; subiunxisse.

¶ *Trithemius lib. 3. De Viris illustribus Ordinis Sancti Benedicti, capite 192. Eucherius* (ait) *Episcopus Aurelianensis, Vir doctus, & sanctus, à Carolo Rege, ab Episcopatu deponitur,* pro eo quòd illi contra Raginfredum eunti, Vrbem Aurelianensem, præ timore Raginfredi, aperire noluit. Qui, sic depositus, & in cœnobio Sancti Trudonis Monachorum conversationi se subdidit. Vbi, in sanctitate, & virtutibus, vsque ad finem perseveravit.

¶ Hic est Eucherius, qui animam eiusdem Caroli Martelli, in pœnis vidit Inferni, pro eo quòd, militibus suis decimas Ecclesiarum permiserat. Claruit anno Domini 760.

¶ R. P. Laurentius Surius Carthusianus, huius Sancti Eucherij Episcopi Aurelianensis vitam sanctissimam habet descriptam ex insigni MS. Codice, mutato nonnihil stylo, ad 20. diem FebruarI, *mutato nonnihil stylo. Ex quâ, hæcce ad verbum recitabo.*

*Carolus, * subveritus, nè, si Sanctus Pontifex, * cum suis, munitiora loca Regni occuparet, adiutus ab accolis & Clero: Roberto Duci in Hasbaniâ clam curat dari custodiendum. Robertus, Præsulem sanctum summâ gratulatione suscipit, eiq; supellectilem suam, ac facultates, illius arbitrio committit, quas, & pauperibus, & Monasterijs, prout vellet, distribuere posset. Dederat enim illi Dominus gratiam*

*Supp. Martell.
* Supp. Eucherius.

coram

coram Roberto Duce, velut Beato Ioseph, quondam, coram Pharaone. *

* Genes. cap. 41.

Petijt autem à Duce Roberto, vt sibi in Ecclesiâ Beati Trudonis Confessoris, pro ipso, & fidelibus copiam deprecandi tribueret. Quo impetrato, Sacerdos DEI inclytus, die, noctuq; Dominum DEVM precabatur, vt cum electis eius in aulâ gloriæ ipsius coronari mereretur.

¶ *Verùm, cùm scriptura dicat.* * *Qui reddit pro bonis, non recedet malum de Domo eius: id quod Princeps Carolus* * *contra hunc seruum DEI fecit, Episcopatum crudeli violentiâ ei adimendo, tum etiam aliarum Ecclesiarum res vsurpando: id iusto DEVS iudicio reddidit in caput eius. Namque, hic Vir DEI, in oratione positus, ad alterum seculum est raptus; & inter cætera, quæ Domino ipsi ostendente conspexit, vidit hunc Carolum in inferno inferiori torqueri: eiq; interroganti, ab Angelo ductore responsum est: quia Sanctorum iudicio, qui in supremo mundi die cum DOMINO iudicabunt, quorumque res abstulit, & exercitui suo distribuit,* * *antè iudicium illud, animâ & corpore sempiternis pœnis est deputatus, simulq; cum suis peccatis, recepit pœnas, propter peccata omnium, qui, res, facultatesq; suas, ob honorem, & amorem DEI, ad Sanctorum loca, in luminaria diuini cultus fouenda, inq; alimoniam Seruorum* CHRISTI, *ac pauperum, pro animarum suarum salute contulerant.*

* Prouerbi 17.
* Sup. Martelli.
†
* supple. Carolus Martelli.
†

¶ *Porrò, Vir* DEI *ad se rediens, Sanctum Bonifacium, & Fulradum,* * *Monasterij Sancti Dionysij Abbatem, summumq; Regis Pipini Capellanum ad se vocauit; eisque hæc reuelans, hoc signi dedit, vt ad Sepulchrum Caroli Principis irent, &, si corpus eius illic non inuenirent; eâ quæ dicebat vera esse crederent.*

* seu VVbradum, vt nonnulli scripsere.

¶ *Illi verò, pergentes ad Monasterium,* * *vbi Caroli cadauer humatum fuerat, tumulum illius aperientes, subitò, Draconem exire indè viderunt; totumq; sepulcrum intùs inuentum est velut incendio atrum.*

†
* subaudi, Sancti Dionysij in Franciâ.

¶ *Sanctus autem Eucherius, sexto exilij sui anno, ipso glorioso transitus sui tempore, diuini luminis perfusus claritate, corpore integræ conuersationis intactus, carnis vinculis absolutus, emigrans ex hoc mundo, victor intrauit in Cœlum; ibiq;, à DOMINO, pro laboribus, & operibus bonis, diadema gemmis accepit fulgentibus variatum, &c.*

¶ *Sepultus est in Ecclesiâ Beati Trudonis Confessoris, &c.*

¶ *Hinc-marus, Archipræsul 32. Ecclesiæ Remensis, huius etiam meminit historiæ Ducum Ducis Caroli Martelli; In præfatione vitæ Sancti Remigi Archiepiscopi Remensis, cuius, & is ipse, sacrum transtulit corpus, quo decuit percelebri ritu, Anno Iesu Christi 852.*

¶ *His accedat; Quod Corpus universi Iuris absolutissimum, iuxta novam & accuratam Gregorij 13. Pontif. Max. recognitionem illustratum notis, & varijs lectionibus ita locupletatum, vt eruditissimi, illa, Commentarij vice possint esse; Rem quoque hanc eamdem accuratè nobis, hocq; ipso sermone, atque stylo, quem depromserit Andreas noster ex Sigeberto Gemblacensi, reddidit exaratam: Vide Corpus Iuris; Ex libro I. Capitul. Caroli, & Ludovici Imperatorum, Capite 83. Tom. 2. seu, Secunda Partis Decreti Causâ XVI. quæst. 1. Cap. LIX.* Titulo. *RES ECCLESIÆ, PRINCIPVM AVCTORITATE DISTRIBVI NON POSSVNT. Quia, iuxta Sanctorum Patrum traditionem, novimus, Res Ecclesiæ, vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum: &c. Et paulò infrà, subtexitur.*

¶ *Quia vero, Carolus* * *Princeps, Pipini Regis Pater, qui, primus inter omnes Francorum Reges, ac Principes, res Ecclesiarum ab eis separavit, ac divisit; pro hoc solo maximè est æternaliter perditus. Nam, Sanctus Eucherius, Aurelianensis Episcopus, qui in Monasterio Sancti Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum sæculum raptus,* * *Et, inter cætera, quæ DOMINO sibi ostendente, conspexit; vidit illum in Inferno inferiori torqueri. Cui interroganti, ab Angelo Ductore responsum est: Quia, Sanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum DOMINO iudicabunt, quorumcunque res abstulit, & divisit, antè illud Iudicium, animâ, & corpore, sempiternis pœnis est deputatus, & recepit simul cum peccatis suis, pœnas, propter peccata omnium, qui, res suas, & facultates, in honore, & amore DOMINI, ad Sanctorum loca, in luminaribus divini cultus, & alimonijs Servorum CHRISTI, ac pauperum, pro animarum suarum redemptione tradiderunt.*

* subaudi, Martellus.

* F. desideratur, est.

¶ *Qui, in se rediens, Sanctum Bonifacium & Fulradum Abbatem Monasterij Sancti Dionysij; & summum Capellanum Regis Pipini ad se vocavit; eisq; talia dicens, in signum dedit: vt ad Sepulchrum illius irent: &, si corpus eius ibidem non reperissent, ea quæ dicebat, vera esse concrederent.*

¶ *Ipsi autem pergentes ad prædictum Monasterium, vbi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, Sepulchrumque ipsius aperientes, visus est subitò exisse Draco, &, totum illius Sepulcrum interius inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos vidimus, qui, vsque ad nostram ætatem duraverunt, atque viderunt.*

¶ *Quod cognoscens filius eius Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit. Cui præfuit, cum Sancto Bonifacio, Legatus Apostolicæ Sedis,* Gregorius

Gregorius nomine. Nam, & Synodum ipsam habemus; Et, quantumcunque de rebus Ecclesiasticis, quas Pater suus abstulerat, potuit; Ecclesijs reddere procuravit. Et, quoniam, res, Ecclesijs, à quibus ablata erant, restituere, propter concertationem, quam, cum VVaifero Aquitanorum Principe habeat, non praevaluit: precarias ab Episcopis fieri exindè petijt, & Nonas, ac Decimas, ad restaurationem terrarum; Et, de vnaquâq; Casatâ,* duodecim denarios, ad Ecclesiam, vndè res erant beneficiatae, (sicut in libro Capitulorum Regum habetur) dari constituit, vsquè dum ipsae res ad Ecclesiam revenirent. Vndè, & Dominus Carolus Imperator, adhuc in Regio nomine constitutus, Edictum fecit; vt, nec ipse, nec filij eius, neque Successores, huiusmodi res agere attentarent: quod, & manu sua firmavit, cuius plenitudinem habemus: &, de quo, Capitulum excerptum, in libro Capitulorum eius, quicunque librum illum habet, & legere voluerit, invenire valebit. Hanc etiam relationẽ, & in scripturis habemus, & quidam nostrum etiam vivâ voce Dominum Ludovicum Imperatorem, Patrem vestrum, referre audivimus. Hactenus praeeuntis, loco citato, Corporis universi Iuris verba, Silvij nostri, &, (quem is ipse fuerit secutus) Sigeberti Gemblacensis stylo persimilia recitavimus; nè singularis, & vnius nostri Andreae Marcianensis haecce de Caroli morte & animâ, opinio dici posset; quam, & ipsum, (vt vidimus) Corpus ipsum vniversi Iuris complectervtur. Quae verò nunc subnectuntur, ad Notationes & serias pertinent eiusdem animadversiones, Italico subiunctas charactere.*

¶ *Huius (nempe) historiae mentio etiam est in Vitâ Sancti Eucherij, Episcopi Aurelianensis, & Beati Rhigoberti Archiepiscopi Rhemensis. Qualis verò esset huiusmodi bonorum Ecclesiasticorum divisio, quam Carolus Martellus induxit,* - - - - - - - - - - - - - -

Pipinus autem, & Carolus Imperator, prohibuerunt eodem libro primo Capitulorum, Antè Capitulum istud 83. Sic exponitur.

¶ *Tempore Hadriani PaPae, & Caroli Magni Imperatoris, quandò Paulinus Episcopus tenuit vices Apostolicae Sedis in Aquis,* fuit factum istud Capitulum propter hoc: Quia Laïci homines solebant dividere Episcopia, & Monasteria, ad illorum opus. Et, non remansisset vlli Episcopo, nec Abbati, nec Abbatissae, nisi tantùm, vt, velut Canonici, & Monachi viverent.* At verò, huic Sacrilegorum impietati, & rapaci malo, contrà potentiùs, à pientioribus tandem Principibus, & Praesulibus religiosioribus, ab ipsissimisque *Pontificibus* Summis, itum

*F. habebat,

*Derivatio vocis Casatae, videtur esse à Casâ, quo nomine Hispanicâ linguâ vocantur domus: Paulinusque Nolanus, epistolâ 2. ad Amãdũ, meminit Ecclesiae Casae; Vt in Casâ Ecclesiae, terrulã, quâ victum suũ procuret accipiat. Ab hac quoque voce fluxit dictio Casati, quâ significantur Vassalli, qui intrà Casam, seu Domum illustrem serviunt. Legiturque Casatorum vocabulum antiquum, In Testamentis Caroli Magni, & Ludovici Pij, apud Pithaeum, in 12. Scriptoribus coaetaneis, Servorumque, (aut) qui iam casati sunt: Et paullò post. Nec-non & Mancipijs non casatis, Et, lib. 3. Capitular. cap. 73. & 80. Et, lib. 5. cap. 136.

* *vernaculè*, A Aix.

itum est. Vndè, *Decreti secunda pars, cap. 37. Valdè iniquum est* (inquit) *vt quacunque, vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel re animarum suarum, vnusquisque Venerabili Ecclesiæ contulerit, vel reliquerit; ab his, à quibus hæc maximè convenit servari; id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia, à Principibus primis regionum, in aliud transferri, & converti. Generaliter verò cunque res Ecclesiæ confiscare, aut competere, aut pervadere periculosa infestatione præsumpserit; nisi se citissimè, per Ecclesiæ, de quà agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo Anathemate feriatur. Similiter, & qui res Ecclesiæ, iussu, vel largitione Principum, vel, quorundam Potentium, aut quàdam invasione, vel, tyrannicà potestate retinuerint, & vel hæredibus suis* (*vt à quibusdam iam factum audivimus,*) *quasi hæreditarias reliquerint; nisi citò, res DEI, admoniti à Pontifice, agnità veritate reddiderint; perpetuo Anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, vt Custodes potiùs Chartarum, quàm Defensores rerum creditarum* (*vt præceptum est*) *iudicemur.*

¶ *Canones isti aliquot Ecclesiæ Gangrensis, autoritate Apostolicà ... diti adversus Heluones Iurium divinorum & humanorum profanos, Ecclesiastica bona invadenteis, & Sacras DEO decimas, vel fraudanteis, in iniustitià detinenteis, hæc nobis paucula, pro re natà, subministrant. Ex Decreti parte 2. Titulo. Anathema sit, qui, præter Episcopi conscientiam, Decimas, & oblationes dispensare voluerit. Cap. 57.*

Gregorius autem 7. In Concilio Lateranensi, cap. 7. libri 6. Regesti. Decimas (aiebat) *quas in vsum pietatis concessas esse, Canonica autoritas demonstrat, à Laicis possideri, Apostolicà autoritate prohibemus. Si enim ab Episcopis, vel Regibus, vel qaibuslibet personis eas acceperint, ... Ecclesiæ reddiderint; sciant se Sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. Oportet autem congruentiùs nos Decimas, & Primitias, quas, iure, Sacerdotum esse sancimus, ab omni Populo accipere, quas fideles, Domino præcipiente offerunt, iuxtà illud Vaticinium Malachiæ Prophetæ.** Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt sit cibus in Domo meà, &c. *Quæ prolixiùs intexisse, ex Malachiæ cap. 3. & in praxim iustam reduxisse, summo fructui erit: vti pluribus docet Concilium Moguntinense.** *Vndè, Magister noster, ac Divus Augustinus: Maiores* (aiebat) *nostri, omnibus ideò pijs abundabant, quia DEO decimas dabant: Et, Cæsari censum reddebant. Modò autem, quia decessit devotio DEI, accessit indictio Fisci. Nolumus partiri cum DEO decimas; modò autem tollitur totum.*

* Malachię Prophetæ capite 3.

* D. Augustinus libro 5. Homiliar. Homilià 40.

Hoc

Hoc tollit Fiscus; quod non accipit CHRISTVS. *

Rursúsq́ idem Ecclesiæ Sanctæ lumen; Decimæ, (scribebat) tributa sunt egentium animarum. Quod si decimas dederis; non solùm abundantiam fructuum recipies; sed etiam sanitatem animæ, & corporis consequeris. Non igitur DOMINVS DEVS *præmium postulat; sed honorem.* DEVS *enim noster, qui dignatus est totum dare: Decimam à nobis dignatus est recipere: non sibi, sed nobis, sine dubio profuturam. Sed, si tardiùs dare, peccatum est: quantò pejùs est, non dedisse? De militiâ, de negotio, de artificio redde Decimas. Cum enim Decimas dando, terrena, & cælestia possis præmia promereri: quare, pro avaritiâ, duplici benedictione fraudaris? Hæc est enim* DEI *iustissima consuetudo, vt, si illi Decimas non dederis; tu, ad Decimam revoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti? Bene-facere semper* DEVS *paratus est: sed, hominum malitia prohibetur. Decimæ enim, ex debito requiruntur; &c. Et post pauca:*

* Sermone 219. qui, & apud Anselmum habetur. Et Decreti 2. parte. Causâ 16. quæst. 1. Cap. 66 Polydor lib. 3 Titulo 11.

¶ *Qui ergò præmium sibi comparare, aut peccatorum indulgentiam desiderat promereri, reddat Decimam: etiam, de novem partibus, studeat eleemosynam dare pauperibus.*

¶ Nicolaus quoque PaPa II. *Epistolæ vnicæ cap. 5. Præcipimus* (inquit) *vt Decimæ, & Primitiæ, seu Oblationes vivorum, & mortuorum, Ecclesijs* DEI *fideliter reddantur à Laïcis: Et, vt in dispositione Episcoporum sint. Quas, qui retinuerint: à Sanctæ Ecclesiæ Cõmunione separentur.*

¶ *Reverendus verò Pater, Ioannes Azorius, Societatis* IESV *Presbyter Theologus, Institutionum suarum Moralium libro 7. Cap. 25.*

Quo modo Decimæ peti, ac excipi debeant? Nostro, ab alijs accepta referenti, non autem asserenti Silvio, conformiter etiam scribens; posteaquàm Decimam probavit non esse petendam, & exigendam, neque etiam Causam eius coram Iudice, vel Magistratu Civili, sed, Ecclesiastico agendam esse: quia Decimarum Causa est spiritualis, sivè Ecclesiastica. Causa verò spiritualis & Ecclesiastica, ad Iudicem Ecclesiasticum tantummodò pertinet: Ita vt Iudex Civilis simul etiam cum Ecclesiastico, de causâ spirituali cognoscere, & iudicare non possit, etiam ratione compromissi, iuxtà Glossam, Ad Summam 10. *q.* 1. *Calderinum, An Iudex, Titul. Causa, de foro competenti. Rebuffum, De Decimis, q.* 1. *nume.* 38. *Clement: Cap. Decernimus. De Iudicijs. Caputq́, Contingit, De Arbitris.*

Negatq́ ibidem Io. Azorius, Vir reconditè doctus, Quandò Prætorium Regum, vel Principum, constat ex Laïcis & Clericis, posse eiusmodi etiam Iudices Causam Decimarum cognoscere, & de eâ statuere, nisi Iudices Clerici fuerint à Sũmo Põtifice dati: quod ratio eius habeatur, à quo Iurisdictio est mandata.

itum est. Vndè, *Decreti secunda pars, cap. 37. Valdè iniquum est* (
quit) *vt quæcunque, vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel re*
animarum suarum, vnusquisque Venerabili Ecclesiæ contulerit, vel e
reliquerit; ab his, à quibus hæc maximè convenit servari; id est, Chris
nis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia, à Principibus
primis regionum, in aliud transferri, & converti. Generaliter verò: Q
cunque res Ecclesiæ confiscare, aut competere, aut pervadere periculosâ
infestatione præsumpserit; nisi se citissimè, per Ecclesiæ, de quâ agitur,
tisfactionem correxerit, perpetuo Anathemate feriatur. Similiter, &
qui res Ecclesiæ, iussu, vel largitione Principum, vel, quorundam Pot
tium, aut quâdam invasione, vel, tyrannicâ potestate retinuerint, & fi
vel hæredibus suis (vt à quibusdam iam factum audivimus,) quasi hæ
ditarias reliquerint; nisi citò, res DEI, admoniti à Pontifice, agnitâ
ritate reddiderint; perpetuo Anathemate feriantur. Iniquum enim c
semus, vt Custodes potiùs Chartarum, quàm Defensores rerum credi
rum (vt præceptum est) iudicemur.

¶ *Canones isti aliquot Ecclesiæ Gangrensis, autoritate Apostolicâ co*
diti adversus Heluones Iurium divinorum & humanorum profanos, I
clesiastica bona invadenteis, & Sacras DEO decimas, vel fraudanteis, v
in iniustitiâ detinenteis, hæc nobis paucula, pro re natâ, subministrâru
Ex Decreti parte 2. Titulo. Anathema sit, qui, præter Episcopi conscie
tiam, Decimas, & oblationes dispensare voluerit. Cap. 57.
Gregorius autem 7. In Concilio Lateranensi, cap. 7. libri 6. Regesti.
Decimas (aiebat) *quas in vsum pietatis concessas esse, Canonica autorit*
demonstrat, à Laicis possideri, Apostolicâ autoritate prohibemus. Si
enim ab Episcopis, vel Regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint: n
Ecclesiæ reddiderint; sciant se Sacrilegij crimen committere, & ater
damnationis periculum incurrere. Oportet autem congruentiùs nos De
mas, & Primitias, quas, iure, Sacerdotum esse sancimus, ab omni Pop
accipere, quas fideles, Domino præcipiente offerunt, iuxtà illud Vati
*nium Malachiæ Prophetæ.** Inferte omnem decimationem in ho
reum meum, vt sit cibus in Domo meâ, &c. *Quæ prolixiùs intel*
xisse, ex Malachiæ cap. 3. & in praxim iustam reduxisse, summo fruct
*erit: vti pluribus docet Concilium Moguntinense.** *Vndè, Magister n*
noster, ac Divus Augustinus: Maiores (*aiebat*) *nostri, omnibus ideò c*
pijs abundabant, quia DEO decimas dabant: Et, Cæsari censum redd
bant. Modò autem, quia decessit devotio DEI, accessit indictio Fisi
Nolumus partiri cum DEO decimas; modò autem tollitur totum

* Malachię Prophetæ capite 3.

* D. Augustinus libro 5. Homiliar. Homiliâ 40.

H

Hoc tollit Fiscus; quod non accipit CHRISTVS. *

Rursusq; idem Ecclesiæ Sanctæ lumen; Decimæ, (scribebat) tributa sunt egentium animarum. Quod si decimas dederis; non solùm abundantiam fructuum recipies; sed etiam sanitatem animæ, & corporis consequeris. Non igitur DOMINVS DEVS præmium postulat; sed honorem. DEVS enim noster, qui dignatus est totum dare: Decimam à nobis dignatus est recipere; non sibi, sed nobis, sinè dubio profuturam. Sed, si tardiùs dare, peccatum est: quantò pejùs est, non dedisse? De militiâ, de negotio, de artificio redde Decimas. Cum enim Decimas dando, terrena, & cælestia possis præmia promereri: quare, pro avaritiâ, duplici benedictione fraudaris? Hæc est enim DEI iustissima consuetudo, vt, si illi Decimas non dederis; tu, ad Decimam revoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti? Bene-facere semper DEVS paratus est: sed, hominum malitia prohibetur. Decimæ enim, ex debito requiruntur; &c. Et post pauca:

* Sermone 219. qui, & apud Anselmum habetur. Et Decreti 2. parte. Causâ 16. quæst. 1. Cap. 66 Polydor. lib. 3 Titulo 11.

¶ *Qui ergò præmium sibi comparare, aut peccatorum indulgentiam desideras promereri, reddat Decimam: etiam, de novem partibus, studeat eleemosynam dare pauperibus.*

¶ Nicolaus quoque PaPa II. *Epistolæ vnicæ cap. 5. Præcipimus* (inquit) *vt Decimæ, & Primitiæ, seu Oblationes vivorum, & mortuorum, Ecclesiis DEI fideliter reddantur à Laïcis: Et, vt in dispositione Episcoporum sint. Quas, qui retinuerint: A Sanctæ Ecclesiæ Cõmunione separentur.*

¶ *Reverendus verò Pater, Ioannes Azorius, Societatis IESV Presbyter Theologus, Institutionum suarum Moralium libro 7. Cap. 25.*

Quo modo Decimæ peti, ac excipi debeant? Nostro, ab alijs accepta referenti, non autem asserenti Silvio, conformiter etiam scribens; posteaquàm Decimam probavit non esse petendam, & exigendam, neque etiam Causam eius coram Iudice, vel Magistratu Civili, sed, Ecclesiastico agendam esse: quia Decimarum Causa est spiritualis, sivè Ecclesiastica. Causa verò spiritualis & Ecclesiastica, ad Iudicem Ecclesiasticum tantummodò pertinet: Ita vt Iudex Civilis simul etiam cum Ecclesiastico, de causâ spirituali cognoscere, & iudicare non possit, etiam ratione compromissi, iuxtà Glossam, Ad Summam 10. *q.* 1. *Calderinum, An Iudex, Titul. Causa, de foro competenti. Rebuffum, De Decimis, q.* 1. *nume.* 38. *Clement: Cap. Decernimus. De Iudicijs. Caputq;, Contingit, De Arbitris.*

Negatq; ibidem Io. Azorius, Vir reconditè doctus, Quandò Prætorium Regum, vel Principum, constat ex Laïcis & Clericis, posse eiusmodi etiam Iudices Causam Decimarum cognoscere, & de eâ statuere, nisi Iudices Clerici fuerint a Sũmo Põtifice dati: quod ratio eius habeatur, à quo Iurisdictio est mandata.

mandata. Quùm autem eorum potestas, & Iurisdictio Iudicum, fluxerint à solo Principe, Rege, vel Imperatore, non potest ea trahi ad Causas spirituales, in quibus Princeps Laicus, Rexq́, Ius, & potestatem non habet; iuxtà Rebuffum, De Decimis, quæst. 10. numero 36.

Indèq́, ad eum, (quo de nunc scriptum est ab Andreà nostro Marcianensi) Principem Carolum Martellum gradatim pergens: Tertiò (ait) quæritur: An, quandò Decima est Laïcis, nomine, & iure feudi data, Iudex etiam Civilis, Ius habeat Causam cognoscendi, & iudicandi? Tumq́:

¶. *Animadvertendum est (respondet Azorius) Principibus, & Regibus, aliquando Decimas Ecclesijs debitas, Romani Pontificis autoritate dari, nomine, & Iure Feudi: Et, eas quidem interdum dari, vel ad tempus; ad tertiam, vel quartam, puta, generationem, vel, in perpetuum; eà lege, vt ipsi, eas alià re majori, vel æquali compensent. Hoc est, vt Ecclesiæ, eorum operà & curà, dotem idoneam habeant: &, Rectores Ecclesiarum, ac cæteri rebus Ecclesiasticis præfecti, commoda vitæ subsidia percipiant aliundè, ex quibus alantur. Et ita data sunt Romani Pontificis concessu, Regi Hispaniæ, Catholico Ferdinando, huius nominis quinto, Decimæ, in toto Granatensi Regno, vti testatur Covarru: In Practicis quæstionibus; Cap. 35. num. 2. quoniam suis impensis, sumtibus, & magnis laboribus, Regnum illud Saracenis eripuisset.*

¶ *Sed, & Decimæ sunt datæ Hispaniæ quoque Regibus, ijs in Provincijs, quæ Hispanorum navigatione nostris sunt temporibus inventæ, quas vulgò, Indiarum nomine vocant.*

¶ *Philippo item Pulcro, Francorum Regi, Gallici Scriptores referunt, teste Rebuffo, In Tractatu, De Decimis, quæstio. 10. nume. 39. datas esse Decimas in Francià, Pontificis Romani consensu.*

¶ *Et olim (addit idem denique R. P. Ioannes Azorius, è Societate Iesu,) annuentibus expressè omnibus Franciæ Præsulibus, Carolus Martellus, Caroli Magni Avus, Decimas Ecclesiarum impetravit; easq́, Nobilibus Francorum Baronibus assignavit; eò quòd prælijs duobus innumeram Saracenorum multitudinem fuderant, qui, ex Hispanià, in Galliam eruperant: Templa diripuerant: & agros vastaverant.*

¶ *Qui Rex, * sanctè iuràsse fertur, eas se Decimas Ecclesiæ redditurum; aut, re alià majori, vel æquali compensaturum: quod tamen posteà non præstitit. Quapropter, apud Inferos perpetuo supplicio damnatus perhibetur. Scribit enim Paulus Æmilius, lib. 2. De rebus gestis Francorum, in Childerico tertio, Ex Eucherio Aurelianensi Episcopo, eius Cadaver sepultum in Æde Sancti Dionysij, post aliquot annos inventum non esse: sed, Serpentem*

*Carolus Martellus Rex vocatus.

pentem magnum, in eius Sepulchro repertum: Et, credidisse tunc multos, cum corpore & animâ esse Martellum ad Inferos damnatum; quia, Eucherius Aurelianensis Episcopus, Vir magnus, tunc testatus est se per quietem vidisse eius animam sempiternis supplicijs destinatam.*

¶ *Hocque idem narrat Guaguinus Historicus, vti refert Rebuffus, Tractatu, De Decimis, Quæstio. 10. numero 39.*

¶ *Caveant proindè sibi seriò Principes, & Reges, nè in similia Sacrilegia prolabantur. Hactenus, Rever. ille Pater, Ioannes Azorius, &, De Decimis; Et, De Principis illius Caroli Martelli morte, & animâ hisce ijsdem planè egerit verbis, libro, Capite, atque Sectione superiùs recensitis. Quibus serijs de rebus, qui plura intelligere optàrit, eò recurrat loci. Consulat, &, (si lubuerit) R. Domni Arnoldi VVyon, Duacenatis, Presbyteri Benedictini librum tertium Ligni Vitæ, folio 20.* ¶ *Quod autem attinet ad superiora verba P. Æmili lib. 2. In Childerico 3. scribentis cadaver Caroli Martelli sepultum in Æde Sancti Dionysij, post aliquot annos inventum non esse; sed serpentem magnum in eius sepulchro repertum: & credidisse tunc multos, cum corpore & animâ esse Martellum ad inferos damnatum,* &c. non admittimus illa sic posse accipi, ac si ex ijs elicere cuiquam * εὖ καὶ ἐπιστημόνως liceret, inde satis exploratum haberi, omninoq; certum esse, Caroli Martelli corpus & animam, vnà, flammis æternis excruciari. Posse namque latitantia in diem extremi Iudicij cadavera damnatarum animarum, locis ab illâ Mundi cloacâ, seu horrendâ ignis gehennâ longè alijs sepeliri, Caput 16. Numeri, versu vigesimo-quarto hisce nos edocet verbis.* Descenderuntque vivi in infernum, operti humo: &c. *Quibus sanè verbis, Core, Filius Isaar, Filij Caath, Filij Levi, & Dathan, atque Abiron, Filij Eliab, diruptâ terra sub pedibus eorum, asseruntur descendisse in infernum viventes: id est, in inferiores terræ parteis, Quod reverà significatur per illud* (operti humo) *nulloq; prorsus modo Sacræ hic Scripturæ locus, sinè mediâ morte, præcipuos seditionis authores, Core, Dathan, & Abiron, significat ad infernum damnatorum descendisse (alioqui enim non essent illi resurrecturi:) verùm enim-verò, ad singularem, memorabilemq; de ipsis à DOMINO DEO vindictam sumtam, & certam designandam distinctionem à sepulturâ communi, (quâ, mortaleis sepeliri, & operiri humo minimè assuevêre, nisi qui vitâ prius functi sint) illi produntur vivi in infernum; hoc est, in inferiora terræ descendisse, ibique locorum, terrâ operti, & quasi vivi reconditi, qui viventes, terræ hiatu absorpti; eò fuissent præcipites acti. Cùm igitur etiam Sacræ Scripturæ more loquendo, Infernus, in genere, infera quoque significet loca; vt hypo-*

* *Id est, bene & scitè.*

thesin fecerimus, supponamus, non affirmantibus, sed solùm ex Sancti Eucherij vitâ pridem descriptâ referentibus haccè Andreâ nostro Marcianensi, P. Æmilio, Rebuffo, Trithemio, Guaguino, Arnoldo VVyon, Io. Azorio, alijsque Viris bene doctis, Divum Eucheriū, per quietem, vidisse animam Caroli Martelli sempiternis supplicijs destinatam &c. Sanctumq; Bonifacium Moguntinum Antistitem, Germaniæ Apostolum, & VVlradum, seu Fulradum Sancti-Dionysianum Abbam, Martelli Sepulchrum apertum iussisse; Cadaver Martelli minimè reperisse; Serpentem extemplò exiluisse ex eius sepulchro, pice ipsâ nigrius, ex incendij fumo coloratum; Idcircone licebit reverâ, solideq; subinferre damnatum Carolum Martellum, ad inferos, corpore simul & animâ æternis gehennæ pœnis cruciari? In aere profectò piscatur; in mari venatur; qui ex hisce suppositis, exq; vanâ fortè vulgi opinione indè erutâ, quorumdamq; fortasse anabasiorum rumore, id evincere, frustrà moliatur. Existere namque alia loca, quibus damnatorum corpora, vel certè cadavera latitantia, & operta humo, in diem extremi iudicij detineri possint, ex psalmo 54. & capite 16. Libri Numeri, iam ostensum est. Neque id sanè superiùs producti Autores classici asseverârunt, sed, tantummodò istuc credidisse tunc multos, aliunde retulêre. Vanam ergò existimare liceat illam extitisse fidem istiusmodi rerum arduarum rudis plebecula, atque imperitioris vulgi. Itaque hîc nihil citò credendum. Qui, *namque*, credit citò; Levis corde est. * *Longè siquidem diversa sunt, dici, & esse; hâc præsertim in causâ, in quâ, facta opinioni plebanæ minimè respondent. Tamen, (vti persæpè fit,) hæcce, tametsi incerta prorsus, nihilominus in multorum opinione firmata* Fama; malum, quô non aliud velocius vllum; Mobilitate viguit, virêsque acquisît eundo: * *vt eà etiam impulsus, Carlomannus, Caroli Martelli Filius (cui Austrasia, & Transrhenanæ gentes regendæ obvenerant anno Iesu Christi 741. Indictione nonâ,) integrâ ætate, atque florentissimis rebus, Regna, patriámque reliquisse; Deóque se Optimo Maximo vovisse; Soracte, montem Italiæ petijsse; ex eóque in Cassinum montem transijsse; Monachúmque induisse Benedictinum, ab Andreâ nostro Silvio, alijsque Scriptoribus historicis referatur, vti suo postea loco dicetur, anno sexto, vel (vt alijs placet Chronologis) 5. Pipini Palatini, Indictione 14. licèt Baronius hoc non nisi Indictione primâ, anno Christi 748. quo res Franciæ tota ad principatum Pipini Iunioris fuerit devoluta, putet accidisse.*

Cæterùm, me sanè nequaquam præterit, Viros haud deesse perdoctos, & probos, qui, tametsi Carolum cognomento Martellum, primum Francorum

* Ecclesiastici cap. 19.

* Virgil 4. Æneid.

Francorum Principem nuncupatum, Monasteriorum complurium euersorem, & expilatorem grauissimè admittant peccàsse, qùum Ecclesiasticas idem pecunias, in proprios, & militum suorum vsus conuertit: de salute nihilominus tanti eiusdem Principis (cuius & pietas, & deuotio permagna erga Sanctos, apud Ludouicum Imperatorem, & Summos Pontifices, Gregorios, secundum, & tertium laudata reperiatur) bene velint sperandum, quòd is ipse, absque verè obseruatà exomologesi nequaquàm decesserit. In ÿs exstitère Cæsar Baronius, Ioannes Gabriel Bisciola, Mauleonensis, Henricus Spondanus; * *qui, ex assertione S. Bonifacÿ Germanorum Apostoli, (quem superiores Scriptores testem produxère oraculi de damnatione Caroli Principis,) ob recensita peccata grauissima, torsione longà, mortéque verendà Martellum quidem fuisse consumptum, sed tamen malè actorum pœnitentem affirmàrint.*

* Molanus, & Gordon.

Vindex enim (aiunt) *DEVS, sed, non iudicans bis in idipsum, sic inuasores Iurium Ecclesiarum Principes Christianos pœnitentes, interdum miserando cruciatu, & interitu voluit affligi, vt posteris sint in exemplum non minuendi, vel violandi Ecclesiasticas facultates & immunitates; vtque, grauissimum hoc esse delictum, ex portentosis ab vltore Numine illatis pœnis posset intelligi; tum etiam, vt, qùum ÿdem Catholicè vixerint, & alia complura bona fecerint, quòd peccàssent in Ecclesia iura, hic luerent potiùs, quàm perpetuis damnarentur in inferno cruciatibus. A quibus Carolum immunem fuisse putamus: &c.* ---------- *Et paullò post hac mitiora, & de Carolo meliora verba; Planè (additur) de ipso Carolo, (occulta licèt, & nobis incognita sint Iudicia diuina) salutem cum pÿs Principibus consecutum existimare liceat: Et, si peccator exstiterit, (vt solent Principes sæpè delinquere,) ex illà tamen exomologesi, quà suam animam DOMINO per Sanctum Dionysium præsentandam, (quod Ludouicus Imperator testatur) adeò solicito studio commendauit; bene de eius sit salute sperandum. Cùm alioqui planè impius conuincatur, qui eiusmodi sacrilegÿs obnoxios, nisi pœnitentes satisfaciant, posse sempiternos euadere cruciatus existimet. Ex quibus profectò euidenter confutantur, &, quæ paullò superiùs attulimus, ex mero fabularum conditore Ioanne Mario, Valencanate, lib. 3. elucidationum Galliæ Occiden. & Oriental. audaculo, & petulco scriptore, improbata damnantur.*

Sed & ex iam dictis satis vidimus, hâc in Caussa tanti Ducis, gravissimos etiam apud Scriptores rerum gestarum, liberè agnosci, (quod res est,) occulta semper stare, nobisq; incognita esse Iudicia divina. Vt ut res se habeat; in re adeò seriâ, & gravi, sic equidem denique sentio; vt, quùm in eâ Statuendâ, & porro definiendâ, nobileis historiographos, tótque celebreis Viros ita variasse observem, totius rei huiusce fidem ita exquirendam penes Scriptores, Autoresque acrioris ingenij, & istius-modi argumentorum peritiores ita velim; cuique vt Lectori eruditiori, & circumspectiori liberiùs sit sententia seligenda relicta. Cum enim Martellus, non sine iniquitatis suæ insigni pœnitudine spiritum tradatur effudisse; & peccatum quantumvis grave, iustâ pœnitentiâ expiatum iri, Deus misericordiarum Dominus, (vt cætera Sacræ Scripturæ loca sileam) protestetur, Ezechielis capitibus 18. versu 21. & 33. Isaiæ capitibus 1. & 55. Ieremiæ capitibus 3. 18. & 25. Ioelis 2. & Zachariæ 1. &c. Absit procul à me, aliud vt vmquam hâc in causâ statuere audeam; quàm, vt hacce variè sic disceptata Lis sceptriferi Ducis Caroli Martelli, stet sub Iudice summo. Is namque certè solus, & indubiè, nobis illam dirimere potest: Cui Pater ille Cælestis, & Coæternus, omne Iudicium agnoscitur dedisse; Ioannis capite 5.

*Licet enim, complura exempla Regum, & Principum, qui, ob violationem Iurium, Ecclesiasticarúmque facultatum, & immunitatum ad inferos fuerint damnati, vel ex epistola Sancti Bonifacij, (qui testis adfertur Oraculi de Caroli Martelli damnatione,) scribentis ad Athelbaldum Merciorum Regem in Angliâ scelestissimum, vt eum ad pœnitentiæ dignos fructus revocaret, possint facilè produci; & Christus ipse Dominus Discipulis suis Divitem Epulonem in inferno sepultum nunciârit: * Sacra tamen Biblia, totis suis 63. libris, raras admodum istiusmodi Principum, Regúmque æternis mancipatorum pœnis, (tametsi complures impios memorent, & scelestos) revelationes peculiareis protulère. Vndè, nec affirmativè, nec equidem negativè, in Causâ Martelli adeò variè agitatâ, quicquam præterea statuero.*

* Lucæ cap. 16.

Nè quis igitur offendatur ijs quæ hactenus in vtramque partem huiusce Caussæ Martelli à nobis sunt allata, & ex Autoribus transsumta: istuc à nobis eo nôrit animo factum, vt nostrum Andream Marciancnsem, suo hîc Marte nihil omninò cudisse, sed, ab alijs, quæ scripserit eam in partem vulgata pridem accepisse, ostenderemus. Libero proindè iudicio fruere; Et,

Elige, nè certes Lector! id tibi offero iuris. *Quùm verò vtili hâc Appendice, humíque nimiùm defixis mentibus necessariâ, Decimarum hoc nos loco commodè oportuerit meminisse, quò res tanti momenti pleniùs*

accepta

accepta explanaretur: ex occasione rursus natâ, pace omnium id quoque subiungam. Quod;

Si præfatus ille Ducum Dux, Carolus Martellus, adeò graviter deliquisse à tot politioris etiam limæ Autoribus scribatur, vt ad inferorũ subsellia detrusus, æternæ damnationis interitum incurrisse, ab ijsdem sit dictus, proptereà quod Ecclesiarum Decimas, quemadmodum sanctè iuraverat non curaverit restitutas, priusquàm è vivis abiret: peccant, haud dubiè: peccant & gravissimè, iniquarum exactionum Consultores, & inventores, quique, se vt à gravamine liberent astutè, gravamen in alios etiam Ecclesiasticos promiscuè derivant. In eos siquidem detonuit pridem Vates Esaias, capite decimo.

Væ *(inquiens,)* qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in Iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, &c. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? Ad cuius confugietis auxilium? Et vbi derelinquetis gloriam vestram?

Observo probatissimos apud Scriptores, & lectissimos Historicos, argumenta, & summi horroris exempla passim occurrere; quibus, plerique Principes, Reges, & inexplebilis avaritiæ Viri, promiscuè bona legantur aliena, quùm Ecclesiastica, tum & laica iniquiùs invasisse, cùm ius illis omne in armis esset: sed tamen, id iniquitatis ita tulisse, eosdem observo, vt, vel ipso Vindice Cælo (quæ iusta ipsius severitas soleat esse) illa profectò nequaquam, aut invaserint, aut eripuerint impunè. Vndè mihi solvuntur frigore membra, cùm, & pectore toto, & mente pavitantibus, memoriâ repeto furoris horrendum illum nimbum, quo frequenti, & DEVS ipse ter Max. Vindex, & Cælesteis etiam sæpenumerò Divi detonuêre, in eosque horribili severitudine iram suam exercuêre, qui sacrilegas manus in DEI ter Maximi, Divûmq́ sacras Ædes, & Aras, resq́ Ecclesiasticas, & priscis, & nostris posterioribus quoque seculis, ausu temerario impiè iniicere tentârunt. Quorum è numero, vt Heliodoros, & Antiochos silentio prætermittam, superbissimi, profaniq́ Nabuchodonosor, & Balthasar extitêre. Quorum ille, posteaquàm vasorum Domus DEI partem sua in Idolia transtulisset, mente captus, è Regnoq́ suo pulsus, cum feris in agro septennium miserrimus exegit, iuxta Vaticinium Daniëlis. Vndè Tertullianus de ipso, ad hunc modum scripsit.**

Diu pænitentiam immolârat septenni squalore exomologesin operatus: Vnguium, Aquilinum in morem efferatione, & capilli incuriâ, horrorem Leoninum referente. Quibus ille verbis clarè satis ostẽdit, Nabuchodonosorem in fi-

* Libri 2. Machabæorum capitib' 3. & 9.

* In fine libri, De Pœnitentiâ.

in figuram bestiæ minimè fuisse mutatum: multoq; minùs veram fuisse beluam, vel Apulei Asino aliquod persimile monstrum. Hinc Divus Hieronymus appositè: Mutavit (aiebat) *mentem, non formam, corporis, vti faciunt Lycanthropi, qui sibi lupi videntur, proindeq; mores Lupinos, & gestus exprimere conantur.*

* Danielis cap. 4.

*Nec obstat, quod obyciant quidam Nabuchodonosorem ipsissimum dixisse: * Et figura mea reversa est in me. Figura namque eius, reversa est ad eum, scilicet illa, quæ recesserat per deformitatem tantùm vnguium, & capillorum, iisdem pristino more resectis. Neque paradoxicum fuerit asseruisse, brutarum animantum more, terram spectantem eumdem manibus, pedibusq; reptâsse, quò fœnum, herbasq; alias commodiùs comederet, quo septennio inter feras victitavit cæli rore infusus. Eius denique figura prior ad eum reversa est; cùm rursus erectis, & ore, & vultu, sublimis ambulare cœpit, Cælumq; tueri.*

*Mali verò Corvi, pessimum ovum, hic Rex Balthasar, à Medis miserrimè interfectus est; Dariusq; Medorum Rex, annos 62. natus, eius Regnum invasit, eàdem ipsà nocte, quà temeratis vasis DEO sacratis idem Sacrilegi parentis impius hæres & Rex, vinum suum ex eis largiùs epotitâsset, cum Optimatibus suis, quos ad pollucłum mille convocâsset suis cum Vxoribus, & Concubinis pergræcaturos. Videatur eà de re Prosper. **

* Libri 2 cap. 24. In verba Danielis capite 5.

Illúcque memorabile accedat: Quòd, quo die Nabuchodonosor ille superbissimus, Sanctum DEI vivi Templum expilaturus est ingressus; eo ipso Darius Rex Medorum natus sit, à quo pœnas suo scelere dignas, Sacrilegi Parens & Filius, luerent.

Evertit enim ille vtriusque potētissimum Regnum Darius ætatis suæ anno 62. vti, ἐν καὶ ἐπισταμβρος; & bene, & scitè, Samber Olam observavit cap. 31. Horum autem in numerum Sacrilegorum Principum alleguntur, quotquot, sacris manus inyciunt profanas, Ecclesiásque Iesu Christo, & Divis consecratas demoliuntur, earúmque sacros ministros bonis Christo Servatori dicatis exuunt; domiciliis exturbant; exactionibus exhauriunt iniquis; res divinis vsibus addictas profanos ad vsus convertunt; Ecclesiarum bona sui faciunt Iuris; patrimonia Martyrum, & devota donaria plebis, quibus cultus divinus, & ministerium Ecclesiarum piè sustinebatur, suis in aulis, venationibus, impudicis choreis, aliisque vanitatibus variis abliguriunt; quíque sacra Monachorum, & Asceteriorum prædia ministeriis donant aulicis, abrepta; Decimas Clericis debitas irreligiosè subtrahunt, aut fraude cum aliquà exsolvunt; bellica de Campanis tormēta conflant; è Calicibus sacris compotant; vestibúsque Templi ministerio divino consecra-

consecratis, se, suásve Coniuges, & Filias adornant. Tantorum verò Sacrilegiorum consultores, & nefandi autores vereantur nè persimileis cum impijssimis Nabuchodonosore, & Balthasare, Heliodoro, & Antiocho pœnas, & horrendos exitus sortiantur. Illorum namque, vti, & Caini, terrificis exemplis vltor DEVS, posteris voluit relinquere amplissimis notis declaratam vindictam, quam, id genus impij, miseriq; mortaleis commeruère. Talem enim si vindictam exercuit DEVS adversùs sacrorum veteris Testamenti violatores; ecquid illos manere supplicij durioris credimus, qui hodie vllo sint modo impij decimatores, aut sacrilegi nefarij circà ea quæ iam spectent novæ Christi Legis sacro-sanctam Maiestatem, & Iura diviniora? Maximarum certè calamitatum myriadem seriùs, ocyùs in id genus delinquenteis cadere solere, quùm prisci, tùm & recentiores sacri, profaniq; nos perdocent Scriptores permulti; haudq; aliter istiusmodi impietatem, quàm gravissimè peccantium eversione, iusto DEI iudicio extingui. Etenim non dimittuntur id genus peccata, nisi restituantur ablata. Procul ergò; procul este profani.

Sed, iam humi satis serpsimus: in cœlum, amabò, eamus, inquirenteis indè, cœlesteis illi quidnam influxus pientioreis, adversùs hocce virus grave Orbi tandem nostro Europæo suavius sideraverint. Effluxerat sensim degenerans ab avitâ Franco-Merovingorum Regum, & Heroum nostrorum excellenti pietate in apertam hancce, damnandámque impietatem Orbis hic noster Europæus; vt, non modò Laïci nobileis, sed & ipsi primarij Principes, agrum Christi suo palam adiungere non dubitarent, & ab Ordine Sacro, monastico, atque Benedictino promiscuè permulti potiorē hæreditatis sacræ partē, quà vi maiore, quàve luberet iniuriâ summâ truncatam, & sibi potentiùs detractam avellere auderent: Cùm, eccè CHRISTVS DOMINVS, pientissimúsque Servator noster, illo è cœlo, (cuius Philosophi meminère nusquam,) Empyrio, (quod primum mobile ambitu suo complectitur, quódque DEI, & Beatorum Sedes est,) Genteis in hæreditatem suam temeriter involare conspicatus, hócque maximum scelus exosus; præpotentiùs effecit, divino vt Spiritu afflati Præsules Sacri, egregiâ suâ curarent diligentiâ, & evincerent, vt, & pristinus Sacrorum Ordinum splendor, & res Ecclesiastica in integrum restitueretur, & perniciosum hocce virus funditus exhauriretur. Hinc, quòd Ludovici primi, cognomento Pij, Occidentalis Imperatoris anno vigesimo tertio, Gregorl quarti, nono, Iesu Christi 836. Lotharius Rex Italiæ invadens & eripiens bona ipsissima Ecclesiæ Romanæ, à pio Pa-

 tre

tre Ludovico Imperatore Occidentali, per Nuncios acerrimè correptus, & rapaci iussus desistere cœpto, vel invitus quievit. Hæc pluribus, Scriptor domesticus Imperatoris Ludovici Pij: ex quibus etiam videas, hoc eodem anno, Indictione 14. octavo Eidus FebruarI, admonitione Ludovici eiusdem, multorum Episcoporum esse Synodum celebratam Aquisgranensem, in quâ fuerit inculcata causa, ex quâ, tot, tantaq; mala in Regnum essent Francorum invecta. Nempè, ex eo quod, Reges, contra fas, in Caussas Ecclesiasticas prosilyssent. Quæ quidem, & alia ibidem acta, ex Concilio Parisiensi, anno (vt videtur,) vndetrigesimo supra Iesu Christi octingentesimum celebrato, petita sunt; & in Capitularibus Regum Francorum descripta reperiuntur.

Addit & Autor, Astronomúsque præfatus Imperatoris Ludovici, eâdem in Synodo actum quoque fuisse De rebus, quas Aquitaniæ Rex, Pipinus, Ludovici Pij Filius, Ecclesijs multis abstulisset: &, eumdem Pipinum Regem à Patre Ludovico, & à Synodo commonitum, ablata omnia restituisse. Hæc autem inter, acerrima seditio adversùs Imperatorem Ludovicũ Pium fuerat commota: sed ingruens extemplò sævissima luës, seditionis Principes extinxit; vndè, haud temerè intelligere possimus, DEVM vltorem, pro Ludovico Imperatore pugnâsse, dum ardenti religionis Zelo, Ecclesiam ipse pertueretur. Hæc præfatus Autor, qui pij Principis ad Sidera nomen effert.

His accedat; quod, posteaquàm Dani, vulgò dicti Northmanni, id est, Septentrionaleis homines, Ethnica colluvies, Duce Horich ipsorum Rege, navium valido cum apparatu, Rothomago primùm potiti; Duce Ragenario, per Sequana fluvium, Parisios, ipso Sabbato Sancto pervenissent, & Civitatem fermè vacuam offendenteis, (quòd incolæ perterriti subitaneo ipsorum adventu, diversa in loca aufugissent, omnia Sanctorum Corpora secum auferenteis, nè à furenti Gente comburerentur) inter alia sacra loca, Regium Cœnobium Sancti Germani Pratense depopulati fuissent: Mirabilis DEVS in Sanctis suis, *permultis signis iram suã in Sacrilegos ostenderit Northmannos, dysenteriâ, & langore eos percutiens.. Cumq; tandem à Carolo Calvo Rege acceptâ pecuniâ, præstitóque iuramento, se Regnum ipsius, nisi fortè auxiliatores, intraturos nunquàm, ad suum Horich Regem revertissent; Senonensis Archiepiscopus VVinilo; Rodolfus, Bituricensis; Rhemensis,* Hincmarus, *alijque Galliarum Antistites præclari, pravos fidelium correcturi mores, quibus vindicta divina fuerat concitata in varias Francici Regni parteis, in quibus Dani, seu Northmanni, omnia, tam sacra, quàm profana, cæde, rapinâ, incendio miscuissent, Meldis.*

dis, in vnum venêre, anno Christi 845. Caroli Calvi Regis sexto, 15. Cal. Iulî: atque, inter alia, commonuêre Regem, (à quo, in emendatione peccatorum Ecclesiæ filiorum semper est correctio inchoanda,) vt Ecclesiastica Capitula, ab Imperatoribus Carolo Magno, & Ludovico Pio promulgata observarentur.* Et, (vt eorum Inscriptio probat) fuerunt illa promulgata, Iesu Christi anno 854. postquam fuissent auctoritate Pontificum Romanorum confirmata, quùm iam Monasteria à Northmannis miserrimè expilata, & Ecclesiarum proventus promiscuè Laicis manibus traderentur. **

* vernaculè, A Meaux en Brye.

* De ijs, vide Andegesisũ Abbatẽ Lobiensem, & Benedictum Levitã.

Sed tamen, tantum abest, vt Regni Gallici hâc fuerint auctoritate Synodicâ correcti Proceres, qui Abbatias, résque alias Ecclesiasticas, in beneficium, à Carolo Rege accepissent: vt contrà etiam, ijdem detentores, apud Regem Carolum maximâ egerint importunitate, nè cunctos reciperet executioni mandandos Canones, in Concilio Meldensi, à Sacris Præsulibus sancitos. Vndè & contigit, vt compluribus reiectis, vndeviginti tantummodò Rex observandos promulgârit. Habentúrque hæc acta, sub finem Capitularium librorum Franciæ Regum, post additionem 4. vbi & agitur de Procerum, nobiliúmque Laicorum Francorum conatibus, adversus sacros Canones præfatos.

* Cõsule Baroniũ, ad annũ 846.

*Hincque (vti Patres Sacri pronunciârant) ira, indignatio, & tribulatio super Carolum Regem, & Principes refractarios effusa sunt, quùm novis incursionibus Danorum seu Northmanorũ, DEVS vindex, Regnum Francorum infestissimè vastari permisit; &, Rex ipse Carolus Calvus, Leges ab hisce barbaris iniquissimas subire coäctus est, qui piè, sanctèq́; statutas ab Episcopis accipere recusâsset. Consulatur Lupus Ferrariensis Abba, * a qui verè, liberèque testatus fuerit, nihil prosperum vspiam Carolo Calvo Regi cessisse, ex quo manus in Ecclesiæ bona immisit.*

* a. Lupus Ferrar. in Epistolis ad Reges ipsos, & Hincmarum, aliósque missis, 11. 42. 45. 60. 61. 64.

Paucis memoremus Moguntinam quoque Synodum illam anno Christi 847. habitam Calendis Octobris, quæ, Prima sub Rabano, Moguntini Episcopi Orthgarij successore, dicta fuerit; cuiúsque congregandæ occasio eadem exstiterit, quæ, & Meldensis. Nimirum, quòd, quùm à Laicis bona Ecclesiarum, itemque Iura, & ipsissimæ personæ, (quæ, temporis, bellorúmque iniuriâ, multos annos, suis ab Ecclesijs, & Asceterijs abesse fuissent coactæ) assiduè invaderentur, & de ijs frequenteis apud Regem essent querelæ, hisce malis vt Ecclesiæ, sua repetenteis, liberarentur; curavit Rex Germaniæ Ludovicus, eiusmodi Concilium Provinciale celebrandum. Vndè Patres Concilij decreverunt, vt pro salute Regis & Coniugis eius, atque Filiorum, per Diœceseis singulas, ab Episcopis, Clericis, Abbatibus,

 & Mona-

& Monachis, Missæ, millia tria, quingentaq; celebrarentur, & psalteria, mille septingenta recitarentur.

Neque verò absque insigni DEI providentiâ iisdem etiam temporibus contigisse observat Odo eius seculi Scriptor, vt Sanctus Abba Maurus, Sanctissimi Patris nostri Benedicti Discipulus, Asceteriorum complurium in Galliis Conditor appareret transferendus ab australi plagâ altaris Sancti Martini retrò (vti nostro hoc seculo mos inolevit) ad Orientalem partem eiusdem altaris, quùm solutâ disciplinâ, ipsa iam Asceteria inexplebilis avaritiæ Laicorum manibus traderentur: vt, quasi Vindex Divus ille noster Maurus exurgere videretur. Siquidem, virtute quoque ipsius iniqui bonorum ipsius vsurpatores, acerrimam tunc vltionem divinam experti sunt. Hæc prolixiùs Odo, eiusdem tempestatis Scriptor, & fide dignissimus Autor.

Liceat porrò hîc etiam obiter, præëuntibus Odoranno, & Glabro, aliisq; Scriptoribus recentioribus, meminisse Hugonis illius, cognomento Capeti, seu Caputii, quem novimus ex Patre natum Hugone Magno, Avoq; Roberto, Principibus Illustribus: Materno verò ex stemmate, Ottonis Senioris Imperatoris ex Sorore progenitum, & Atavis Regibus Carolinis, seu Carolingis exortum. Qui, quùm successisset Parenti suo illi Hugoni Magno, Parisiorum Comiti, Sanctique Germani Pratensis Marchioni, vt fortiter obiecto exemplo religiosissimæ pietatis, Regnorum, & Imperiorum florentissimorum Parentis, atque Conservatricis, Ecclesiastici, & Cœnobitici auri sacram depelleret famem, quâ tunc etiam temporis fœdissimè laborarent in Galliis Nobileis Laici permulti, præclarúmque ducerent, non modò sacris luculentissimorum Cœnobiorum proventibus ditari, summíque inter Monachos honoris nomine cohonestari; sed & in Episcoporum census amplissimos effranatâ cupiditate inhiarent; iura divina, & humana labefactarent: Deo istuc volente, Regio isti Monasterio Sancti Germani à pratis Benedictino, quoad spiritualia primùm sanctè, præclarèque regendo, Decanos religiosus Princeps Capetus præfecit Gualterum & Albertum, prudentiâ, doctrinâ, & moribus insigneis. Paullóque post tempore, pietate priscâ renascente, & caput liberiùs nonnihil efferente, salutiore rursus consilio cælitùs accepto, Hugo hic idem noster Capetus, multis laudibus & virtutibus mactus, (quemque, plebes parentem, nobilitas Francica Principem, Leges custodem, Francia, extremo calamitatum pondere nutans, primum denique inter Capetidas

Francos,

Francos, ob raram pietatem, & res domi, militiaque praclarè gestas erat Regem selectura,) palmas suas extendens ad pauperes Benedictinos; *quò, res eorum, effrænatâ Laïcorum cupiditate, & bellorum, temporumque iniuriâ diuturnâ accisas, in integrum repositas religiosè constabiliret, spontaneè adscivit Illustrißimæ Sancti Germani à Pratis, apud Parisinos Ecclesiæ antiquißimæ atque verè Benedictinæ vigesimum-septimum Abbam, decus Abbarum, Domnum Guallonem, sive Guallum Belubaldum magnæ virtutis virum, litterarum, litteratorumque amantißimum, & ab effusâ in pauperes liberalitate, optimè commendatum. Et, nè quid ad excellentem in Ecclesiam Benedictinam illam, & prorsùs Regiam tanti Principis pietatem desiderari, adjicive posset, Titulis, & luculentißimi eiusdem Cœnobij proventibus se idem generoso exemplo exuens, eius censuum omnium amplißimorum administrationem, & œconomiam regularem ritè obeundam, & in posteritatem Benedictinam religiosè transmittendam penès Venerabilem Ascetarcham Guallum Belubaldum, seu Guallonem, ipsiúsque Benedictinos Coascetas deinceps liberam voluit esse, exactósque sedibus Antistites, in pristinas dignitates, & sua loca restitutos perstare. Sentire tum occœpit sacrosancta religio vindicem Capetum, & prædicavit. Sed, & rei probavit eventus, Deo Opt. Max. pergratum exstitisse, quod religiosè simul atque heroïcè tunc Hugo Capetus peregisset, necessitudini Generis divinæ religionis pietatem hanc anteferens, quâ paterno penè affectu, & amore, Benedictinæ huic familiæ, seu prædilectis alumnis, ab antecessoribus Principibus, & Francorum Regibus piè legata, & religiosè adtributa, perpiè & ipse, religiosissimè ª restituit cuncta; quò, Sancti Germani asceta, habenteis vndè, secundùm ordinem, & dignitatem, alerentur, & vestirentur, divino cultui liberiùs vacarent; & avarißimæ nobilitati Laicæ (quæ, hostis pietatis, facultates sacras, eâ etiam tempestate temeriter ereptas, abliguriret,) hocce salutari exemplo, is idem religiosus Princeps opportunè obviam iret. Hoc enim in Principe generis claritate perillustri, cùm eminentiùs elucerent, Pietas, (quæ, vt dicit D. Augustinus * ª, etiam cultum exhibet Deo; & cordis viscera, misericordiæ operibus replet:) & Religio, quæ præcipua inter virtutes morales * ᶜ. esse docetur à S. Thomâ, Doctore Angelico; Cùm (inquiebam) Capetus hic noster pietatem cum lacte nutricis imbibisset, moderatáque ipsius potestas, communis parentis patriæ iura conservare didicisset, & sinceram, Catholicamq́; cum excellenti pietate religionem, persæpè parentem,*

* a Divus Augusti-nus, 10. De Civitate Dei.
* b Ex Sancto Gregorio, In primo moraliũ.
* c. Secundâ Secundæ partis Summæ Sacro-Sanctæ Theol. quæstio. 81. artic. 6.

 veramq́;

veramq́, Regnorum conservatricem, non modò piè ipse cum suis progenitoribus observare, sed propugnandam etiam adversus religiosæ pietatis, piaq́, religionis pestilenteis hosteis animosè suscepisset; & Divos, & Deum ipsum ter Maximum sibi faventeis sic expertus est; vt, à pedo Abbatiæ Regiæ Sancti Germani Pratensis, apud Lutetianos, ad perdignum Ascetarcham & Benedictinos Ascetas vltroneè relato, ad sceptra capessenda Franciæ regalia, Carolingis, sive Pipinidis in Childerico stupido extinctis, sibi, Capetidarumq́, amplissimæ stirpi, Procerum Francorum studijs, & secundis militum iamdiu sibi obnoxiorum suffragijs, non sinè D E I ter maximi, providentiâ insigni viam parans, Duce Lotharingiæ Carolo rejecto, quòd nimis faveret Germanis, quòdque Franci haud facilè paterentur exteris esse subiecti, primus omnium Gallus Gallorum Rex fuerit evectus, anno Iesu Christi 987. Hæc prolixiùs R. P. ac Domnus Antonius D'Yeps, Vallisoletanus Abba, Chronicorum generalium Ordinis S. P. Benedicti Tomo secundo: qui, id egisse, ac evicisse pium hocce religiosi Principis Benedictinis impensum studium, vero similiùs putet. Quæ namque suis quasi alumnis Benedictinis, Capetus tunc exhibuit, (actum iam dictum eliciens, qui ad nobilissimam virtutem pertineret religiosæ pietatis, piæq́, religionis,) in Deum referens; Deo ipsi Opt. Max. (per quem Reges regnant,) exhibuisse videndus est, iuxtà illud Matthæi 25. Quod vni ex minimis meis fecistis; mihi fecistis.

Clarè porrò hæcce ostendunt, piæ, sinceræq́, religionis quàm sint Nobileis actus; quantaq́, virtutis eiusdem sit Majestas, quæ cæteris virtutibus moralibus, doctissimè, à Doctore Angelico probetur imperare. * *Exodi siquidem vigesimo capite, ponuntur primùm, quæ ad religionem pertineant, præcepta; tanquam præcipua. Ordo verò præceptorum, ordini adaptatur, & proportionatur virtutum; quia Legis præcepta dantur de actibus virtutum. Inter igitur moraleis virtutes, Religio præcipua est.*

* Secundâ Secundæ quæstio. 81. artic. 6.

Addatur. Quòd, quùm inter virtutes moraleis, de propinquo magis accedat ad Deum Religio, (ad quam propriè pertinet Latria debita Deo, qui summum in omnibus obtineat principatum;) moralium quoque virtutum omnium necessariò excellentissima sit. Quùm enim ea quæ sunt ad finem, bonitatem ex ordine in finem sortiantur: proindèq́, quanto sunt fini propinquiora; tanto sint & eadem meliora. Quùmq́, reverâ, virtutes moraleis probentur esse circà ea, quæ in Deum, sicut in finem ordinantur. Religio autem magis de propinquo ad Deum accedat, quàm virtutes aliæ moraleis, inquantùm operatur ea quæ directè, & immediatè ordinantur in honorem divinum: Optimè consequimur, inter alias virtutes moraleis, Religionem

ligionem necessariò praeminere; cuius certis gradibus, Capetus, ad regiam dignitatem conscendisse referatur. Itá-que piè, religiosèque partum Liligerum Francorum Regnum, deinceps, à Franco-Merovingis, àq, Carolingis, sive Pipinidarum Genere nobilissimo, de regio culmine deturbato, (quod ab avitâ, atque Maiorum contestatâ & virtute, & pietate Reges degeneres haberentur) ad tertiæ huius stirpis regiæ Capetidarum Principes, pijs, heroïcisque facinoribus, & in Remp. Gallicanam meritis multos iam annos illustratos, varijsque sacrosanctæ religionis laudibus, & virtutibus mactos, (Deo sic ordinante) transmissum; imperio diuturno, iamnunc, in Ludovico 13. Gallorum Rege, penes regium Capetigenarum stemma tertium, perpetuatâ Maiestate Francicâ perdurat.

Cæteroquin, satis equidem novi, Chronicon Domni VVilelmi Mangij, Asceta Sancti Dionysij propè Parisios, quod nuper in lucem edidit Pithæus, tradere, Hugonem, illustrem piúmque Principem, ex repromissione Sanctorum Ricary & Valerici accepisse Francorum Regnum, dum, quo tempore Hugo Magnus, Comes Parisiensis, ipsius Capeti Pater, eorumdem Sanctorum corpora, metu Northmannorum Gallias devastantium, à suis Ecclesijs, in Flandriam, apud Sanctum Audomarum transtulisset, ijdem Sancti ei in visione apparentes, prædixerunt fore, vt propter exhibitam ipsis pietatem, genus eius in perpetuum Regno Francorum potiretur.

Immò verò, Legendarius Codex membraneus MS. apud Marcianenseis, in Cænatione visitur veterrimus; qui, quùm agit de Vitis & miraculis à Sanctis Abbatibus Valerico, & Ricario, Divi Mauronti Sacro in fonte Onomaste, addit: Quòd Hugo Capetus, Hugonis Magni Filius, cœlestibus quoque oraculis excitus, hosce quùm eosdem, vti & Parens Hugo Magnus esset religiosè semper veneratus, & è Sancti-Bertinianâ Æde perantiquà, & Nobili, proprios, sacrósque ad Lares, reluctante licèt satis diu Arnulfo Comite Flandrensi, minaciter imperàsset revectos, prædictam ponendorum Regni sui Francici Fundamentorum, ab ijsdem Divis Pontivensibus intellexerit assertam rationem, & eiusdem suos ad Capetidas posteros transmittendi certam Longævitatem, & quamdam perpetuitatem, esse audierit referendam, memorabilem etiam ad pietatem, quà paternam in hosce Divos venerationem & observantiam æmulatus, sacras ipsorum reliquias, è Flandrià exportatas, pristinis locis deposuisset, qui, & ipse olim sacra hæcce pignora ritè nunquàm non fuisset veneratus; plurimúmque semper opis, atque fiduciæ in ipsorum pro se intercessione collocàsset. Illúdque ipsum Andreas noster Silvius, in suo subsecuturo Hugone Capeto, libri tertij huiusce Synopseos capite primo, planè traditurus est.

Sed

Sed tamen, nequaquam implicat, præfatorum si Scriptorum historicorum utramque sententiam piè pertueamur: ut nimirum, priore illo pij Parentis Divûm cultu, in Parente promeritus dicatur Capetus nomen regium cælitùs promissum; & , ob memorabilem illam quam superiùs iam attigimus theosebiam, qua in Hugone filio eluxerit; obq; superadditam religiosiorem Sanctorum eorumdem Ricarj & Valerici observationem, posteriore hàcce Divûm θεραπεία, quæ Hugoni Patri adfinis censeretur, præclaris Sanctorum Præsulum Pontivensium suffragijs, ad solium regium Galliæ Majestatis, præfatâ quoque munificentiâ, in Benedictinam Sancti Germani familiam pientiùs effusâ ipse quoque commeritus, & re ipsâ tandem præstitâ, sit Hugo Capetus efficaciter evectus, & novo in eo ipso Cæli favore ita firmatus Capetus, Princeps religiosus, ac timens Deum: ut longinqui regni sui Gallici, ad posteros suos Capetigenas, in permultas ætates transmittendi, ex præstantibus theosebiæ, Divûmq; religiosiore observatione, atque publicâ præclaræ virtutis opinione, novisq; in Benedictinam S. Germani Abbatiam, ruere minitantem, beneficijs, fundamenta solidissimè iacta, feliciter erexisse, & ad fastigium sublime referatur perduxisse. Causæ namque complureis, compluraq; media, ad vnum, eumdemq; istiusmodi finem, nihil vetat quin & feliciter, & efficaciter concurrere quiverint; vndè nôsse possimus, quanta sit præstantia sinceræ, Catholicæq; religionis, * *quæ, propriè importet ordinem ad Deum, cui principaliter alligari debemus, tanquam indeficienti principio; ad quem, & nostra electio assiduè dirigi debet, sicut in vltimum finem: quantâque sit & superiorum, quas & adiunximus in Capeto, virtutum Majestas, quæ Dei gloriam maiorem, Divûmque decus, quo decet ordine dum spectat & auget, cordisque viscera misericordiæ operibus replet,* * *sui cultoribus sinceris regna parat & parit florentissima, eadémque adversùs hosteis quoslibet fortissimè propugnat.*

* S. Thomas Secundâ Secundæ quæst. 81. artic. 1.

* Ex S. Gregorio. 1. Moral.

Quemadmodum denique bene monebat Philosophus, dum assereret; Contrariorum eamdem esse disciplinam: Ita, varijs huc etiam collatis exemplis, & argumentis suis, ritè docet hæc Appendix ad verba Capitis 31. libri primi huiusce Synopseos; Decimas Ecclesiarum Laicis tradidit, *Carolus nempè, Martellus &c. Quòd; vti Iurium Ecclesiarum invasores, & iniqui censuum Ecclesiasticorum vsurpatores, & quà vi, quà dolo, nefarij rerum sacrarum possessores, quivè, Decimas Clericis debitas irreligiosè subtrahunt, aut fraude cum aliquâ exsolvunt, infensissimum sibi Divinum Numen, extremo suo damno, seriùs, ocyùs experiuntur; duplicique Benedictione fraudantur, (vt verbis Divi vtar Augustini;*

Augustini ;) *Ita, & vice versâ, qui Decimas religiosè persolvunt, præmia terrena, & cœlestia promeriti, benedictione duplici nobilitantur: quique, secundùm Leges imperanteis, moderatâ sese habent potestate, sacra Iura, constanter sarta tecta conservanteis, Sacerdotum Collegijs, Ecclesiæque, Deóque Sacratis ministris iusta subsidia liberaliter sumministranteis, cultum divinum pro virili promovent, (quod sanè resipiunt & spirant acta Capeti, cùm militaris virtutis, tum Catholicæ pietatis laude clarißimi) providè ijdem efficiunt, id genus religiosæ pietatis vt Iesu Christo, eiusque impensa Ecclesiæ studia, eximiæque devotionis, & summæ charitatis officia, haud sinè sacro fœnore, cœlestique favore, ad se, non casu, non fortuitò, sed iure & meritò sentiant redire, cum centuplum sibi ab ipso Iesu Christo promissum accipiunt, & vitam æternam possident; in quâ, Deus ipse, est futurus ipsorum merces magna nimis. Hinc itaque, Principes,*

Discant iustitiam moniti; & non temnere Divos. *Verum-enim-verò, nè prolixiore harum virtutum commendatione, atque vitiorum è diametro ipsis oppositorum descriptione nostra hæcce, pro re natâ, plus æquo turgescat appendix, tàm longo repetita principio; vtque eò tandem procedat, quò destinavit; ad semitam nostram historicam, nostrúmque ad Carolum Martellum vitâ iam functum forti pectore Ducem, & (si deformem nævum ex decimis, prout sanctè iuraverat, minimè restitutis contractum, objecto (vti dictum est) pientißimi obitus spectaculo tollere velis) penè cætera laudatum Principem, nostra eccè nunc sese recipit honoratior scriptio. Præfatus siquidem Ioannes Marius,* * *memoriæ prodit, se lustrâsse, curiosiúsque observâsse Dionysiopoli, in Æde sacrâ, & Benedictinâ Sancti Dionysii, sepulcrum invictißimi huiusce Ducis Caroli, regio cultu excitatum, exque alabastrite lapide, quem Onychem vocant, exstructum; ex quo, statua eius, regio diademate, sceptróque illustris exstaret.*

Additque, se quodam è Brabantino Chronologo vetustissimo, *MS. eodem de Martello versus subsequenteis editos excepisse; quos & eosdem habeat Nicolaus Clemens, Trelaus, Mozellanus, ex vetusto Codice anonymo descriptos.*

Eccè Brabantinus Dux quartus in Orbe triumphat,
Malleus in Mundo, specialis Christicolarum
Dux, Dominúsque Ducum, Regum quoque Rex fore sprevit.
Non regnare cupit; sed Regibus imperat ipse.

Superest porrò vt videamus, quonam modo Carlomannus, Pipini Bravi Frater, fastum omnem, & aulicum splendorem, luxum, atque Regium decus excusserit, Christi Iesu vestigia devotè secuturus, monasticénque

* Augustinus libro 50. Homiliarum, homilia 48. Et sermone 219. De Tempore, qui & apud Anselmū habetur, lib. 5. cap. 34.

* Ioãnes Marius libro 3. elucidationum Orientalis, & occidẽtalis Galliæ.

professurus, & hocce nos exemplo edocturus:

Perire citò, quicquid hic magnum esse videtur,
Stultúmque esse, inanibus mundi capi crepundijs,
Æternùm quis vt exulet Cœli suavibus delicijs:
Æternùm naufragus Cælorum gaudijs; æternùm Numinis possessus odijs.

Non enim tanti est vita mortalium: Si ad hoc tantùm vivat homo, vt in huius paucis vitæ annis consumat æternos, & sub brevi fine, acquirat pœnas sinè fine mansuras, frustrà tunc exclamaturus: Heu me! Mater mea! quare me genuisti Filium doloris, & confusionis? Hæc pensitavit; hæcce Carlomannus Rex Austrasius seriò, & sedulò perpendit. Vndè pergens Andreas noster Marcianensis scribit:

Anno igitur VI. Pipini,* a Karlomannus, Frater Pipini, ob causam supradictam Patris sui, caducam respuens seculi dignitatem, * b. Romæ, à Beato PaPâ Zachariâ, Clericatus * c. habitum sumpsit, capitis comà sibi demptà. Sed, non multo post tempore, * d. Montem Cassinum adiens, spopondit se vivere sub regulà Patris S. Benedicti, professionem illic regularem faciens Optato * e Abbati. Eiusdem verò spacio anni, Pipinus, Griffonem Fratrem suum, è custodià in quà eum Karlomannus * dimiserat, liberavit.

e. * OBSERVATIVNCVLA.

¶ *Nicolaus Clemens Trelaus, Mozellanus, suis in Epigrammatis, De Regibus, & Austrasia Ducibus, Coloniæ Agrippinæ excusis Anno Domini M. D. XCIII.*

Carlomannus (ait) *qui, & Carlemannus, Caroli Martelli, ex Schyvandeilde, Odilionis Boyorum Ducis Filià, Filius, vitam monasticam Ordinis Sancti Benedicti in monte Soracte elegit. Regnavit annis tribus. Obijt anno 753. Viennæ, aut in Monte Cassino, sivè Soractensi sepultus. Epigramma verò, quo eumdem descripsit, versibus sic sonat.*

Post varios hominum belli, Regnique labores,
Carlmannus Patrium missus in Imperium;
Casibus emeritam dominandi neglgit artem:
Eversâ populos quis ratione regat?
Illi cura DEVS, non per tormenta coacta,
Quæ conservantur Regna labore, metu,
Vincit opes animo; devinci nescius armis:
Sponte sibi Princeps imperiosus agit.
Qui stolidi fugiens lites, & iurgia Mundi,
Delubris modulans Cœnobiarcha latet.
Attonsus petit hic Templum, Christúmque per Aras,
Exquirit vigiles, instituítque preces.

Quid

*a vel fortassis, quinto Pipini Palatini, Iesu Christi, anno 746.

*b. caduca respuens seculi, *legitur apud Mõt Eli Cod.*

*c. Clericatus honoris habitū, *legit Cod. Mõt. Eli.*

*d. non multo temporis Cassinū montem adiens, *habet Codex Mõt-Eligian', nosterq; recentior MS.*

*Æmili', & Annales Franciæ, Carlomannum primò Soracte montem petijsse, in Cassinumq; se ex eo volunt trāsijsse.

* *Paulus*

Quid prius, & melius votivâ Cœlibe vitâ?
Angelicis par est vita pudica Choris.
Vt pius, exemplum fidei venerabile vixit;
Marcescens annis, sic pius interijt.

Prosequatur postremum iam noster Andreas Synopseos Franco-Merovingicæ Caput libri sui primi.

¶ Eodem (*inquiens*) anno, Adalricus, arte medicinali probatissimus, Attrebatensium Abbas efficitur.

Pipinus, Griffonem, Fratrem suum, contrà se rebellantem, in Saxoniam persequitur.

Anno VII. * Pipinus, Grifonem, in Saxoniâ, * & eius Complices, * Tassilonem, Lantfredum, & Syndiger, bello victos capit. Tassilonem quidem, Bojöariæ Ducem facit: Grifoni verò, in Neustriâ XII. Comitatus concedit; quod illi non sufficit: sed, ad VValferum, in Aquitaniam fugit.

Æmilius, & Francorum Annaleis, hæc acta ferũt anno 746. quo, res tota Francica, ad Pipini iuniorem est Principatum devoluta. Baronius tamen hæc arbitratur accidisse Indictione primâ, id est anno Christi 748.

* Medicus expertissimus Adalricus Abba Vedastinus, anno 747.

* Mont-Eligian. Codex habet. Et eius Cõplices, Tassilonẽ, Lantfridus & Sindiger bello victos capit: & Tassilonẽ quidem, Bejoariæ Ducem facit; Grifoni verò, &c.

* APPENDICVLA ad annum septimum Pipini Regis Franciæ.

Paulus Æmilius, & Annaleis Franc. ad annos Iesu Christi 747. & 748. narrant, Pipino, cum fratre Griphone (qui è custodiâ evasisset) bellandum fuisse: Griphonémque, (cùm per arma Saxonum, ad quos confugisset, parum sibi tutus videretur;) in Bavariam, quæ patria esset Materna, indè profectum esse. Demùm autem, cùm in Bavariâ fuisset victus, & captus à Pipino, donatum esse à Pipino fratre addunt Dentilicensi Ducatu, inter Isaram & Sequanam, in Neustriâ, seu Normanniâ. Cum verò nec sic conquiesceret, sed arma rursus Aquitanica in Pipinum concitaret; indè quoque à fratre pellitur; & tandem (vti Prolegomena nostra commemorârunt) à nobilissimo Transiuranorum Theodino, in Alpibus interemtus est.

¶ In Calabriâ, * & Siciliâ (*inquit noster Andreas*) & in Siciliâ, fit pestilentia, & mortalitas hominum nimia. In vestibus hominum, & in velis Ecclesiarum apparent cruciculæ, quasi oleo designatæ.

FINIS REGNI MEROVINGORVM.

Anno VIII. Regis Hildrici, * Principatus quoque Pipini anno VIII. Porrò, anno Domini DC. L. misit Pipinus Nuncios suos ad Zacha-

Recentior autem Codex MS. Marcianensis habet, Griphonem in Saxoniâ, & eius Complices, Tassilonem, Lantfridum, & Syndiger bello victos capit: Et Tassilonem quidem Bejoariæ Ducem facit, Griphoni verò, &c.

† * In Kalabriâ, *lego apud Codicem nostrum Marcian. recentiorem.*

* Hilderici, *scriptum habet, Codex noster recentior, & Mont-Eligianus.*

Zachariam PaPam, interrogans eum; Si ita deberent manere Reges Francorum, cùm pænè nullius essent potestatis; sed, solo nomine contenti? Quibus Legatis, Romanus Pontifex respondit; Illũ debere vocari Regem, & esse; qui, Rem-publicã regeret. Detonsùs igitur Hildricus Rex est, & in Monasteriũ Sythiu retrusus. [a] Præfuerunt Romani Pontifices, temporibus Theoderici & Hildrici, Gregorius III. & Zacharias.

Hic finis est Regni Merovingorum, qui regnaverunt annis fermè CCC. LXXII. Ab anno, scilicet, Incarnationis Dominicæ CCC. LXXIX. vsque ad annum D. CC. L.

Anno secundo Hildrici Regis, Leone Imperatore mortuo; Constantinus succedit.

[a] Childericus hic, Theoderici Regis Frater, à Clodoveo productæ familiæ vltim.[9] Rex Merovingus, in Monasteriũ trusus videtur, vti parũ Regno idoneus anno 752. Videantur de eo, Sigo; Aimoïn: Ado. Regino.

APPENDIX postrema, ad Cæsares, Leonem 3. & Constantinum 6. Iconomachos.

Leo hic 3. Isauricus, supremum vitæ, Imperijq́ diem explevit anno Christi 741. eiq́ successit filius Constantinus 6. Copronymus, Iunij 18. qui Patrem Iconomachum immanitate vicit, & impietate, ausus etiam anno 754. Constantinopolim convocare Synodum Pseudo-septimam, vbi pronuntiàrit Patriarchã Constantinum Monachum, vero Imaginum Christi & Sanctorum cultu damnàto.[*] Hîc, Sancti, Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, & Damascenus, aliique Orthodoxi fuère damnati, vnà cum Reliquiarum veneratione, Imaginumq́ sacro cultu.[*]

Horret animus ad recordationẽ pestiferæ huius hæreseos rabiei, quæ facem accenderit impietatis in postuma sæcla, dum eius impijssimæ machinationes in evertendà religione sic ferocirent, & in Divorum imagines desævirent, vt nè signum quidem Sanctæ Crucis, gloriosæq́ Virginis in Templis manere sustineret, obganniens, quod, nos, propter-ea idololatræ censendi essemus; tametsi Christiani, & Orthodoxi satis superq́ scirent ex Sacris Scripturis,[*] & Apostolorũ historijs, & homilijs, eiusmodi simulacra non esse aliud quàm opera hominum materialia, nec vllam in se vitam, longè minùs, divinitatem aliquam habere: nec ea sanè colerent sicut Deos, qui crederent vnum Deum; sed venerarentur ipsa sicut signa, & eorum monitoria, quæ Iesus Christus, quæ Deipara Virgo, quæ Sancti gloriosè peregerunt: imò, sicut volumina quædam Laicorum, è quibus ea discere possent, quæ nec audire, nec legere fortassis alioqui valerent,

Nullo itaque modo culpari queunt, qui citrà superstitionẽ & idololatriam, sic venerantur imagines, eorum amore, quos repræsentent; quemadmodum, quæ recens nupsit, absentis amore sponsi, annulum, strophiumve ab illo relictum,

[*] Extat Decretũ in 7. Synodo legitimà Nicænà Synodi, Actione 7. Videãtur Cedrenus & Theophanes.

[*] Psal. 115.

ctum, aut missum, exosculatur. Qui sanè affectus, Domino Deo non potest non esse gratus, qui quidem, non ex superstitione, sed ex abundantiâ quâdam casti, sanctiq; procedat amoris. Id quod pariformiter & de ijs sentiendum est, qui simili affectu, ossa, vel alias Sanctorum reliquias venerabundi exosculantur. Immò verò, cùm pictura, statuariaq; quondam ars, inter liberaleis arteis habita tacita Poësis, plus interdum repræsentet hominum affectibus, quàm homo quantumvis facundus, verbis exprimere queat; quis sanæ mentis, negàrit admittendas, & conservandas Sanctorum imagines, quæ vitas eorum (quas vocant Legendas) exprimant? Quis inficietur venerandas easdem, tanquam certa quædam pietatis alendæ monimenta, propter significationem, & venerabundam repræsentationem eorum, quos piè referant, & propter mysteria salutis humanæ, quæ nobis ob oculos etiam cordium exhibeant eadem?

Improbandi sunt itaque, procúlque ablegandi cum his Iconomachis, Leone 3. & Constantino 6. quotquot, etiamnum hodie, tanquam inimici Crucis Christi, non modò Christiparæ Virginis Mariæ, Martyrúmque, Divûmq; imagines, sed & Crucifixi Iesu icona, attritas, & impie velint submotas. Quippè, qui Turcis simillimi sint, qui prorsùs abominentur imagines Divûm; quas tamen Viri Sanctißimi, (in quibus exstitit Divus Lucas Evangelista,) sinè vllâ culpâ, immò verò, eximiâ proborum omnium cum laude, pinxerũt; & in omnium piorum memoriam, & sanctißimum vsum ediderunt: vt etiam earum multæ permanserint illæsæ in hodiernum diem. In ijs sunto, quæ sibi locum etiam in ordine Reliquiarum suo vẽdicent iure, Deiparæ Icones, quibus fruuntur, Roma, Venetiæ, Hispalis, Cestochovia,* in Poloniâ, Cameracum, antiquißima, & nobilißima Civitas,* aliáque varia loca; Beatißimique Lucæ Apostolorũ Medici carißimi, & Evangelistæ, aut prototypa, aut ectypa habẽtur, & magnâ pietatis sedulitate colũtur.*

¶ Quod autem ad sacram illam Divæ Virginis spectat Imaginẽ, quam, à Beato Lucâ, vt fertur, effigiatam, multis retrò seculis, maximâ reverentiâ exceptam, augustißimo suo Templo Virgineo reclusit Samarobrina illa, hodiè Cameracum, munitißimum, atque agri fertilißimi, in limitibus Artesiæ, Hannoniæ, atque Picardiæ ad Scaldim fluviũ percelebre Opidũ, Ducatus à Maximiliano Austrio Cæsare, & Metropolitanæ Ecclesiæ à Paulo 4. Pontifice Max. titulis illustratũ; visitur illa, in ipsa Tẽpli fornice supremâ, Sacello olim SSS. Trinitatis, nũc Nostræ Dominæ nũcupato; & introeuntibus paret ad alam lævam augusto tabernaculo sublimata iussu venerabilis Viri DN. Fursæi du Bruyle, Decretorum Doctoris &c. Vix autem potest credi, quantus ad illam visundam quotannis vndiq; populus confluat, pio*

* Philipp. 3.

* Cestochovia, seu Clarus Mōs, Op. Poloniæ Ex Stanislao Khrisłanovucio Polono I. V. Doctore.

* Iravocat Cameracũ Anselm. Gembl acẽsis Abbas, in Appendice ad Sigeberti Chronicõ MS.

* Sub annum Domini 1445.

virginis amore excitatus, per Assumtionis eius Octavam, nec abstinens Donariorum, nec concessorum pœnitens. Quid, quod & Ludovicus undecimus Francorum Rex, * *Divæ huic Cameracensi Virgini aureos mille ducentos pependit, vndè corona fabricaretur, quæ vnà lancibus cum argenteis duodecim, luminaribusq́ totidem Christiparæ Virgineum Sacellum egregio splendore collustraret? Taceo sacram eamdem Imaginem (quam Divi Lucæ prototypum esse à Patribus piè creditum, pij, Catholiciq́ Cameracenses accepêre) plurimis miraculis hodièq́ fulgere. Hoc itaque ex pignore Vrbs hac felicissima quidnì censeatur? Prætereo, cum alijs permultis Vrbibus, quæ persimilibus cùm Imaginibus, & statuis sacris Tutricem hanc Divam experiantur fortem sicut castrorum aciem ordinatam: Prætereo* (inquam) *Hallum Opidum, Zennâ fluvio irriguum, quod Virginis huius eiusdem Statua sacra fere sesquipedalis, ab anno 1267. in hunc vsque diem ab omni exitiali peste immune servâsse asseratur. Pauca retuli de sacris honorandis B. Virginis, Divûmque Iconibus, pro istiusmodi argumenti præstantiâ, & (liberè dicam) pro meo in Divam Virginem, Divosq́, iusto affectu. Tolera, benivole Lector! & fave. Siquidem, nè ampliùs demorer, efficit Sanctus Thomas Aquinas, qui efferatam rabiem, mentísque delirium in Iconomachis damnandum, solidissimis rationibus & argumentis retundens, lassum fortè Lectorem nostrum, tot iam sæculorum Franco-Merovingicorum, & Appendicum ad ea nostrarum intuitu, quasi oblatâ demùm Theologici sui musti paterâ, recreabit. Secundâ siquidem secundæ par. Sum. Sacros. Theol. quæstione 81. artic. 3. Ad tertium* (inquit Doctor hic Angelicus) *dicendum de Religione: Quod imaginibus non exhibetur religionis cultus, secundum quod in seipsis considerantur, quasi res quædam, sed, secundùm quod sunt Imagines ducentes in Deum incarnatum. Motus autem, qui est in Imagine, prout est Imago, non consistit in ipsâ, sed tendit in id, cuius est Imago. Et ideò, ex hoc quòd Imaginibus Christi exhibetur religionis cultus, non diversificatur ratio latriæ, nec virtus religionis. Huc vsque Sanctus Thomas Aquinas, qui finem imponat huic postremæ Appendici nostræ, primóque huiusce Synopseos Franco-Merovingicæ libro, ante annos 433. ab Andreâ nostro Silvio in libros treis tributa; cuius eccum verba extrema.*

* Ex Christiano Massæo lib. 17. Chro. ad annû 1478.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

PRO-

PROLOGVS
LIBRI SECVNDI
Synopseos Franco-Merovingicæ.

SECVNDVS qui subsequitur libellus, indicat Karlensium generosam progeniem, ex Merovingorum prosapiâ descendentem; magnificosque Pipini Parvi, & Karoli Magni, Regis, Filij eius triumphos: Romanum etiam Imperium, Italicumq; Regnum ad eundem Gloriosum Regem, & eius Successores translatum.
Demonstrat etiam Northmannicam * cladem, per contentionem Filiorum Ludovici Pij Imperatoris, Gallijs illatam.
Describit etiam Contentionem, De successione Regni, inter hæredes Karoli Calvi, & Roberti Comitis Andegavorum.
Tandem, finem accipit in proditione Karoli Ducis, ab Ascelmo Episcopo Laudunensi, vetulo traditore, perpetratâ, & Hugone Duce, Cognomento Capet, qui fuit successor supradicti Roberti, quartus.

Finit Prologus. *

INCI-

Normãnicam. lege apud Mont-Eligianũ, & ferè cætera exemplaria MSS.

** Mont-Eligianũ, penèque cætera quæ viderim exemplaria MSS. legunt Epilogus: Nostra verò duo, PROLOGVS idq; librariorum errore facilè actum mẽdosè putã.*

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI.

* Hilderico, ap. recentiùs Exempl. nostrum.
* Griphonis, ap. Mont-Eligianum Cod. MS.
* Narboniâ, ap. Mont Eli. Cod.
* Aistulfum, ap. Mont. Elig.
* Lãbardorum, lego ap. Hennincēse, atque Mont-Eligianũ Exẽplaria MSS.
* Aistulphi, ap. recentius Exempl. nostrum; Cui consentiunt recentiores Scriptores.
* VVaiferi, ap. recent. Exempl.
* Lõgobardorũ, ap. Mont-Eligi Et, Langobardorũ, ap recent. nostrum.

VII.

De eo, quòd, Karolus, Legendi & psallendi in Ecclesiâ disciplinam diligenter correxit.

VIII.

De eo, quòd, Romani contemnentes Constantinopolitanum Imperium, Karolum, Imperatorem, in die Natalis Domini, Leone PaPâ consentiente, sibi fecerunt.

IX.

De Testamento, quod fecit Karolus Ecclesijs: De Obitu, & sepulturâ eius.

X.

*De Regno Ludovici Pij, Filij eius: De conspiratione Filiorum eius: De eiectione eius, & restitutione. De Translatione Sancti Sebastiani, à Romà, Suessionis; * Et Inventione Corporis Sanctæ Ceciliæ Virginis & Martyris.**

XI.

De obitu Ludovici pijssimi Imperatoris.

XII.

*De bello trium Fratrum, Filiorum eius, Lotharij, Ludovici, & Karoli, apud Funtanidum.**

XIII.

De Partitione Regni in tres partes: in quâ, Franciâ cessit Karolo. Hæc Capitis 13. Series, desideratur apud exemplar nostrum recentius MS.

XIV.

*De Regno Karoli Calvi, Filij Ludovici, in Franciâ: Et, Quòd eo regnante, Northmanni, * Regnum Francorum penè destruxerunt. ¶ De plagâ Locustarum. ¶. De Translatione Sancti Amati.*

XV.

De eo, quòd, Karolus sit factus Romanorum Imperator: Et, De Comitatu Flandrensi.

XVI.*

De Regno Ludovici Balbi, Filij Karoli Calvi.

XVII.*

De Regno Ludovici & Karlomanni, Filiorum Ludovici Balbi, ex Concubinâ.

XVIII.*

* Hæc nō habent cætera exeplaria MSS. *

*Fontanidum, lego, ap. Mōt Eli. & Hennacense MSS. exēplaria. Funtandum, ap. recentius nostrum.

* Hēniacense exēplar MS. habet. Normani.

*Caput hoc, decimo sexto numero habetur tributū, ap. Mōt-Elig. exēpl. Et 14. ap. nostrum recentius.

*numero 17. Caput hoc, assignatur, ap. Mōt-Elig.

* 18 ap. Mōt-Eli.

* 19. ap. Mōt-Eli.

De Regno Karoli tertij, Imperatoris; Et Regis Suevorum, * *in Francia.*

XIX. *

De Regno Odonis, Comitis Parisiensis, Filij Roberti Comitis.

XX. *

De Regno Karoli Simplicis, Filij Ludovici Balbi: Et, De Bello Suessionico, in quo Robertus Comes, Frater Odonis Regis, invasor Regni, occisus est.

XXI. *

De Regno Rodulfi, * *Filij Ricardi, Ducis Burgundiæ.*

XXII.

De Regno Ludovici, Filij eius: Et, quo modo Otto Imperator, à proditione Francorum, Civitates Franciæ capiendo, & ei reddendo, à vinculis liberaverit. *

XXIII.

De Regno Lotharij, Filij eius; Et, Quòd Comitatum Flandriæ, ex parte invaserit.

XXIV. *

De Regno Ludovici, Filij eius; Et Karoli, Patrui eius, Ducis Saxoniæ; In quo, finita est successio Karoli Magni, in Franciâ.

Finiunt Capitula.

INCI-

* *Recentius Exēplar. legit,* Suētiorum, *Consentit, Mont-Eligianū.*
* 20. ap. Mont-Eligi
* 21. ap. Mōt Eli
* 15 *notatur hoc Caput apud Mont-Eligianū Codicem, qui & scribit* Rodulphi * *pro* Rodulfi; *antiquiore stylo.*
* *F. desideratur,* cum.
* Recentius exēplar nostrum, habet hoc loco Indicem Capitum duntaxat viginti trium. Hocce sum secutus, quod sit cæteris omninò vetustius, & certius.

INCIPIT LIBER SECVNDVS,

Synopseos Franco-Merovingicæ, seu Historię Succinctę, De Gestis, Regum Francorum, Qui Karlenses vocati sunt.

CAPITVLVM PRIMVM.

IN primo, qui præcessit libello, descripsimus Regum Francorum, Qui Merovingi dicti sunt, Genealogiam,& eorundem gesta, per ordinem. In hoc autem secundo, describemus Genealogiam Karlensium, & actus eorum, à Capite rei incipientes, vt evidentiùs appareat successionis series.

GENEALOGIA MEROVINGORVM.

MArchomirus Dux, genuit Pharamundum Regem.
Pharamundus Rex, genuit Clodovæum. *
Clodovæus Rex, genuit Merovechum.
Merovecus Rex, genuit Childericum,
Childericus Rex, genuit Clodovæum, quem Sanctus Remigius baptizavit.
Clodovæus Rex, genuit Clotharium, & Fratres eius.
Clotharius Rex, genuit Chilpericum, & Fratres eius.
Chilpericus Rex, genuit Clotharium Secundum, Magnum Regem.
Clotharius Rex, genuit Dagobertum, Et Blithildem, Sororem eius.

GENEALOGIA KARLENSIVM, EX MEROVINGIS PROCEDENTIVM.

AVsbertus Senator, De Orientali Franciâ, duxit supradictam Blithildem, Filiam Clotharij Regis, Et genuit ex eâ Arnol-

De Merovingorum vltimo Rege Hildeirico, quod iam nûc Insulis missum, & amicè concreditum accepi Exêplar Andreæ: ad postremum Caput precedêtis libri, hanc habet in margine Notationem. Iste Hildric*, vt habetur in Legenda Sancti Karoli Magni: fuit Monachus in Monasterio Sithiu, quod nunc vocatur Sancti Bertini: & ibidê sepultus est.

* Henniniensis. Clodiû.

Arnoldum Senatorem; Et Fratres supradictos.

Arnoldus * Senator, genuit Sanctum Arnulphum, Metensem Episcopum.

Sanctus Arnulphus Dux, post Episcopus, genuit Ansigisum Ducem.

Ansigisus Dux, genuit Pipinum, Maiorem.

Pipinus Dux, genuit Karolum Martellum, victoriosum Ducem.

Karolus Martellus, genuit Pipinum Parvum, priùs Ducem, posteà Regem.

Pipinus Rex, genuit Karolum Magnum, Imperatorem, * & Karlomanum Fratrem eius.

Karolus Magnus, Imperator, genuit Ludovicum Pium, Augustum.

Ludovicus * Imperator, genuit Lotharium, Ludovicum, & Karolum Calvum, gloriosum Regem.

Karolus Calvus, genuit Ludovicum Balbum, Regem.

Ludovicus Rex, genuit Ludovicum, Et Karolomannum, ex Concubinâ; Et Karolum Simplicem, ex vxore legitimâ.

Karolus Simplex, Rex, genuit Ludovicum Regem.

Ludovicus * Rex, genuit Lotharium Regem, & Karolum Ducem.

Lotharius * Rex, genuit Ludovicum Regem.

Hic mortuus est sine Hærede; Et Hugo, Dux, cognomine Capet, vsurpat Regnum Francorum, contra Karolum Ducem, Fratrem Lotharij Regis; *id nominis quarti*.

Hic deficit Progenies Karoli Magni, In successione Regum Francorum.

* Cōsentit recē tius exēplar nostrum.

* Ernoldus scribit exēplar recentius.

* Anno Domini 741. *Ex Theophane, Abbate, & Historico Græco.*

* Ludovicus primus, Cognomēto Pius.

* Ludovicus 4. dict' Trāsmarinus.

* Lotharius 4. Ludovici Trāsmarini filius natu maximus, Pater extitit Ludovici quinti, qui veneno extinctus obijt anno 987. Frācorū Rex 34. & vltim' Carolinorum.

DE EO, QVOD PIPINVS, EX DVCE, CONSTITVTVS SIT REX FRANCORVM:

De Initijs Pipini Regis:

CAPVT. II.

ANNO Domini DCC. LI. * Anno Constantini Imperatoris X. Pipinus Princeps, Filius Karoli Martelli, Auctoritate Apostolicâ, Francorum electione, à Sancto Bonefacio,

* 750. apud Sige.

nescio, Moguntiæ Archiepiscopo, in Regem vngitur, & regnat annis xviij. Post annos circiter octoginta octo, postquàm Maiores domus cœperunt * regnare super Reges Francorum.

*principari scribit Sige. 751. Sig.

Anno primo Regni sui, Pipinus Rex, contra Saxones pugnat * Gripho, dum confugium facere voluisset, à Theodino, viro Illustri, interfectus est. Huic Theodino, Montes Alpini in custodià erant commissi. Exindè, omnis terra Francorum Pipini sub iugo admissa est.

Anno secundo, Pipinus Rex, exercitum duxit in Gotiam: Narbonam Civitatem, sub custodià directà, post triennium obtinuit; Sarracenis expulsis à Gotià, Christianos ab eorum Dominio liberavit.

Anno tertio, Pipinus Rex, Saxoniam adijt: Civitatesque omnium * cum firmitatibus destruxit. Inde revertens, suosque versus Britanniam ducens, Veneris Castrum conquirit; Britanniamque, Francis subiugavit.

* F. omnes,

DE SECVNDA VNCTIONE PIPINI REGIS.

CAPVT III.

ANNO quarto Pipini Regis, Zacharià Romano Pontifice defuncto, Beatus Stephanus succedit. * Qui persecutione Haistulfi in Franciam venit, vbi ægrotavit vsque ad mortem, Et in Ecclesià Sancti Dionysij, ante altare eiusdem, visitatione, & allocutione ipsius Martyris, pristinam salutem recepit: Et, Pro benedictione Pastorali; Et ob Testimonium rei gestæ Posteris demonstrandæ, pallium, & Claves Apostolicæ dignitatis inibi reliquit: vnxitque in Reges Francorum, Florentissimum Regem Pipinum, & duos filios, * Karolum & Karlomannum. Sed & Bertradam Coniugem Inclyti Regis Pipini, indutam Cycladibus Regijs, Gratià septiformis Spiritus, in Dei nomine consignavit; atque Francorum Proceres, Apostolicà benedictione sanctificans, Auctoritate Beati Petri, sibi à Domino tradità, obligavit, & obtestatus est, vt nunquam de alterà stirpe, per succedentium temporum curricula, ipsi, vel

* Anno 752. Ex Sigeber. Chron.

* F. eius, Ex Sige. Anno 754.

 quiquam,

quiquam, ex eorum progenie orti, Regem ſuper ſe præſumant aliquo modo conſtituere, niſi de eorum progenie. Tunc Glorioſus Rex Pipinus, congregans Proceres Regiæ poteſtatis; eoſque, admonitione tanti Patris imbuens, ſtatuit cum eis; quæ, Chriſto favente, vnà cum eodem Papâ decreverat, perficere. Tunc, Francorum Conſilio, direxit ſuos Miſſos Haiſtulfo, nequiſſimo Langobardorum Regi; vt pacificè, ablata reſtitueret Eccleſijs.
Sed, nequam Haiſtulfus, omnia facere renuit. Cernens verò Pipinus, Quòd atrociſſimi Haïlſtulfi nequiret ſaxeum cor emollire, præmiſit antè ſuum occurſum, aliquos ex ſuis Proceribus, ad cuſtodiendas Francorum clauſas. Quod audiens protervus Haiſtulfus, ſuper eos repentè irruit, cum ſuis exercitibus. Sed Dei bonitas, Francis contulit victoriam: Ita vt ipſe Haiſtulfus fugam arriperet: Et abſque armis, præ timore Francorum, in Papiâ ſe concluderet Civitate. Quam Pipinus obſidens, & multùm conſtringens, atrociſſimus Haïſtulfus veniam poſtulans, omnimodis profeſſus eſt ſe redditurum Civitates; pactoque confirmato recipiendi ipſas Civitates, Rex Pipinus, Conſiliarium ſuum Fulradum, Eccleſiæ Sancti Dionyſij Abbatem miſit: Et continuò ipſe Rex, cum ſuis, in Franciam feliciter rediit. Priuſquàm hoc certamen
† Pipini cōtrà Haïſtulfum peractum fuiſſet, miſſus eſt Karlomannus
† Monachus ab Haïſtulpho, ad fratrem ſuum Regem Pipinum, ad perturbandam Apoſtolicam petitionem. Karlomannus Monachus, in eodem itinere, oſſa Sancti Benedicti Abbatis, ab Eccleſiâ Floriacenſi, vbi olim tranſlata fuerant, tollere nititur; vt ea ad Caſtrum Caſſinum referret; * Miraculis à Deo oſtenſis, Et Francis obſiſtentibus, ab incepto prohibetur.

** Sed addit Sige ad annum Chriſti, 753.*

¶ Hoc tempore, terræ-motus terribilis factus eſt, quo Vrbium aliæ quidem, ex toto; aliæ, ex parte ſubverſæ ſunt; aliæ autem à
† Montanis ad ſubiecta Campeſtria, cum muris, & habitationibus ſuis integræ, & ſalvæ, pluſquàm vltra ſex milliaria tranſmigraverunt.

Anno Chriſti 753. Ex Sigeberto.

¶ In Meſopotamiâ etiam, terrà diſruptâ, vſque ad duo milliaria, alia * terra, nimis alba, & arenoſa, de profundo eius aſcendit: Et ex eà, animal mulinum aſcendit incontaminatum, humanâ voce loquens; prænuncians, incurſionem Gentis ab Eremo, adversùs Arabes.

** aliaque terra-minus alba, legitur apud Sigeb.*

Karolomannus Monachus, & Rex, Viennæ moritur.

Sanctus

Sanctus Bonefacius, * Maguntiæ Archiepiscopus, cum Socijs suis, in Fresiâ, * ab Inimicis Fidei martyrizatur; Et In Fuldâ Cœnobio, quod ipse in Thoringiâ fundavit, honorificè tumulatur.

DE EO QVOD PIPINVS REX, HAISTVLFVM * REGEM LANGOBARDORVM, * ad deditionem compulerit.

CAPVT IV.

ANNO Pipini V. * Pestifer Haistulfus, Quodam loco, venationi intentus, Divino Iudicio, fulmine percussus, atrocissimà morte interijt. Tunc Desiderius quidam Dux, audiens obisse Haistulfum; ilicò aggregans multitudinem exercitus, auxilio prædicti Papæ, & Fulradi Abbatis Sancti Dionysij, super Rachisum, Fratrem Haistulfi, Regis Langobardorum, arripuit Regale fastigium. Postea, idem Beatissimus Papa Stephanus, Deo annuente, Rempûblicam dilatans, Dominicam Plebem, vt bonus Pastor, ab insidijs Inimicorum eruit, cursumq; consummans, Dei vocatione, ad vitam transijt sempiternam.

Anno vij. Regni sui Pipinus, fortiter Saxonum munitiones irrumpit: Et post multam stragem, eos sub tributo redigit. Sequenti anno, VVaiferus, Filius Eudonis, Dux Aquitaniæ, res Francorum, iniustè vexando, iram Pipini incurrit: Eoque Aquitaniam ingresso, fœdus fictæ pacis inijt.

Eodem anno, Constantinus Imperator, Pipino organum misit, inter multa: id quod, anteà, non visum in Franciâ.

Quo anno, Placitum agens in Compendio, Villà Publicà, * Tassilonem, Regno Francorum, Sacramentis conciliat, spondentem, se fidelem esse ipsi Regi, per cuncta tempora.

Anno IX. Saxones Pipinus adiens, eorum destruxit firmitates: Castra metatus est, in loco, qui dicitur Sitinia: Quo, multi Saxones ceciderunt. Reliqui verò ipsorum, quotannis Vectigal. CCC. equorum polliciti sunt solvere.

Eodem anno natus est ei Filius, Cui nomen suum imposuit: Qui vivens duobus annis, in tertio obijt.

Guaifero à pacis fœdere averso, Pipinus Rex, * Avernicum Pagum premit depopulando: Et multa Castella, ipsamque Vrbem * Avernis

Margin: * Bonifacius. * Fresiâ. Scribit Sig b anno 754. * HAISTVLPHVM REGEM LONGOBARDORVM lege ap. Mont Eligmnû. * Christi 756 Ex Sigeberti Chron 756. Sg. 758 Sg. * Villa, apud medias ... tis Scriptores ponitur Opido Compendio, vernaculè, Cõpiegne, hî enim observa; Et sepè notatur apud Molanû, In Natalibus Sãctorum Belgij vide cap Most. Eh Arvernicû. * Arvernis apud Sigeb ad Annum Christi 759.

Anno 760. nis capit; Et Blandinum Vrbis Comitem, cum multis abducit. Bituricam etiam Vrbem capit, & captam munit.

† ¶ Caput Sancti Ioannis Baptistæ, in Emesam * Civitatem transfertur.

Anno 762. Tassilo Dux, à Rege Pipino, omninò avertitur. Turci, à Caspijs portis erumpentes, Armeniam infestant. In quorum patriâ, cùm antiquo tempore, pestilentia orta fuisset, suasu Christianorum, in modum Crucis se totonderunt. Et quia per hoc Signum, salus patriæ reddita fuerat; hunc ritum tondendi tenuerunt.

† Anno 763. Guaiferus, diffidens rebus suis, muros Vrbium Aquitaniæ subvertit solo-tenus: Quos restaurans Pipinus, ad suorum tutelam, fidis commisit Principibus.

† Pipinus Rex Lemovicinam Regionem, cæde, & incendio depopulatur.

¶ Stellæ subitò visæ de Cœlô decidisse, Ita omnes exterruerunt, vt putarent finem Mundi imminere.

Anno 765. Pipinus Rex, Aginnum, Petragoricas, & Angolismam, * Vrbes Aquitaniæ devastat; multamque Aquitaniæ partem sibi subiugat.

* Bussseam. Sige: Emessa Civitate ap. Mõt: Eli Cod. MS.

* Engolismam scrip. è e Hennimacen. Et Sige. ad annũ Christi 765.

†

MIRACVLVM IMAGINIS CHRISTI:

Stupendum, admirandum, & venerandum, addit Codex Mont-Eligianus.

¶ TEmpore Constantini Imperatoris, & * Hyrenæ, Vxoris eius, in Syriâ, Civitate Berito, quæ subiacet Antiochiæ: Iudæi, Imaginem Ihesu Salvatoris invenientes in domo cuiusdam Iudæi, ibi relictam à quodam Christiano, qui ibi manserat; eam iniuriosè deposuerunt; Et omnia opprobria, quæ Iudæi Christo IHESV intulerunt, Imagini Dei inferebant; * illudentes ei, in faciem conspuentes, eamque percutientes, criminosè convitiantes, manus & pedes eius clavis configentes, acetum, & fel ei porrigentes; tandem lanceâ latere eius aperto, exivit de eâ * sanguis, & aqua: Quod illi, suppositâ ampullâ suscipientes, ad experimentum, vtrum fuerint vera miracula, quæ IHESVM fecisse audierant; omnes infirmos in Synagogâ suâ collectos, hoc sanguine aspergebant; Et, * quocunque languore detinebantur, omnes sanabantur. Vndè Iudæi tandem compuncti, ad Deo-datum * Civita-tis

* Irenem scribunt recẽtiores histoorici, Attici fœminam sanguinis æquè pietatis laude ac formâ eleganti pigitã ẽ.

* eius Imagini inferebant, legitur apud Sig.

† * De cô. lego apud Sige.

† * à. lego apud Sig. An. 765.

tis Episcopum * cucurrerunt; eiq; re enarratâ, Imaginem cum sanguine ei dederunt. Quibus baptizatis, Episcopus sanguinem per ampullas divisum, longè, latèque dirigens, prędicabat magnalia Dei; obtestatus omnes, vt singulis Annis v. Idus Novembris, celebretur Passio Dominicę Imaginis.

¶ Pipinus Rex, Remistanium, Fratrem Eudonis, Patruum scilicet VVaiferi, Qui à VVaifero, ad se, & à se, ad VVaiferum transfugerat, captum à suis in bello, suspendit in patibulo.

¶ Rex Sarracenorum Amyrmonon, Ab Hispaniâ missis Legatis, & muneribus datis, & acceptis, affectat gratiam, & amicitiam Pipini Regis.

Pipinus, vltimo exterminio Aquitaniam atterit; Sanctonas capit; Ibique VVaiferi Matrem, Sorores, & Neptes captas, secum abducit.

¶ Pipinus, Gloriosus Rex, Damnationem Patris sui Karoli cognoscens, Synodum apud Lyptinas congregari fecit. Cui præfuit, cum Sancto Bonifacio, Legatus Apostolicæ sedis, Gregorius nomine. Nam, & Synodum ipsam habemus; Et, Quantumcunque de rebus Ecclesiasticis, * quas, Pater suus abstulerat, prout potuit, Ecclesijs reddere curavit. Et quoniam Res omnes Ecclesiæ à quibus ablatæ erant, restaurare, propter concertationem, quam cum VVaifero Duce Aquitanorum habebat, non prævaluit; Precarias fieri ab Episcopis exindè petijt; Et Nonas, & Decimas, ad restaurationem tectorum, & de vnâquâque Ecclesiâ, duodecim denarios, ad Casam, cuius res beneficiatæ sunt; (sicut in libro Capitulorum Regum habetur;) dari constituit, vsque dum ipsæ res ad Ecclesiam devenirent. *Corpus Vniversi Iuris, hac ipsissima penè Andreæ nostri complectitur verba, De Pipino Caroli Martelli Filio prolixius agentia. Quæ quidem, & nos, ex ipso, sub finem præcedentis Libri huius Synopseos excerpta produximus. Videatur, & conferatur Appendix nostra superior, Ad Verba Andreæ nostri Sylvij.* Decimas Ecclesiarum Laicis tradidit, &c. *Folijs, seu pagellis 660. 664. & 665. Pergat, intereà tēporis, noster Andreas, cum Sigeberto Gemblacensi, ad Annum Domini 768.* Longa (*inquiens*) contentio, inter Pipinum, & VVaiferū, finitur: quia VVaiferus, à suis, malorum pertæsis, in gratiam Pipini perimitur.

Anno XVIII. Regni sui, Gloriosus Rex Pipinus, qui Regnum Francorum rexerat nobiliter, per xviij. annos * a. Parisijs, morbo

Zzzz intercutis

Adeodatum, *ap. MSt. Eli.* *omnes apud recentius exemplar nostrum.*

Anno 766.

Almimonon scribit posterius Exēplar. Sigebertus verò, Amirinonon.

Anno Christi 767. Sig.

†

* a. Ado Viennēsis tribuit Regno Pipini annos 18. certius tamen existimē ipsum regnasse annos 15. mēses 4. & dies 20. à tē (porequo à Bonifacio Moguntino primum vnctus est. Vide Aimoinum libri 4. capite 61 in fine.

intercutis deficiens, mortuus est; Et in Monasterio Sancti Dionysij deportatus, atque humatus, *Anno Domini 768.*

Floruerunt eius temporibus, Sancti Pontifices Romani, Zacharias, Stephanus, Paulus, *Stephanus: tertius vocatus ab Anastasio: Sed rectius dici videtur quartus à Sigeberto, Sigonio, & Baronio, ad Annum 768.*

DE REGNO KAROLI MAGNI.

CAPVT V.

ANNO Domini DCC. LXVIII. Anno Constantini Imperatoris XXVII. Karolus Magnus, Filius Pipini, & Karlomannus Frater eius regnant in Francià; Karlomannus, iij. annis; Et Karolus Magnus, XLVI.

Anno Christi 769. Sigeb.

Anno primo Regni sui, Hunaldo rebellionem in Aquitanià meditante, * Aquitaniam petit: Omnésque Aquitanos, & VVascones in deditionem accipit. * Hunaldum qui ad Lupum VVasconum Ducem fugerat, cum vxore a Lupo sibi remissum abducit: & sic Aquitanicum bellum finit.

* Carol*, addit Sigeb.
* Hunoldum vocant Regino, & Aimoinus.

Desiderius Rex Langobardorum, sub obtentu orandi * Romam ingressus, aliquot Romanorum nobilium captos excæcavit. *Anno Domini 770. Ex Sigeberto, & Sigonio.*

* id est, simula à orandi pietate, Anno 769 Ex Sigeberto, & Sigonio.

Anno secundo, Karolus Rex, Synodum celebravit in VVormatià Civitate. *Inter alia, decretum ibi fuit, ne Clerici ad bellum cogerentur; Neve celebrarentur Concilia sine sententiâ Pontificis Romani. Videatur Baronius.*

Anno tertio, * Karlomannus Rex, Regis Karoli Frater, obijt: *In Villà Salmuntiaco, anno Christi 770. quarto Novembris; anno Regni sui, post Patris scilicet obitum, tertio: sepultusq; Rhemis traditur à Francia Annalistis.*

* supple, Karoli Magni Imp.
* tempe, Austrasiæ.

Pars Regni eius, * partibus Karoli se iungit: & Vxor eius, *Filia Desiderij Longobardorum Regis*, cum Filijs, & Anthario Franco, ad Desiderium Regem Italiæ fugit.

OBSERVATIO.

Ado, Regino, Annonius, seu Aimoinus, & Francia Chronicon Vetus, ea re graviter commotum Imperatorem Carolum Magnum, Bertam Vxorem,

rem, Regis Desiderij Filiam, (Sororem dixit P. Æmilius) repudiàsse autumàrunt. Ex eoque divortio, cuius non omnibus paterent caussa, cum præsertim idem Karolus Imp. Hildegardem * *Suëvam in matrimonium, Ecclesiasticis Legibus contradicentibus, superduxisset,* * *præter cæteros Franciciæ nobilitatis, Adelrhadus Caroli Consobrinus, haud leve scandalum passus, & Palatio se abdicavit, & monastica devovit vitæ, miràque inclaruit sanctitate.* * *Sed tamen, hîc monêre, benigne Lector! non deesse Viros probos, & eruditos, qui huiusce divortij cum Bertà, (quam duxisset Coniugem Carolus Matris hortatu,* * *) caussam longè ab hâc diversam attulerint. Quòd nimirum Clinica esset Berta, hoc est, ita morbo affecta, vt, vel nunquàm, vel ægrè surgere posset è lecto, nullaq́ salutis eius spes adesset, ac proindè, ad prolem prorsus inepta cum foret; velut mortuam, iudicio Episcoporum relictam illam ab Imper. Carolo Magno fuisse. Vt autem ita sese res habuerit, eò oportuit concurrisse, primùm, quod Berta re verà Clinica, ex ægritudine prorsùs impotens ad concubitum reddita esset; hocq́ certum impedimentum, iam ante matrimonium contractum exstitisset. Hacq́ sic observata tunc quidem fuisse, ex Iuris Canonici Consultorum sententià gravi, De Sacris Antistitibus illis, deq́ Christianissimo Rege, perpioq́ Imperatore liceat opinari. Accedat, Quòd & huius repudiatæ Bertæ, (Francorum Annalibus id referentibus) caussam putàrint intercessisse, Quòd, quùm accepisset Stephanus Pontifex summus Carolum & Bertam matrimonio iungendos operà Bertrudæ Caroli Matris, epistolà, ad Fratres Carolum & Carolomannum verbis efficacissimis scripta, nè id vllo fieret modo, sub anathematis pœnà iussisse, tum quia iam idem à prudentiore Patre alijs nobilissimæ Franciæ nuptijs obstrictus esset; tum etiam, ne præclara Francorum Gens, perfidæ, atque Longobardorum fœtentissimæ Genti coniuncta, ex quà leprosorum genus, fœtidam duceret originem, pollueretur. Consulantur, rerum gestarum Caroli Magni libri duo conscripti à Sangallensi Ascetà: Aimoïnus, lib. 4. cap. 62. Egin. In Vità Caroli Magni: & Tomus nonus Annal. Baronij, ad annum Iesu Christi 770.*

Hunaldus (*stylus est Andreæ nostri*) Dux Aquitaniæ, Romam, quasi ibi perseveraturus, venit. Qui tamen ad * Langobardos fugiens, apostatavit: * ibique, non multo post lapidibus obrutus, malè perijt.

* Hildegardem scripsit Æmil. * Anno 771. Ex autoritate, & P. Æmilij historia pie. * Videatur, eius tẽporis Scriptor Ratbertus, Et R. P. Lauren. Sur. ad diem Iunij 2. * Anno Domini, 769. * Longebardos, legit Cod. Mont-Eligianus.

* APPENDICVLA.

Chronicon à Pithæo editum, ad annum 770. Sigebertus autem ad annum Domini 771. clariùs exponunt hoc verbum obscurum, Apostatavit: *Cùm scribunt; Hunoldum hunc sæpiùs rebellantem, à Fratribus Carolo & Carolo-*

Carolomanno Francorum Regibus superatum, captum, & post biennium, simulantem pœnitentiam dimissum ab eis Romam fuisse, quasi pœnitentem ibi perseveraturum. Quem tamen, non diu post ad Longobardos suos perfidiosè deficientem, lapidibus ibi obrutum, malè perisse affirmant. Res, ad annum Christi 769. referenda videtur.

Constantinus Imperator, contrà * Bulgares navali prælio pugnaturus, ex navibus suis ferè duobus millibus impetu Aquilonis contritis, totum penè exercitum amisit.

Hadrianus, nonagesimus, * Romanæ Ecclesiæ præsidet. Hic, ad reprimendam rabiem hæreticorum Imagines DEI, Sanctorumque execrantium, nimis laboravit: & libro adversus eos edito, multis Scripturarum inductionibus roborato, errores eorum infirmavit; Fidemque rectam solidavit. Hic, in Offertorijs, & Offertoriorum versibus, quod geminatum est, geminavit.

Karolus Rex, ad Saxonicum bellum animum intendit. Heresburch, * Castrum Saxonum capit: Hormensul, fanum destruit: ibique, siti laborante exercitu, subitò in Torrente largissimæ aquæ sunt effusæ Divino nutu; votique compos Karolus, obsides pacis duodecim accepit à Saxonibus.

Anno IV. * Hadrianus PaPa, ad tuendas res Ecclesiæ, * Karolum Romam accersit. Quò pergens, Papiam obsedit: ibique relicto exercitu, Romam pervenit; Sanctam Resurrectionem ibi peregit. †

Posteà rediens, Papiam cepit: iterúmque Romam redijt. Synodum [a] * Hadrianus Papa constituit cum eo, & alijs centum quinquaginta tribus religiosis Episcopis, & Abbatibus. In quâ Hadrianus PaPa, cum vniversâ Synodo, dedit ei Ius eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem: Dignitatem quoque Romani Patriciatus. Insuper, Archiepiscopos & Episcopos, per singulas Provincias ab eo investituram accipere diffinivit: &, vt, nisi à Rege laudetur & investiatur Episcopus, à nemine consecretur. Omnésque huic Decreto rebelles anathematizavit: &, nisi resipiscerent, bona eorum publicari.

Anno VI. Saxones, Rege absente, fines Francorum premunt igne, & cæde: ¶ Ecclesiam in Frictislar, non queunt incendere, quam Sanctus Bonefacius benedixit; eámque nunquàm cremandam prædixit.

* Burgares, legit Hennacensis Codex MS.

* 63. ap Sigeb. ad annum 771: Hadrianus primus dictus, cũ quovis Pontifice comparandus, ait Anastasius Bibliotheca.

* Fresburgum, nuncupat P. Amilius.

* Sup. Caroli primi huius nominis Franc: Regis.

a adversus Desiderium Regem Lõgobardorum, supple.

APPEN-

a.* *APPENDIX ad verba,* Synodum Hadrianus PaPa constituit cum eo, *nimirum Carolo Magno,* & aliis centum quinquaginta tribus religiosis Episcopis,& Abbatibus; In quà Adrianus PaPa &c.

Excerpta hacce Silvius noster, mutuaq́ rursus habuit ex Sigeberto Gemblacensi Chronologo, quem tamen Cæsar Baronius S. R. E. Cardinalis, Bibliothec. Apostol. ad annum Iesu Christi 774. acriter, & meritò certè arguit: quòd, is, in Chronicis suis scribere fuerit ausus, Carolum Magnum, PaPiâ captâ statim Romam revertisse; ibiq́, in Synodo centum quinquaginta trium Antistitum ab Hadriano PaPà celebrata, collatum accepisse Ius Pontificem eligendi Romanum, & ordinandi Apostolicam Sedem, & Archiepiscopos, atque Episcopos per singulas Provincias investiendi &c. Quapropter, hoc sanè loco nobis necessariò videtur detegenda, & detergenda fraus Sigeberti, quà, in gratiam Imperatoris Henrici, schismatici, sibique investituras Ecclesiarum iniquè vindicantis, confingere non dubitàrit, tum temporis, id ementiti Iuris Carolo Magno, à præfato Pontifice, atque universali Concilio datum fuisse. Verum-enimverò, cùm improbi nôrim esse Scriptoris, accepto fallere mēdacio Lectorem; absit ut nunc contra verum luce meridianà clariùs agnitum, velim cum ullo mortalium, ullà in re stare. Itaque, quod hàcce in re permagni momenti accuratiùs oporteat observatum, illud imprimis esto: Quòd, Sigebertus hîc, à lumine procul aberrans, hacce fabulamenta, gloriosis mendacijs adornata, nonnisi trecentos triginta octo exindè post annos, versutè tradiderit: nempè, anno Iesu Christi millesimo centesimo duodecimo, antiquioris ævi nullo penitus Autore conscio Iuris istiusmodi Carolo Magno umquam concessi, ne ipso quidem Einhardo, seu Eginhardo, qui Caroli Magni lateri familiariter inhærens, res eius, & acta præclarè ab eo cuncta, quàm diligentissimè quùm tradiderit scriptis, ne quidem vel verbulum usquam fecerit de hocce Iure Carolo Mag. collato, uti nec cæteri, qui, ante Sigebertum, res Francorum, omnésque habitos id genus Conventus accuratè descripsère; vel levem eius rei, aut Synodi mentionem. Quæ cum ita sese habeant, iure credi potest hanc, à Sigeberto, fraudem, eo postea tempore fuisse callidiùs concinnatam, in gratiam Henrici Cæsaris schismatici, cuius ipse parteis totis viribus foveret, studiosèq́ tueretur.

Refellendum quoque hoc loco nobis occurrit illud Sigeberti commentum, quo confinxerit, quintò Carolum eumdem Mag. venisse Romam, & statim à Papiâ captâ, Romæ fuisse. Quotquot namq; lego clasicos Scriptores historicos, affirmant omneis, posteaquā cepisset Papiā, Carolū quàm celerrimè Galliā repetijsse, paraturū expeditionē novam adversus Saxones rebellanteis.

 His

His addendum: Quòd, & qui Carolo fuit à secretis, eiusque vitam sincerissimo stylo conscripsit Eginhardus, quartò duntaxat eum asseruerit Romam contendisse. Primùmq, ibi fuisse, anno Christi 774. in quo & nos nunc quidem versamur cum Silvio nostro Marcianensi, cui, (vti & compluribus alijs religiosis, & sinceris Scriptoribus, quibus Oracula loquutus putaretur,) imponens, farcivit hosce centones Sigebertus. Secundò verò fuit Romæ Carolus, voti solvendi causâ, Iesu Christi anno 780. Tertiò, cùm Aragisum Desiderij Regis Generum ad pacem, obsides, omnemque impulsurus submißionem, properè adfuit cum exercitu, anno 786. vel ineunte fortaßis 787. Quartò denique, cùm celebrâsset Pascha in Centulâ, Monasterio illustri, apud Beatum Richarium, Sancti Mauronti Proparentem, Italiam petijt vnà cum Pipino filio, Italiæ Rege, vbi primum mors Henrici Ducis Foro-Iuliensis vindicata; de Tarsaticensibus in Liburniâ supplicium sumtum,& Cadolathus mox est Foro-Iuliensibus Dux Romæ datus; ac demùm cum filio Pipino Romam Carolus pervenit anno Christi 800. octavo Calendas Decembris Leonem PaPam restituturus.

¶ *Pridie verò quàm Vrbem almam ingrederetur Carolus, occurrit ei apud Nomentum Leo Pontifex Summus, id nominis tertius, vbi & cum magnâ veneratione suscepit. Post cœnam, quâ simul sunt refecti, Carolus quidem ibi mansit: at in vrbem Pontifex se recepit; misisq; postero die obviam Vrbis Romanæ vexillis, & loca per congrua dispositis Civium turmis, qui iustas adventanti accinerent laudes, Leo Pontifex, cum Clero,& Episcopis, descendentem equo, & gradus ascendentem suscepit, cunctisque psallentibus, in Beati Petri Basilicam introduxit.*

¶ *Post septiduum autem vocatâ Concione, Archiepiscopis, Episcopis,& Abbatibus residentibus, reliquisque Sacerdotibus, atque Francorum, & Romanorum stantibus Optimatibus, cum examinanda, quæ in Pontificem Summum Leonem 3. fuissent à Calumniatoribus obiecta, Carolus Rex proposuisset; Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, omneis vnanimiter dixêre.*

¶ Nos, Sedem Apostolicam, quæ est Caput omnium DEI Ecclesiarum iudicare non audemus. Nam, ab ipsâ nos omnes, & Vicario suo iudicamur. Ipsa autem à nemine iudicatur; quemadmodum antiquitùs mos fuit: Sed, sicut ipse Summus Pontifex consuevit, iubeat; Canonicè obediemus.

¶ *Venerabilis igitur Leo, quùm nullus existeret, qui obiecta crimina probaret;* Prædecessorum *(inquit)* Pontificum vestigia sequor, & de talibus

talibus falsis criminationibus, quæ super me nequiter exarserunt, me purgare paratus sum. *Dieq́; sequenti, coram omnibus conscendens ambonem, sacraq́; tenens Evangelia, non coactus, sed sponte, vt olim Pelagius, Iureiurando se posteaquam innocentem pronunciasset, omnes eum pro insonte habuerunt.*

¶ *Post hac, adveniente Iesu Christi die Natali, Pontifex, Carolum Magnum, Catholicum, & potentissimum Regem, Sancta Romana Ecclesia tutorem, renuntiat Imperatorem. Consulantur Ado, Vetus Chronicon, Sigonius, Anastasius, Baronius, & alij, qui rem totam retulerunt ex veterum fide.*

¶ *Eginhardus porrò, ad hunc etiam annum Domini* 800. *Romam veniens (ait, sup. Carolus Mag.) propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Ecclesia statum, ibi totum hyemis tempus protraxit; quo tempore, Imperatoris, & Augusti nomen accepit: quod primò, tantùm aversatus est, vt affirmaret se, eo die, quamvis pracipua solennitas esset, Ecclesiam non intraturum fuisse, si consilium Pontificis prascire potuisset.* Hæc Eginhardus.

¶ *Invidiam tum suscepti nominis, Constantinopolitanis super hoc indignantibus, magnâ tulit patientiâ; vicitq́; eorum contumaciam magnanimitate, quâ ijs proculdubio prastantior erat, mittendo ad eos crebras Legationes, & in epistolis, Fratres eos appellando. Huius verò translationis Imperialis dignitatis Imperij Occidentalis in Carolum Magnum, testes sunt omnes Latini, Graecique Scriptores historici.*

¶ *Haq́; sunt porrò quarta, & vltima vices, quibus Carolus Magnus Romam constanter se contulisse refertur. Vbinam igitur Caroli M. quintus in vrbem adventus à Sigeberto recensitus quidem, & ex eiusdem forte vanis somnijs seriùs eductus; at nusquam alibi revera assertus? Plura sanè,ª (qua brevitatis ergò pratereo,) leguntur scripta scitè, & perdoctè * adversus hanc imposturam, quâ nequicquam contenderit Sigebertus astruere ius hocce prafatum eligendi Pontificis, & Apostolica Sedis ordinanda, &c. Carolo M. à Pontifice Hadriano collatum, anno* 774. *fuisse; hoc tantùm superioribus denique additurus; Quòd tametsi mera sint ista Sigeberti fabulamenta, sic nihilominus ab eo fuerint concinnata, vt acciderit, ei, à plerisque Viris, etiam haud mediocriter eruditis, & à nostro quoque Andrea Marcianensi, (Viro probo, quique sanè, idem suo tam rudi seculo inter primos eruditionis nomine inclaruerit) ei creditum ita fuisse; vt nullo de hàcce fraude, imposturâq́; habito examine accuratiore, transmissum fuerit incautius id in posteros, quod eam in partem à Sigeberto*

a id est: * Ἐν καὶ ἐπισταμένως non autem, Ἐν καὶ ἐπισταμένως quod leges, tũ in Notationibus ad Siluiũ, tum & ad Epigrãma Clariss. DN. Holmẽdosissin è excusum.

berto fuisset affirmatum: neque laboratum fuerit ab illis Ecclesiastici Scriptoribus, vt id Iuris vmquam fuisse Carolo concessum ab Hadriano PaPâ pernegaretur; sed tantùm, vt id postea fuisse revocatum ostenderetur. Horum è numero, nimis certè credulus exstitisse observatur Gratianus ille, qui, cætera, Vir reconditè doctus, & fraudem, & æternùm explodendam hancce imposturam, suum in Decretorum Librum improvidè parumq; circunspectè, verbis totidem transtulerit exscriptam; immò, & is ipse, haud imparem ei mox adiunxerit: In Synodo (*inquiens*) congregatà Romæ, in Ecclesià S. Salvatoris, ad exemplum B. Hadriani, Apostolicæ Sedis Antistitis, qui Domino Carolo, victoriosissimo Regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, & ordinationem Apostolicæ Sedis, & investituram Episcoporum concessit: Ego quoque Leo Episcopus, Servus Servorum Dei &c. *Quibus verbis, Pontifex Leo. eadem se Cæsari Othoni concedere profitetur, quæ Carolo Magno Hadrianus PaPa concessisset. Quod tamen Decretum, par priori, commentitium planè à Cæsare Baronio probatur esse.*

Si namque spectetur hac in re Carolus M. cuius exemplo posterius hocce Decretum emanâsse feratur à Gratiano; evincetur indè omninò nihil. Tantum enim abest, vt sibi tum temporis, vel aliàs vmquam voluerit electiones Episcoporum arrogare; vt is potiùs liberas illas esse, sacrorumq; Canonum ex præscripto decerni, suo Decreto statuerit promulgato; Sacrorum, *(inquiens)* * Canonum non ignari, vt in Dei nomine S. Ecclesia suo liberiùs potiretur honore, assensum Ordini Ecclesiastico præbuimus; vt scilicet Episcopi, per electionem Clericorum, & Populi, secundùm statuta Canonum, de proprià Diœcesi, remotà personarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & Sapientiæ donum, eligantur, vt exemplo & verbo, sibi subiectis vsquequaque prodesse valeant.

* In suis Capitularibus lib. 1. c. 84. dist. 63. cap. 34.

Absit autem, vt hisce verbis Decreti à Carolo sic promulgati, admittamus (vt nonnulli autumârunt) eum superiori privilegio ab Hadriano sibi collato renunciâsse; Id siquidem, ita si se haberet, rei adeò seriæ vel levem tunc etiam mentionem inservisset. Sed & imposturam quod arguat, vel ipsum investituræ vocabulum esto, quod nec vsu receptum temporibus Caroli Magni esset; nec vsurpatum, apud vllum eius ætatis autorem, observetur.

Taceo autorem deesse Classicum, qui eiusmodi meminerit Concilij habiti à dicto Leone Pontif. aut privilegij præfati Othoni Imper. ab eo concessi.

Verùm,

Verum, haud prætermisero, hisce omnibus, & praxim ipsam, & leges aliorum, post Carolum, successorum Imperatorum repugnare, vt quid eiusmodi ab Hadriano Pontifice collatum Carolo Magno, de Romani Pontificis electione constanter valeat efferri: præsertim, cum in ipsâ Pontificis Hadriani electione, hæcce legantur, dist. 63. cap. 29. Cum Hadrianus 2. ad Romanum Pontificatum, ab Ecclesiâ DEI Genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad præsepe, traheretur ad Lateranense Patriarchiũ, certatim à Clero, & Proceribus, & plebe deportatus est. quod audientes missi Ludovici Imperatoris, molestè tulerunt, indignati scilicet, quòd, dum præsentes essent, non fuerint invitati; nec optatæ à se futuræ Præsulis electioni interesse meruerunt. Qui, accepta ratione, quòd non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuerit, (nè videlicet legatos Principum in electione Romanorum Præsulum expectandi mos, per huiusmodi fomitem inolesceret) omnem indignationem medullitùs sedaverunt, & ad salutandum Electum etiam ipsi humiliter accesserunt. *Hæcq; Christianissimus Imperator audiens Ludovicus, Imperialem mox epistolam scribens, qui tanto perdignum officio Præsulem elegissent, Romanos omneis collaudavit. Addendumq; est: quòd & idem, in editâ à se istâ Constitutione, pro conservandis iuribus Ecclesiæ Romanæ, dist. 63. cap. 30. 31. & 32. ita etiam scripserit.* Quando divinâ vocatione, huius Sanctissimę Sedis Pontifex, de hoc mundo migravit, nullus ex Regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, aut de quàlibet Gente homo, sub potestate nostrâ constitutus, licentiam habeat contra Romanos, aut publicè, aut privatim veniendi, aut electionem faciendi.

Id igitur demum liceat attexere: Quòd, si quæ privilegia fuissent Carolo Magno ab Hadriano Pontifice Summo concessa, quùm Hadrianus post-ea 2. per Oecumenicam Synodum curavit sancitum vt Laicorum nullus prorsus se immisceret Episcoporum electionibus, mentionem aliquam huiusmodi fecisset concessionis anterioris, generatimq; saltem iam concessa Carolo privilegia revocasset; vel si quæ iam concessa consistere rata voluisset, atque firmata, ea ipsa proculdubio exprimere nequaquã omisisset. At verò, quùm huic firmissimo Decreto Pontificio, nulla penitùs contraria fuisset anteà concessio facta, de illâ mentio potuit tunc prorsus etiam fieri nulla.

Omittamus denique, brevitatis ergò, de his, ad Imperatores Lotharium, & Ludovicum, Leonis quarti producere Decretum, atque Constitutiones, De Liberâ electione faciendâ Pontificis Romani, iuxtà Canonum præ-

 scriptum,

ſcriptum, editas ab Henrico primo, atque Othone hoc & proferre loco; ne hac in Volumen noſtra excreſcat Appendix. Quod verò haud ita pridem exſtiterit Melchior Goldaſtus, Calviniſta, qui, in ſuo Rationali Conſtitutionum Imperialium, profeſſus fuerit ſe, adverſus Baronij Annales elenchos præſcribere Imperij Romani Iura, vtq; id arrogantius peragerct, eò impudentiæ Calviniſticæ pervenerit, vt etiam Sigeberti fraudem apertam, quaſi apologetice, ſuis Sophiſticis argumentationibus contectam defenſurus, nobiliſſimum hiſtoriæ cum ſacræ, tum & profanæ tractatorem, procaciter & arrogāter proſcindere non erubuerit: Divino quoque nutu, nō defuit, qui Zelo Catholico, Zelo, qui eſſet ſecundum ſcientiam DEI, exardeſcens; cunctas Goldaſti Calviniſticas argumentationes peregregiè diſcuſſas, & diſpectas feliciter, confutârit, acerrimè, atque doctiſſimè diſſipârit; & eius pro Sigeberto ineptijs clariùs expoſitis, omnibus irridendum Apologum Calviniſtam Melchiorem Goldaſtum exhibuerit R. P. Iacobus Gretſerus Clariſſimæ Societatis Ieſu Theologus, nobiliſq; Profeſſor. Sed de his modo hactenus. Qui de hâc controverſiâ, plura intelligere ſtuduerit, conſulat cum R. P. Iacobo Gretſero, Cæſaris Baronij Annaleis, & Epitomen eorum, apud Patres, Ioannem Gabrielem Biſciolam, Mutinenſem, &c. Henricum Spondanum Mauleonenſem, Presbyterum Romanum, & Bellarminum in Scriptoribus Eccleſiaſticis ab eo editis. Inter-ea contextum Chronologicum Andreanæ Synopſeos repetamus, in hacce verba pergentis.

¶ Karolus Rex, offenſus diſſonantiâ Eccleſiæ cantus, inter Romanos, & Gallos; & malens de puro fonte, quàm de turbato rivo bibere: duos Clericos Romam miſit vt authenticum cantum à Romanis diſcerent; & Gallos docerent. Et per hos quidem, primò Metenſis Eccleſia; &, per illam, omnis Gallia, ad auctoritatem Romani cantus revocata eſt.

Inter obſidendum * Ticinum, Rex Karolus, diviſo exercitu, multas Vrbes vltra Padum comprehendit. Inter quas, Veronam capit: in quâ, Antharius Francus cum Vxore Karlomanni, & Filijs eius latens, ſe cum eis Regi dedit. Aldegiſus verò Deſiderij Regis Filius, * qui illic fugerat, indè elapſus, Conſtantinopolim aufugit.

*Ticinū, *deſideratur ap. cætera exēp.* Anno 773.

*Adelgiſum, *ſcribunt nonnulli fratremque Deſiderij Regis dicunt.*

DE

DE EO, QVOD KAROLVS REGNVM LANGOBARDORVM SIBI SVBIGIT.

CAPVT VI.

ANNO Domini DCC. LXXIV. * Anno Karoli Regis vij. Constantini verò Imperatoris * XXXIV. obsidionem Papiensium pestilentià mortalitatis aggravante, Civitas Regi Karolo aperitur. Desiderius Rex cum Vxore, & Filia, & cunctis Principibus capitur, & perpetuo exilio ad Gallias Algifredo Leodicensium Episcopo dirigitur.

Consentiunt Sigeber. & Sigonius, Leodium Eburnum exilij causà Desiderium Regem fuisse missum, cùm factà deditione, Vrbem Papiam recepit Carolus Magnus, anno Christi 774.

¶ Alius *(ait noster Andreas)* liber dicit: Quòd Karolus Desiderium Regem in Franciam misit: eúmque iussit in Ecclesià Sancti Dionysij tonsurari, & Monachum fieri. Quod & factum est: ibique ad vltimum vitæ suæ diem moratus est; supultúsque est ibidem, in sinistrà parte Monasterij.

¶ Quicquid per multa tempora Langobardi * Romanis abstulerant, Karolus eis restituit. Regno verò Langobardorum destructo, totam Italiam sub iure Regni Francorum redegit. Taliter Langobardi victi, regnare destiterunt post annos CC. & IV. ex quo in Italià regnare cœperunt.

¶ *Regnum Longobardorum finitur, addit Sigebertus, In Chron. ad annum Christi 774.*

Karolus Rex Saxoniam repetit; tripertito exercitu concurrit Saxonibus; eique victoria provenit in omnibus. *Malunt nonnulli alij historici, cum Fresburgum oppugnarent Saxones anno 775. asserere Carolum in quatuor parteis exercitum divisisse Francorum, tribusq; acerrimis pugnis victoriam, & ab hoste Saxone prædam ingentem reportâsse. Vnde & noster Andreas ad eam propiùs sententiam accedens,*

Anno (ait) VIII. * Karolus Rex Sigeburch, Castrum Saxonum capit: & ter cum eis confligit, & victor, obsides pacis ab eis accipit. *Anno Christi 775. Ex Sigeberti Chronicis.*

Constantinus Imperator, plagà pessimi incendij divinitùs percutitur: & clamans, ADHVC VIVVS, IGNI SVM * INEX-

* Cod. Henniacensis legit. DCC. LXXVII. eiusdemque legit, idque fortassis per trāspositionē characterū numericorum. XXXVI. pro XXXIV. facilè hic erratur.

† *Sigebertus semper scribit* Longobardi.

Constantinus 6. Copronymus dictus. Iconomachus miserè perit.

* *deficere.*

TINGVIBILI TRADITVS, *additque Cedrenus*, PROPTER MARIAM DEIPARAM: miserabiliter moritur. * Post quem, Filius eius Leo, annis quinque imperat.

Anno IX. In Italiâ quibusdam rebellionem meditantibus; Italiam repetit Potens Rex Karolus; Vrbem Forum Iulij capit: & Ducem eius Rosgandum, rebellionis incentorem decollari præcipit. * Captâ quoque Tarnisio * Vrbe, cæteris Maiestate nominis sui terrorem incutit.

¶ Saxonibus Heresburch Castrum obsidentibus, Gloria DEI super Ecclesiam apparuit omnibus: Duobus scilicet scutis sanguineo colore flammantibus, quosdã motus, vt in bello, per aëra dantibus. Karolus, Saxoniam, velut tempestas proterit; munitiones irrumpit: & ad hoc eos compellit, vt se, & patriam ei concedant, & datis Obsidibus, se Christianos futuros spondeant.

Anno X. Vinthicindus Dux Saxonum in Normaniam fugit. Saxones verò baptizari paciscuntur, vt ingenuitatem suam, & sua omnia perdant, si vmquàm à fidelitate Christi, & Regis desistant.

Karolus, in Hispaniâ, Cæsaraugustam vastando delet: Pampilonam obsidet; eiusque captæ muris destructis, VVascones, duosque Sarracenorum Regulos sibi subigit; aliquasque Vrbes in deditionem accipit. Saxones autem, suasu VVinthicindi, Franciam atterunt: sed à Carolo victi, fugâ sibi consulunt.

Anno XI. Karolus Rex, in Saxoniâm rediens, VVestphalos * sibi subiugat: *quòd Saxonum essent fautores, addunt Regino & Aimoi.* Hilterandus * Dux Spoleti, Karolo Regi se subdit, eiusque gratiam multis muneribus redimit; *Anno 779.*

Anno XII. Karolus Rex Albiam fluvium transgreditur; ibique, in eius gratiã, Bardogavenses, & Norduitæ * baptizantur. *Anno 780.* Tassilo, Dux Baioariæ, contra Karolum Regem rebellat, hortatu Vxoris suę, quæ Filia erat Desiderij Regis; & exilium Patris sui per Maritum suum vindicare tentabat.

Anno XIII. Leo Imperator, * quùm insaniret cupiditate circâ pretiosos lapides, adamavit magnam Ecclesiæ coronam: & accipiens, portavit eam. Et exierunt carbunculi in capite eius; & captus à Febre, mortuus est. *Anno 780. 7. Eidus Septembris Ex Chronologicâ supputatione Theophanis, & Cedreni.* Post quem, Vxor eius Hyrene, cum Filio suo Constantino VII. imperat annis decem.

Marginalia: * In expeditione Bulgariâ, anno Domini 775. 14. Septembris. *Ex Onuphrio, & Cedreno.* — * Rhogãdum in aciẽ occisum, narrant nõnulli. — * Carnisio, legit recẽtior Cod. MS. Marcianensis. — † Anno 776. Anno Christi 777. iuxta Sig. Chron. 778. iuxta Tilij Chronologiam 776 iuxta Sigonium. Anno 778. Ex Sigebert. Chronologiâ. — * rediẽs, *desideratur ap. Mõt.-El. Cod. qui, & scribit* VVestfalos, non, VVestphalos.

* Hildebrandus, *ap. recentiores.* * Nordurtæ, *legit Mont-Eliq. Cod.*

* Leo 4. dictus fuit Porphyrogenitus, quod natus esset in Palatio Imperiali, & loco purpurato.

Karolus Rex, Orationis causâ Romam vadit: ibiq; Filij eius vnguntur in Reges; Pipinus, super Italiam; Ludovicus, super Aquitaniam. *Anno 781. Ex Aimoino, lib. 6. cap. 2. Sigonio, & P. Æmilio.*
Tassilo, Dux Bajoariæ, ab Hadriano PaPâ Regi Karolo reconciliatur.
Anno XIV. Constantinopoli, quidam laminam auream invenit; & in eâ Virum iacentem cum Scripturâ hàc. CHRISTVS NASCETVR EX VIRGINE MARIA, ET CREDO IN EVM. SVB CONSTANTINO ET HYRENE IMPERATORIBVS, O SOL! ITERVM ME VIDEBIS.
Vide Cedrenum, & Zonaram, qui rem hanc paullò aliter narrent: Nimirum; Apud longos Thraciæ muros, fodientem quendam in cistam incidisse: eàque reclusâ, invenisse recumbens magni viri cadaver, cum sententiâ haccei cistę insculptâ. ΧΡΙΣΤΟΣ ΜΕΛΛΕΙ ΓΕΝΝΕΣΘΑΙ ΕΚ ΠΑΡΘΕΝΟΥ, &c.

Ad annū 781.

Saxones iterum rebellant; & à Karolo bello victi, seditiosos vsque ad quatuor millia, & quingentos ei tradunt, & obsides ei tribuunt.
Anno XV. Saxones rebellant, & à Karolo Rege victi, pœnè vsque ad internecionem * delentur.
Anno XVI. Saxones & Fresones * rebellant, & vincuntur. VVestphali, * à Karolo Karoli Regis Filio debellantur. *Anno 784. ap. Regino: & Aimoinum.*
Anno XVII. Karolus, Saxoniam depopulatur. VVinthichindus & Albion, Duces Saxonum, Karolo reconciliati baptizantur: & motus Saxonum reprimuntur. Anno 785. quo Saxonicum bellum, ante annos triginta, (vti volunt nonnulli historici) à Pipino inchoatum, finem accepit: Carolusque Magnus, pace tandem constitutâ, Angrianum dedit Ducatum Vitikindo, seu VVithichindo (à quo Duces Saxoniæ, Hugóque Capetus, si historicis Germanis credatur.)
Anno XVIII. Karolus Rex Adulfum Senescallum suum contra Britones mittit: & per eum multa Britonum castra, & Principes eorum capit. ¶ *Minorem Britanniam, Francis tributariam à tempore*

Anno Domini 783. internitionem ap. Mont-Eli. Codicē MS. * VVestfali. ap. Mõt. El. Cod.

Alber. Crantz.

Anno Domini, 786.

Dagoberti primi; sed hoc anno 786. rebellantem domuisse Carolum Magnum obsidibus acceptis; legito apud Aimoinum lib. 4. c. 99. & Eginhardum, In vità Caroli Magni.

Anno Domini 787.

Anno XIX. Karolus Rex Romam venit; & contra Heregisum Beneventi Ducem vadit. Heregisus, muneribus, & obsidibus datis gratiam eius redimit. ¶ *Dissentiunt aliquantulum Æmil. & Blondus, qui hæc velint à Pipino gesta: Sed, lege cum Adone, Sigonium, Sigebertum, & alios Historicos Francos, qui Aragisum huic Generum Desiderij Regis scribant Regem se inungi curàsse ab Episcopis suis, parvìq; facto Pipino Rege in vicinam Pontificis provinciam exercitum duxisse; properè verò Carolum Mag. adfuisse, ductoq; in agrum Capuanum exercitu, Aragisum ad pacem, obsides, & omnem impulisse submißionem.*

† Bellum inter Francos & Avares oritur.

¶ Signum Crucis in vestibus hominum apparuit. Sanguis de cœlo & terrà profluxit.

Anno XX. Tassilo Dux Bajoariæ contra Karolum Regem reus Maiestatis adiudicatur. Vndè, à Karolo attonsus cum Filio Theodone in Monasterio relegatur: *& Bavaria, inter Franciæ Provincias incipit numerari, addunt P. Æmil. Sigeb. & alij historici Franc. ad annum Christi 788.*

In Italià, inter Græcos & Romanos pugnatur: *extinguiturq; Adelfus, Desiderij Regis Filius, qui adhæserat Græcis.*

Secundò, in Italià inter Francos & Avares pugnatur.

Tertiò, * inter Avares & Bajoarios pugnatur.

* *Codex Hennacensis, non habet*, inter Avares, & Bajoarios.

Quartò, inter Avares & Francos pugnatur; & in omnibus, Karolus, suis victoriam provenisse lætatur.

Coniuratio valida facta est ab Austrasijs contrà Karolum Regem, auctore Harderico. Quà detectà, multi, aut membris truncantur, aut exiliantur.

Anno Christi 789. Caroli 21. *Ex Sig. Chron.*

Karolus, Coloniæ, super Rhenum pontes duos constituit & munijt: Et Sclaviam ingressus eam sibi subegit.

¶ Adelgisus, Filius Desiderij Regis, qui victo Patre suo, ad Græcos confugerat, animatus auxilio Græcorum, ad Italiam venit, aut, ad repetendum Regnum; aut, ad inferendam vltionem. Qui, inito bello cum Francis, tentus ab eis, amarà morte peremptus est.

DE

DE EO, QVOD KAROLVS LEGENDI, ET PSALLENDI IN ECCLESIA DISCIPLINAM DILIGENTER CORREXIT.

CAPVT VII.

ANNO Domini DCC. XCI. Anno verò Karoli Regis XXII. Idem Imperator, honestati Ecclesiasticæ omninò intentus, legendi & psallendi disciplinam diligenter correxit.

Anno Christi 790 scripsit Sigeb. in Chron.

Perpendens enim iterum Gallos à Romanis discrepare; Metenses verò solà naturæ levitate paullulum quid dissonare; per Cantores rursum sibi ab Hadriano PaPà à Romà directos, dissonantiam cantus correxit.

Circà pauperes etiam solicitus, non solùm in Regno suo, verumetiam trans Maria, in Ægypto, in Syrià, in Africà, præcipuè verò Hierosolymis, liberalitate eleëmosynarum Christianis pauperibus solatiabatur, transmarinorum Regum amicitias ob hoc maximè expetens, vt Christianis, sub eis degentibus esset relevatio.

Alchuinus,* de Britannià oriundus, Magister delitiosus Regis Karoli, scientià litterarum prepollet in Gallià. Cuius præcipuè magisterio, ipse Rex, omnes liberales artes didicit. Hic multa scripsit, Inter quæ, eminent Libri De Sanctà Trinitate scripti ad ipsum Regem. Hic, & iussu Regis, Divinam historiam correxit.

*Albinū Anglum vocat, *Malmesber.* ad annum 771.

Anno XXIII.* Constantinus, Matrem suam Hyrenem Imperio privat: solúsque annis septem imperat.

*sup. Caroli Regis, Christi verò, 791.

Karolus Rex, Avarum Regnum terra, marique impetit; eisque sola fuga spem evadendi relinquit.

Anno XXIV. Constantinus Imperator, congressus Cardanio,* Bulgari, turpiter victus dehonestatur.

*Chardamo, ap. Sigebert.

Pipinus, ex Concubina, Karoli Regis Filius, gibbo deformis, à quibusdam Francorum Primoribus promissione Regni illectus, contra Patrem coniuravit. Vndè convictus, tonsoratur; & in Prumia Cœnobio retrusus, vsque ad finem vitæ Deo militavit. Complices verò coniurationis, alij exiliantur, pauci perimuntur.

¶ *Appendicula hoc loco Flandrica occurrit.*

¶ ***Anno siquidem hoc Iesu Christi 792. Flandriæ, quæ tunc quidem adhuc***

adhuc erat vacua, nemorosa, & inculta, primus à Carolo Magno designatus Legitur Comes Lydericus Harledecensis, Pater Ingerranni: qui genuit Andracum, Patrem Balduini Ferrei, qui Vxorem duxit Iudithami, Filiam Caroli Calvi; uti tradidère Sigebertus Gemblacensis, Genebrardus, Iacobúsque Meyerus.

Anno XXV. Saxones in fide Dei, & fidelitate Regis vacillant.

Constantinus Imperator, multos Principum sibi suspectos, oculis privat.

Anno XXVI. *K*arolus Rex, non solùm patria lingua, sed etiam peregrinis linguis eruditus, barbara, & antiquissima Carmina, Quibus veterum Regum, bella, & actus canebantur, scripsit, & memoriæ mandavit. Inchoavit etiam Grammaticam patrij Sermonis: Mensibus Anni, iuxta propriam, id est Theutonicam linguam, vocabula imposuit. Ventos etiam duodecim, proprijs nominibus appellavit: Cùm antea quatuor tantùm Cardinales venti nominarentur.

Anno XXVII. Saxones, virtute *K*aroli conterriti, reddunt se Christi & Regis Fidelitati.

*K*arolus Rex Christianam religionem sanctè, ac piè colens, Ecclesias omnimodis honorabat, & ornabat sacris vasis, ac vestibus, edicens, vt, ne Ianitoribus quidem liceret Communi habitu in Ecclesia ministrare. Construxit etiam Aquisgrani Basilicam plurimæ pulchritudinis, ad cuius structuram, à Roma, & Ravenna columnas, & marmora devehi fecit.

Anno XXVIII. Leo nonagesimus primus * Romanæ Ecclesiæ præsidet. Qui mox, Clavim * Confessionis Sancti Petri, Cum vexillo Romanæ vrbis *K*arolo Regi misit.

Anno XXIX. Henricus Dux Foro Iulianorum, expoliato in Pannonia Avarum Principe Yringo, inestimabilem thesaurum misit eius, *K*arolo Regi.

Thudin Princeps Avarum, se, & patriam suam *K*arolo Regi dedit; Et gratiam baptismi percipit.

Anno XXX. Hyrene Imperatrix, * super erepto sibi Imperio, fœmineo dolore abusa, Constantinum Filiū suum, oculis, & Imperio privat; Et sola, annis tribus imperat. Thatin Hispanus, Barchinonę Prefectus, se *K*arolo Regi dedit; Et Barchinonam, quæ ab illo desciverat reddit. *K*arolus Rex, gravi prælio Saxones vincit.

Caroli Regis, Sup. Christi, 793.
Anno Christi 799.
Christi 795.
Christi 796.
* 94. Romanę Ecclesiæ præsidet, Sige.
* Clavū Sigeb.
Christi 797.
* Conspirantes Proceres cū Irene, Cōstantinum 7. excæcārū: qui, statim ex vulnere interijt: Et in eo Copronymi genus est extinctū. Obijsse in Porphyriâ, vbi erat natus, tradit Cedren*.
Maximorū criminū reus apud Deum fuisse passim relegitur.

Anno

Anno XXXI. Adelphon Rex Galithiæ, * Regi Karolo multa munera mittit.

¶ Sol obtenebratus est per dies Septemdecim; Constantinus Imperator moritur, *dictus Porphyrogenitus Anno Domini 798.*

In Hispania, Barchinona * Sarracenis reddita, à Karoli militibus est obsessa;

Leonem 3. PaPam, Celebritatem Litaniæ maioris agentem Romani capiunt; Et linguam ei, oculósque evellunt; * Cui voce & visu redditis divinitùs, Iterum, oculos, & linguam radicitùs evellunt. Qui, de manu eorum erutus, ad Karolum fugit quàmtotiùs; *& honorificè ab eo in Germaniâ excipitur.*

Anno XXXII. Karolus Rex, Leonem PaPam in sede Apostolicâ recollocat: Ipse quoque Romam properat; Causas examinat; Reos, legaliter damnat; sicq; omnes Romanorum motus sedat. Gens Avarum à fide deficit. *

Baleares Insulæ, auxilio Francorum, à Sarracenis defensantur.

Anno XXXIII. Per VVidonem, Karoli Ducem, Britones vincuntur, & in deditionem recipiuntur.

Geroldus * Dux Baioariæ, In Pannoniâ, Avaribus congressus, perimitur: De quo, In visione * VVetini legitur, Quod inter Martyres annumeratus est;

In mense Iulio, Contra naturam, aspero gelu concreta bis fuit pruina; sed nihil fructibus nocuit.

Exēplar recētius, Galitiæ; Sigeb. scribit, Galliciæ, ad annū Christi 798.

†

* Barcinona, apud Sigeb. 799.

* Nepotes Adriani Pontificis, id nominis primi. Christi 800.

* Pannoniam superiorē cū Hunnis hæc Gens occupabat, inde pulsa à Carolo, anno 800.

* Gerardus, apud Sigeb.

* VVethini. Sige.

KAROLVS REX FRANCORVM, FIT IMPERATOR ROMANORVM.

CAPVT VIII.

ANno Domini DCCC. Anno verò Karoli Regis Francorum XXXIII. Romani, qui ab Imperatore Constantinopolitano iam diu desciverant, animo; Nunc acceptâ occasionis oportunitate; Quia mulier, * excæcato Imperatore Constantino, Filio suo, eis imperabat, vno omnium consensu, Karolo Regi Imperatorias laudes acclamant, Eumque per manum Leonis Papæ coronant, Cæsarem, & Augustum appellant. Pipinum verò, Filium eius, Regem Italiæ ordinatum collaudant.

* Irene.

Amymur * Rex Persarum, Karolo Imperatori Elephantum, & multa munera mittit. Barchinona capitur. In Italiâ quoque, Theate Ciuitas, à Francis capitur.

Sanctus Saluius Episcopus, veniens ab Aquitaniâ, ad Fiscum Valentianas, à VVinigardo Filio Genardi, Procuratoris ipsius Fisci, martyrizatur. Et super Corpore eius requirendo, Karolus Magnus, Imperator, tertiò diuinitus admonitus, Corpus quidem inuentum honorificè sepeliuit, Interfectores autem eius graui pœnâ multauit; Nec tamen, per hoc, in eos vltio Dei cessauit.

Karolus Imperator, & Rex Francorum, per omne Imperium suum, Legatos ad Faciendum Iudicium, & Iustitiam cunctis dirigit; Et Legis Capitula 23. instituit. *

Legati Imperatoris Karoli, ab Aaron * Amira venientes, Inter cætera munera, etiam * Ossa Cypriani Kartaginensis Episcopi, & Martyris, & Sperati, primi Scillitanorum Martyrum; & Caput Panthaleonis Martyris, in Franciam afferunt.

Anno XXXV. Karolus Imperator, Omnes Saxones trans Albiam morantes, in Franciam transtulit; Pagósque eorum Abroditis dedit. Karolus, Per omne Imperium Iustitias facit, & Legis Capitula viginti nouem instituit. Leo PaPa, ad Karolum Imperatorem in Franciam venit.

Anno XXXVI. Auares, qui & Humni, contra Karolum, & Francos, longo bello perdomiti, adeò, &, * fortitudine * sunt diminuti, vt qui alios solebant vltrò lacessere: Iam, * nec ab se, nec ab alijs valeant tueri; Et quicquid pecuniæ, & thesauri, per tot sæcula, orbem terrarum vincendo sibi congesserant, totum, modò, victoriæ Francorum cessit.

Anno XXXVII. Karolus Imperator, indignantibus contra se Imperatoribus Constantinopolitanis propter inuidiam Imperatorij nominis, à Romanis sibi impositi; magnâ patientiâ, & magnanimitate eos tulit: Et quia suspectam habebant suam potentiam, crebris legationibus, sibi eos firmissimo fœdere conciliabat.

Anno XXXVIII. Karolus inter Filios suos partitionem Regni sui facit.

Anno XXXIX. Karolus, per manum Pauli, Diaconi sui, decerpens optima quæque, De Scriptis Catholicorum Patrum, Lectiones vnicuique festiuitati conuenientes, per Circulum anni, in Ecclesiâ legendas compilari fecit.

Rex

Marginal notes:

* Henninensis habet Aymurlim, Sigebert. Amymurlim scribit.

Anno Christi 801.

Anno XXXIIII.

* Ammira, Sigebert ad annum Christi 801.

* Corpora etiam Cypriani Carthaginensis &c. Scribebat Sig.

* à fortitudine, suâ, & potentiâ sunt &c. scripsit Sigeb. ad annū Christi 804.

* Iā nec se ab alijs valeant tueri scribit Sig. quia in hoc bello omnis eorum gloria, & nobilitas perijt, & quicquid, &c.

805.

807.

Rex Persarum, Karolum Imperatorem pretiosis muneribus honorat, per legatos.

Anno XL. Imperator Karolus Eardul* Regem Nordanimbrorum, Regno, & patriâ pulsum, potentiâ suâ, Regno, & patriæ restituit.

Anno XLI. Pipinus, Filius Karoli, Rex Italiæ, Venetiam sibi subegit; Et non multò post Mediolani obijt: Et Karolus Imperator Venetiam Nichoforo* Imperatori Constantinopolitano reddit.

Anno XLII. Karolus in tres partes Regni sui, tres exercitus misit: Vnum, trans Albiam, qui Hilinones * debellavit, alterum, In Pannoniam; qui reliquias Hunnorum, & Sclavos compressit: Tertium, contra Britones; qui eorum perfidiam contudit; Et vbique victoria sibi provenit.

Karolus Imperator, Rerum suarum hæredem Christum Testamento facit: Et quicquid in re mancipi* habebat, in tres partes diviso: * tertiam eorum partem, pauperibus, & famulantibus, * Palatio, delegavit: Duas verò partes, in partes viginti & vnam subdivisit: Et Metropolitanis Episcopis, qui totidem sibi suberant, distribuit, vt Metropolis Ecclesia, tertiam assignatæ sibi partis haberet; Et duas, inter suffraganeos Episcopos divideret.

Hæc Sunto Nomina Archiepiscopalium Civitatum, Quæ erant sub Karolo.

Roma, Ravenna, Mediolanum,* Colonia, Maguntia, Iuvanum, Quæ, & Halzburch, Treveris, Senonis, Vesontio.* Lugdunum, Vienna, Rothomagum, Rhemi, Arelas, Tharentesia,* Ebredunum, Burdegala, Turonum, Biturica.

Anno XLIII. Moguntiæ, Pons quingentorum passuum longitudinis, trans Rhenum, Quem Karolus Imperator, per decem annos, ingenti labore, & mirabili opere, de lignis construxerat, ita vt perpetuò durare posse videretur; ita tribus horis conflagravit, vt, ne vna quidem Hastula* super aquam remaneret.

Anno XLIV. Karolus Imperator, Ludovico Filio suo Coronam Imperialem imponit.*

Anno XLV. Karolus Imperator, Per totas Gallias Concilia, super statu Ecclesiarum ab Episcopis celebrari edicit, vnum fuit Maguntiæ; Alterum Rhemis; Tertium Turonis, Quartum, Cabilonis,* Quintum, Arelati.*

* Eardulphû ita enim scribunt Sigeb. alijque historici. 808.

* Nicephoro, apud alios historicos, & Sige. legitur ad annũ Christi 809.

* Hilliones, apud Sigeb. leges. Anno Christi 810.

* dividit, ex Manuscripto Sigeb.

* Spatio legebatur mendosè.

* Forum Iulij, qui & Aquilei, Gradus, addit 86. geberti.

* Vesunno, apud alios scriptores, Cathicè, Beziçõ.

* Henninicensis habet Darentesia.

Anno Christi 811.

* assula, ap. recentius exempl. MS. lego. * Aquisgrani. 812. Sigc.

* Cabillonis, VVulgò. Chalon sur Saone.

APPENDIX.

Quod subsequitur, In gratiam Sancti Amandi Proto-Conditoris Marcianensis Cœnobij, addendum visum est, Ex Sigeberto Gemblacensi desumtum, & incuriâ fortè Amanuensium D. Andreæ P. Marcianensis, omissum, quandoquidem, id, apud posterius Exemplar nostrum Manu-scriptum legatur.

Anno 812. Ex Sigeb.

In Franciâ, apud Cœnobium Elnonense, Sanctus Amandus à Lanthario elevatur, Anno, ab eius depositione, Circiter 152. Cuius Corpore adhuc integro invento, cùm eius Capilli, & vngues, qui excreuisse videbantur, illi præciderentur & de ore eius dentes, adhibitâ forcipe extraherentur, sanguis indè profluxit, qui, Et ad posterorum memoriam adhuc seruatur.

Addimus & In Gratiam Curiosi Lectoris, Ex quarto Gagumi libro.

Carolus Magnus duodecim Pares Franciæ instituit; Sex Ecclesiasticos, eorúmque tres Archiepiscopos, & Duces, Rhemensem, Laudunensem, Lingonensem; Tres Episcopos, & Comites, Bellouacensem, Nouiomensem, & Cathalaunensem; Sex Laicos; In queis, Tres Duces, Burgundiæ, Normaniæ, Aquitaniæ; Tresque Comites; Flandriæ, Tolosæ, Campaniæ, Qui hodie pro Regum arbitrio mutantur.

DE OBITV KAROLI IMPERATORIS.

CAPVT IX.

ANNO Domini DCCC. XIV. Karolus Imperator Gloriosus, Regno, & Imperio suo ampliato, & pacato, statu quoque Ecclesiæ sanctè, & religiosè ordinato, Anno Regni sui XLVII. Porrò Imperij XIIII. moritur, & sepelitur Aquis, Anno ætatis suæ LXXII. Qui pro magnitudine operum, agnominatus est Magnus, Post quem, Ludouicus Filius eius imperauit annis XXVI.

DE

De Sepulturâ Karoli Imperatoris; Prosecutio Capitis IX.

IN Archivis Beati Medardi Suessionensis, De Sepulturâ eius, Cùm essem Iuvenis, quædam legi; Sed sensum; non latinitatem retinui. Illi interfuit Leo PaPa, cum Proceribus Romanis; Multi etiam Episcopi, & Archiepiscopi, Duces, & Comites, Abbates, & alij innumeri. * Corpus Imperatoris defuncti vestibus Imperialibus, & Festivis induentes, auream Coronam Capiti imposuerunt. Deinde super auream Cathedram quasi vivum, & Iudicem sedere fecerunt; Et super genua eius, Textum Quatuor Evangelistarum aureis litteris scriptum collocaverunt; Qui, in dexterâ, manum; sinistrâ verò Sceptrum aureum tenebat. Cathenulam etiam auream diademati coniungentes, & Cathedræ aureæ super quam sedebat, nè caput defuncti decideret, affigentes; scutum quoque aureum, quod Romani ei fecerant, ante faciem eius statuentes, arcam lapideam, in quâ sepultus erat, aromatibus pretiosis replentes, monumentum strenuè sigillantes clauserunt; Obijt autem, Anno Domini DCCC. XIV. V. Kalendas Februarii. Pontifices Romani hi sunt, qui præfuerunt Ecclesiæ ipso imperante. Stephanus, Adrianus de viâ latà, Vir Nobilissimus, Leo, qui à Romanis excæcatus est; Imperatores verò Romani, & Constantinopolitani, hi fuerunt, Constantinus, Leo, Constantinus, & Hyrene Mater eius;

* Qui. Forte.

Constantinus postmodum Matrem suam Imperio privavit; Postmodum Hyrene Imperatrix, super erepto sibi Imperio, fœmineo dolore abusa, Constantinum Filium suum oculis & Imperio privat, & sola annis tribus imperat; Quod audientes Romani, & indignè ferentes se huiusmodi fœminæ esse subiectos; Karolum Regem Francorum, Imperatorem, In die Natalis Domini sibi creaverunt.

Imperatores verò Constantinopolitani, post divisum Imperium, hi fuerunt. Nichoforus * Stauratius, Michaël; Quo imperante, Karolus obijt. *

* Nicephorus, scribunt alij plerique historici, à quibus & lògotheta dicitur.

DE REGNO LVDOVICI PII.

CAPVT X.

ANNO ab Incarnatione Domini, DCCC. XV. Imperavit Ludovicus Filius Karoli Magni, anno primo Leonis Imperatoris Constantinopolitani, super Romanos, & Francos, annos XXVI.

Inter vtrumque Imperatorem, * pax firmatur. Stephanus PaPa, in Franciam veniens, Ludovicum in Imperatorem coronavit.

Anno secundo Imperij sui, Ludovicus mperator exercitum contra Danos mittit; Et per eum Obsides accipit.

Anno III. VVascones ab Imperatore descifcunt: Sed ab eius exercitu edomiti, citò resipiscunt.

Anno IV. Scloamyr Rex Abrotidarum, ab Imperatore Ludovico deficit; Et ad Danos transit.

Anno V. Britones sibi subdidit; Et Bernardum, Regem Italiæ, adversùm se conspirantem, Et indè accusatum, & reum Maiestatis adiudicatum, primò, Regno, & oculis; dehinc vità privat.

Anno VI. Aquis-Grani, generali Conventu habito, Per dispositionem Imperatoris Ludovici, Episcoporum * & Abbatum, aliqua Capitula, ad vsus Regularium, Monachorum addita sunt: Et multa Sanctarum Scripturarum compilatione factà, Clericorum, & Clericalium Sanctimonialium Regulæ constitutæ sunt.

Anno VII. Ludovicus Imperator, partitionem Regni, inter Filios suos factam confirmat Sacramentis Optimatum suorum.

Paschalis Papa, Corpus Sanctæ Ceciliæ Virginis, ipsà revelante invenit aureis velatum indumentis, sanguine ipsius adhuc infusis; Et ipsam, Et Corpora Sanctorum Valeriani Sponsi eius, Et Tyburtij, Et Maximi, Vrbani quoque PaPæ, in Ecclesiam à se eis ædificatam transposuit.

¶ Anno VIII. Ludovici Imperatoris, * In Thuringià, longitudine pedum quinquagenum, * latitudine, quatuordenum; altitudine, sesquipedali, sinè manibus de terrà præcisus & sublatus est, & vltra pedes XXV. translatus est. *Sigebertus scripsit*, precisus & sublevatus est.

Anno IX. Ludovici Imperatoris, Lotharius, Filius eius, in Italiam ab

*Lodovicũ, & Leonẽ, Anno Christi 815. Sig. *Cloamir, Rex Abroditarũ scribit Sige. anno Christi 818. anno Christi 819. *Eporumque scribit Sigeb. 820. Anno Christi 821. Sigeb. *Anno Christi 822. *quinquaginta *scripsit Sigeb.* Andiẽsis verò Monasterij Exẽplar Mont-Eligianũ, & Henniense, eodem modo, quo nostra duo scripsẽre.

ab eo dirigitur. Qui, à Paschali I. PaPà consecratus, Coronam Regni, & Imperatoris, atque Augusti nomen ab eo accepit. *Anno Redemtoris 823. uti volunt recentiores Annaleis, ipso Paschatis die.*

¶ Romæ, quidam Nobilium perimuntur, * pro eo quòd proniores iusto viderentur esse ad fidelitatem Lotharij Imperatoris. *Crimen, apud Imperatorem, reiectum est in Paschalem Papam, qui, se iuramento de hoc crimine purgavit; didicitque Lotharius per legatos, cæsos mori meruisse. Ex Sigo. Atmoino, Baron.*

¶ Terræmotus factus est; multæ Villæ, & Domus, cœlesti igne cremantur. Homines, & animalia, ictu fulminum exanimantur. * Fruges, grandine vastantur: Cum ipsà grandine, veri lapides, immensi ponderis cadunt: Et hæc prodigia grandis hominum mortalitas subsequitur, *Anno Redemtoris, 823. Ex Sigeberto.*

¶ In territorio Tullensi, Villà * Commerciaco, puella duodennis, post sacram Communionem in Paschà à sacerdote susceptam, primùm, per decem menses, pane; deinde, omni cibo & potu, per triennium abstinuit: & posteà, ad communem hominum vitam redijt.

¶ Anno X. Ludovici Impèratoris, in Gallià, ante Solstitium æstivale, aëre in tempestatem repentè converso, ingens fragmentum glaciei, cum grandine cecidit; cuius longitudo, pedes XV. latitudo, sex; grossitudo, duos habebat.

¶ Legati Michaëlis Imperatoris, inter cætera munera, detulerunt Ludovico Imperatori libros S. Dionysij Areopagitæ, * ab eo conscriptos De Hierarchià, id est, De Sacro Principatu, petente ipso Ludovico, de Græco in latinum translatos. Qui libri. Qui libri, Parisius, in ipso sancti Martyris Festo, missi, cum gaudio suscepti sunt. Quòd gaudium, virtus Sancti Martyris auxit, decem & novem ægrotis in ipsà nocte ibi sanatis. *Anno Redemtoris 825. Ex Sigeberti Chronologia.*

¶ Anno XI. Imperij sui Ludovicus Imperator impetravit ab Eugenio PaPà Corpus Sancti Sebastiani Martyris; Et Suessione, * in Basilicà Sancti Medardi collocavit. In Cuius adventu, tanta perpetravit Deus miracula, vt à nullo martalium, vel enumerari, vel enarrari possint. *Id, membrana quadam Sancti Medardina pervetusta, refert ad annum Incarnati Verbi divini, DCCC. XXV. Id autem Ado docet intelligendũ de parte tantummodo Corporis Sancti Sebastiani.*

* Theodorus S. R.E. Primicerius, & Leo, Nomenclator, decollati fuere, ob fidē ergà Lotharium. Interfectores, ex familia S. Petri extitere. *Vide Appendicē ad Atmoinũ.*

* Examinantur. *habent exēplaria, Andrense, Mōt Eli. & Henniniense,*

* Villæ nomen, Andreano, & præcedēti ęvo, perinde sonare, atque Vrbis, & Oppidi passim observa.

† †

* Areopagitæ, *lego, ap. Andrense, Mont-Elig. & Henniniense, exēplaria MSS.*

¶ Anno †

* Suessiones, *ap. Mont-Elig. Andrense, & Henniniacense: lego.*

Anno XII. Ludovici, Corpora SS. Marcellini & Petri, Martyrum, de Româ sublata, industriâ Einardi Capellani eius, & in Franciam translata, multis signis clarificata sunt. Anno 826.

¶ Corpus etiam Sancti Gregorij PaPæ, ad Vrbem Suessionis translatum esse dicitur.

Anno XIII. Amalarius,* Librum de Officijs Ecclesiasticis ad Imperatorem Ludovicum scripsit;* Angelonius etiam ad eundem Imperatorem Tractatus in libros Regum edidit.*

Anno XIV. Italicus Ludovici Imperatoris exercitus classe in Africam* transvectus, conserto prælio magnam Afrorum stragem fecit; *Duce Bonifacio Comite; addunt Aimoinus & Sigonius ad annum 828.*

¶ In VVasconiâ, annona de cœlo pluit, frumento similis; sed grana breviora, & rotundiora habens.

Anno XV. Contra Ludovicum Imperatorem commotio, & simultas filiorum eius, & Optimatum exoritur.

¶ *Narrant, Filiorum ex culpâ, natas hasce dissentiones intestinas sub optimo Parente, quibus studia, & licentia morum Iuditha Reginæ; promotio Bernardi Hispani, Hispaniarum limitum, & Barcinonensis Comitis, ad Imperatorij cubiculi præfecturam; Ducum aliquot, qui socorditer adversùs Bulgaros & Mauros egissent; & Episcopi nonnulli haud satis prudenteis, occasionem dedissent; Aimoïnus, lib. 4. Sigon. Annaleis Francorum, & Baronius; Vide annaleis, ab annis 827. 28. 29. in annum 834. & 35. quibus, Ludovicus Imper. Occident. Filios Ludovicum, & Pipinum, venia donavit: & idem Pius Pater, Lotharium item Filium, (licet solus ille publicam hancce lætitiam, Cabilonensium cladè turbâsset,) in gratiam tandem recepit; duobus Episcopis, quorum male sano suasu, optimus Imperator fuisset in Monasterium Sancti Medardi, ad muros Suessionensis Civitatis situm, detrusus, dignitate nudatis, Decreto certi Conventus Episcoporum, & aliorum, habitI Conventus; in Theodonis Villâ: vernaculè, A THEON-VILLE, haud procul à celeberrimo, & sanctissimo Asceterio Lobiensi, Ordinis Sanctissimi Patris Benedicti. Habet hisce de rebus plura, προλεγομένων præfectum huic Andreanæ Synopsi opusculum nostrum.*

Anno XVI. Gregorius PaPa, dolens crebris Sarracenorum incursionibus vexari, & vastari Suburbium Romanæ Vrbis, circà Ecclesiam Apostolorum Principis Petri; intendit illic novam Vrbem ædificare. Ad quod, consilio & auxilio Imperatoris Ludovici animatus,

---

* Sive Fortunatus, Alcuini Discipulus.

* Scribit, ap. Andrense.

* edit. ap. Andrense.

* Affricâ, Affrorû lego ap Andrensem Codicem MS.

matus, novam fabricam cœpit, *quam Leo quartus, qui eam perfecit, Leoninam postea nuncupavit, Vide Anastasium Biblioth. ad annum 829.*

Anno XVII. Ludovicus Imperator, adversantes sibi, * alios exauthoravit; alios, bonis privavit; alios, exiliavit: Ac, per hoc, Filios, & Optimates suos magis contrà se exacerbavit.

* quosdam *lego ap. Sigebertum nostrũ MS. & ap. im̃cusum.*

Anno XVIII. In Galliam veniens Gregorius PaPa, contra * Imperatorem, cum Filijs, agebat.

* APPENDICVLA, *ad Verba,* Contrà Imperatorem, cum Filijs agebat.

Parum cautè rursus noster hîc Andreas sequitur verba Sigeberti sui Gemblacensis, qui hacce iterum figmenta posteritati concinnârit. Nec est propter-ea, cur iusti irrideatur simplicitas. Nihil enim minùs noverat Silvius, noster, quàm Mundi Sapientiam illam, quâ, (vt D. Greg. sanctè monebat, Moralium suorum lib. 10. cap. 27.) cor machinationibus tegitur, sensus verbis velatur; quæ falsâ sunt, vera ostenduntur; quæ vera sunt, falsà demonstrantur; sed, vt gradiebatur simpliciter, ambulabat confidenter. Necdum enim Sigeberti fama laboraverat; necdum, eius avo, Sigebertus fuerat dictus Schismaticus à Baronio, Bisciola, Spondano, & alijs eiusdem Limæ Scriptoribus Ecclesiasticis Illustribus.

Verba proindè Sigeberti nobis simpliciter reddidit, hoc loco, noster Silvius. Cæterùm, certa hac est à Sigeberto calumnia conficta, quà Summum Pontificem, Gregorium quartum, non dubitârit falsò asseruisse, Filijs in Patrem conspirantibus favisse.

Etenim, Gregorius PP. eo nomine 4. pietate, misericordià, alijsque omnibus virtutibus insignis, divinis & humanis litteris apprimè eruditus, venit certè in Galliam, vt pacem inter optimum Parentem, & Filios armatos componeret; & ad ea, quæ priùs obvia habuisset castra filiorum accessit; quòdque, in ijs, diutiùs fuisset commoratus, in suspicionem quidem est apud Ludovicum Imperatorem Pontifex adductus, quòd filijs studeret, atque impensiùs faveret; sed, cùm ad Imperatorem Ludovicum Pium is postmodò accessisset, contestatus Gregorius, se, haud aliam ob causam Romà profectum, quàm, vt pacem conciliaret: ab Imperatore pio, rursum ad filios missus est, rem cum ipsis pertractaturus. Cum verò, ex sententià Summi Pontificis, & Imperatoris nihil evenisset; re infectà, Gregorius Romam moerens est reversus, (proüt verius & certiùs observavit Autor Appẽdicis ad Aimoinum.) Cùmq; certissimè constet, Gregorium PaPam rescidisse impium de pio Imperatore Patre abrogando Decretum Episcoporum malè sanum; & permulta postmodò passum eumdem à Lothario Ludovici Pij filio,

filio, (prout testantur P. Æmilius, & Auctor, qui Appendice historiam auxit Annonij, seu Aimoini,) hisce in dissidijs, Ludouico Patri Pontificem Gregorium potiùs, & certius fauisse, quàm Filiorum armatorum conatibus sceleratis, satis reuerà patet. Monasticæ proindè simplicitatis hic fuerit error, quo ductus noster Siluius, haud satis diligenter hac discussà caussà, nobis reddiderit verba Sigeberti, sæpiùs allucinantis, & à vero iudicio aberrantis, Imperatorumq; potiùs studentis partibus, quàm Pontificum Romanorum. Id quod multis locis notant Baronius, Bisciola, Spondanus, & Iac. Gretserus, grauissimi Scriptores. Stylum suum, Domnus Andreas noster, hisce nobis adtexat verbis; ad annum Redemtoris 832.
Imperator, Vxorem suam Iudith, quasi causam malorū, abdicauit.

¶ Anno XIX. Ludouicus Imperator, à suis desertus, & proditus, & in potestatem Filiorum redactus, Episcoporum iudicio arma deposuit; &, ad agendam pęnitentiam, in Monasterio Sancti Medardi inclusus est.

¶ Sol & Luna, per Eclipsim deficiunt.

Anno XX. Ludouicus Imperator relaxatur; arma, Imperium, & Vxorem recepit: ac Filium Lotharium in Italiam redire coēgit.

Anno XXI. Imperij Ludouici, Ebbo, * Remorum Archiepiscopus deponitur, alijq; multi, qui cum eo, in dejectionem eius * conspirauerant, damnantur, & exiliantur.

Anno XXII. Ludouici Imperatoris, Northmanni, Dorestadum, * & Frisiam totam depopulantur.

Anno XXIII. Imperatoris Ludouici. Northmanni, iterum Gallias grauiter infestant: Andouerpum * Oppidum, & VVillant, Emporium, situm iuxta ostium Mosæ, incendunt, & à Frisonibus tributum accipiunt.

Anno XXIV. Northmanni VValagram * Insulam vastant, & tributum exigunt.

Anno XXV. Ludouicus Imperator, Filio suo Lothario sub fide ad se venienti reconciliatur eique dignitatem Imperij, & Regni coronam tribuit.

¶ Cometes in Signo Arietis apparuit; &, per aliquot dies, plurimi, instar stellarum igniculi, per cœlum discurrere videntur: *Solisq; deliquium contigit tantum, vt dies à nocte nihil videretur differre. Anno 840.*

Ludouicus Imperator moritur anno Imperij sui XXVI. Verbi autem

Anno Domini, 833.
* Ebdo, ap. Sig.
* Ludouici Imperatoris, scripsit Sigeb.
* Dorestatum ap. Sig.
* Aliàs, Antuerpiam.
* VVitlant, ap. Sigeber. ad annum 837.
* VValchaum ap. Sig.
†

tem incarnati DCCC.XL. Porrò, Theophili * Imperatoris Constantinopolitani anno XI.

Princeps hic verè Pius, morbo correptus, insignia Imperialia misit ad Filium Lotharium: Ludovico Filio longè absenti, veniam delictorum concessit: thesaurisq́ suis, Ecclesijs compluribus, & pauperibus distributis, Ligno Sanctæ Crucis adorando pectus suum muniens, in ipso mortis articulo, Cacodæmones sibi apparenteis fugavit, oculisq́ ad cælum elatis, lætus ad Deum ex hàc luce migravit, ætatis anno 64. Imperij 27. 12. Cal. Iull. estq́ Sepultus in Asceterio Inclyto Sancti Arnulfi apud Metenseis. Hæc pluribus Ado, & Ludovici domesticus, qui ipsius res gestas descripsit.

Lotharius, Filius eius, solus Regnum vsurpans, imperat annis XV.

¶ Romani Pontifices, a. b. * qui tempore Ludovici Imperatoris Sanctæ Ecclesiæ præfuerunt, Leo III. Stephanus IV. * Paschalis I. Eugenius II. Valentinus, Gregorius IV. qui & Leo dictus. Hic constituit, * & Ludovicus Imperator, vt in Galliâ, & Germaniâ, Festivitas omnium Sanctorum Kalendis Novembris celebraretur: quam Romani, ex instituto Bonefacij PaPæ celebrabant.

Et hi fuerunt Imperatores Constantinopolitani, Leo V. Armenus, Michaël 2. Balbus, Theophilus. Eo imperante, mortuus est Ludovicus. Inter tres Fratres, pax in annum firmatur.

¶ *Hæc Pontificum Romanorum series, & Imperatorum nomenclatura Constantinopolitanorum, quæq́ subtexuntur hactenus, hoc quidem loco non leguntur, apud Exemplaria MSS. Mont-Eligianum, &, (quod ad me destinavit Clarissimus Dominus, DN. Tussanus des-Barbieux, Insulanus,* Toparcha des Prez, Iuris vtriusque Licentiatus) *Andrense; sed ordine præpostero, apud illa subijcientur notanda.*

*Exêplar Andrense legit Theophi.
* X. ap. Sigebertum: vndecimo, ap. cæteros Chronologos.
a. b.
* rectius, Valecentendus.
* Anno Domini 895.
a. b. *.

DE BELLO TRIVM FRATRVM, FILIORVM EIVS, SVP. LVDOVICI IMPER. LOTHARII, Ludovici, & Karoli, apud Fontandum.

CAPVT XII.

HVNC *quoque Titulum non habet Andrense MS. Exemplar; vti; neque totum; Mont-Elig. Codex.*

¶ Anno Dominicæ Incarnationis DCCC. XLII. Cometes in Signo Aquarij apparuit.

Tribus Fratribus, Filijs Ludovici Imperatoris, Lothario, Ludovico,

vico, & Karolo, de Regni partitione discordantibus, conseritur inter eos pugna, in Pago * Altisiodorensi, apud Villam * Fontiniacum; &, tanta cædes vtrinque facta est, vt nulla ætas meminerit tantam stragem hominum factam fuisse in Gente Francorum: &, ita vires eorum ibi attenuatæ sunt, vt iam, nec suos terminos ab externis tueri possent. Victoria tamen Karolo & Ludovico provenit.

¶ Romani Pontifices, qui tempore Ludovici Imper. Ecclesiæ præfuerunt &c. *Præposterum ordinem hunc rerum gestarum, superius paullò iam indicavimus subsecuturum: Vndè nunc, vti talem prætermittimus; &, ad ea, quæ, tùm à nostris domesticis Exemplaribus, tùm, & à ceteris Manu-scriptis, pariformiter subÿciuntur; transilimus.*

Dividitur Regnum, in tres partes. *Ita quidem legunt Codices MSS. Andrensis, & Mont-Eligianus, atque Henniacensis, & Vedastini: Nostra vero domestica Exemplaria MSS.*

† * Altiodorense, ap. Andrense, & Mont-Elig. Exemp. Antisiodorensi, ap. Sigebert. * Fontanedum, ap Sigeb anno 841. Fontanicum, ap. Philip. Bergom apud Annales Frãcorum, Fontoniacum, ipso die Resurrectionis Christi. a. b.

DE PARTITIONE (*aiunt*) REGNI, IN TRES PARTES; IN QUA, FRANCIA, CESSIT KAROLO.

CAPUT XIII.

DESCRIPTO in tres partes Regno, Fratres, ad Vrbem Galliæ, Virdunum, * conveniunt, & inter se pacificantur. Et datis, & acceptis invicem Sacramentis, quisque, ad descriptas sibi partes Regni tuendas revertuntur.

Karolus, accepit Occidentalia Regna, à Britannico * Oceano, vsque ad Mosam Fluvium: In quà parte, ex tunc, & modò, nomen Franciæ remansit.

Ludovico, Orientalia Regna cesserunt: Omnis scilicet Germania, vsquè ad Rheni fluenta; & aliquæ trans Rhenum Civitates, cum adjacentibus Pagis, propter vini copiam.

Lotharius, qui Major natu erat, & Imperator appellabatur, omnia Italiæ Regna tenuit, cum ipsà Romà, necnon & Provinciam, & mediam partem Franciæ inter Schaldum [b] & Rhenum, quæ, mutato nomine, ab eo denominatur Lotharingia.

Post factam ergò divisionem, Karolus regnat in Franciâ, annis XXXIV. Ludovicus autem Frater, in Germaniâ, annis XXXIII.

* Vrridunũ, lego, ap Mõt-Elig & Andrensem Codices MSS. * Occeano, ap. Exemplaria, Mõt-Eligianũ, & Andrense. b. Graldam & Rhodanum rectiùs scripsit l. Philip. Bergomas l. 10.

Nota Lotharingiam, à Rege Lothario dictam.

DE

DE REGNO KAROLI CALVI, FILII LVDOVICI, IN FRANCIA; ET, QVOD EO REGNANTE, Northmanni Regnum Francorum pænè destruxerunt: De plagà locustaum; De Translatione Sancti Amati.

CAPVT XIV.

ANNO Domini DCCC. XLIV. Karolus, cognomento Calvus, Filius Ludovici Imperatoris, anno tertio Lotharij Imperatoris Romanorum, XIV. autem Theophili Imperatoris Constantinopolitanorum, cœpit regnare in Francià; & regnavit annis XXXIV.

Northmanni, Regnum eius graviter infestant; & vsque Parisius navigio veniunt. Cum Fresonibus tribus prælijs confligunt. In primo, victi: in duobus, victores existunt.

Karolus, cum Britonibus infeliciter pugnat *c. Leo PaPa, * decrevit, vt dum Missarum sacra solemnia celebrarentur, nullus ex Laïcis in Presbyterio stare, vel sedere, vel ingredi præsumat, nisi tantùm sacra Plebs, quæ ad ministrationem sacri officij constituta est. Decrevit etiam, vt Octavæ Assumptionis Sanctæ Mariæ in Ecclesià Romanà celebrentur. Quod antè non fiebat.

Sancta Helena Imperatrix, à Filio suo Constantino, Romæ, in Ecclesiа Sanctorum Marcellini & Petri, in Mausoleo purpureo sepulta, ad Franciam, à Theogiso Monacho transfertur, &, in Diœcesi Rhemensi magnà Francorum veneratione excolitur, *in Monasterio de Alto Villà, addit vetus Chronicon Anonymi.*

Franci, à Böemanis, * gravi prælio vincuntur. Cui bello, malignus Spiritus se præfuisse, per os arreptitij protestatus est: &, per se, &, per socios suos, Spiritus scilicet superbiæ, egisse, vt Franci terga verterent. *Aventinus, narrat, primò victores fuisse Francos: sed natam inter victores Duces discordiam, insigni cladi postmodò Francorum causam ibidem dedisse.*

Karolus Rex Francorum, Filios Fratris sui Pipini Regis, Pipinum & Karolum, Regnum inquietantes capit; & in Monachum attonsos, in Monasterium trudit. *Anno 852. Ex Sigeberti Chronologià.*

Northmanni, Vrbem Nannetem invadunt: Episcopum, Sabbatho Sancto Paschæ baptismum celebrantem trucidant; Clerum & po-

Anno Redēptoris 846. c. * Vide Guicard. ad annū 844. sub Duce Neomenio.

* id nominis 4. Anno Christi 847. Ex Sigebertо.

Anno Christi 849. Ex Sigeberti Chronologià.

* seu, à Bohēmiis Gallorū Imperiū nolentibus ferre;.

Anno Christi 849.

pulum perimunt. Inde * Andegavos, deinde, Turones * occupant: &, vt tempestas, omnia diruunt: Templum etiam Sancti Martini incendunt.

*Andegavis. *Turonis, ap. Sigeb. & Codices MSS. Andrenii & Mont. Elig. legitur.

Anno 853. Ex Sigeberto: Qui, in annum Redemtoris sequentem 854. Titulo, Ioannes PaPa Anglicus: *(vti, & Marianus Scotus,) fabulam absurdissimam, de Ioanna Papissa, coniecit; quam, is idem, IOANNEM ANGLICAM, vocârit; alij, Ioannem septimum; alij, octavum; alij, nonum; cùm tamen certissimum evadat, omnes illos exstitisse Pontifices Romanos legitimos, nempe, Ioannem septimum, octavum & nonum. Huius autem fabulæ assertores, dum dissimilia prorsus, in hac ementitâ Papissâ, nomina comminiscuntur; alterum destruit alter. Fingunt enim horum alij, fœminam hanc Ioannam, antequam esset ingressa ad Pontificatum post Leonis 4.* obitum; vocatam *fuisse Agnetem; alij, Gilbertam, Isabellam, alij; alij, Margaretam, Tuttam, vel Dorotheam denique alij: præterquam, quod alij, Germanam natione, & Sigebertus, Gemblacensis, Ioannem Anglicum dixit, Ioannam, natione ratus Anglicanam. Quid iuvat, in medium protulisse, quàm, & ijdem absurdissima fabulæ textores, variè inter se digladientur, & de anno concertent, quo Ioanna hæc, in ementito consederit eorum Pontificatu; dum, & eorum nonnulli, annum, quo illum inierit, voluêre sexcentesimum quinquagesimum tertium exstitisse; alij, sexcentesimum octogesimum sextum, post nimirum Ioannis quinti, Pontificis Max. obitum; alij, octingentesimum quinquagesimum tertium: Sigebertus vero, (quem Baronius, Iacobus Gretserus, Bisciola, Spondanus, Schismaticum dixêre,) hunc illi annum consignârit 854. vt, nulla omninò sit historia, de nomine, loco, tempore, & rebus, quæ describuntur, adeo varia, & mendax; quæque omni prorsus verisimilitudine carere evidentiùs perspiciatur.*

Demiror proinde, interdum eruditos occupari Viros, in hoc figmento, quod sit penitùs contemnendum, confutando. Vixit Marianus ille Scotus, post tempora Leonis 4. cui falsò fertur successisse PaPa Ioannes Anglicus. fœmina, annis, plus, minus 200. nec antè Marianum hunc, vlli vmquam in mentem venit hoc fabulari de Romana Sede. Confictum fuerat olim persimile mendacium in Ecclesiam Constantinopolitanam. Poterant & perfacilè Schismatici, potentes & armati, hanc & accedentē calumniam, tempore sui Mariani, perversè rursùs excogitâsse, & excitâsse, in, & Ecclesiam Romanam, quam ijdem, tunc temporis, quibus poterant calumnijs proscinderent, & omni odio prosequerentur: ac ita demum, vt eam, ab ipsis famâ vulgatam acceperat, Marianus, quis non intelligat suo tempore scriptis

ſcriptis mandàſſe? Quis, & eiuſdem limæ Scriptorem Sigebertum quoque, triginta poſt Marianum annis eamdem eſſe proſecutum, facilè non conſpiciat; vt ille, in ſuà Chronographia, hanc depinxerit fabulam, quam nullà teſtificatione firmàrit, ſed famà tantùm aſſeruerit efferri? Cæterùm, contigit ſubinde, vt eos improvidè ſecuti, complures, eadem ſcriptitàrint, aliiq́, alia addiderint; vt mendacia ſumerent vires: adeòq́, vt, & maiorum res proſecuti pij viri, quæ de hiſce ſcripta invenerant, ſine ſufficienti delectu, & ipſi, ſcriptum in poſteros tranſmiſerint. Nobis, hocce delirium, quod illi de ſuà Ioannà Papiſſà, effutiverint, ad originem revocàſſe, tranſeuntérque refutàſſe, ſatis eſto. Tu, lege per otia maiora, Anaſtaſium illius temporis Scriptorem, Onuphrium, Genebrardum, in ſuo Benedicto, Baronium, qui, commentum hocce abundè confutàrunt. Sed, & legere collibeat, pietate, atque doctrinà inſignis illius Viri Florimundi Remundi Aginnenſis Aquitani, Regij Conſiliarij in Parlamento Burdegalenſi Commentarium illum locupletiſſimum, inſcriptum;

Error popularis, De Ioannà Papiſsà, *quo, adeò fortiter, & feliciter proſtravit monſtrum illud horrendum, Novatorum induſtrià phaleratum, & ſcriptorum vanitate, ſeu levitate efformatum; vt, quæ non erubuerint conſcripſiſſe; eos nunc perpudeat, vel vmquam ſomniaſſe. At verò, non caret ſanè, hoc loco, ſuà eximià laude, noſter Andreas, apud quem, altum vbique ſilentium obſerva eſſe, de huiuſmodi productæ à Sigeberto, Fabulæ falſitate; quam prætergreſſus prudenter Andreas;*

Hincmarus (inquit,) Remorum Archiepiſcopus, ſub Karolo, in Francià claruit; qui, vitam Sancti Remigij ſcripſit.

Northmanni, qui per XX. annos, Franciam nimis attriverant, in patriam ſuam reverſi, inteſtino inter ſe bello, vſque ad internecionem delentur: vt, de Regià ſtirpe eorum, nullus, niſi vnus puer,* remaneret. *Anno* 854 *Ex Sigeberti Chronographià.*

* Nomine Sivardus. V. *Vetus Chronicon Pithai.*

¶ Terrę motus, aëris inſolita commotio, turbines, tempeſtates, grandines, fulmina, multa, multis modis incommoda hominibus inferunt. Quidam etiam homo, igne cœleſti conſumptus eſt, veſte illæsà manente. †

Franci, ſuper crudelitate Karoli Regis ſui, apud Ludovicum Fratrem eius expoſtulant: & eum ad regnandum ſuper ſe contrà Karolum invitant. (Anno 855.)

Quod ille inconſultè aggreſſus; turpiter alienis exceſſit finibus: *partim ſuaſu Epiſcoporum, partim rebellione Sorabica revocatus, addit Vetus Chronicon Pithai. ad annum* 859. *& Regnum* (Anno 858. Ex Sigeb.)

ex in-

ex insperato salvum Carolo mansit.

Principibus Karoli Regis inter se discordantibus, Britones, destitutam auxilio terram invadentes, vsque Pictavos, omnia vastando, veniunt: Quos redeuntes Rex Karolus prosecutus, in Britanniam intrat; & pugnâ consertâ, Franci vincuntur; Britones, in cæde * eorum grassantur.

Numeneus, * Rex Britonum, dum instaret Regnum Francorum depopulari; visum est ei, assistere sibi Sanctum Maurilionem, * Andegavensis Vrbis olim Episcopum; à quo, in capite baculo percussus, iram DEI, morte sequutâ * persensit.

Herispio, a. Filio Numenei, b. à suis perempto, Salomon, Filius eius, super Britones regnat: & Karolo, contra se venienti, confœderatur.

Vetus Chronicon Pithœi, Regino, Sigebertus, Andreas Marcia. & alij Chronologi, valdè discrepant hoc in anno consignando, quo, peremto Erispoio, Neomenij Filio, successerit Salomon hic, Britanniæ minoris Rex dictus; sed, pendens à Rege Francorum Carolo Calvo. Existimârim equidem cum recentioribus Chronographis, & Scriptoribus historicis, illud contigisse, anno Regis Francorum, Caroli Calvi vndecimo, Orbisq; à Iesu Christo redemti 851. Indictione 14.

Northmanni, Galliam repetentes, Namnetis, Andegavi, Pictavij, Turonis términos depopulantur.

Quibus occursantes, Dux Aquitaniæ, Ragnulfus, & Robertus Fortis, Marchio Andegavensis, dum ipsi incautè præliantes perimuntur; cæteri, à Northmannis, vt oves à lupis, acervatim sternuntur.

Aliqui Annaleis, ad annum hunc eumdem 851. tradunt hosce Northmannos, seu Danos è Cymbricà Chersoneso rursum egressos ingenti manu, iura divina & humana violanteis, in agro Nannetensi, & Turonico cæde, & incendijs, rapinâq; omnia miscuisse; atque demùm, partem, ijs mitigandis, Regni Gallici, quæ Neustria diceretur, ad habitandum, à Carolo Rege fuisse concessam, cum floreret Angelonus Benedictinus, pius iuxtà ac doctus, qui, in Cantica, & Regum lib. eruditissimè scripsit.

ORIGO HVGONIS CAPET, QVI REGNVM INVASIT. Mont-Eligianum, & Andrense MSS. Exemplaria; Nota (*aiunt*) Originem Hugonis Capet, qui Regnum invasit.

Prosecutio

* Sedæ, ap. Sig. ad annû 859.
* Neomenius, ap. alios *Scriptores histor.*
* Maurilium, *ap Sigebertum.*
* sequutâ. *desideratur ap. cætera Exemplaria*
a. Erispoio,
b. Neomenij *scribunt recentiores historici.*

Prosecutio Capitis XIV.

¶ ISTE ROBERTVS,* Pater fuit Odonis, posteà Francorum Regis, & Roberti, Fratris eius. Hic verò Robertus, Pater fuit Hugonis Magni, qui fuit Pater Hugonis Capet, qui vsurpavit Regnum Francorum, contrà Karolum Consobrinum suum, sicut in sequentibus narrabimus.

Andegavensis Comes, addit R. Guaguinus.

Karolus, Rex Francorum, defuncto Fratruele suo Lothario, dum Lotharingiam solus vsurpare nititur; per moderantiam, & industriam Fratris sui Ludovici, Germanorum Regis, ad hoc attractus est, vt æqualiter inter se Regnum Fratruelis * dividerent, *28. Iulij, Anno 876.* * *quo, cum Comitatu Burgundico, Delphimatus, & Provincia, citeriorq́ Lotharingia obtigerunt Carolo Calvo; Ludovico autem Germaniæ Regi, attributa est vlterior Lotharingia. Consulantur Baronius, Sigonius, Regino, & Aimoinus, lib. 5. cap. 26 qui hacce prolixè habeant enarrata.*

*Lotharij.

Antonius Augustin., & Annales editi à Pithœo hęc reicerunt ad Eidus Septembris Anni 872.

Karolum Regem Francorum, domestica calamitas in filijs suis afflixit. Siquidem, Karlomannum in Clericatu, vsque ad Diaconatus officium provectum, ipse Pater cepit, & excæcavit; pro eo quòd, ad apostasiam conversus, & omni genere nocendi regnum perturbans, alter quidam Iulianus erat. *Vide Aimoinum, ad annum 873.; Et Franc. Annaleis.* Porrò, alter filius eius Karolus, dum inconsultè voluisset experiri expertam cuiusdam Albuini militis fortitudinem, & solus, soli congressus fuisset, ab eodem Albuino, ignorante quisnam esset, peremptus est; *Anno 873. prout produnt Franc. Annaleis, ex quibus habeo, quod is fuerit invasus à malo dæmone, iusto Dei iudicio, quia in Patrem conspiràsset; proüt ipse fassus est, postquam ab adversâ potestate liberatus fuisset.*

¶ † Locustæ, Galliam depopulantur innumerabiles, cæteris locustis maiores, sena alarum remigia, * sex pedes, duos dentes lapide duriores habentes, vt castrorum acies turmatim volantes; Duces, cum paucis, itinere vnius diei præmittentes, ad metanda loca venturæ multitudini; Circà horam nonam ad locum previsum venientes, ibique Solis ortum expectantes, per spatium vnius diei aërem velabant, ipsum Solis splendorem obnubilantes; ore lato, extenso intestino, omnia viridia in herbis & arboribus vastabant, spatium diurni itineris, quatuor aut quinque millibus extēdentes. †

*sena, imina. ap. Sigeb. ad annum 874.

Hoc miserabili spectaculo vsque ad mare Britannicum pertransientes, tandem, flatu ventorum in profundum maris dimersæ: sed, æstu Oceani ad littus rejectæ, * ex putredine suâ aëre corrupto, multos perire fecerunt. Secuta fames valida, multos consumpsit inediâ, * & * pænè tertia pars hominum consumpta * est. *I. Philip. Bergomas, lib. 10. fames, & pestis, maximam (AIT) & generalem hominum mortalitatem suscitârunt.*

* deiectæ ap. Andrëssem & Mont Eligian. Codices MSS.
* & pestis, addit Regino, lib. 2.
* vt, ap. Andream. & Mont Elig.
* fit, ap. eosdem Codices MSS.

¶. Hiems, solito asperior, & prolixior: Nix, & gelu, à Kalendis Octobris, vsque ad vernale æquinoctium.

Northmanni, Vrbem Andegavis, quasi in eâ habitaturi cum suis omnibus, occupant. Ad quam oppugnandam, Karolus Rex, ascito Salomone Britonum Rege, multis diebus eam obsedit. Sed, cùm Northmanni, ad desperationem adducti fuissent: Rex, invito exercitu, pecuniâ ab eis acceptâ, egressum eis annuit; eisque, hoc pacto, pejora faciendi locum dedit.

Anno 873. Ex Sigiberti Chronologiâ.

De Translatione Sancti Amati. Prosecutio Capitis XIV.

Anno DCCC. LXX. ap. Mont Eligianũ Exemplar MS.

* sive Northmannorum, Ita namque vocitatur, ap. Gallel. Nangiac. ad annum 881.

ANNO Dominicæ Incartionis DCCC. LXXV. * Imminente Danorum persecutione, Fratres, DEO & Sancto Amato, apud Villam, ab antiquis, BROILVM, à modernis verò Meuri-Villam vocatam, servientes, Corpus sui Patroni, Duacum, propter sævitiam Danorum, * munitum Castrum, deportaverunt: &, in sui Iuris Ecclesiâ, In honorem Sanctæ DEI Genitricis Mariæ, in fundo Sancti Mauronti, ab Antecessoribus suis constructâ, posuerunt.

DE EO, QVOD KAROLVS, SIT FACTVS ROMANORVM IMPERATOR: ET, De Comitatu Flandrensi.

CAPVT XV.

ANNO Dominicæ Incarnationis DCCC. LXXV. Ludovico Imperatore Romanorũ mortuo, Karolus, Rex Francorum, Patruus eius, in Italiam perrexit; Et pars maxima populi

populi eiusdem Provinciæ, eum cum pace excepit. Karlomannus, nepos eius, cum exercitu veniens, iter illius inquietare conatus est. Sed, nuncijs intercurrentibus, ad colloquium mutuum devenerunt: & pace inter eos factà, Karlomannus reversus est in patriam suam. Karolus, iter quod arripuerat, pertendere studuit; donec ad limina Apostoli Petri perveniret. Nam, X. Kal. Ianuarij Romam ingressus, à Ioanne, 8. PaPà, honorificè susceptus est: & in die Nativitatis Domini, à prædicto PP. benedictionem Imperialem accepit; * multísque honoribus muneravit Sanctum Petrum, & prædictum PaPam; sicque remeavit in Franciam. Sed, ei statim, à Ludovico Fratre suo, Germaniæ Rege, bellum paratur, quòd, se inconsulto, solus Imperium Fratruelis vsurpaverit. *Anno 876. ex Sigeberti Chron. quo, hic Ludovicus invadens Italiam, & Galliam, quà muneribus & arte, quà armis est repulsus.*

Britones, Rege suo Salomone mortuo, pro contentione regnandi, intestino inter se colliduntur bello; sicque, inviti cessant à Galliæ exterminio.

Karolus Imperator, post adeptum Imperium, * vltrà se elatus, consuetudines Francorum vilipendens, Græcam gloriam, & insolitos habitus affectabat: & talari Dalmaticà indutus, & desuper baltheo accinctus pendente vsque ad pedes; capite verò involuto velamine serico, & diademate superimposito procedebat. Et, cùm esset lepore timidior, & hostes fugere, quàm fugare paratior, Fratrem suum Ludovicum lacessebat, minatus tantas copias se conducturum, vt ab equis flumine exhausto, ipse per aridum alveum, Germaniæ Regnum intraret.

Ludovico Rege Germanorum mortuo, * Karolus Imperator, de morte fratris sui gavisus, iniustitiam, quam contra fratrem conceperat, contra filios fratris perficere paratus; cum quinquaginta, & eò amplius hominum millibus, Regnum eorum aggressus, Coloniam vsque venit. Filijs Ludovici aliàs occupatis, Ludovicus Iunior, legatione ad Patruum missà, rogabat ea quę pacis sunt. Quod, cùm impetrare non posset, viriliter eum bello excepit, eumque victum cum nimio exercitus damno, & multo dedecore fugere compulit.

¶ Ingruente in Germanià pecorum pestilentià, dum canes vndique collecti, cadaveribus incumberent; ita repentè * disparuerunt, vt nec vivi, nec mortui reperirentur.

* Anno 875. Indictione nonâ inchoatâ.

* & confirmatū, Ticini à Ioanne 8. PP. anno 876.

* Fràcofurti, anno 876. Cal. Septembris. A quo tēpore; Sigonius scribit, Titulum Imperatoris, Beneficium Pōtificis extitisse, & à Pōtificiâ cōsecratione recensitos Imperij annos.

* repētè, *desiderantur ap. Andrē. sē Mont-Eligianū, Vedastinum, & Hennimensem Codices MSS.*

Karolus, in diversis locis per Franciam, Sanctorum Ecclesias, aut ædificavit; aut restauravit: *Et, quantam pietatem Ecclesiæ Sanctæ Ricttrudis de Marcenis impenderit, suo loco dicetur.*

Apud Compendium, quam Karlopolim, ex nomine suo appellavit, quia ibi Civitatem magnam facere disposuerat, Ecclesiam Sanctorum Cornelij & Cypriani construxit: Et in Palatio suo, Ecclesiam Sanctæ DEI Genitricis, in eodem loco: Quas pretiosissimis reliquijs adornavit. Scilicet, Coronâ spineâ Domini, Sindone, Sudario, & eiusdem Spongiâ. Reliquias etiam SS. Cornelij & Cypriani, Corpus S. Cornelij, & Caput S. Cypriani [a] eôdem invexit.* In quorum adventu, composuit Responsorium, quod cantat Ecclesia, CIVES APOSTOLORVM, &c.

[a] a. desiderantur hæc duo verba, & SS tituli, ap Codices MSS Mont Elig. Andrew. Henniniensis ediditi... (*a. desiderantur hæc duo verba, & SS tituli, ap Codices MSS Mont Elig. Andren. Hennini V ed ijti auin.*)

Apud Karrosium, in Aquitaniâ, Monasterium ædificavit, in quo posuit DOMINI præputium.

Karolus Imperator, contra voluntatem Coniugis suæ, & omnium hominum suorum, secundò profectus est in Italiam: occurritque ei Ioannes PP. apud Papiam, ibiq; se mutuò salutaverunt. Cum autem essent ibi, subito nunciatum est eis, Karlomannum, Filium Imperatoris Ludovici, cum manu validâ supervenire. Audiens hoc Imperator, valdè contristatus est, eò quòd non habebat exercitum, per quem ei resistere posset. Deditque Ioanni PaPæ munera, quæ Sancto Romæ deportabat Petro. Inter quæ, Crucifixum aureum dedit, qualem non habuit ab vllis Regibus factum. Ipse verò, per Alpes in Franciam repedare voluit, sed, (vt dicunt) à quodam Sedechiâ potionatus Iudæo in loco, qui dicitur Mantua, intrà Alpes posito, pridie nonas Octobris, Indictione vndecimâ,* anno Domini DCCC. LXXIX. * Regni verò XXXVII. Imperij autem secundo, vitam finivit præsentem. Corpus verò eius, in eodem Regno, Vercellis, in Monasterio Sancti Eusebij, in Loculo reposuerunt. Posteà translatum est in Franciam, & sepultum est in Monasterio Sancti Dionysij honorificè, retrò majus Altare.

* vel fortassis, decimâ Anno Christi 877. iuxtà supputatione P. Æmilij Sigo. & Baron.

De Comitatu Flandriarum; Prosecutio Capitis XV.

COmitatus Flandriarum, eo regnante, *Sup. Carolo Calvo,* sumpsit exordium. Flandria enim, eo tempore, non erat tanti nominis.

nominis, nec famæ, nec etiam tam opulenta, sicut modò cernitur: Sed, à Forestarijs Francorum Regis regebatur. Horum Lidericus Harlebeccensis, & Ingelrannus Filius eius, & Audacer, Filius Ingelranni, sub Pipino, & Karolo Magno, & Ludovico, Rectores Flandriæ fuerunt; nec tamen Comites vocabantur.

¶ Balduinus autem Ferreus, Filius Audacri, rapuit Iudith Viduam,* Filiam Karoli Calvi, de quo nunc agimus. Vndè, excommunicatus est ex præcepto Karoli *Sup. Calvi*, consensu Episcoporum, ab omni Ecclesiâ. Deindè, ex consilio eorumdem Episcoporum, & Optimatum suorum, reconciliatus Rex Balduino & Iudith, dedit eis Flandriam, in Comitatum, ipsis, & hæredibus eorum perpetuò possidendam; *Titulo dotis, addunt alij Scriptores historici nonnulli, ad annum 857. Caroli 2. Calvi, Francorum Regis 17.*

Lidric Harlebeccensis, *ap Andrensem Codicē MS. legitur, Lidricus Harlebecensis, ap. Mont Elgianū.* *Ed E. delholdi, seu. Ethelvolphi, Regis Angliæ. Vide histor. Polyd. l. 5. Marchantium, lib. 1 In Balduino. I. Chronica Flandriæ. Et Annaleis Franciæ, ad annū 857. quo vitâ functus est Ethelvolph*, Pater Ethelbaldi, Patris Ethelberdi, Regum Angliæ.

OBSERVATIO.

Hoc etiam fermè tempore, in præclaro Elnonensi Asceterio, Monachus clarèbat Elnonensis ille Milo; qui Vitam Proto-conditoris nostri Sanctissimi Amandi metricè descripsit: & librum idem De Sobrietate ad Carolum Calvum misit. Sub hoc perdocto Milone, adolescebat eius quoque tum temporis Nepos, Hubaldus, Hucbaldus, seu Hugobaldus; qui, in septem artium liberalium peritiâ clarus, egregiè, præter cætera, in musicâ excelluit; Et, De Sanctissimâ Matre, ac Illustrissimâ Patronâ nostrâ Rictrude, Virginibusq., ac Sacris eius Prolibus; Deq. multis præterea Sanctis, dulci, & modulatione regulari, nobis editos cantus composuisse asseritur.

Addere placuit, &, in gratiam Sanctissimi Cænobij Elnonensis, Quod Trithemius etiam, In Chronic. Hirsaugiens. Et Doctus Genebrardus, Ad annum 704. celebranteis: Beda (inquiunt,) Chronica scripsit, ab Orbe condito, ad annum Septingentesimum vsque; Institutórque factus monachorum, multos post se doctissimos reliquit discipulos, qui, docendi, ad tempus, officium tenuerunt. Hinc namque deinceps laudabilis illa, in Angliâ Consuetudo cœpta, singulis penè in Monasterijs fuit, per alias Provincias habere Scholas, quibus, non sæculares homines; sed monachi, moribus probis, & conditione præficiebantur ornatissimi: vel etiam de alio monasterio evocati; Domi, quando aptus non habebatur. Qui quidem, non solùm in divinis litteris, verumetiam, in humanioribus, & sæcularibus eruditissimi haberentur. Sic, Sigebertus Gemblacensis Monachus, multo tempore, in Cænobio Sancti Vincentij Metensi, Præceptor monachorum exstitit. Strabus, sic, monachus Fuldensis, in Hirsfeldio; Norgerus, Sancti Galli Cænobita, in Stabulano. *Albinus, sive Albuinus, aut Al-*

Vulgò, Stavelo.

cuinus

cuinus Monachus Anglicus perdoctus, in Fuldâ: Sic, & Sancti Amandi Asceta Milo doctissimus, In Divi Petri Corbeiâ Benedictinâ, ad Ambianum, Carolo Calvo in primis charus, Heroumque Institutor delectus Amandinopoli, Amandinopoli quiescentium: Quorum subsequetur Epitaphium, ad me, à pio simul, & quodam docto, benedictinæ familiæ monacho Elnonensi indè, nuperrimè destinatum. Ex Tabellis Elnonensibus exceptum, Epitaphium Geminorum Filiorum Caroli Calvi, Regis Francorum, Imperatorisque Romanorum; In Monasterio Elnonensi sepultorum.

Quisque videns nostras solerti corde figuras,
Aspice quàm subitò defluit Orbis honos;
Rege sati fuimus, nomen qui nomine duxit
De Magni, Magnus, De Caroli, Carolus;
Nec licuit totum vitæ complectier annum,
Sed rapuit nostras debita mors animas;
Si Genitor! nostram dignaris visere Tumbam:
Rex! nostros obitus, nè doleas, petimus,
Terris sublati, placidâ regione locati;
Cum Sanctis requie perpetuâ fruimur:
Vos, nostri memores, felices esse Parentes;
Hoc, Pipinus ego posco, simulque Drogo.

R. P. ac Domnus Antonius D'Yeppes, In vitâ Sancti Amandi, Docturus (inquit,) *in Academico Corbeiensi Monasterio, è suo Amandinopolitano accitus est Milo: E'que Ludimagesterio eius, & Corbeiensi, prodière Illustres illi Benedictini, qui potiorem Germaniæ partem, Daniamque, & Septentrionales permultos præterea, ad Christi fidem, Concionibus suis pientioribus perduxêre. Obiisse videtur Domnus Milo Elnonensis, anno Christi 861. Cuius, & apposuimus hìc Epitaphium, Autore quodam Elnonensi, Philosophi Milonis discipulo.*

Milo Poëta, Sophus, cubat hoc sub marmore clausus.
Carmine dulciloquo qui librum Sobrietatis,
Edidit; Et Sanctum pulchrè depinxit Amandum,
Floribus exornans, metro, prosâque venustans,
Tanti Pontificis, palmam, caput, atque Coronam.

SVBDIDIMVS, ET HVBALDI, PHILOSOPHI, EIVSDEM NEPOTIS, EPITAPHIVM.

Dormit in hac Tumbâ, simplex sinè felle columba,
Doctor, Flos, & honos, tam Cleri, quàm Monachorum,
Hubaldus; Cuius famam per climata Mundi,
Edita Sanctorum modulamina, gestaque clamant;
Hic Cyrici membra pretiosa reperta Nivernis,
Nostris invexit oris; scripsitque triumphum.

EX VTRIVSQVE COENOTAPHIO.

PHilosophi simul hic pausant, celebresque Magistri,
Ecclesiæ nostræ Flores, per sæcula clari,
Alter discipulus fuerat, Didascalus alter.

Eodem etiam è Celeberrimo, & Academico Elnonensi olim Cœnobio, effloruit quidam, à compluribus Historicis laudatus Monachus. Quo de Viro, & probo, & benè Docto, Domnus Arnoldus VVyon, Duacenas, Ordinis Benedictini, Primæ partis suæ sexagesimo-octavo Capite, Ita scripsit. Frater Guntherus, Belga, Ligurinus Dictus, Monachus Elnonensis, Sancti Amandi, Congregationis Cluniacensis, floruit temporibus Friderici Barbarossæ, Imperatoris, Anno Domini M. C. LX. Poëta, suo tempore, nulli secundus. Scripsit, Passionem Sancti Cyriaci, Carmine, lib. 1. Quæ, Cum eiusdem nonnullis Epistolis exstat: De Oratione, Ieiunio, & Eleëmosynâ, Libros tredecim; qui, Basileæ sunt excusi; Anno Domini, M. D. IV. vel VII. Per Michaëlem Furter: De Rebus gestis Friderici Barbarossæ, Imperatoris: Quod Opus, inscribitur, Ligurinus, Libris Decem, excusum Argentorati, Anno Domini 1531. Et Basileæ, Cum Ottone Frisingensi Episcopo, Anno Christi 1569. In folio: Et Franco-Furti, Anno 1584. Cum Scholiis Iacobi Spiegel, In folio; Scripsit, Et librum vnum, De Rebus Germanicis nondum excusum.

Constat, (inquit Iacobus Spiegellius. V. C. In suâ De Domno Gunthero Elnonensi, Censura,) Eum, tempora Henrici Sexti attigisse; Qui, Patri Ænobarbo Augusto successit; Et, in sæcularibus litteris, & Divinis scripturis, non infeliciter fuisse versatum. Id quod, vel eius attestatur Carmen, Romanæ planè æmulum eloquentiæ. Nè multis Poëtam commendem, ipse in causâ est: qui, de seipso, ad libri decimi finem, sic cecinit.

Hoc quoque me famæ, si desint cætera solùm,
Conciliare potest, Quòd iam permulta latentes
Sæcula, nec clausis prodire Penatibus ausas
Pyëtides, vulgare paro, priscumque nitorem
Reddere Carminibus, tardósque citare Poëtas, &c.

Tritemius, In Ecclesiasticis Scriptoribus, Guntherum quendam Cœnobitam refert, Carmine, & prorsâ scriptione disertum, claruisse, tempore Henrici Imperatoris, id nominis quarti; Sed, quùm, inter eius, quæ ille recenset Opera, neque Solymarii, neque meminerit Ligurini; conjicio illum à nostro hoc Gunthero Benedictino, qui Henrici Sexti attigit tempora, alium exstitisse.

Hactenus,

DE REGNO LVDOVICI BALBI, FILII CAROLI CALVI.

CAPVT XVI.

* F. 12.

ANNO Domini DCCC. LXXVIII. Imperij verò Basilij Imperatoris Constantinopolitani, X. * Ludovicus Balbus, Filius Karoli Calvi regnat in Francia annis duobus. Iohannes PaPa, à Lamberto Duce Spolitanorum * iniuriatus, a in Franciam venit: Eiúsque adventus Ludovico Regi nunciatur, qui tunc morabatur circà Ligerim, propter Northmannos. Qui festinanter Trecas veniens, ei occurrit; mutuóque se salutaverunt. In quâ Civitate, ab eodem PaPa Ludovicus secundò coronatur, & benedicitur. Nam, post mortem Patris sui Karoli Calvi, Imperatorem Romanorum voluit eum constituere; sed Romanis contradicentibus non potuit perficere.

*Comite Spoletanorū dicunt recentiores, ad annum 878 quo Ioannes 8. idro minis Pontifex Max. in arctissimâ custodiâ etus Romæ fuit à Lamberto Comite Spoletano, & Marchione Tusciæ Adelberto.

a. APPENDIX, *ad vocabulum* Iniuriatus, &c. *Miror veteres Francorum Annales hæc ita paucis tradidisse, vt aliundè sit repetenda rei adeò seriæ plenior cognitio. Obscurum enim est illud quod prodidit ab alijs exceptum verbum*, Iniuriatus, *Andreas noster. Epistola igitur Pontificis ipsissimi Ioannis hoc nomine octavi 84. 85. 86. & seqq. ad Reges Franciæ, Germaniæ, & ad sacros Antistites, & Berengarium Comitem;oriundum ex Regiâ stirpe, quid sibi velit dictio ista prisca* iniuriatus, *clariùs exponunt, cùm declarant, voluntate Carolomanni, impios, Lambertum Comitem Spoletanum, cum Adelberto Tusciæ Marchione, atque ingentibus copijs militaribus Romam ingressos, Ioannem 8. Summum Pontificem in arctissimâ custodiâ tenuisse; Episcopos, Clericos, & Monachos, pessimè habuisse; dumq́ litanias agerent, fustibus cecidisse; Proceres Romanos coëgisse in verba Carlomanni iurare; omnia sic in Vrbe desolatâ confudisse, vt clausis portis Basilicæ Sancti Petri, & cilicio altari obducto, divinoq́ illic officio cessante, Pontifex Ioannes 8. in Gallias proficiscendi consilium inire fuerit coactus, & ad Regem Ludovicum Balbum aufugiendi, quem iam, (vt fert Pontificis Epistola 86.) Ecclesia Romana infulis Imperij illustrâsset, & idem Pontifex veniret Consiliarij à secretis Summi Pontificis dignitate aucturus, proüt & Patrem Carolum Calvum Augustum priorem cohonestârat Apostolica Sedes.*

Quæ verò extant eiusdem Pontificis Max. litteræ datæ ad Episcopos Galliæ, &

lia, & Germaniæ, docent ab eo iussos omneis convenire ad Synodum Trecis celebrandam Mense Augusto, in quâ omneis approbârunt excommunicationem, quam idem Pontifex, iniuriatus, *in custodiâ arctissimâ tentus, & cum Episcopis, Clericis, & Monachis litanias agentibus indignissime, pessimèq́ habitus, (vt iam dictum est) Romæ promulgâsset adversus Lambertum & Adelbertum, profanos grassatores, necnon Famosum, Gregorium, & alios complices eodem Anathemate obstrictos. Septimo autem exindè sequenti die antè Idus Septembris (vt auctor est Aimoinus,* *) *Ludovicus Balbus Francorum Rex, honoribus; (vti scribit noster Andreas) auctus est ab eodem Pontifice Ioanne, & Diademate Imperij splendidiùs redimitus; & Romam repetiturus Pontifex, petitum ab Imperatore Ludovico Balbo, & ab Episcopis, qui Synodo interfuissent Trecensi, æquissimum auxilium contra Ecclesiæ Romanæ inimicos omneis extemplò præstitum accepit. Verùm, cùm Imperator Ludovicus Balbus non posset Pontificem ipsemet Romam reducere, ob contractam ex morbo recenti corporis nimiam imbecillitatem, Comitem cum ipso Bosonem armatum voluit proficisci. Sed de hisce hactenus satis.*

¶ VVincmarus, *seu,* Hincmarus, *(vti legunt cætera Exemplaria nobis exhibita)* Laudunensium Episcopus, * qui à Bosone Tyranno fuerat excæcatus, * d. coram ipso Papâ, atque omnibus Galliarum Episcopis, de omnibus, quibus olim fuerat damnatus, se inculpabilem reddidit, atque iubente Dompno * Apostolico, Missas celebravit.

Post hæc, Rex, atque omnes Principes, multis muneribus honoraverunt Domnum Apostolicum; & omnes, socios itineris ei delegerunt vsque ad Italiam. *Romamq́ regressus Pontifex, Principe Bosono Ductore, primo Novembris inimicos reperit diffugisse: addunt Sigo. Aimoï. & Regino.*

Ludovicus, Rex Germaniæ, & Ludovicus Consobrinus eius, Rex Franciæ, apud Aristalium, se mutuò salutaverunt, pacémque firmissimam inter se fecerunt.

Appendix ad Aimoinum, lib. 5. cap. 38. Ludovicus (ait) *Balbus, Ludovicum, & Carolum Crassum, Patrueles, induxit ad pacem constituendam, anno 878.*

Anno DCCC. LXXIX. * Ludovicus Rex Francorum graviter infirmabatur; & Die Sancto Parasceves, * anno ætatis suæ, circiter XXXIV. diem clausit vltimum, anno secundo Karoli Imperatoris Romanorum, & vndecimo * Basilij Imperatoris Græcorum. Se-

* Aimoïnus lib. 5. c. 37.

* Hincmarus Laudunensis à Patruo suo Hincmaro Rhemēsi Archiepisc. multa legatos passus. *ap. Baroniū.*

* d. *Cod. Hennonensis legit*, damnatus & excæcatus, *Recentior verò noster, vult legēdum*, exturbatus, *nō autem* excæcatus.

* Dōnū, *desideratur ap alia Exemplaria MSS.*

* 880 *ap. Sigebertū.*

* Decimo Aprilis.

* F. 13.

 pultus

ex insperato salvum Carolo mansit.

Principibus Karoli Regis inter se discordantibus, Britones, destitutam auxilio terram invadentes, vsque Pictavos, omnia vastando, veniunt: Quos redeuntes Rex Karolus prosecutus, in Britanniam intrat; & pugnâ consertâ, Franci vincuntur; Britones, in cæde * eorum grassantur.

Numeneus, * Rex Britonum, dum instaret Regnum Francorum depopulari; visum est ei, assistere sibi Sanctum Maurilionem, * Andegavensis Vrbis olim Episcopum; à quo, in capite baculo percussus, iram DEI, morte sequutâ * persensit.

Herispio, [a] Filio Numenei, [b] à suis perempto, Salomon, Filius eius, super Britones regnat: & Karolo, contra se venienti, confœderatur.

Vetus Chronicon Pithei, Regino, Sigebertus, Andreas Marcia. & alij Chronologi, valdè discrepant hoc in anno consignando, quo, peremto Erispoio, Neomenij Filio, successerit Salomon hic, Britanniæ minoris Rex dictus; sed, pendens à Rege Francorum Carolo Calvo. Existimârim equidem cum recentioribus Chronographis, & Scriptoribus historicis, illud contigisse, anno Regis Francorum, Caroli Calvi vndecimo, Orbisq̃, à Iesu Christo redemti 851. Indictione 14.

* Seda, ap. Sig. ad annũ 859.
* Neomenius, ap. alios Scriptores histor.
* Mauri lianum. ap. Sigebertum.
* sequutâ, desideratur ap. cætera Exemplaria
a. Erispoio,
b. Neomenij scribunt recentiores historici.

Northmanni, Galliam repetentes, Namnetis, Andegavi, Pictavij, Turonis terminos depopulantur.

Quibus occursantes, Dux Aquitaniæ, Ragnulfus, & Robertus Fortis, Marchio Andegavensis, dum ipsi incautè præliantes perimuntur; cæteri, à Northmannis, vt oves à lupis, acervatim sternuntur.

Aliqui Annaleis, ad annum hunc eumdem 851. tradunt hosce Northmannos, seu Danos è Cymbricà Chersoneso rursum egressos ingenti manu, iura divina & humana violanteis, in agro Nannetensi, & Turonico cæde, & incendijs, rapinâq̃, omnia miscuisse; atque demùm, partem, ijs mitigandis, Regni Gallici, quæ Neustria diceretur, ad habitandum, à Carolo Rege fuisse concessam, cum floreret Angelonus Benedictinus, pius iuxtà ac doctus, qui, in Cantica, & Regum lib. eruditissimè scripsit.

ORIGO HVGONIS CAPET, QVI REGNVM INVASIT. Mont-Eligianum, & Andrense MSS. Exemplaria; Nota (*aiunt*) Originem Hugonis Capet, qui Regnum invasit.

Prosecutio

Prosecutio Capitis XIV.

¶ ISTE ROBERTVS, * Pater fuit Odonis, postea Francorum Regis, & Roberti, Fratris eius. Hic verò Robertus, Pater fuit Hugonis Magni, qui fuit Pater Hugonis Capet, qui vsurpavit Regnum Francorum, contrà Karolum Consobrinum suum, sicut in sequentibus narrabimus.

Karolus, Rex Francorum, defuncto Fratruele suo Lothario, dum Lotharingiam solus vsurpare nititur; per moderantiam, & industriam Fratris sui Ludovici, Germanorum Regis, ad hoc attractus est, vt æqualiter inter se Regnum Fratruelis * dividerent, *28. Iulij, Anno 876.* * *quo, cum Comitatu Burgundico, Delphinatus, & Provincia, citeriorq́; Lotharingia obtigerunt Carolo Calvo; Ludovico autem Germania Regi, attributa est ulterior Lotharingia. Consulantur Baronius, Sigonius, Regino, & Aimoinus, lib. 5. cap. 26 qui hacce prolixè habeant enarrata.*

Karolum Regem Francorum, domestica calamitas in filijs suis afflixit. Siquidem, Karlomannum in Clericatu, vsque ad Diaconatus officium provectum, ipse Pater cepit, & excæcavit; pro eo quòd, ad apostasiam conversus, & omni genere nocendi regnum perturbans, alter quidam Iulianus erat. *Vide Aimoinum, ad annum 873.*; *Et Franc. Annaleis.* Porrò, alter filius eius Karolus, dum inconsultè voluisset experiri expertam cuiusdam Albuini militis fortitudinem, & solus, soli congressus fuisset, ab eodem Albuino, ignorante quisnam esset, peremptus est; *Anno 873. proüt produnt Franc. Annaleis, ex quibus habeo, quod is fuerit invasus à malo dæmone, iusto Dei iudicio, quia in Patrem conspiràsset; proüt ipse fassus est, postquam ab adversà potestate liberatus fuisset.*

¶ Locustæ, Galliam depopulantur innumerabiles, cæteris locustis maiores, sena alarum remigia, * sex pedes; duos dentes lapide duriores habentes, vt castrorum acies turmatim volantes; Duces, cum paucis, itinere vnius diei præmittentes, ad metanda loca venturæ multitudini; Circà horam nonam ad locum previsum venientes, ibique Solis ortum expectantes, per spatium vnius diei aërem velabant, ipsum Solis splendorem obnubilantes; ore lato, extenso intestino, omnia viridia in herbis & arboribus vastabant, spatium diurni itineris, quatuor aut quinque millibus extedentes.

Marginal notes: * Andegavensis Comes, addit R. Gaguinum. * Lotharij. * Antonius Augusti.*, & Annaleis editi à Pithœo hæc referunt ad Fidus Septembris Anni 872. * rcgimina, ap. Sigeb. ad annum 874. † †

Hoc miserabili spectaculo vsque ad mare Britannicum pervenientes, tandem, flatu ventorum in profundum maris dimersæ sunt: sed, æstu Oceani ad littus rejectæ,* ex putredine suâ aëre corrupto, multos perire fecerunt. Secuta fames valida, multos consumpsit inediâ, * & * pænè tertia pars hominum consumpta * est. *I. Philip. Bergomas, lib. 10. fames, & pestis, maximam* (*AIT*) *& generalem hominum mortalitatem suscitârunt.*

¶. Hiems, solito asperior, & prolixior: Nix, & gelu, à Kalendis Octobris, vsque ad vernale æquinoctium.

Northmanni, Vrbem Andegavis, quasi in eâ habitaturi cum suis omnibus, occupant. Ad quam oppugnandam, Karolus Rex, ascito Salomone Britonum Rege, multis diebus eam obsedit. Sed, cùm Northmanni, ad desperationem adducti fuissent: Rex, invito exercitu, pecuniâ ab eis acceptâ, egressum eis annuit; eisque, hoc pacto, pejora faciendi locum dedit.

* dejectæ ap. *Andræsem & Mont Elgian.* Codices *MSS.*
* & pestis. addidit *Regino, lib.* 2.
* vt, ap. *Andren. & Mont Elig.*
* fit, ap. *eosdem* Codices *MSS.*
Anno 875. Ex Sigiberti Chronologiâ.

De Translatione Sancti Amati. Prosecutio Capitis XIV.

ANNO Dominicæ Incartionis DCCC. LXXV.* Imminente Danorum persecutione, Fratres, DEO & Sancto Amato, apud Villam, ab antiquis, BROILVM, à modernis verò Meuri-Villam vocatam, servientes, Corpus sui Patroni, Duacum, propter sævitiam Danorum,* munitum Castrum, deportaverunt: &, in sui Iuris Ecclesiâ, In honorem Sanctæ DEI Genitricis Mariæ, in fundo Sancti Mauronti, ab Antecessoribus suis constructâ, posuerunt.

Anno DCCC. LXX. ap. *Mont Elgianū Exemplar MS.*
* sive Northmannorum, *Ita namque vocitatur, ap. Gallel. Nangiac. ad annum* 882

DE EO, QVOD KAROLVS, SIT FACTVS ROMANORVM IMPERATOR: ET, De Comitatu Flandrensi.

CAPVT XV.

ANNO Dominicæ Incarnationis DCCC. LXXV. Ludovico Imperatore Romanorū mortuo, Karolus, Rex Francorum, Patruus eius, in Italiam perrexit; Et pars maxima populi

populi eiusdem Provinciæ, eum cum pace excepit. Karlomannus, nepos eius, cum exercitu veniens, iter illius inquietare conatus est. Sed, nuncijs intercurrentibus, ad colloquium mutuum devenerunt: & pace inter eos factâ, Karlomannus reversus est in patriam suam. Karolus, iter quod arripuerat, pertendere studuit; donec ad limina Apostoli Petri perveniret. Nam, X. Kal. Ianuarij Romam ingressus, à Ioanne, 8. PaPà, honorificè susceptus est: & in die Nativitatis Domini, à prædicto PP. benedictionem Imperialem accepit; * multísque honoribus muneravit Sanctum Petrum, & prædictum PaPam; sicque remeavit in Franciam. Sed, ei statim, à Ludovico Fratre suo, Germaniæ Rege, bellum paratur, quòd, se inconsulto, solus Imperium Fratruelis vsurpaverit. *Anno 876. ex Sigeberti Chron. quo, hic Ludovicus invadens Italiam, & Galliam, quà muneribus & arte, quà armis est repulsus.*

* Anno 875. Indictione nonâ inchoatâ.

* & confirmatũ, Ticini à Ioanne 8. PP. anno 876.

Britones, Rege suo Salomone mortuo, pro contentione regnandi, intestino inter se colliduntur bello; sicque, inviti cessant à Galliæ exterminio.

Karolus Imperator, post adeptum Imperium, * vltrà se elatus, consuetudines Francorum vilipendens, Græcam gloriam, & insolitos habitus affectabat: & talari Dalmaticâ indutus, & desuper baltheo accinctus pendente vsque ad pedes; capite verò involuto velamine serico, & diademate superimposito procedebat. Et, cùm esset lepore timidior, & hostes fugere, quàm fugare paratior, Fratrem suum Ludovicum lacessebat, minatus tantas copias se conducturum, vt ab equis flumine exhausto, ipse per aridum alveum, Germaniæ Regnum intraret.

* Fràcofurti, anno 876. Cal. Septembris. A quo tẽpore; Sigonius scribit, Titulum Imperatoris, Beneficium Põtificis extitisse, & à Põtificiâ cõsecratione recensitos Imperij annos.

Ludovico Rege Germanorum mortuo, * Karolus Imperator, de morte fratris sui gavisus, iniustitiam, quam contra fratrem conceperat, contra filios fratris perficere paratus; cum quinquaginta, & eò amplius hominum millibus, Regnum eorum aggressus, Coloniam vsque venit. Filijs Ludovici aliàs occupatis, Ludovicus Iunior, legatione ad Patruum missà, rogabat ea quę pacis sunt. Quod, cùm impetrare non posset, viriliter eum bello excepit, cumque victum cum nimio exercitus damno, & multo dedecore fugere compulit.

¶ Ingruente in Germaniâ pecorum pestilentiâ, dum canes vndique collecti, cadaveribus incumberent; ita repentè * disparuerunt, vt nec vivi, nec mortui reperirentur.

* repẽtè, desiderantur ap. Andreã Mont-Eligianũ, Vedastinum, & Hennimensem Codices MSS.

Karolus, in diversis locis per Franciam, Sanctorum Ecclesias, aut ædificavit; aut restauravit: *Et, quantam pietatem Ecclesiæ Sanctæ Rictrudis de Marcenis impenderit, suo loco dicetur.*

Apud Compendium, quam Karlopolim, ex nomine suo appellavit, quia ibi Civitatem magnam facere disposuerat, Ecclesiam Sanctorum Cornelij & Cypriani construxit: Et in Palatio suo, Ecclesiam Sanctæ DEI Genitricis, in eodem loco: Quas pretiosissimis reliquijs adornavit. Scilicet, Coronâ spineâ Domini, Sindone, Sudario, & eiusdem Spongiâ. Reliquias etiam SS. Cornelij & Cypriani, Corpus S. Cornelij, & Caput S. Cypriani [a] eôdem invexit.* In quorum adventu, composuit Responsorium, quod cantat Ecclesia, CIVES APOSTOLORVM, &c.

Apud Karrosium, in Aquitaniâ, Monasterium ædificavit, in quo posuit DOMINI præputium.

Karolus Imperator, contra voluntatem Coniugis suæ, & omnium hominum suorum, secundò profectus est in Italiam: occurritque ei Ioannes PP. apud Papiam, ibiq; se mutuò salutaverunt. Cum autem essent ibi, subito nunciatum est eis, Karlomannum, Filium Imperatoris Ludovici, cum manu validâ supervenire. Audiens hoc Imperator, valdè contristatus est, eò quòd non habebat exercitum, per quem ei resistere posset. Deditque Ioanni PaPæ munera, quæ Sancto Romæ deportabat Petro. Inter quæ, Crucifixum aureum dedit, qualem non habuit ab vllis Regibus factum. Ipse verò, per Alpes in Franciam repedare voluit, sed, (vt dicunt) à quodam Sedechiâ potionatus Iudæo in loco, qui dicitur Mantua, intrà Alpes posito, pridie nonas Octobris, Indictione vndecimâ,* anno Domini DCCC. LXXIX.* Regni verò XXXVII. Imperij autem secundo, vitam finivit præsentem. Corpus verò eius, in eodem Regno, Vercellis, in Monasterio Sancti Eusebij, in Loculo reposuerunt. Posteà translatum est in Franciam, & sepultum est in Monasterio Sancti Dionysij honorificè, retrò majus Altare.

a. desiderantur hæc duo verba, & SS tituli, ap. Codices MSS Mont. Elig. Andrea. Henini Vedastinum.

*vel fortassis, decimâ Anno Christi 877. iuxtà supputatione P. Æmilij Sigo. & Baron.

De Comitatu Flandriarum; Prosecutio Capitis XV.

COmitatus Flandriarum, eo regnante, *Sup. Carolo Calvo,* sumpsit exordium. Flandria enim, eo tempore, non erat tanti nominis.

nominis, nec famæ, nec etiam tam opulenta, ficut modò cernitur: Sed, à Foreftarijs Francorum Regis regebatur. Horum Lidericus Harlebecceenfis, & Ingelrannus Filius eius, & Audacer, Filius Ingelranni, fub Pipino, & Karolo Magno, & Ludovico, Rectores Flandriæ fuerunt; nec tamen Comites vocabantur.

¶ Balduinus autem Ferreus, Filius Audacri, rapuit Iudith Viduam,* [1] Filiam Karoli Calvi, de quo nunc agimus. Vndè, excommunicatus eft ex præcepto Karoli *Sup. Calvi*, confenfu Epifcoporum, ab omni Ecclefiâ. Deindè, ex confilio eorumdem Epifcoporum, & Optimatum fuorum, reconciliatus Rex Balduino & Iudith, dedit eis Flandriam, in Comitatum, ipfis, & hæredibus eorum perpetuò poffidendam; *Titulo dotis, addunt alij Scriptores hiftorici nonnulli, ad annum 857. Caroli 2. Calvi, Francorum Regis 17.*

Lidric Harlebeccenfis, ap *Andrenfem* Codicē *MS. legitur, Lidricus Harnbecenfis, ap. Mont Elgini ñ.* *, d Edelholdi, feu Ethelvolphi, Regis Angliæ. Vide hiftor. Polydo l. 5. Marchātium, lib. 1 In Balduino. I. Chronica Flandriæ. Et Annaleis Franciæ. ad annū 857. quo vità functus eft Ethelvolph*, Pater Ethelbaldi, Patris Ethelberdi, Regum Angliæ.

OBSERVATIO.

Hoc etiam fermè tempore, in præclaro Elnonenfi Afceterio, Monachus clarêbat Elnonenfis ille Milo; qui Vitam Proto-conditoris noftri Sanctiffimi Amandi metricè defcripfit: & librum idem De Sobrietate ad Carolum Calvum mifit. Sub hoc perdocto Milone, adolefcebat eius quoque tum temporis Nepos, Hubaldus, Hucbaldus, feu Hugobaldus; qui, in feptem artium liberalium peritià clarus, egregiè, præter cætera, in muficâ excelluit; Et, De Sanctiffimâ Matre, ac Illuftriffimâ Patronâ noftrâ Rictrude, Virginibufq, ac Sacris eius Prolibus; Deq, multis præterea Sanctis, dulci, & modulatione regulari, nobis editos cantus compofuiffe afferitur.

Addere placuit, &, in gratiam Sanctiffimi Cænobij Elnonenfis, Quod Trithemius etiam, In Chronic. Hirfaugiens. Et Doctus Genebrardus, Ad annum 704. celebranteis: Beda (inquiunt,) Chronica fcripfit, ab Orbe condito, ad annum Septingentefimum vfque; Inftitutórque factus monachorum, multos poft fe doctiffimos reliquit difcipulos, qui, docendi, ad tempus, officium tenuerunt. Hinc namque deinceps laudabilis illa, in Angliâ Confuetudo cœpta, fingulis penè in Monafterijs fuit, per alias Provincias habere Scholas, quibus, non fæculares homines; fed monachi, moribus probis, & conditione præficiebantur ornatiffimi: vel etiam de alio monafterio evocati; Domi, quando aptus non habebatur. Qui quidem, non folùm in divinis litteris, verumetiam, in humanioribus, & fæcularibus eruditiffimi haberentur. Sic, Sigebertus Gemblacenfis Monachus, multo tempore, in Cænobio Sancti Vincentij Metenfi, Præceptor monachorum exftitit. Strabus, fic, monachus Fuldenfis, in Hirsfeldio; Norgerus, Sancti Galli Cænobita, in Stabulano. Albinus, five Albuinus, aut Alcuinus*

*VVlgà, ftavelo.

cuinus Monachus Anglicus perdoctus, in Fuldâ: Sic, & Sancti Amandi Asceta Milo doctissimus, In Divi Petri Corbeiâ Benedictinâ, ad Ambianum, Carolo Calvo in primis charus, Heroumque Institutor delectus Amandinopoli, Amandinopoli quiescentium: Quorum subsequetur Epitaphium, ad me, à pio simul, & quodam docto, benedictina familia monacho Elnonensi indè, nuperrimè destinatum. Ex Tabellis Elnonensibus exceptum, Epitaphium Geminorum Filiorum Caroli Calvi, Regis Francorum, Imperatorisque Romanorum; In Monasterio Elnonensi sepultorum.

Quisque videns nostras solerti corde figuras,
Aspice quàm subitò defluit Orbis honos;
Rege sati fuimus, nomen qui nomine duxit
De Magni, Magnus, De Caroli, Carolus;
Nec licuit totum vitæ complectier annum,
Sed rapuit nostras debita mors animas;
Si Genitor! nostram dignaris visere Tumbam:
Rex! nostros obitus, nè doleas, petimus,
Terris sublati, placidâ regione locati;
Cum Sanctis requie perpetuâ fruimur:
Vos, nostri memores, felices este Parentes;
Hoc, Pipinus ego posco, simulque Drogo.

R. P. ac Domnus Antonius D'Teppes, In vitâ Sancti Amandi, Docturus (inquit,) *in Academico Corbeiensi Monasterio, è suo Amandinopolitano accitus est Milo: E'que Ludimagesterio eius, & Corbeiensi, prodière Illustres illi Benedictini, qui potiorem Germania partem, Daniamque, & Septentrionales permultos præterea, ad Christi fidem, Concionibus suis pientioribus perduxère. Obijsse videtur Domnus Milo Elnonensis, anno Christi 861. Cuius, & apposuimus hìc Epitaphium, Autore quodam Elnonensi, Philosophi Milonis discipulo.*

Milo Poëta, Sophus, cubat hoc sub marmore clausus.
Carmine dulciloquo qui librum Sobrietatis,
Edidit; Et Sanctum pulchrè depinxit Amandum,
Floribus exornans, metro, prosâque venustans,
Tanti Pontificis, palmam, caput, atque Coronam.

SVBDIDIMVS, ET HVBALDI, PHILOSOPHI, EIVSDEM NEPOTIS, EPITAPHIVM.

Dormit in hac Tumbâ, simplex sinè felle columba,
Doctor, Flos, & honos, tam Cleri, quàm Monachorum,
Hubaldus; Cuius famam per climata Mundi,
Edita Sanctorum modulamina, gestaque clamant;
Hic Cyrici membra pretiosa reperta Nivernis,
Nostris invexit oris; scripsitque triumphum.

EX VTRIVSQVE COENOTAPHIO.

PHilosophi simul hîc pausant, celebresque Magistri,
Ecclesiæ nostræ Flores, per sæcula clari,
Alter discipulus fuerat, Didascalus alter.

Eodem etiam è Celeberrimo, & Academico Elnonensi olim Cænobio, effloruit quidam, à compluribus Historicis laudatus Monachus. Quo de Viro, & probo, & benè Docto, Domnus Arnoldus VVyon, Duacenas, Ordinis Benedictini, Primæ partis suæ sexagesimo-octavo Capite, Ita scripsit. Frater Guntherus, Belga, Ligurinus Dictus, Monachus Elnonensis, Sancti Amandi, Congregationis Cluniacensis, floruit temporibus Friderici Barbarossæ, Imperatoris, Anno Domini M.C.LX. Poëta, suo tempore, nulli secundus. Scripsit, Passionem Sancti Cyriaci, Carmine, lib. 1. Quæ, Cum eiusdem nonnullis Epistolis exstat: De Oratione, Ieiunio, & Eleemosynâ, Libros tredecim; qui, Basileæ sunt excusi: Anno Domini, M.D. IV. vel VII. Per Michaëlem Furter: De Rebus gestis Friderici Barbarossæ, Imperatoris: Quod Opus, inscribitur, Ligurinus, Libris Decem, excusum Argentorati, Anno Domini 1531. Et Basileæ, Cum Ottone Frisingensi Episcopo, Anno Christi 1569. In folio: Et Franco-Furti, Anno 1584. Cum Scholijs Iacobi Spiegel, In folio; Scripsit, Et librum vnum, De Rebus Germanicis nondum excusum.

Constat, (inquit Iacobus Spiegellius. V.C. In suâ De Domno Gunthero Elnonensi, Censura,) Eum, tempora Henrici Sexti attigisse; Qui, Patri Ænobarbo Augusto successit; Et, in sæcularibus litteris, & Divinis scripturis, non infeliciter fuisse versatum. Id quod, vel eius attestatur Carmen, Romanæ planè æmulum eloquentiæ. Nè multis Poëtam commendem, ipse in causâ est: qui, de seipso, ad libri decimi finem, sic cecinit.

Hoc quoque me famæ, si desint cætera solùm,
Conciliare potest; Quòd iam permulta latentes
Sæcula, nec clausis prodire Penatibus ausas
Pyërides, vulgare paro, priscumque nitorem
Reddere Carminibus, tardósque citare Poëtas, &c.

Tritemius, In Ecclesiasticis Scriptoribus, Guntherum quendam Cænobitam refert, Carmine, & prorsâ scriptione disertum, claruisse, tempore Henrici Imperatoris, id nominis quarti; Sed, quùm, inter eius, quæ ille recenset Opera, neque Solymarij, neque meminerit Ligurini; conijcio illum à nostro hoc Gunthero Benedictino, qui Henrici Sexti attigit tempora, alium exstitisse.

Hactenus,

Hactenus, Domnum Guntherum, Poëtam Clarissimum, ex Iacobi Spiegelly, Selestadiensis V. C. censurâ, descripserimus transeunter.

Ioannes quoque Marius, Belga, Illustrationum Galliæ Orientalis, & Occident. lib. 3. Citatum hunc Poëtam Heroïcum, nomine Ligurini, secundò, appositè adducit.

Sed, vt ad nostrum denique Andream Marcianensem redeamus:

Pontifices (*ait ille*,) Romani, qui, sub Karolo Calvo, Rege, beneficentissimo Marcianensi Sanctæ Rictrudis Cœnobio, Ecclesiæ præfuerunt; Gregorius IV. Sergius, Leo IV. Benedictus III. Nicolaus I, Hadrianus II. Ioannes.

Constantinopolitani autem Imperatores, hi fuerunt; Theophilus, * Michaël & Theodora, Michaël solus, & Basilius.

In Imperio Romano, successit Karolo Calvo, Karolus, nepos eius, filius Ludovici Imperatoris, & imperavit annis X.

OBSERVATIVNCVLA, *ad verba*, Theophilus, Michael, & Theodora, Michaël solus.

a. *Theophilus hic Imperator (vt narrant prolixè Ioannes Curopalates, & Theophanes) prædecessores Imperatores Iconoclastas studuit impietate superare; vt etiam Episcopos, Monachos, & omnis generis atque sexus homines, quotquot Imaginum sacrarum cultores deprehendisset, gladio, exilio, vel diro carcere non erubuerit nequiter multare, Imaginesq. prorsus, nisi fortè avium, & ferarum pingi prohibere, earum quoque pictores, sævissimè plectere, & ipsas Imagines sacras in forum abycere, ludibrioq. suorum Iconoclastarum hæreticorum exponendas curare. Verum, Theophilus hic, etsi impius fuit Iconoclasta, idem tamen non videtur Hagiomachus posse certè nominari, qui & Sanctos coluerit, & Christiparæ Virginis Ecclesias noscatur frequentâsse, & Dei-Genitrici novas excitâsse, teste eodem Io. Curopal. Porrò-verò, cùm ob cladeis ab hostibus acceptas in morbum lethiferum Theophilus incidisset, & sibi delatum truncati Theophobi caput per capillos tenens, suprema hæcce protulisset verba. Neque post hæc ego Theophilus ero; neque tu Theophobus: os ipsius proximè morituri adeò est diductum, vt etiam viscera conspicerentur. Sed tamen eum in morte resipuisse, Iconoclastiæq. suæ pœnitentem, sacram imaginem adorâsse, misericordiamq. à Deo consecutum, Vxoris suæ pientissimæ Theodoræ, atque Sanctissimi Confessoris Methodij precibus, notat ex Gennadio, & antiquioribus monimentis Cæs. Baronius.*

Vitâ denique functo Theophilo, anno Redemtoris 842. Ianuarî 19. suscepit Imperij Orientalis sceptra, cum Matre Theodora, Michaël huius nominis tertius,

tertius, adhuc admodum adolescens, qui tamen, ex impio Parente, nihil minùs quam Iconoclastiæ morbum contraxit. Etenim paucos post dies ab Imperio suscepto convocata est Synodus, in quâ & est habita disputatio publica de Imaginum sacrarum cultu; Iconoclastisq; caussâ cadentibus, Pium statim Edictum est promulgatum, quo Imaginum cultus est restitutus, & in exilium fuère pulsi, qui hæresim Iconoclasticam noluère abiurare.

Nefandum igitur hocce hæreseos Iconoclasticæ monstrum, quod ante centum viginti annos eruperat è portis tartareis, & magno fastu, Theophilo autore, permagnum in Ecclesia damnum, potentius, ac furentius in Vrbem erat Constantinopolitanam revectum, iaculis Spiritus-Sancti confossum anno Iesu Christi 842. penitùs est extinctum: & in Vrbe præfatâ, sacrarum Imaginum erectio, & iusta restitutio, in Magnam Basilicam convenientibus Michaele 3. & Theodorâ Augg. cum Senatu, Sacróque Clero, Ordinibúsque venerandorum Monachorum, & Populo vniverso, celebri pompa, atque solenni ritu est facta, primâ die Dominicâ Quadragesimæ. Huius autem rei sacram historiam tu lectu perjucundam, simul & valdè proficuam ad defensionem religionis, & Orthodoxæ fidei, adque certam confusionem impietatis Hagiomachorum, & Iconomachorum, maiori otio, & pervtili studio consulito, & perlegito apud Gennadium, Io. Curopalatam, Theophanem, & alios recentiores de hàcce re gestâ Scriptores graveis.

Dehinc, Michaël 3. cum pientissimâ Parente Theodorâ, Orientis Augg. Bulgaros ad sacra Christiana traducunt recipiunda; Manichæósque extirpant; Sed, vt honores mutant mores; Michaël demum etiam cum iam adolevisset, deterior effectus, Theodoram Matrem summâ nominis claritudine primas inter fœminas prudenteis, & pias, florentem, anno Christi 856. ab Imperij coadministratione repulit; & interfectis optimis viris Curatoribus, eamdem detonsam cum Filiabus in Monasterium detrusit, postquam cum ea imperàsset annos 14. Eò verò atrocioris impietatis in Parentem Augustam, sanctissimàmque fœminam provoluta est in iam adulto Potestas, Consortis impatiens, vt, liberiores in malis agendis habenas Imperij Solus *possideret, in omniàque vitia prorumperet, absente Matre Theodora, à quâ, tum se, tum, & omnium suorum scelerum architectum Bardam, sæpius, sævérque reprehendi ægerrime ferret. Hæc pluribus Curopalates. Sequitur, ex Andreâ Marcianensi, exaratum.*

DE REGNO LVDOVICI BALBI, CAROLI CALVI.

CAPVT XVI.

*F. 12.

*Comite Spoletanorũ dicunt recentiores, ad annum 878 quo Ioannes 8. id nominis Pontifex Max. in arctissimâ custodiâ tentus Romæ fuit à Lamberto Comite Spoletano, & Marchione Tusciæ Adelberto.

ANNO Domini DCCC. LXXVIII. Imperij verò Imperatoris Constantinopolitani, X. * Ludovicus B Filius Karoli Calvi regnat in Franciâ annis duobus. Iohannes PaPa, à Lamberto Duce Spolitanorum * iniuriat Franciam venit: Eiusque adventus Ludovico Regi nuncia tunc morabatur circà Ligerim, propter Northmannos. Q nanter Trecas veniens, ei occurrit; mutuóque se salutaver quâ Civitate, ab eodem PaPa Ludovicus secundò coron benedicitur. Nam, post mortem Patris sui Karoli Calvi, I torem Romanorum voluit eum constituere; sed Romanis dicentibus non potuit perficere.

a. APPENDIX, *ad vocabulum* Iniuriatus, &c. *Miror veteres Francorum Annales hæc ita paucis tradidisse, vt sit repetenda rei adeò seriæ plenior cognitio. Obscurum enim est ill prodidit ab alijs exceptum verbum*, Iniuriatus, *Andreas noster. igitur Pontificis ipsissimi Ioannis hoc nomine octavi 84. 85. 86. ad Reges Franciæ, Germaniæ, & ad sacros Antistites, & Beren Comitem; oriundum ex Regiâ stirpe, quid sibi velit dictio ista prisc* riatus, *clariùs exponunt, cùm declarant, voluntate Carolomanni, Lambertum Comitem Spoletanum, cum Adelberto Tusciæ Marchi que ingentibus copijs militaribus Romam ingressos, Ioannem 8. S Pontificem in arctissimâ custodiâ tenuisse; Episcopos, Clericos, & chos, pessimè habuisse; dumq; litanias agerent, fustibus cæcidisse; Romanos coëgisse in verba Carlomanni iurare; omnia sic in Vrbe confudisse, vt clausis portis Basilicæ Sancti Petri, & cilicio altari divinoq; illic officio cessante, Pontifex Ioannes 8. in Gallias prof consilium inire fuerit coactus, & ad Regem Ludovicum Balbum a di, quem iam, (vt fert Pontificis Epistola 86.) Ecclesia Romana in perij illustrâsset, & idem Pontifex veniret Consiliarij à secretis Pontificis dignitate aucturus, prout & Patrem Carolum Calvum stum priorem cohonestârat Apostolica Sedes.*

Quæ verò extant eiusdem Pontificis Max. litteræ datæ ad Episco ...*lis, &*

lia, & Germaniæ, docent ab eo iussos omneis convenire ad Synodum Trecis celebrandam Mense Augusto, in quà omneis approbàrunt excommunicationem, quam idem Pontifex, iniuriatus, *in custodià arctissimà tentus, & cum Episcopis, Clericis, & Monachis litanias agentibus indignissimè, pessiméq; habitus, (vt iam dictum est) Romæ promulgàsset adversus Lambertum & Adelbertum, profanos grassatores, necnon Famosum, Gregorium, & alios complices eodem Anathemate obstrictos. Septimo autem exindè sequenti die antè Idus Septembris (vt auctor est Aimoinus,* *) *Ludovicus Balbus Francorum Rex, honoribus; (vti scribit noster Andreas) auctus est ab eodem Pontifice Ioanne, & Diàdemate Imperij splendidiùs redimitus; & Romam repetiturus Pontifex, petitum ab Imperatore Ludovico Balbo, & ab Episcopis, qui Synodo interfuissent Trecensi, æquissimum auxilium contrà Ecclesiæ Romanæ inimicos omneis extemplò præstitum accepit. Verùm, cùm Imperator Ludovicus Balbus non posset Pontificem ipsemet Romam reducere, ob contractam ex morbo recenti corporis nimiam imbecillitatem, Comitem cum ipso Bosonem armatum voluit proficisci. Sed de hisce hactenus satis.*

¶ VVincmarus, *seu,* Hincmarus, *(vti legunt cætera Exemplaria nobis exhibita)* Laudunensium Episcopus, * qui à Bosone Tyranno fuerat excæcatus, * d. coram ipso Papà, atque omnibus Galliarum Episcopis, de omnibus, quibus olim fuerat damnatus, se inculpabilem reddidit, atque iubente Domno * Apostolico, Missas celebravit.

Post hæc, Rex, atque omnes Principes, multis muneribus honoraverunt Domnum Apostolicum; & omnes, socios itineris ei delegerunt vsque ad Italiam. *Romamq; regressus Pontifex, Principe Bosono Ductore, primo Novembris inimicos reperit diffugisse: addunt Sigo. Aimoi. & Regino.*

Ludovicus, Rex Germaniæ, & Ludovicus Consobrinus eius, Rex Franciæ, apud Aristalium, se mutuò salutaverunt, pacémque firmissimam inter se fecerunt.

Appendix ad Aimoinum, lib. 5. cap. 38. Ludovicus (ait) *Balbus, Ludovicum, & Carolum Crassum, Patrueles, induxit ad pacem constituendam, anno 878.*

Anno DCCC. LXXIX. * Ludovicus Rex Francorum graviter infirmabatur; & Die Sancto Parasceves, * anno ætatis suæ, circiter XXXIV. diem clausit vltimum, anno secundo Karoli Imperatoris Romanorum, & vndecimo * Basilii Imperatoris Græcorum. Sepultus

*Aimoinus lib. 5. c. 37.

*Hincmarus Laudunensis à Patruo suo Hincmaro Rhemensi Archiepis. multa legatur passus. ap. Baroniũ.

* d. Cod. Hennonensis legit, damnatus & excæcatus, Recentior verò noster, vult legendum, exhiatus, nõ autem excæcatus.

*Domnũ, desideratur ap alia Exemplaria MSS.

*880 ap. Sigebertũ,

* Decimo Aprilis.

* F. 13.

pultus est autem in Ecclesiâ Sanctæ DEI GENITRICIS MARIÆ, quam Karolus Pater eius apud Compendium, in suo Palatio, regio cultu construxerat. Reginam autem ex se gravidam reliquerat. De regno verò eius Francis variè sentientibus, alijs, illud Filijs Ludovici Balbi ex concubinâ deberi iudicantibus; alijs, Bosoni, Provinciæ Regulo, ad illud iniustè invadendum assentientibus; alijs verò illud Regno Germaniæ resociare volentibus. Nascitur * interim ex legitimâ Vxore Ludovici Balbi Filius, qui ex nomine Avi Karolus nominatus est. Filij tamen Ludovici Balbi ex Concubinâ, Ludovicus & Karolomannus, dicti, interim Regnum Francorum inter se dividentes, regnant annis quinque, & Bosonem semper persecuti sunt.

* Carolus posthumus, dictus postea Simplex, natus anno 879. ex posteriore Coniuge Adelaide.

DE REGNO LVDOVICI, ET KARLOMANNI, FILIORVM LVDOVICI BALBI, EX CONCVbinâ, *vel priore F. Coniuge, Angarde.*

CAPVT XVII.

¶ ANNO Domini DCCC. LXXX. regnaverunt in Franciâ Ludovicus & Karlomannus, Filij Ludovici Balbi, ex concubinâ, * annis V. Fecit autem eos Abbas Hugo, consobrinus eorum, consecrari in Reges, per manus Ansegisi Archiepiscopi Senonum. Qui, consecrati, Ambianis cum suis fidelibus venerunt: ibique, Optimates Francorum inter eos Regnum diviserunt. Dataque est maior pars Franciæ, & omnis Neustria, Ludovico primogenito; Karlomanno autem iuniori, Aquitania, atque pars Burgundiæ, necnon VVasconia, & Gothia: & indè, vnusquisque ivit in sua.

* *Io. Tilius* Ludovicum & Carolomannum etiã vocat Nothos

¶ Northmanni, adiunctis sibi Danis, Franciam & Lotharingiam pervagantes, Ambianos, Attrebates, Corbeiam, Cameracum, Tarvennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachatensium, omnemque, circà Schaldam Flumen, terram, Monasteria Sanctorum VValerici & Richarij, ferro, & igni devastant. Indè VVal Fluvium ingressi, totam Batuam, Palatium etiam Neomagi incendunt. Sacri Ordinis, in vtroque sexu, Ministri, vbi poterant oportuniùs latebant: & Sanctorum Corpora, & pignera locis tutioribus absconderant. †

Anno 882. *Ex Sigeberti supputatione*, vel F. 881.

* Ambianis, Atrebatis *ap. M. in E. g. Cod. Ms.*

¶ Northmanni,

¶ Northmanni, Vrbem Treverim incendunt, & Mettim vſque pertendunt: ibique conſerto prælio, Chriſtianos vincunt. In hoc prælio, VValo, * Mettenſium Epiſcopus cæſus eſt.

* Gualo, ap. Sig.

¶. Northmanni, Franciam repetentes, poſt multas incurſiones, à Ludovico & Karlomanno, Francorum Regibus, xij. millia argenti probati pondera; pro tributo exigunt: Et ſic, in xij. annos * pacem promittunt, & mare repetunt.

* annis, lege ap. Mont. Elig & Andernenſem Codices MSS.

Hoc tempore, Rodolphus * quidam, Corpus Sancti Calixti Papæ, & Martyris, à Romanâ Vrbe in Franciam transfert. Qui Calixtus, Ieiunium quatuor temporum inſtituit, *celebrari: addit Sigebertus ad annum Chriſti 884.*

* Rodulfus, ap. Mont Elig. & Andrēſem Codices MSS.

OBSERVATIO.

¶ *Non erit (vt exiſtimo) Lectori huiuſce Synopſeos Andreanæ ingratum, ſi priuſquam hunc ſuperiorem Rodulfum deſerā, qui corpus Sancti Calixti, ſeu Calliſti Papæ (vtrumq; lego apud veteres ſchedas Cyſonienſeis) in Franciā, ab Vrbe Romā tranſtuliſſe, ex Sigeberti fide referatur ab Andreā noſtro; quæ ſequuntur, ex occaſione natā, hoc loco adiungam, quæ ſpectent Divi Calixti, ſeu Calliſti Papæ decus; & ſanctæ vetuſtatis amanteis, oblectent. Omnem ſiquidem ſuperat ſermonem pompa illa religioſiſſima, quā,*

Francorum nobiliſſimis
Oriundus natalibus,
Nataleis illuſtriſſimis
Nobilitans, & actibus,

Sanctiſſimus ille Forojuliēſis Dux Eberardus, ſeu Everardus, Nobiliſſimi Cœnobij, cum Coniuge Giſla, Parens, & præſtantiſſimum Decus, in Ædem Aſceticam, eodem loci, munificentiſſimè à ſe conditam, & cenſibus ampliſſimis donatam, ſacrum Corpus Divi Calliſti, ſeu Calixti Pontificis invectum pientiſſimè curâſſe tradatur. Exſtat penes me Opuſculum, à Viro religioſo æquè ac erudito editum, quod paucioribus verbis hunc in modum ſuam inſtituerit narrationem de huius ſacri Corporis tranſlatione.

Surgens q;ue omnis multitudo Cleri, ſeu populi finitimorum locorum, obviam Sancto properabant, genuq;ue ſummiſſo in terram Dominum benedicebant, qui ſui miſertus de ſuis Sedibus tantum Principem ſibi mittere dignaretur. Tunc omnes, vno animo, vnâque voluntate congregati, cum melodiæ vocibus, hymniſque, laudibus debitis, Sanctiſſimum Chriſti Martyrem ſuæ Domui intulerunt, ac in præparato ſibi Mauſoleo decentiſſimè collocārunt.

Neque profectò parū ſplendoris hæcce ſacratiſſimi tunc pignoris illatio huic peperit Inclyto Monaſterio Cyſonienſi, cuius perelegans Templū, quadratā Turri ſacrā ſublimè aſſurgenti, (vt cætera prætereā pulcherrimè adiuncta eidē ædificia, & ſubdivalia regularia) ſūmis, & arte, & ſumtibus adornavit,

 qui,

qui, R. in Christo Patri, meritissimoq́; Præsuli, Domino Ioanni Desrumaux successor datus, hoc tempore, multis ad regimen Cœtus illius Venerabilis, & præclaris dotibus fultus, sibi subiectos verbo & exemplo secum ardenter ad regularis disciplinæ, & eximiæ pietatis studia rapit: & magnâ proborum cum laude Pedum tractat percelebris Abbatiæ Cysoniensis Reverendus admodum in Christo Pater, ac Dominus, non, Antonius, certè, (vti legit Præfatio nostra ad Lectorem huiusce Synopseos excusa mendosissimè,) sed, DN. Erasmus D'Autel, ortu perhonesto Valencanas; Verùm, & hæcce, & quæ superiùs nunc transeunter attigimus, De translato ad Cysonienses Corpore S. Calixti plura in medium proferendi opportunior erit nostrâ in Hagiographiâ Marcianensi olim locus. Suam igitur narrationem Chronologicam instituere sic prosequatur iam noster Andreas.*

* vbi, & lege deinceps, vulgò. la potte Meroé dici debere, nuperrimè memoruit, &c.

¶ Balduinus, Filius Audacri, Comes Flandriarum moritur. Successit ei Balduinus Filius eius ex Iudith, Filià Karoli Calvi. *Et dictus est Balduinus Calvus, à Carolo Calvo Cæsare, Avo materno, Cognomentum consecutus; Ex Mrrchantij Chronicis Flandr. ad annum 879.*

Dani, seu Northmanni, famosissimum Aquisgrani Palatium igne cremant, & Coloniam Agrippinam, cum Monasterijs, & Palatijs Regum, Villas quoque, habitatoribus interfectis, igne cremaverunt. Nam, præcedenti anno, Civitatem Attrebatum, Cameracum, Tornacum, & omnia Monasteria circà Fluvium Scaldum, & Fluvium Scarp,* destruxerunt, & incenderunt. Accolas autem terræ, aut captivaverunt, aut occiderunt. Tunc etiam perijt omnis decor Marcianis Villæ, & Monasterij, in Chartis, Privilegijs, & multis possessionibus.

* Iscarp. legunt Codices MSS. Andernensis, Mont-Eligianus, & Henniniensis.

Ludovicus, Rex Francorum, Ligerim petijt, Northmannos volens è Regno suo eijcere. Vt autem hoc perpetrare posset, Hastingum, vnum ex Principibus eorum, in amicitiam recepit. Sed antequàm causa finiretur, hoc modo mortuus est Ludovicus III.

† Anno 883.

Quandam enim puellam, Filiam cuiusdam Germundi insecutus est equo sedens, iocando, vt iuvenis. Illa autem in domum paternam fugiente, Rex in ostium intrans, scapulas superliminari, & pectus, sellà equi attrivit. Quod eum valdè confregit. Vndè ægrotare cœpit. Et delatus apud Sanctum Dionysium, Nonis Augusti defunctus, maximum dolorem Francis reliquit. Sepultúsque est in Ecclesià Beati Dionysij: Miserúntque, & vocaverunt Karlomannum Fratrem eius, qui festinè venit in Franciam. Iste quoque sequenti anno mortuus est hoc modo.

Anno Christi, 884. Ex Io. Tdij Chronic.

¶ Rever-

¶ Reversus enim à compositione pacis, quam duodennem cum Northmannis pepigerat, abijt in Basiu * silvam, & pauci iuvenes cum eo, venandi causà. Et dum Rex aprum vellet percutere, & quidam è suis Bertoldus nomine, cùm ei auxiliũ ferre vellet; casu Regem in tibià vulneravit.* Et accepto vulnere, supervixit septem diebus, atque in eodem loco defunctus est Mense Decembri, anno ætatis suæ circiter xviij. Sepultus est autem in Ecclesià Sancti Dionysij. Katlomanno Francorum Rege mortuo, Northmanni Franciam repetunt, dicentes, se cum Rege Francorum * tantùm; non autem cum Francis pepigisse pactum. Hinc compulsi Franci, Karolum Imperatorem ad auxiliadum sibi invitantes, Franciam ei subijciunt. Qui, contrà Northmannos, apud Lovanium, castrametatos, semel, & bis exercitum misit; sed nihil dignum fecit. Regnavit ergò Karolus in Francià, annis V.

*Basin, apud Mont. & igiarũ Codicem MS.

* Ex apri vulnere obijsse volunt, Regino. lib. 2 & Zonar. lib. 3. Anno 884.

* F. Karlomãno, Ita n habet Aventinus.

DE REGNO KAROLI TERTII, IMPERATORIS; ET REGIS SVEVORVM, IN FRANCIA.

CAPVT XVIII.

ANNO Domini DCCC. LXXXV. Karolus * Imperator Romanorum, & Rex totius Germaniæ, & Lotharingiæ, regnavit quoque in Francià, anno sexto-decimo * Basilij Imperatoris Constantinopolitani.

Quis poterit enarrare, quænam mala, à Northmannis per totam Franciam, & Burgundiam, & Neustriam sint facta? Non enim fuit locus, nec Civitas, nec munitio, nec Ecclesia, à Mari Hispanico, vsque ád Mare Britannicum, quæ se possent abscondere à turbine tempestatis huius.

*Cognomento, Crassus.

* F 19. Basilij primi, Macedonis dicti.

Karolus Rex, Suessionis, apud Sanctum Medardum, terram, inter Francos dividit. Necdum se de eo moverat loco, Et, eccè Sigefridus, Rex Danorum, Hysaram * fluvium ingressus, terrà & aquà faciens iter cum suis, omnia ferro vastabat & igne. Quod cùm Imperator agnovisset; (nam ignis ei certum nuncium deferebat,) indè recessit.

¶ Post hæc, Sigefridus, famosissimam Ecclesiam Beati Medardi igne cremavit, & Monasteria, Vicos, Palatia Regia, interfectis, & captivatis terræ accolis.

*Hysam ap Mont. Eig Hẽmmum. Andrẽsem, Vedastinum, Codices MSS.

Karolus

Karolus Imperator, cum Northmannos nequiret expellere de Franciâ, tandem facto fœdere, concessit eis regiones quæ erant vltra Sequanam, quarum incolæ contra se rebellabant. Quæ pars Franciæ,* à Northmannis, Northmannia denominata est. *Quidam tamen, hæc referunt, ad annum 887.*

* Neustria, à Northmannis nomen est sortita, anno 887.

Franci Australes, videntes Karoli Imperatoris vires ad regendum Imperium invalidas, ejecto eo de Regno, Arnulfum, Filium Karlomanni Fratris eius in Regni solio ponunt. Hic Arnulfus, Patruo suo Karolo, ex Imperatore, etiam necessarijs egenti, fiscos in Alemanniâ delegavit: qui, sequenti anno obijt,* *anno 12. quàm imperare cœpisset, Regnorum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Imperijq; titulis clarus, si Maiestatem tantam aquè tueri, ac parare quivisset.*

* Anno Christi 888 Mense Ianuario. Sigebertus tamen id reijcit in annum 890.

¶ In alio libro, sic legitur (*ait Andreas noster:*) Karolus, post amissum Imperium, fertur à suis strangulatus. In brevi finivit vitam præsentem, possessurus (vt credimus) cœlestem.

Imperatores Constantinopolitani illo regnante in Franciâ hi fuerunt: Basilius I. & Leo, Filius eius. Et hi Pontifices Romani; Ioannes, Martinus, Adrianus, * Stephanus.

* Agapitus, Adrianus, *apud Mont-Eig & Andrensis Codices MSS.* Anno 890 *ap. Sigbertum.*

Romanum Imperium, & Regnum Francorum miserè discerpitur. In Italiâ nempe, Berengarius, & VVido de Regno contendunt. Franci verò, neglecto Karolo, Filio Ludovici Balbi, puero vix decenni, Regem sibi præficiunt Odonem Comitem Parisiensem, Filium Roberti Ducis, quem à Northmannis occisum supradiximus. Rodolfus autem, Coronâ sibi impositâ, Rex Burgundionum statuitur. Quod Regnum, multo tempore duravit. *

* Duravit annos 144.

DE REGNO ODONIS, COMITIS PARISIENSIS, FILII ROBERTI COMITIS.

CAPVT XIX.

ANNO Domini DCCC. XCI. * Anno V. * Leonis Imperatoris Græcorum, &, primo * Arnulfi, Romanorum, regnavit Odo in Franciâ, alienus à Genere Karoli Magni, annis IX. Divisi enim sunt Franci; & aliqui eorum volebant constituere Regem, VVidonem de Italiâ: * Maximè verò, illi qui partibus Fulconis Archiepiscopi Rhemensis favebant: Alij, præfatum Odonem,

* F. Anno Domini 892.
* vel F. VI.
* vel IV.
* VVido, seu Guido, Dux Spoletanus. De hisce contentionibus, videantur, P. Æmil. Sigon. lib. 6. initio. Otho Frising. Marian. Scotus, Regino, & alij.

Odonem, (Inter quos, Theodericus Comes eminebat) in Regno ſtatuere contendebant. Convenerunt itaque qui Odonem elegerunt, in Compendio, Palatio, atque conſenſu eorum qui ſibi favebant, per manus VValteri Archiepiſcopi Senonenſis, benedici ſibi eum in Regem fecerunt. Fulco enim Archiepiſcopus Rhemenſis, imponere ei manus conſecrationis noluit, cuius erat Ius, Reges Francorum conſecrare; eò quòd non eſſet de Karoli Magni Genere. Pauci verò ex Burgundiâ, apud Lingones Civitatem, per Geilonem eiuſdem Civitatis Epiſcopum, VVidonem ſupra-dictum, Regem ſibi creaverunt. VVido verò Rex factus, audiens Odonem in Franciâ creatum Regem, redijt in Italiam.

Odo Rex, Francos qui ſuo nolebant ſubdi dominatui, partim blanditijs, partim terroribus ſibi ſociare feſtinabat.

Franci verò, ad Arnulfum Regem Germaniæ, futurum Imperatorem ſe contulerunt, vt veniret in Franciam, & Regnum ex avità ſucceſſione ſibi debitum reciperet. Inter quos, erant huius Iuſtitiæ primi, Fulco, Archiepiſcopus Rhemenſis, & Balduinus, Comes Flandrenſis, qui favebant partibus Karoli, Filij Ludovici Balbi, iuſto hæredi.

Odo Rex, Danos, ſuper Axonam [a] Fluvium, bello vincit. Quæ victoria, non modicam illi contulit gloriam. Poſt hæc autem ab Arnulfo Rege convocatur ad Placitum. Statuto itaque die, Odo Rex, fretus auxilio ſuorum, VVormaſiam * venit, honorificèque ab Arnulfo Rege ſuſceptus eſt, & facti amici: remiſitque eum cum honore in Regnum ſuum.

Eodem anno, Remis Civitatem, Odo Rex, contrà Miſſos Arnulfi Regis perrexit. Qui, ei (vt ferunt) Coronam miſit: quà, in Eccleſià Dei-Genitricis, in Natali Sancti Brictij, capiti impoſità, ab omni Populo Rex acclamatur.

¶ Odo Rex, ipſo anno, * Nativitatem Domini in Monaſterio Sancti Vedaſti celebrem egit.

Anno IV. Odonis Regis, Northmanni iterum à Pariſijs repulſi, inſtantià ipſius Regis, fines Britonum inceſſunt: & primò victores, poſteà à Britonibus vincuntur in duobus prælijs; duodecim millibus ſuorum peremptis.

Odone Rege, per conſilium Francorum in Aquitanià demorante, Franci, *. Karolum puerum duodennem, Ludovici Balbi Filium, in Regnum Paternum revocant: & Rhemis, à Fulcone Archie-

[a] *vernaculè*, Aiſne. ap. Henninienſē Cod. Axonem; ap. Sig. Auxonā. ad annū 893.

* VVormaciam *ſcripſit Sigebert*. Anno 891.

* Principes Neuſtriæ. Anno 892. Videatur Epiſtola Fulconis ad Flodoardū, libro 4. Hiſtoriæ Rhemenſis,

piſcopo in Regem benedici faciunt: & oritur longa concertatio inter eum, & Odonem.

Arnulfus Rex, à Bajoarià, contra Northmannos properat cùm valido exercitu in Lotharingiam. Quos, ſupra Fluvium, qui Tyria * dicitur, pedeſtri prælio adorſus, tantam ſtragem ex eis fecit, vt ex innumerabili multitudine, vix ſupereſſet, qui, ad Claſſem, adverſum nuncium hoc ferret. Northmannorum reſidui, tranſvadatâ Moſâ, Riguariam, * & Arduennam vaſtando pervagantes, trans Mare recedunt. *Caſi ſunt ad centum millia; anno 891. vt autores ſunt Regino, & Marian. Scotus.*

Hoc tempore, claruit in Burgundià, Berno, ex Comite, Abbas Cigniacenſis Cœnobij à ſe fundati. Qui etiam ex dono Avæ * Comitiſſæ, conſtruxit Cluniacum Cœnobium in Cellam Gigniacenſem.

Claruit & hoc tempore Remigius Antiſiodorenſis, * in exponendis divinis Scripturis, & humanis ſtudioſus.

Karolus Rex, opem Arnulfi Regis, Conſobrini ſui, contrà Odonem implorat: ad cuius auxilium Arnulfus Rex exercitum miſit: ſed parum commodi contulit.

Karolus Rex, Hundæum Regem Northmannorum apud Dominium baptizari fecit: eumq; de Sacro Fonte ſuſcepit.

Rodolphus, Comes Pagi Cameracenſis, Frater Balduini Comitis Flandrenſis, gravi irà commotus, propter Caſtella ab Odone ſibi ablata, ſcilicet, Sancti Quintini, & Perronam, dum deprædari non ceſſat Abbatiam Sancti Vedaſti; ab Heriberto Comite, in bello occiditur.

Balduinus Comes invaſit Civitatem Attrebatenſem; & Caſtrum Sancti Vedaſti: ſed, ſub celeritate amiſit.

Poſt-ea, Odo Rex, venit ad quoddam Caſtrum ſuper Fluvium Yſam, quod Fera dicitur: * ibique graviter ægrotare cœpit: obteſtatuſque eſt omnes Primates Francorum, vt Karolum, in Regnum reciperent: mortuúſque eſt ibi Kalendis Ianuarij ſine liberis. Corpus autem eius delatum eſt apud Sanctum Dionyſium; ibique honorificè ſepultum. Obijt autem XIII. anno Leonis Imperatoris Græcorum, & IX. Arnulfi, Romanorum, *Anno (vt videtur Æmil. & Regino. 898. Arnulfi Imper. Germaniæ II.*

Romanæ Eccleſiæ præfuerunt, Stephanus Papa, *Formoſus*, *Bonifacius*, *Stephanus VII. dictus VI.* ipſo regnante.

DE

Margin notes:

* Tilia, *ap Sigebertum.*

* Ribuariam, *ap. Sigeb* forte, Ripuariam e ſt ù le gens, ad annum 895 *Ex Sigeb*

† * Evæ, *ajunt recentiores Exemplar noſtrum MS lego* ☞ Oblcivi hunc Remigium

* Autiſſiodorẽſis, *ap. Andegauenſ, Exemplar MS* Altiſiodorẽſis, *ap recentiores.*

* vernaculè, La Fere.

DE REGNO KAROLI SIMPLICIS, FILII LVDOVICI BALBI; ET, DE BELLO SVESSIONICO, in quò Robertus Comes, Frater Odonis Regis, invasor Regni, occisus est.

CAPVT XX.

ANNO Domini DCCC. XCIX. * regnavit Karolus, Cognomento Simplex, filius Ludovici Balbi, annis XXVII. Quatuor enim annis cum Odone regnaverat. Franci enim, Odone mortuo, Rhemis convenientes, Karolum in Sedem Paternam restituerunt.

* Anno 900. ap. Tilium.

Balduinus verò Comes Flandriæ, propter Heribertum, qui Rodulfum Fratrem suum occiderat, eò venire distulit: attamen Missos dirigit, qui Regi innotescerent se illi fidelem esse.

Robertus Comes, etiam, Frater Regis Odonis, venit ad eum. Quem Rex honotificè suscepit. Similiter fecit & Ricardus.

Balduiuus Comes, contra voluntatem Regis, Perronam invasit.

Karolus Rex obsedit Castrum Sancti Vedasti. Illi autem qui ipsum Castrum tenebant, Missos suos dirigunt ad Balduinum. Balduinus verò venit ad Regem, & reddidit ei Castrum invitus, & suos exindè fecit exire. Rex verò, dedit illud Altimaro Comiti.

Karolus Rex, æstivo tempore, super Ysam adunato exercitu resedit, tractaturus, quid agerent de suis inimicis. Balduinus verò perrexit ad ipsum placitum, volens sibi Regem reblandiri, vt Attrebatum, quam ei tulerat, redderet. Cùmque hoc ei contradicerent, Fulco, Archiepiscopus Rhemensis, atque Heribertus, Venerabilis, VVinethmarus * improvisè superveniens, Fulconem Archiepiscopum, cum suis complicibus, (quod dictu etiam nefas est,) multis perfossum vulneribus interfecerunt xv. Kalendas Julij: Corpúsque eius Rhemis delatum est, atque in Ecclesiâ Beati Remigij positum. Post hæc, ordinato Episcopo Herevæò Rhemis, Synodóque factâ, omnes interfectores Episcopi damnaverunt, & à liminibus Sanctæ Matris Ecclesiæ extorres reddiderunt.

† * lege de hâc proditoriâ, & nefandâ cæde Fulconis, iussu impij Balduini Comitis patratâ, Baroniũ ad annũ Christi 900.

Arnulfus Rex, à Formoso PaPà invitatus, Langobardiam potenter ingressus, Pergamum Vrbem armis cepit. Cuius Comitem Ambrosium, antè portam Vrbis laqueo suspendens, cæteris Vrbi-

bus terrore incusso, ad obsequelam suam omnes adduxit. Tandem Romam venit; sed, non admissus, Romam Leoninam obsedit. Lepusculo fortè versùs Vrbem fugiente, & exercitu cum nimio clamore sequente, Romani timentes, se, de muro proijciunt, & hostibus per factos acervos murum ascendendi locum faciunt. Sic Roma capta, illos, * qui PaPam injuriaverant, decollari fecit, & à PaPà in Imperatorem benedicitur. Et, quia de Formoso PaPà hîc mentio facta est, vtile duximus nescientibus innotescere quo modo in PaPam electus est.

Hic Formosus, quondam Portuensis Episcopus, cùm in suspicionem venisset Ioanni * PaPæ; a. b. timore eius perculsus fugiens, Episcopatum Portuensem reliquit: &, quia revocatus à PaPà redire noluit; anathematizatus est. Cùm autem Ioannes PaPa ad Ludovicum Regem Balbum in Franciam venisset, prædictus Formosus ad satisfaciendum PaPæ occurrens, * vsque ad Laïcalem habitum degradatus est. Iuravit etiam se non ampliùs Romam intraturum, nec Episcopatum suum repetiturum, confirmans propriæ manus subscripto, se in Laïcali communione perseveraturum. Post hæc autem à Martino successore Ioannis in Episcopatu contra datum Sacramentum restitutus; non solùm Romam intravit, sed etiam Romanæ Ecclesiæ Papatum suscepit.

De hàc igitur Formosi degradatione, & secundà promotione, multi multa dicebant. Quidam, dicebant injustè eum degradatum; alij autem, post degradationem, iuramentum quoque, & subscriptionem, iniustiùs eum esse reïnthronizatum; & omnes Ordinatos ab eo iudicabant exordinandos: alij autem, iudicabant non esse exordinandos ab eo Ordinatos; eò quòd Martinus * PaPa, Ioannis successor, qui habebat potestatem ligandi, atque solvendi, eum absolvisset à Sacramenti præstiti * perjurio.

*Sergianos illos vocant Regino & Luitprãdus, ad annũ 896. quo, vi captã Romam aiunt ab Imperatore Arnulpho, à quo cædes facta erravit odium maximũ Formoso Pontifici Max. alioquin Viro sãctissimo. Vide Luitprãdũ libri primi Cap. 8

*Octavo, ad dedit Sigeber.

* in Gallias veniẽs, lego ap. Sigebertum.

*Marin.⁹, legit Mõt Eligian⁹ Codex, & Andrẽsis *pręstiti, desideratur ap. cætera quæ viderim Exẽplaria MSS.

APPENDICVLA.

¶. a. b. *Ioannis huius octavi, res gestæ, apud Anastasium Bibliothecarium (nescitur causa) desiderantur. In eo tamen, non possum, quin Dei ter Maximi consilium vehementer admirer. Is enim, posteaquàm Antistitem Portuensem Formosum, Virum laudatissimum, (vt retulit superiori narratiunculà noster Andreas) damnàsset in Gallijs; rursusq́ iter in easdem arripere statuisset, vt inter se dissidentes Francorum Principes conciliaret, hàcq́ ratione devinctos, ad ferendam, tempore, opem Ecclesiæ Romanæ periclitanti, easdem redderet promptos; vti antehac, nec ab Orientis, nec ab Im-*

ab Imperatore Occidentis præsidij quicquam potuerat obtinere; ita iam, id nè facere posset, fatum ipsius evicit extremum. Inter enim summas ærumnas curis confectus, & obrutus mærore, extinctus est 18. Calendas Ianuarias anni 882. Qui verò in eius locum subrogatus fuerat Martinus, seu Marinus, Gallesio Oppido oriundus, quæ perperam egerat Ioannes hic, eo nomine PaPa octavus, rescidit; &, quem is ipse damnatum Ioannes octavus PP. iurare compulerat, communione laicà contentum in perpetuum permansurum, Formosum, maximis legationibus insignem, & Bulgarorum Apostolatu clarum, Episcopatui restituit Portuensi; summis postmodò (vt inferius dicetur) titulis, & honoribus condecorandum. Verùm, De Ioanne 8. hactenus: nisi quod eius exstat Constitutio; Quà, PaPam, Moysi; Sanctæ verò Romanæ Ecclesiæ Cardinaleis, vices asserit gerere Septuaginta Seniorum, qui Caussarum iudicia sub ipso dijudicarent. Vndè, iuxtà Leonis 4. decreta, bis, hebdomadatim, ad Palatium Sacrosanctum eos præcipit convenire, propter Ecclesiarum solicitudinem, & disciplinam Clericorum, & ad querimonias Laicorum æquabiliter definiendas.

Arnulphus * Imperator, Vxorem VVidonis, qui Italicum Regnum invaserat, in quodam · Castello obsedit. VVido enim, à facie eius fugerat. Vxor autem eius, iam rebus suis diffidens, per quendam * Imperatoris familiarem, multà pecuniâ corruptum, ei poculum mortiferum dedit. * a Quo hausto, per triduũ excitari non potuit, apertis oculis, nil sentire, aut loqui valens. Quæ res, eum repedare coëgit, *, Quem recedentem VVido persecutus, à Deo percussus obijt; *Anno Domini 899. si rectè notàrunt Regino, & Luitprandus; à quorum calculo recedit nonnihil Onuphrius. Sed, quid agas? Hæc est temporis huius obscuritas: de quà queruntur historici recentiores.* † †

¶. Imperator verò, *Sup. Arnulphus*, longâ ægritudine dissolutus, &c, * (vt quidam ferunt) afflictus, à minutis vermibus, quos pedunculos · vocant, adeò in corpore eius scaturientibus, vt à nullo Medicorum minui possent, moritur: & Ludovicus, Filius eius, post eum regnat, annis decem. *

OBSERVATIVNCVLA.

* a. *Lamberti, seu Lamperti Regis Mater, Coniux VVidonis, Vidonis, seu Guidonis Italiæ Regis, in paucis mulier vafra, cùm Firmum, Vrbem, quam ipsa obtineret, arctà obsidione pressisset Arnulphus; Fraude venenum Augusto propinari curavit. Moxq; gravi Lethargo Arnulphus oppressus, solvisse obsidionem; ad vltimumq; phthiriasi consumtus perijsse fertur 27. Decembris. De anno concertant historici. Regino, lib. 1. Frisingensis,*

* Arnulfus, apud Codicem *Andrensem MS.*
· Firmum. vocant historici.
* Vnus, legunt Exemplaria *MSS. Mont-Eligi.*
· *Andremse, Vedastinum.*
* in Germaniam, addit *Luitprandus*
· vel legit recentior Codex *MS. noster.*
* pediculos, scripsit *Sig b.*
· vel 12. iuxta sententiam aliorum historicorum Scriptorum.

gensis, lib. 6. Sigeberti Chronicon. Sigonius, lib. 6. Onuphrius, & Luitprandus, supra citati.

In annum porrò Christi 899. certiùs videtur conijciundus obitus Arnulphi; qui, quum ex Caroli Magni stirpe sanguinem magis, quàm indolem traxisset, vi partum, violenter gessit, & perdidit Imperium, morbo pediculari. Videatur Luitprandus lib. 1. cap. 9. quo, reum illum violationis Iurium, rerum, & personarum Ecclesiasticarum tradit. Ludovicum verò Arnulphi septennem Filium, Imperij Principes, dato Tutore Othone Saxoniæ Duce, Imperatorem substituêre, inquit Marianus Scotus. Cuius & rei Regino atque Luitprandus meminêre. Sed de his hactenus modò.

¶ *HIC DEFICIT PROGENIES KAROLI MAGNI, IN REGNO GERMANIÆ.*

Laconicus est Andreas noster: bisq; paucis ad annum Domini 912. referendis, monet Ianuari die 21. diem clausisse Ludovicum, Arnulphi, Germaniæ Imperatoris Filium; qui, è Caroli Magni stirpe fuit.

In hoc autem Principe, finem accepit progenies Caroli Magni, inter Reges Germanorum. Id asserunt, Adam Monachus, & alij veteres Chronologi. Cùm enim huic Ludovico, inclyto Principi, Caroli regnantis in Franciâ Fratrueli, nullus esset Filius; & Carolum Simplicem, bella Northmannica implicitum haberent; Germani Proceres, Conradum Franconiæ Ducem, bellis inclytum, Regem, & Cæsarem appellàrunt, & Coronam illi à Moguntino Præsule impositam Aquisgrani poposcerunt. Bene cum Hungaris Couradus Franco pugnavit: & septennio post, rebus humanis illi exemto, Henricus, Othonis Regis Saxonum Filius, est subrogatus; qui, Hungaris Saxoniam, Alemanniam, & Franciam infestantibus, validiore cum exercitu occurrit, & hostes acerrimos, victor nuncupato voto, penè delevit. Ad cumulum eius gloriæ, parum id fortasis dicetur. Addatur, quod Carolum inde Simplicem, Regem Franciæ, tutatus adversus rebelles, cum Rege totum idem sibi Regnum Francicum, armis receptâ Lotharingiâ, devinxit, Couradus, quem, deficiente Carolingorum prole, aliâ ex familiâ, Germaniæ Regem quærere, fuerit opus. Consulantur, qui prolixiùs hæc enarràrint, Regino, Marianus Scotus, Aventinus, & alij. Superest, vt ad Formosum Pontificem Summum, virum laudatissimum, cum Andreâ nostro, in hæcce verba, stylum referamus.

¶ Formoso PaPà mortuo, successit Bonefacius, Bonefacio Stephanus. Hic, primùm à Formoso PaPà Episcopus Anagninæ Ecclesiæ ordinatus, ipsum Formosum persequitur, & omnes Ordinationes eius irritas esse debere decernit, & alia horribilia dictu in

cum

eum fecit. Corpus enim eius à ſepulchro in Concilio protractum, & Papali veſte exutum, laïcali induit, &, abſciſſis duobus digitis dexteræ manus eius, in Tyberim præcipitari fecit. Quem, à piſcatoribus inventum, & in Baſilicam Beati Petri, in loculo deportatum, quædam Sanctorum imagines adoràſſe, & venerabiliter ſalutàſſe palam omnibus viſæ ſunt.

¶ OBSERVATIO.

¶ *Sunt, qui hæcce nefanda conÿciant in annum à Chriſto nato 897. quo, defuncto Pontifice Formoſo 19. Cal. IanuarI, Bonifacium 6. Stephanus 7. dictus Sextus, intruſus expulit intruſum, & coacto peſſimorum Concilio, Formoſi Cadaver exhumatum, & in Romani Pontificatus ſede veſtibus indutum ſacerdotalibus collocavit, atque ipſi tanquam viventi, furore percitus, exprobravit, quod ambitione nimia elatus, Portuenſi ſuo ex Epiſcopatu Apoſtolicam Sedem occupare præſumſiſſet: tumq́, Cadaver Formoſi damnatum, & veſtimentis exutum ſacris, tribuſq́, quibus benedicere moris eſt, mutilatum digitis, in Tiberim proiecit; quóſque ordinàſſet Formoſus, gradu cunctos deturbatos, rurſum ordinavit, Ita planè verum eſt quod Seneca monebat, in ſuo Hercule furente.*

Varia pattat, mens vt fugiat faciens furor:

Aurem namque mortui vellicans, & S. R. Eccleſiæ ignominiam maximam irrogans Stephanus hic Septimus, (cui, hoc in ſcelere contra Formoſum Sergius, exſtitit anteſignanus,) implevit, non certè quæ Iure licerent, ſed, quæ rabies exæſtuans ſuaderet. Videatur Luitprandus, qui libri primi capite octavo nefarium hocce facinus prolixiùs deteſtetur. Baronius hunc Stephanum, S. R. Sedis invaſorem, & perditiſſimum hominem vocat, cuius graviorem fuiſſe culpam indè liquet; quòd is ipſe Synodo collectâ ſuorum, ſcelus adeo nefandum probàrit. Quæ quidem Synodus reſciſſa, & à Ioanne Nono poſt ea igni tradita eſt. Vndè certi erroris arguendi occurrunt, qui conficta hæcce autumàrunt. Tales homines, monſtris perſimileis, fide licèt Catholicos, maximo Eccleſiæ damno, in hanc Sedem intruſerunt potentiſſimi Adelberti Marchiones Tuſciæ, Eccleſiæ infenſiſſimi Romanæ, De quorum etiam Pontificum intruſorum annis, haud parva diſſenſio notatur. Legatur Diploma Ioannis apud Sigonium, anno Ieſu Chriſti 898. & obſervare lubeat, quòd, certè, per hæc luctuoſiſſima Eccleſiæ Romanæ tempora, quantum boni deflebant omneis, vitæ homines exoſæ, Tuſciæ, Tuſculanorúmque Magnatum potentià in Sanctam Sedem Romanam intrudi; tantum admirationi exſtiterit ergà Sedem hanc eamdem inſignis providentia DEI ter Max. qui, virtute promiſſionis divinæ, quà, portæ inferi contrà

contrà Sedem Petri firmißimis stabilitam fundamentis prævalere poterunt nunquàm, nec errore vllo in fide Catholicâ labi, nec eam penitùs collabi passus sit vmquàm.

Sed & quantæ pietatis, quàmq; idem eximiæ Formosus exstitisset sanctitatis, vel indè demonstratum est, quòd, (vt retulit Luitprandus,) dum eiusdem Corpus ad ostia Tiberina repertum, in Vrbem, ad sepulturam iussum esset referri; & Vaticanæ fuisset illatum Ædi, sacræ illud imagines excipere visæ sint venerabundæ, divino Numine ità Pontificatum eius approbante, vt & Pontifex Romanus, in Conventu Episcoporum proindè Formosum, sacrisq; ab eo initiatos, in integrum voluerit restitutos.

Formosus in integrum restituitur. * in carcere strangulato, anno 900 Anno 901.

Stephano VII. * PaPa, Romanus succedit; Romano, Theodorus II. Hic, contrà Stephanum PaPam sentiens, reconciliavit Ordinatos à Formoso, quos Stephanus VII. per vim, intus, Romæ, & non foris exordinaverat, nec tamen præsumpserat eos iterum consecrare. His reconciliatis, Theodorus PaPa, libellos abrenunciationis reddidit, & igne cremari præcepit.

* LXX legit Codex Mô Eligiani, vti & Andrensis. Anno 901. Anno 907. Anno 908

Theodoro PaPà mortuo, successit Ioannes IX. Hic etiã ad confirmandã Formosi ordinationẽ, quã Stephanus VII. deposuerat, Synodũ LXXIV. * Episcoporum Francorum, prę́sentibus Archiepiscopis, & Rege apud Ravennam statuit: & coram eis combusta est Synodus, quam Stephanus 7. in damnationem Formosi fecerat. Ioanni PaPæ successit Benedictus IV. deindè Leo V. Hunc, post XXX. dies ordinationis suæ, Christoforus Presbyter suus capiens, & in carcerem trudens, invasit Romanam Sedem. Post hunc, Sergius, quondam Romanæ Ecclesiæ Diaconus, posteà Episcopus, ad Francos se contulit; & eorum auxilio, Christoforum capiens, & in carcerem trudens, latenter Romam ingressus, & ipse Papatum invasit; *Fretus potentià Marchionis Tusciæ, Divitis dicti, vt notat Auxilius apud Sigebertum Gemblac.*

Ideo hæc scripsi, vt intelligant legentes, quantæ sint in Ecclesia Romana factæ abusiones, *dùm scilicet Sedes Apostolica tantis est procellis iactata, vt absque vllâ controversiâ, nullam vnquam posit dici duriorem, diuturniorémve passa persecutionem, sive spectentur Gentileis, sive hæretici, & schismatici, aut alij perduelles; quàm, hoc sæculo perferre ferrè coacta est, quo Principes, quantumlibet Christiani, tyrannicè sibi electionem Pontificum Romanorum arrogàrunt, & deforme sæpiùs, horrendumq; Caput Ecclesiæ appositum intruserunt, factionibus inter se adeò atrociter decertantibus, vt Proceres modò Romani, modò potentià sæculari.*

quem

quem vellent Principes Etrusci, auderent intrudere, &, quem possent ijdem à factione adversà Pontificem Romanum, promotum, summo gradu deturbare non dubitarent. Quæ quidem toto hocce seculo ferreo dictitando sui asperitate, summiq. mali deformitate, peracta sunt, quousque pacis, belliq. medij Otthones, Germanorum Imperatores, opportunè intercessêre; tametsi & ipsi Pontificis Romani sibi electionem, electiq. dejectionem arroganteis. Consulantur, qui sub Alexandro 3. vixerit, Petrus Manlius in suo Stephano 7. & de hàc re disertiùs qui scripserit, Cæsar Baronius, ab anno 900. in sequenteis. Nunc autem redeamus *(ait noster Andreas,)* ad Reges Francorum, à quibus incœpimus.

Anno 914.

Karolus * Rex Francorum, Regnum Lotharingiæ recepit. Karolus Rex, & Balduinus, Comes Flandriæ, Vxores ducunt, Filias Edvvardi,* Regis Anglorum: Karolus, Ogivam: & Balduinus Extrudem. Karolus, ex Ogivà, genuit Ludovicum Regem: Balduinus autem, ex Extrude, Arnulphum Magnum, Comitem.

* Carol. Simplex.
* Eat-Vardi, legunt Mont-Elgianus, & Andrensis Codices MSS.

¶ Ira Dei, Super Francos, in misericordiam versa est, Nam, Northmanni, & Dani, qui Regnum Francorum per sexaginta, & eò ampliùs annos, pænè ad nichilum redegerant, ita sunt per Ricardum * Ducem Burgundiæ, & Robertum Comitem Parisiensem, Fratrem Odonis, quondam Regis, duobus prælijs devicti, auxiliante Christianis supernà clementià, per intercessionem Sanctæ DEI-GENITRICIS MARIÆ, (nam, in pago Carnotensi bellum fuerat commissum;) vt ipsi Northmanni misericordiam implorarent Christi, vt efficerentur Christiani.

* Legi potest Richardus VVassebargensis.

¶ Duo Cognati, Rollus, & Gello,* eo tempore, Duces erant Northmannorum. Consilio igitur accepto, Karolus Rex, cum Optimatibus suis, dedit Rolloni Gillam * Filiam suam, & totam Neustriam; eo tamen pacto, vt baptizaretur. Qui spopondit. Baptizavit autem eum Archiepiscopus Rothomagensis, & cæteros Northmannos. Suscepitque Rollonem de Fonte Robertus Comes Parisiensis, Frater Odonis Regis: &, ex eius nomine, Rollo, vocatus est Robertus; qui, fuit primus Dux Northmannorum.

* Gerlo, legunt Codices MSS. Andrēsis, & Mont Elgianus.
* Gislam, & Gislā, lego ap. recentiores historicos scriptores.

Vti Annaleis Franciæ, ita & Andreas noster, post obsessam à Northmannis Civitatem Parisinam, profligatum Regis Caroli, exercitum, anno Christi 909. siluêre. Satisq. fuit nostro Marcianensi Andreæ, hoc loci, pace tandem compositâ inter Regem Carolum & Rollonem, ostendisse Ducem hunc, cum suis Normannis, (vti convenerat,) acceptà Neustrià, iam dicendà Northmannià, hoc est, Septentrionalium hominum re-

Re paullò aliter narrant Aimoinus, & Regino. Chronicon que Normanniæ.

gione præpingui, Baptismo initiatum, religionem Christianam amplexatum esse eo anno, quo, Martinus Siculus, & Franciscus Tarafa, volunt cœpisse, in Asturiâ & Cantabriâ, Regnum Navarricum, cui nomen indiderit loci situs. Mariana tamen eius initia, diu satis ante, locavit. Retulit & illa Vasæus, in annum 839. postea quàm Suptarbiæ Rex vltimus, Sanctius Garsias, ex hâc vita subractus esset. De Rollone verò, eiusque iam rebus gestis prolixiùs lege, quos collegit Veteres Annaleis, Matthæus VVestmonasteriensis. Pergamus in lucem educere vetustius Exemplar Andreanum Manu-scriptum, cuius hic sit sequentis sectionis Capituli XX. Titulus: cui conformis est Codex Sanct-Eligianus MS.

Nota Originem Regis * *Anglorum.* * Andrensis Codex legit, *Regem*: Recentior noster; *Regum.*

GEnuit autem, *Supple Rollo Dux, sive Robertus*, VVillelmum; * VVillelmus, Richardum; Richardus, Richardum secundum; & iste Richardus, Richardum * tertium, & Robertum, Fratrem eius, Patrem VVillelmi Nothi, qui interfecit in bello Haroldum Regem Anglorum, & regnavit pro eo. *Henniacensis Codex, & Marcianensis recentior,* VVillielmus (*addunt*,) genuit Henricum Regem gloriosum Anglorum. Isti sunt Duces Northmannorum, & Reges Anglorũ, qui ex genere Rollonis Northmanni prodierunt. Gerloni autem Cognato eius tradidit Karolus Rex Montem Blesensem,* in quo ædificans Castrum, habitavit ibi: acceptâq; Vxore nobili, genuit Theobaldum Vetulum. Theobaldus, genuit Odonem Campanensem ex Filiâ Conradi Imperatoris, qui, Campanensis dictus est, eò quòd in campo fuerat natus. Odo, genuit Odonem secundum. Odo secundus, Theobaldum 2. & Stephanum. Stephanus autem genuit Comitem Theobaldum. Hæc est Genealogia Comitum Blesensium, de progenie Gerlonis Northmanni descendentium.

* VVillelmum, *legit recentior Codex Marcianensis MS.*

* Ricardũ, *item legis idem Codex.*

* Ricardo. *ap. Exemplar recentius.* Is, primo fuit Burgundiæ Dux.

Richardo * Duce Burgundionum, & Rollone Duce Northmannorum obeuntibus, anno 921. Robertus Comes Parisiensis, Frater Odonis Regis, dolorem, quem conceperat, illis viventibus, parere non potuit. * Post mortem enim illorum, rebellavit contrà Regem Karolum, & imposuit sibi coronam Regni iij. Kalendas Iulij, per manum

* poterat, *ap Mont Eliz & Andrẽsem Codices MSS.*

manum VValteri Senonensis, Archiepiscopi.

Karolus, Rex Francorum, cum auxilio Lothariensium, iuxta Vrbem Suessionis * pugnans, contrà Robertum, Fratrem Odonis Regis, qui contra se Regnum Francorum invadebat, eum cum multis peremit; & se, & Franciam Regi Henrico submittit: eique, in pignus perpetui fœderis, & amoris, mittit manum pretiosi Martyris Dionysij Parisiensis, auro, gemmisque inclusam.

Reges, Henricus, & Karolus, *Simplex*, confœderantur apud Hunnam; & Karolus reddit Henrico Regi Regnum Lotharingiæ, Episcopis, & Comitibus vtrinque Iurejurando rem confirmantibus.

Karolo Regi, à cæde belli Suessionici, in quo Robertum, * qui se Regem dicebat, * occiderat, victori revertenti, occurrit Heribertus, *Comes, & Cognatus*, infidelium nequissimus; & sub fictæ pacis simulatione, in Castrum, quod Perrona * dicitur, vt hospitandi gratià diverteret, compulit Regem: & sic, cum dolo captum retinuit [d]. Habebat enim ipse Robertus Sororem ipsius Herberti in conjugio; de quà ortus est Hugo Magnus. Illic Karolus positus, Rodulfum nobilem Ducem secundum Burgundionum, quem de Sacro fonte susceperat, vnà cum consilio Hugonis Magni, Filij supradicti Roberti Comitis Franciæ, & Procerum Francorum, in Regnum sublimavit. Idem autem Karolus Simplex, Rex Francorum, ob longam carceris macerationem, sub custodià Hereberti, * exul, & Martyr moritur. Sepultus est autem in Basilicà Sancti Fursei Confessoris, quæ est in eodem Castro; *seu Oppido Peronæ, vti alij scribunt Historici.*

¶ Nota, prudens Lector! Procerum Francorum malitiam, proditionem, vel ignaviam: qui Regem suum, & Dominum legitimum, ab vno Traditore pestifero injustè detentum minimè liberaverunt. *Cur autem Carolus Rex, cognominatus Simplex, à Galliæ Proceribus, annis à nato Christo 920. & 922. fuerit desertus, eò ferunt Regino, & Frodoardus fuisse, quòd Rex Simplex Carolus, id nominis 3. in Haganonem propensior, virum deperiret ignobilem, Itaq. Galliæ Principes, Richardi Filium, Rodolphum, è Burgundià vocatum, constituère Regem, anno 923. Ludovicus autem, 4. dictus, Transmarinus, Caroli Simplicis Filius, hæsit in Anglicano Regno ad obitum vsque Rodolphi Burgundi. Paulus verò Æmilius recenset annum Iesu Christi 926. * quo diem suum clauserit*

*Galteri, legit recentius Exèplar. * Suessionum. ap. Sigebertum anno 922. Cuius fuerit victoria, variant Scriptores, ad annum 923. Vide Frodoardū. d. Nota Regem simplicē, & nequissimū proditorē. *Hæc in margine Codicis Andrensis leguntur.* * 4 hæc verba desiderātur ap. cætera Exemplaria MSS. * * Vernaculè, Peronne. † Rodolfus Filius Richardi primi Ducis Burgundiæ, laudati, ob religionē in Deū, & fidelitatem ergā Regem Carolum Simplicem. * Herberti, ap. Andrensem, Mont. Eligianum, & recentiorem nostrum Codd. MSS. Heibertum nominant alij. * *idem habet Sigebertus*. Frodoardus tamen, consignat mortem eius anno 929.

clauserit in Custodiâ Carolus, cognomento Simplex, qui, ab obitu Caroli Crassi Imper. qui incidisse legitur in annum 888. annos 36. integros fertur habuisse; putatúrque ab eodem Æmilio Carolus Simplex, iure Regni cessisse, anno 923. quo eodem, vel sequenti 924. Sanctus Vdalricus, * *Episcopus Augustæ Vindelicorum,* * *est creatus. Eius ego dentem certum, dono acceptum, Silvanecti, à Senlis, ab Antistitâ Sancti Remigij, DN. Catharinâ Dolu, & toto Cœtu Virginum Sanctimonialium Benedictinarum Silvanectensium, apud quas, Corpus adservatur loculo honesto inclusum, cum litteris authenticis, factum approbantibus, ad Venerandum Abbam meum Marcianensem, DN. D. Ioannem du Ioncquoy, perlatum curavi.* Anno Christianæ Pietatis 1620. 20. die Maij.

*Gallicè Saint Odor. al Audor. *Gallicè, Ausbourg.

Hi sunt *(inquit Andreas Marcianensis,)* Pontifices Romani, qui Karolo Simplice regnante, Ecclesiæ præfuerunt. Stephanus, * Romanus, Theodorus 2. Ioannes IX. Benedictus IV. Leo V. Christoforus, Sergius III. Anastasius III. Lando I. * Ioannes, Ravennas Archiepiscopus.

*7. dictus 6. * Sabin*.

¶ *Quæ contuli diligenter cætera Exemplaria, treis præterea recensent Pontifices Romanos; qui temporibus Regis Caroli Simplicis Summum gesserint Pontificatum: nimirum, Stephanum, Formosum, & Bonefacium. Sed, cùm horum postremus, Bonifacius 6. dictus quintus, Formoso defuncto 19. Calendas Ianuarl, anno 897. Sedem invaserit, tenuerítque diebus tantum quindecim, & adversus eum, (uti superiùs dictum est,) fuerit Stephanus 7. subrogatus, anno 10. Regis Odonis, cui successisse vidimus Carolum Simplicem, anno 898. ut autores sunt Regino, in Appendice, & P. Æmilius;) expungendi sunt ij treis, & ab annis, quibus regnàrit in Franciâ Carolus Simplex, in anteriores Odonis Regis Franciæ reyciundi. Irrepsit igitur fortassis hic error, non Scriptoris nostri Andreæ vitio, sed exscriptoris (ut facilè id putem) ignorantiâ, & incuriâ.*

Imperatores Romani, hi fuerunt, Arnulfus, Ludovicus, Conradus, Henricus.

Constantinopolitani, Leo, Constantinus Filius eius, Alexander, Frater Leonis, Constantinus, Romanus.

Balduino, Comite Flandrensium mortuo, successit Arnulfus, * Filius eius.

Arnulphus ap. Mont Eligianum.

DE

DE REGNO RODVLFI, FILII RICARDI, DVCIS I. BVRGVNDIÆ.

CAPVT XXI.

ANNO Domini DCCCC. XXVII. regnavit in Franciâ Rodulfus, Dux Burgundiæ, annis duobus. Hic fuit alienus à Genere Karoli Magni. Consecravit autem eum VValtherus Senonensis Archiepiscopus.

¶ *Cæperat quidem imperitare in Franciâ Rodolphus Burgundus ab anno 924. sed nova frequens moliente Heriberto, hoc anno 927. rursum, ob simultates ortas inter Comitem Aquitaniæ Heribertum, & Regem Rodolphum, extractus est è carcere Rex Francorum Carolus Simplex, id etiam agendum per litteras comminatorias præcipiente Ioanne X. PP. Verùm pace compositâ inter Rodolphum & Heribertum, retrusus in carcerem ab Aquitaniæ perfido Comite, vitâ cessit Carolus Simplex. (De anno, certent cum Frodoardi Chronicis, P. Æmil. Sigeb. & alij Chronologi.) In promtu igitur causa esto, cur hoc denique anno 927. rerum in Franciâ liberiùs nonnihil potitum Rodolphum Burgundum tradiderit Andreas noster, cuius & sit subsequens scriptio.*

Post mortem autem Karoli Regis, nolentibus Lotharingis Henrico Regi subesse; quidam Lotharingus, nomine Christianus, simulatâ infirmitate, Gislebertum * Ducem ad se dolo evocatum cepit, Regique misit, vt per eum, Lotharingiam sibi subijceret; at, Rex, inspectâ industriâ, & potentiâ Gisleberti, Filiam suam Gerebergam * ei despondet, & eum iterum Lotharingiæ præficit.

¶. Ludovicus, Filius Karoli Regis, insidiantes sibi fugiens, per mare transit in Angliam. Mater enim eius fuerat Filia Regis Anglorum.

* Gillebertum, apud Andrensem Cod. MS.

* Gerbergam, ap. *alia Exēplaria, lego.*

gensis, lib. 6. Sigeberti Chronicon. Sigonius, lib. 6. Onuphrius, & Luitprandus, supra citati.

In annum porrò Christi 899. certiùs videtur conjiciundus obitus Arnulphi; qui, quum ex Caroli Magni stirpe sanguinem magis, quàm indolem traxisset, vi partum, violenter gessit, & perdidit Imperium, morbo pediculari. Videatur Luitprandus lib. 1. cap. 9. quo, reum illum violationis Iurium, rerum, & personarum Ecclesiasticarum tradit. Ludovicum verò Arnulphi septennem Filium, Imperij Principes, dato Tutore Othone Saxoniæ Duce, Imperatorem substituère, inquit Marianus Scotus. Cuius & rei Regino atque Luitprandus meminère. Sed de his hactenus modò.

¶ *HIC DEFICIT PROGENIES KAROLI MAGNI, IN REGNO GERMANIÆ.*

Laconicus est Andreas noster: hisq; paucis ad annum Domini 912. referendis, monet Ianuarì die 21. diem clausisse Ludovicum, Arnulphi, Germaniæ Imperatoris Filium; qui, è Caroli Magni stirpe fuit.

In hoc autem Principe, finem accepit progenies Caroli Magni, inter Reges Germanorum. Id afferunt, Adam Monachus, & alij veteres Chronologi. Cùm enim huic Ludovico, inclyto Principi, Caroli regnantis in Francià Fratrueli, nullus esset Filius; & Carolum Simplicem, bella Northmannica implicitum haberent; Germani Proceres, Conradum Franconiæ Ducem, bellis inclytum, Regem, & Cæsarem appellàrunt, & Coronam illi à Moguntino Præsule impositam Aquisgrani poposcerunt. Bene cum Hungaris Couradus Franco pugnavit: & septennio post, rebus humanis illi exemto, Henricus, Othonis Regis Saxonum Filius, est subrogatus; qui, Hungaris Saxoniam, Alemanniam, & Franciam insistantibus, validiore cum exercitu occurrit, & hostes acerrimos, victor nuncupato voto, penè delevit. Ad cumulum eius gloriæ, parum id fortassis dicetur. Addatur, quod Carolum indè Simplicem, Regem Franciæ, tutatus adversus rebelles, cum Rege totum idem sibi Regnum Francicum, armis receptà Lotharingià, devinxit, Couradus, quem, deficiente Carolingorum prole, alià ex familià, Germaniæ Regem quærere, fuerit opus. Consulantur, qui prolixiùs hæc enarràrint, Regino, Marianus Scotus, Aventinus, & alij. Superest, vt ad Formosum Pontificem Summum, virum laudatissimum, cum Andreà nostro, in hæcce verba, stylum referamus.

¶ Formoso PaPà mortuo, successit Bonefacius, Bonefacio Stephanus. Hic, primùm à Formoso PaPà Episcopus Anagninæ Ecclesiæ ordinatus, ipsum Formosum persequitur, & omnes Ordinationes eius irritas esse debere decernit, & alia horribilia dictu in

eum

eum fecit. Corpus enim eius à sepulchro in Concilio protractum, & Papali veste exutum, laïcali induit, &, abscissis duobus digitis dexteræ manus eius, in Tyberim præcipitari fecit. Quem, à piscatoribus inventum, & in Basilicam Beati Petri, in loculo deportatum, quædam Sanctorum imagines adoràsse, & venerabiliter salutàsse palam omnibus visæ sunt.

¶ OBSERVATIO.

¶ *Sunt, qui hæcce nefanda conÿciant in annum à Christo nato 897. quo, defuncto Pontifice Formoso 19. Cal. Ianuarl, Bonifacium 6. Stephanus 7. dictus Sextus, intrusus expulit intrusum, & coacto pessimorum Concilio, Formosi Cadaver exhumatum, & in Romani Pontificatus sede vestibus indutum sacerdotalibus collocavit, atque ipsi tanquam viventi, furore percitus, exprobravit, quod ambitione nimia elatus, Portuensi suo ex Episcopatu Apostolicam Sedem occupare præsumsisset: tumq́, Cadaver Formosi damnatum, & vestimentis exutum sacris, tribusq́, quibus benedicere moris est, mutilatum digitis, in Tiberim proiecit; quósque ordinàsset Formosus, gradu cunctos deturbatos, rursum ordinavit, Ita planè verum est quod Seneca monebat, in suo Hercule furente.*

Varia pattat, mens vt fugiat faciens furor:

Aurem namque mortui vellicans, & S. R. Ecclesiæ ignominiam maximam irrogans Stephanus hic Septimus, (cui, hoc in scelere contra Formosum Sergius, exstitit antesignanus,) implevit, non certè quæ Iure licerent, sed, quæ rabies exæstuans suaderet. Videatur Luitprandus, qui libri primi capite octavo nefarium hocce facinus prolixiùs detestetur. Baronius hunc Stephanum, S. R. Sedis invasorem, & perditissimum hominem vocat, cuius graviorem fuisse culpam indè liquet; quòd is ipse Synodo collectâ suorum, scelus adeo nefandum probàrit. Quæ quidem Synodus rescissa, & à Ioanne Nono post ea igni tradita est. Vndè certi erroris arguendi occurrunt, qui conficta hæcce autumàrunt. Tales homines, monstris persimileis, fide licèt Catholicos, maximo Ecclesiæ damno, in hanc Sedem intraserunt potentissimi Adelberti Marchiones Tusciæ, Ecclesiæ infensissimi Romanæ, De quorum etiam Pontificum intrusorum annis, haud parva dissensio notatur. Legatur Diploma Ioannis apud Sigonium, anno Iesu Christi 898. & observare lubeat, quòd, certè, per hæc luctuosissima Ecclesiæ Romanæ tempora, quantum boni deflebant omneis, vitæ homines exosæ, Tusciæ, Tusculanorúmque Magnatum potentià in Sanctam Sedem Romanam intrudi, tantum admirationi exstiterit ergà Sedem hanc eamdem insignis providentia DEI ter Max. qui, virtute promissionis divinæ, quà, portæ inferi contrà

contrà Sedem Petri firmissimis stabilitam fundamentis prævalere poterunt nunquàm, nec errore vllo in fide Catholicà labi, nec eam penitùs collabi passus sit vmquàm.

Sed & quantæ pietatis, quàmq; idem eximiæ Formosus exstitisset sanctitatis, vel indè demonstratum est, quòd, (vt retulit Luitprandus,) dum eiusdem Corpus ad ostia Tiberina repertum, in Vrbem, ad sepulturam iussum esset referri; & Vaticanæ fuisset illatum Ædi, sacræ illud imagines excipere visæ sint venerabundæ, divino Numine ità Pontificatum eius approbante, vt & Pontifex Romanus, in Conventu Episcoporum proindè Formosum, sacrisq; ab eo initiatos, in integrum voluerit restitutos.

Formosus in integrum restituitur. * in carcere strangulato, anno 900 Anno 901.

Stephano VII. * PaPa, Romanus succedit; Romano, Theodorus II. Hic, contrà Stephanum PaPam sentiens, reconciliavit Ordinatos à Formoso, quos Stephanus VII per vim, intus, Romæ, & non foris exordinaverat, nec tamen præsumpserat eos iterum consecrare. His reconciliatis, Theodorus PaPa, libellos abrenunciationis reddidit, & igne cremari præcepit.

* LXX legit Codex Mô Eligiani, vti & Andrensis.

Theodoro PaPà mortuo, successit Ioannes IX. Hic etiã ad confirmandã Formosi ordinationẽ, quã Stephanus VII. deposuerat, Synodũ LXXIV. * Episcoporum Francorum, prę̃sentibus Archiepiscopis, & Rege apud Ravennam statuit: & coram eis combusta est Synodus, quam Stephanus 7. in damnationem Formosi fecerat.

Anno 905.

Ioanni PaPæ successit Benedictus IV. deindè Leo V. Hunc, post XXX. dies ordinationis suæ, Christoforus Presbyter suus capiens, & in carcerem trudens, invasit Romanam Sedem. Post

Anno 907.

hunc, Sergius, quondam Romanæ Ecclesiæ Diaconus, posteà Episcopus, ad Francos se contulit; & eorum auxilio, Christoforum capiens, & in carcerem trudens, latenter Romam ingressus, & ipse

Anno 908.

Papatum invasit; *Fretus potentià Marchionis Tusciæ, Divitis dicti, vti notat Auxilius apud Sigebertum Gemblac.*

Ideo hæc scripsi, vt intelligant legentes, quantæ sint in Ecclesia Romana factæ abusiones, *dùm scilicet Sedes Apostolica tantis est procellis iactata, vt absque vllà controversià, nullam vnquam possit dici duriorem, diuturniorémve passa persecutionem, sive spectentur Gentileis, sive heretici, & schismatici, aut alij perduelles; quàm, hoc sæculo perferre fuerit coacta est, quo Principes, quantumlibet Christiani, tyrannicè sibi electionem Pontificum Romanorum arrogàrunt, & deforme sæpius, horrendumq; Caput Ecclesiæ appositum intruserunt, factionibus inter se adeò atrociter decertantibus, vt Proceres modò Romani, modò potentià sæculari,*

quem

quem vellent Principes Etrusci, auderent intrudere, &, quem possent ijdem à factione adversà Pontificem Romanum, promotum, summo gradu deturbare non dubitarent. Quæ quidem toto hocce seculo ferreo dictitando sui asperitate, summiq; mali deformitate, peracta sunt, quousque pacis, belliq; medij Otthones, Germanorum Imperatores, opportunè intercessère; tametsi & ipsi Pontificis Romani sibi electionem, electiq; dejectionem arroganteis. Consulantur, qui sub Alexandro 3. vixerit, Petrus Manlius in suo Stephano 7. & de hàc re disertiùs qui scripserit, Cæsar Baronius, ab anno 900. in sequenteis. Nunc autem redeamus *(ait noster Andreas,)* ad Reges Francorum, à quibus incœpimus.

Karolus * Rex Francorum, Regnum Lotharingiæ recepit. Karolus Rex, & Balduinus, Comes Flandriæ, Vxores ducunt, Filias Edvvardi,* Regis Anglorum: Karolus, Ogivam: & Balduinus Extrudem. Karolus, ex Ogivà, genuit Ludovicum Regem: Balduinus autem, ex Extrude, Arnulphum Magnum, Comitem.

¶ Ira Dei, Super Francos, in misericordiam versa est, Nam, Northmanni, & Dani, qui Regnum Francorum per sexaginta, & eò ampliùs annos, pænè ad nichilum redegerant, ita sunt per Ricardum * Ducem Burgundiæ, & Robertum Comitem Parisiensem, Fratrem Odonis, quondam Regis, duobus prælijs devicti, auxiliante Christianis supernà clementià, per intercessionem Sanctæ DEI-GENITRICIS MARIÆ, (nam, in pago Carnotensi bellum fuerat commissum;) vt ipsi Northmanni misericordiam implorarent Christi, vt efficerentur Christiani.

¶ Duo Cognati, Rollus, & Gello, * eo tempore, Duces erant Northmannorum. Consilio igitur accepto, Karolus Rex, cum Optimatibus suis, dedit Rolloni Gillam * Filiam suam, & totam Neustriam; eo tamen pacto, vt baptizaretur. Qui spopondit. Baptizavit autem eum Archiepiscopus Rothomagensis, & cæteros Northmannos. Suscepitque Rollonem de Fonte Robertus Comes Parisiensis, Frater Odonis Regis: &, ex eius nomine, Rollo, vocatus est Robertus; qui, fuit primus Dux Northmannorum.

Vti Annaleis Franciæ, ita & Andreas noster, post obsessam à Northmannis Civitatem Parisinam, profligatum Regis Caroli, exercitum, anno Christi 909. siluère. Satisq; fuit nostro Marcianensi Andreæ, hoc loci, pace tandem compositâ inter Regem Carolum & Rollonem, ostendisse Ducem hunc, cum suis Normannis, (vti convenerat,) acceptâ Neustriâ, iam dicendâ Northmanniâ, hoc est, Septentrionalium hominum regione

Anno 914.

* Carol. Simplex,

* Bat-Vardi, legunt *Mont-Elgienses, & Andrensis Codices MSS.*

Legi potest Richardus VVasseburgensis.

* Gerlo, *legunt Codices MSS. Andrēsis, & Mont Elgienses.*

* Gillam, & Gislâ, *lego ap. recentiores historicos scriptores.*

Re paulò aliter narrant Aimoinus, & Regino. Chroniconque Normanniæ.

gione præpingui, Baptismo initiatum, religionem Christianam amplexatum esse eo anno, quo, Martinus Siculus, & Franciscus Tarafa, volunt cœpisse, in Asturiâ & Cantabriâ, Regnum Navarricum, cui nomen indiderit loci situs. Mariana tamen eius initia, diu satis ante, locavit. Retulit & illa Vasæus, in annum 839. postea quàm Suptarbiæ Rex vltimus, Sanctius Garsias, ex hàc vita subractus esset. De Rollone verò, eiusque iam rebus gestis prolixiùs lege, quos collegit Veteres Annaleis, Matthæus VVestmonasteriensis. Pergamus in lucem educere vetustius Exemplar Andreanum Manu-scriptum, cuius hic sit sequentis sectionis Capituli XX. Titulus: cui conformis est Codex Sanct-Eligianus MS.

Nota Originem Regis * *Anglorum.* * Andrensis Codex legit, *Regem*: Recentior noster; *Regum.*

★ VVillelmum, *legit recentior Codex Marcianensis MS.*
★ Ricardũ, *item legit idem Codex.*

GEnuit autem, *Supple Rollo Dux, siue Robertus*, VVillelmum;* VVillelmus, Richardum; Richardus, Richardum secundum; & iste Richardus, Richardum * tertium, & Robertum, fratrem eius, Patrem VVillelmi Nothi, qui interfecit in bello Haroldum Regem Anglorum, & regnavit pro eo. *Henniacensis Codex, & Marcianensis recentior,* VVillielmus (*addunt,*) genuit Henricum Regem gloriosum Anglorum. Isti sunt Duces Northmannorum, & Reges Anglorũ, qui ex genere Rollonis Northmanni prodierunt. Gerloni autem Cognato eius tradidit Karolus Rex Montem Blesensem,* in quo ædificans Castrum, habitavit ibi: acceptâq; Vxore nobili, genuit Theobaldum Vetulum. Theobaldus, genuit Odonem Campanensem ex Filiâ Conradi Imperatoris, qui, Campanensis dictus est, eò quòd in campo fuerat natus. Odo, genuit Odonem secundum. Odo secundus, Theobaldum 2. & Stephanum. Stephanus autem genuit Comitem Theobaldum. Hæc est Genealogia Comitum Blesensium, de progenie Gerlonis Northmanni descendentium.

* Ricardo. *ap. Exemplar recentius.* Is, prius* fuit Burgundiæ Dux.
* poterat. *ap Mont Elig & Andrēsem Codices MSS.*

Richardo * Duce Burgundionum, & Rollone Duce Northmannorum obeuntibus, anno 921. Robertus Comes Parisiensis, Frater Odonis Regis, dolorem, quem conceperat, illis viventibus, parere non potuit. * Post mortem enim illorum, rebellavit contrà Regem Karolum, & imposuit sibi coronam Regni iij. Kalendas Iulij, per manum

manum VValteri Senonensis Archiepiscopi.

Karolus, Rex Francorum, cum auxilio Lotharienſium, iuxta Vrbem Sueſſionis * pugnans, contrà Robertum, Fratrem Odonis Regis, qui contra ſe Regnum Francorum invadebat, eum cum multis peremit; & ſe, & Franciam Regi Henrico ſubmittit: eique, in pignus perpetui fœderis, & amoris, mittit manum pretioſi Martyris Dionyſij Pariſienſis, auro, gemmiſque incluſam.

Reges, Henricus, & Karolus, *Simplex*, confœderantur apud Hunnam; & Karolus reddit Henrico Regi Regnum Lotharingiæ, Epiſcopis, & Comitibus vtrinque Iurejurando rem confirmantibus.

Karolo Regi, à cæde belli Sueſſionici, in quo Robertum, * qui ſe Regem dicebat, * occiderat, victori revertenti, occurrit Heribertus, *Comes, & Cognatus*, infidelium nequiſſimus; & ſub ficta pacis ſimulatione, in Caſtrum, quod Perrona * dicitur, vt hoſpitandi gratià diverteret, compulit Regem: & ſic, cum dolo captum retinuit [d]. Habebat enim ipſe Robertus Sororem ipſius Herberti in conjugio; de quà ortus eſt Hugo Magnus. Illic Karolus poſitus, Rodulfum nobilem Ducem ſecundum Burgundionum, quem de Sacro fonte ſuſceperat, vnà cum conſilio Hugonis Magni, Filij ſupradicti Roberti Comitis Franciæ, & Procerum Francorum, in Regnum ſublimavit. Idem autem Karolus Simplex, Rex Francorum, ob longam carceris macerationem, ſub cuſtodià Herberti, * exul, & Martyr moritur. Sepultus eſt autem in Baſilicà Sancti Furſei Confeſſoris, quæ eſt in eodem Caſtro; *ſeu Oppido Peronæ, vti alij ſcribunt Hiſtorici.*

¶ Nota, prudens Lector! Procerum Francorum malitiam, proditionem, vel ignaviam: qui Regem ſuum, & Dominum legitimum, ab vno Traditore peſtifero injuſtè detentum minimè liberaverunt. *Cur autem Carolus Rex, cognominatus Simplex, à Galliæ Proceribus, annis à nato Chriſto 920. & 922. fuerit deſertus, eò ferunt Regino, & Frodoardus fuiſſe, quòd Rex Simplex Carolus, id nominis 3. in Haganonem propenſior, virum deperiret ignobilem, Itaq. Galliæ Principes, Richardi Filium, Rodolphum, è Burgundià vocatum, conſtituère Regem, anno 923. Ludovicus autem, 4. dictus, Tranſmarinus, Caroli Simplicis Filius, hæſit in Anglicano Regno ad obitum vſque Rodolphi Burgundi. Paulus verò Æmilius recenſet annum Ieſu Chriſti 926. * quo diem ſuum clauſeris*

Marginal notes:

* *Galteri, legit recentius Exēplar.*
* Sueſſionum. *ap. Sigebertum anno* 922. Cuius fuerit victoria, variant Scriptores, ad annum 923. Vide Frodoardũ.
* d. Nota Regem ſimplicē, & nequiſſimū proditorē. *Hæc in margine Codicis Andrenſis leguntur.*
* 4 hæc verba deſiderātur ap. cætera Exemplaria MSS.
* Vernaculè, Peronne.
* † Rodolfus Filius Richardi primi Ducis Burgundiæ, laudati, ob religionē in Deū, & fidelitatem ergā Regem Carolum Simplicem.
* Herberti, ap. Andrenſem, Mont. Eligianum, & recentiorem noſtrum Codd. MSS. Heibertum nominant alij.
* *idem habet Sigibertus*. Frodoardus tamen, conſignat mortem eius anno 929.

clauserit in Custodiâ Carolus, cognomento Simplex, qui, ab obitu Caroli Craßi Imper. qui incidisse legitur in annum 888. annos 36. integros fertur habuisse; putatúrque ab eodem Æmilio Carolus Simplex, iure Regni cessisse, anno 923. quo eodem, vel sequenti 924. Sanctus Vdalricus, * *Episcopus Augustæ Vindelicorum,* * *est creatus. Eius ego dentem certum, dono acceptum, Silvanecti, à Senlis, ab Antistitâ Sancti Remigij, DN. Catharinâ Dolu, & toto Cœtu Virginum Sanctimonialium Benedictinarum Silvanectensium, apud quas, Corpus adservatur loculo honesto inclusum, cum litteris authenticis, factum approbantibus, ad Venerandum Abbam meum Marcianensem, DN. D. Ioannem du Ioncquoy, perlatum curavi.* Anno Christianæ Pietatis 1620. 20. die Maij.

*Gallicè Sunt Odor. al Audor. *Gallicè, Auf-bourg.

Hi sunt *(inquit Andreas Marcianensis,)* Pontifices Romani, qui Karolo Simplice regnante, Ecclesiæ præfuerunt. Stephanus, * Romanus, Theodorus 2. Ioannes IX. Benedictus IV. Leo V. Christoforus, Sergius III. Anastasius III. Lando I. * Ioannes, Ravennas Archiepiscopus.

*7. dictus 6. *Sabin*.

¶ *Quæ contuli diligenter cætera Exemplaria, treis præterea recensent Pontifices Romanos; qui temporibus Regis Caroli Simplicis Summum gesserint Pontificatum: nimirum, Stephanum, Formosum, & Bonefacium. Sed, cùm horum postremus, Bonifacius 6. dictus quintus, Formoso defuncto 19. Calendas IanuarI, anno 897. Sedem invaserit, tenuerítque diebus tantum quindecim, & adversus eum, (uti superiùs dictum est,) fuerit Stephanus 7. subrogatus, anno 10. Regis Odonis, cui successisse vidimus Carolum Simplicem, anno 898. vt autores sunt Regino, in Appendice, & P. Æmilius;) expungendi sunt ij treis, & ab annis, quibus regnârit in Franciâ Carolus Simplex, in anteriores Odonis Regis Franciæ reijciundi. Irrepsit igitur fortaßis hic error, non Scriptoris nostri Andreæ vitio, sed exscriptoris (vt facilè id putem) ignorantiâ, & incuriâ.*

Imperatores Romani, hi fuerunt, Arnulfus, Ludovicus, Conradus, Henricus.

Constantinopolitani, Leo, Constantinus Filius eius, Alexander, Frater Leonis, Constantinus, Romanus.

Balduino, Comite Flandrensium mortuo, successit Arnulfus, * Filius eius.

Arnulphus *ap. Mont. Eligianum.*

DE

DE REGNO RODVLFI, FILII RICARDI, DVCIS I. BVRGVNDIÆ.

CAPVT XXI.

ANNO Domini DCCCC. XXVII. regnavit in Franciâ Rodulfus, Dux Burgundiæ, annis duobus. Hic fuit alienus à Genere Karoli Magni. Consecravit autem eum VValtherus Senonensis Archiepiscopus.

¶ *Cœperat quidem imperitare in Franciâ Rodolphus Burgundus ab anno 924. sed nova frequẽns moliente Heriberto, hoc anno 927. rursum, ob simultates ortas inter Comitem Aquitaniæ Heribertum, & Regem Rodolphum, extractus est è carcere Rex Francorum Carolus Simplex, id etiam agendum per litteras comminatorias præcipiente Ioanne X. PP. Verùm pace compositâ inter Rodolphum & Heribertum, retrusus in carcerem ab Aquitaniæ perfido Comite, vitâ cessit Carolus Simplex. (De anno, certent cum Frodoardi Chronicis, P. Æmil. Sigeb. & alij Chronologi.) In promtu igitur causa esto, cur hoc denique anno 927. rerum in Franciâ liberiùs nonnihil potitum Rodolphum Burgundum tradiderit Andreas noster, cuius & sit subsequens scriptio.*

Post mortem autem Karoli Regis, nolentibus Lotharingis Henrico Regi subesse; quidam Lotharingus, nomine Christianus, simulatâ infirmitate, Gislebertum * Ducem ad se dolo evocatum cepit, Regique misit, vt per eum, Lotharingiam sibi subijceret; at, Rex, inspectâ industriâ, & potentiâ Gisleberti, Filiam suam Gerebergam * ei despondet, & eum iterum Lotharingiæ præficit.

* Gillebertum, apud Andrensem Cod. MS.

* Gerbergam, ap. alia Exemplaria, lego.

¶. Ludovicus, Filius Karoli Regis, insidiantes sibi fugiens, per mare transit in Angliam. Mater enim eius fuerat Filia Regis Anglorum.

DE REGNO LVDOVICI FILII EIVS. a. ET QVO MODO OTTHO IMPERATOR, A PROditione Francorum, Civitates Franciæ capiendo, & ei reddendo, à vinculis liberaverit.

CAPVT XXII.

ANNO Domini DCCCC. XXVIII. *. b Reductum est Regnum ad Ludovicum filium Karoli Simplicis. Nam, Hugo Magnus, communicato cum Proceribus Francorum consilio, misit VVillelmum Archiepiscopum Senonensem in Angliam, ad Ogivam * Reginam; & reduxit indè Ludovicum, & consecratus est in Regem apud Laudunum,* à Rhemensi Archiepiscopo, Attaldo, anno ix. Henrici Imperatoris Romanorum, & xxij. Constantini, Græcorum. Regnavit autem in Franciâ ærumnosè, annis XXVII. Nam, post hæc verba, rebellaverunt Proceres Francorum contrà eum; & suprà omnes, Hugo Magnus, Comes Parisiensis. *. b. *Si Frodöardum sequi malimus; reponendus est annus XXXVI. pro XXVIII.*

¶ Isto tempore, Lanceam mirandi operis, & clavis Iesu Christi Crucifixi sanctificatam, quæ dicitur primi, & Magni Constantini Imperatoris fuisse, donatam Rodulfo Regi Burgundionum, & Italiæ, à Samsone Comite, Rex Henricus, * precibus, minis, muneribus, additâ etiam parte Provinciæ Suevorum, à Rodulfo Comite* extorquet: & hanc, ad Insigne, & tutamen Imperij, posteris reliquit. *De hâc lanceâ venerabili, lectio prolixior vtilis iuxta ac iucunda futura, peti possit ex Baronio, & Turpinô: Atque disertiùs, ex Luitprando, lib. 4. cap. 12. Quibus diligenter perlectis, erit, omni procul dubio, quòd admodum laudes in Henrico Germaniæ Rege, eiusq; successore Othone imitandam Regibus, & Cæsaribus insignem pietatem religiosè exhibitam, in catholico sacrarum reliquiarum cultu. Quòd autem censeatur illa à Sigeberto*, clavis Iesu Christi sanctificata; *vel, vt alij nonnulli obscurius scripsêre*, confecta; *certiùs equidem putârim facilè asserendum, hanc lanceam fuisse olim fabricatam quâdam ex Clavi parte alio adjuncta ferro. De Clavis namq; Domini nostri Iesu Christi, alium ad vsum constitutis, atque in Franciâ ipsâ etiam locis conspici, & solitis honorari, testes sunto, Regia Basilica Sancti-Dionysipolitana, ipsaq; adeò inclyta Vrbs Parisina*

a. De annis Regũ Rodulphi & Ludovici Transmarini dissentiunt Historici. Videãtur Chronica D. Dionysij Sigebertus, Porygio: Et, qui ab eorum recedant Chronographicà sentẽtià; P. Æmil. R. Gaguinus, & alij: & conciliẽtur diligentiùs.

* seu, Oginiam.

* 13 Cal. Iunij. anno 936.

Anno 929.

* al. Imperator.

* Rege, scribũt alij Historici.

risina leucis circiter indè distans Gallicis duabus.

¶. *Venerabilis quoque Beda, histor. Anglic. lib. 2 cap. 8. refert nobis & aliam Lanceam, quæ Caroli asseratur Magni exstitisse, atque ipsa eadem, quam ille Centurio, (cuius Capitis pars nobilis nuperrimè reperta est recondita in altari sacro Infirmariæ Monasterij nostri Marcianensis,) impactam sacrosancto Iesu Christi pro nobis in adorandà Cruce pendentis lateri, gessisse crederetur. Plura ibi legi possint.*

Ioannes PaPa, à militibus Guidonis Marchionis *Tusciæ, impellente Marociâ, seu Marozià Vxore, impudicà,* captus, & in custodiam detrusus, cervicali super os eius posito, pessimè strangulatus est: In cuius locum alter Ioannes * subrogatus est, Frater Alberici, Româ * expulso Hugone Regente.

* 124. *addit Sigebertus.*

Alibi legitur, hoc in loco, Leo PaPa præsedisse. *Et ita sese res habet. Cùm enim miserè diem miserum in carcere obijsset Ioannes X. anno 929. Pontificatus 16. (vt author est Frodoardus) Leo, huius nominis 6. eius in locum est subrogatus: Quo etiam in carcere extincto, posteaquàm Menses sex, diesq; 15. sedisset; Theodemundi Filius, ortu Romanus substitutus est Stephanus, eo nomine octavus, septimus dictus, cui successit Ioannes præfatus, eius nominis vndecimus, anno Christi 931. operà Marozia, seu Marociæ, atque potentià mariti eiusdem, Vidonis, Tusciæ Marchionis, intrusus in Sedem Romanam. Ita Vaticanus Codex vetus, de Pontificibus Romanis tradit.*

regentis *legitur apud Sigebertum, ad annum* 920.

VVillelmus, Comes Northmannorum interficitur proditione Arnulphi Comitis Flandrensium, apud Pikiniacum, * in territorio Ambianensium, à Bathsone * Camerario eius.

Hungari, per Austrasiam & Alemaniam, multis Civitatibus igni, & gladio consumptis, VVormatiæ, * Rheno transito, Cameracum veniunt; Civitatem tum Ecclesià Sancti Gaugerici incendunt: & sic vsque ad Oceanum Gallias vastant. *Et, per Italiam redeunt, addit Sigebertus.*

* *vernacule,* Peqnigny.
* Balthione, *ap. Mont-Eligianum.*
* Regno, scripsit Sigebertus.

Henrico Germanorum Rege mortuo, Filius eius Ottho succedit, *Anno 936. ex Annalibus Rhemensibus, & Reginonis Appendice.*

Ottho Magnus.

¶ Notandum est; Quod omnes Reges Germanorum, qui à Karolo Magno successerunt, Imperatoris nomine carebant, nisi Romæ coronati fuissent: Vndè, iste Henricus, Rex gloriosus, Conradus, & Ludovicus, prædecessores eius, propter Tyrannorum insolentiam, quos ab Italià non curaverunt expellere, Imperiali benedictione caruerunt.

Hoc

936. Mēse Iulio. Hoc anno, quo Rex Henricus obijt, * prodigia apparuêre. Sol, sereno cœlo, obscuratur. Per fenestras verò domorum, radios quasi sanguineos emittebat: & Mons vbi postea sepultus est, * flammas multis in locis evomebat.

Henric, addidit Sigebert*.

† ¶ Hominis cuiusdam sinistra manus ferro amputata, post annum, penè ad integrum ei dormienti restituta: quæ, * pro signo miraculi, lineâ quasi sanguineâ, loco coniunctionis notabatur.

* cui, legit Sigebertus.

Ludovicus, Rex Francorum, Lotharingiam invadens, vsque ad Alsatiam venit, ductu Everardi Ducis Saxoniæ, & Gisleberti Ducis Lotharingiæ, qui, animo, ab Imperatore Ottone defecerant. Vxorem autem Gisleberti Gerbergam, Sororem scilicet Imperatoris Ottonis, Ludovicus Rex duxit Vxorem: *Everardo perempto, & Gisleberto vndis Rheni submerso; addit Sigebertus Gemblacensis.*

† In hoc Ludovico 4. Transmarino, notat Frodoardus Regnū Francicum ad progeniē Caroli Magni rediisse.

Regi Francorum Ludovico IV. Hugo Comes Parisiensis nimis * adversatur. Hic Hugo, Filius fuit Roberti Tyranni, in bello Suessionico perempti à Karolo, *Simplice*, Rege.

* nimis, pro valdè, dixit hac ætas Andreæ, ecclesiastico more

¶ Ludovicus Rex Francorum à Ducibus suis circumventus, à Northmannis apud Bajocasinam Civitatem capitur; & exindè, consilio Hugonis Magni, Lugdunum missus, publicæ custodiæ traditur. Karlomannus verò maior Filius eius, à Northmannis abductus, Rothomagi moritur. *Vide Frodoardum, ad annum 946.*

† Otto Imperator, cum xxxij. legionibus Franciam ingreditur, ad liberandum Ludovicum. Ludovicus verò, eius metu, à custodiâ relaxatur. Ludovicus enim Rex Francorum, habebat Sororem eius Gerbergam in matrimonium ductam. Attamen, Otto Imperator, eo relaxato, Francis non pepercit; Lugdunum cepit; Hugonem Magnum intrà Parisios conclusit; Vrbem Rhemorum cepit, & Hugonis Magni Nepotem, qui Archiepiscopatum vsurpaverat, expulit, & legitimum Episcopum restituit; vsque Rothomagum potenter accessit; & Castellis, & Vrbibus, quas ceperat, Ludovico Regi redditis, in Saxoniam redijt. Post hæc, Ludovicus Rex moritur; sepultúsque est Rhemis, in Basilicâ Sancti Remigij.

Otho, Magnus dictus.

Hi sunt Romani Pontifices, qui eo regnante, Ecclesiæ præfuerunt. Ioannes XI. Leo VII. Stephanus IX. Marcus, Marinus II. Agapetus. *Cætera exemplaria prætermisso Ioanne XII.* * *qui Agapetum 2. proximè secutus est, addunt Benedictū 5. Sed expungendus est. Is enim, Ecclesiæ Romanæ cœpit præesse, non temporibus Ludovici Transmarini; sed anno 12. Lotharij 4. Francorum Regis; hoc est, anno Christi nati 965.*

* De Octaviano, seu Ioāne 12 qui primus, nomē in Pōtificatu mutavit, vide Onuphrium, & Baroniū, ad annū 956.

Impera-

Imperatores Romani; Henricus, Otto, Imperatores Græcorum, Constantinus, Romanus, Stephanus, Constantinus.

DE REGNO LOTHARII, FILII EIVS, *Supple Ludovici Transmarini*: ET, QVOD COMITATVM Flandriæ, ex parte invaserit.

CAPVT XXIII.

ANNO Domini DCCCC. LV. Regnavit in Francià Lotharius, Filius Ludovici ex Gerbergà, Sorore Ottonis Imperatoris Romanorum, annis XXXII. Cœpit autem regnare anno XIX.* Ottonis Imperatoris Romanorum, & X.* Constantini, Imperatoris Græcorum.

Arnulfo Sene, Comite Flandrensium mortuo, succedit ei Arnulfus Filius eius. a * Nam, Balduinus III. maior natu, morbo variolarum * infirmatus, antè Patrem obierat. *Fuit Arnoldus, seu Arnulphus Senior, & Magnus dictus, Avus paternus Comitis Arnulphi Iunioris. Vide de ÿs, Chronica Flandriæ, & Marchantium, In Arnulpho 2.* Post cuius mortem, *(inquit Andreas noster,)* Lotharius Rex Attrebatum venit, quam Arnulfus Senior Patri eius * abstulerat.

Apud Duacum resedit: vbi etiam Terras, & Possessiones, quas Arnulfus Vetulus Ecclesijs abstulerat, reddidit.

¶ Nam, per intercessionem Emmæ Reginæ, nostræ Marcianensi Ecclesiæ, possessiones, & terras, quæ apud Hainas a *. continentur, quas nobis præfatus Arnulfus Comes abstulerat, suà reddidit Regali munificentià: totamq; terram, ab Attrebato, vsque ad Fluvium, qui dicitur, Lis, suæ ditioni subjecit.

*vel. 10. * vel. 44. Cætera exemp. MSS. legunt XI. anno, sed n eadosa sũt, & pro nostri ratione castiganda. * a. anno 965. *. variolę, apud Codd. MSS. Andream, & Mont Elgianũ, lego * Ludovico Transmarino.

OBSERVATIO, *ad Verba*, Hainas, &c.

a * b. *Haynæ, vulgò Haines, iacent iuxtà Bassęã: fuitq; tractus eius Villæ Flandricus, tametsi Vicus ille nobilis idem Haines, vernaculè dictus, ad Artesiæ nunc pertineat Comitatũ. Quàm vero in Monachorum, & Monacharum nobile Asceterium Marcianense, munificum se præbuerit Lotharius IV. Francorum Rex, Ludovici Transmarini Filius, natu maximus; satis testatur, quod in Monasterÿ huius nostri gratiam præclarum is ipse scripsit Diploma Rex Franciæ; quod, hîc ego, totum constitui proferre, vt ex Archivo nostro Marcianensi fuit depromtum.*


¶ *IN nomine S. & individuæ Trinitatis, Lotharius, misericordià Dei, Francorũ Rex. Si, Servorũ DEI vtilitatibus subveniẽdo conferimus, profuturũ nobis hoc ad æternã beatitudinem, † fide, nullo modo ambigimus.*

Quapropter, noverit omnium Sanctæ DEI Ecclesiæ, ac fidelium nostrorum, tam præsentium, quàm & futurorum industria, Quòd Carissima Coniux nostra Emma, adiens nostram præsentiam, humiliter deprecata est, vt quandam nobilem Villam, nomine Haines, *quæ tempore Arnulphi Comitis, Sororibus, ac Fratribus, in Cœnobio Sanctæ* RICTRVDIS *degentibus iniustè sublata fuerat, ob remedium nostrarum animarum, & Antecessorum nostrorum præcedentium, iam dicto Cœnobio redderemus. Consensum præbentes, more Prædecessorum nostrorum Regum, reddidimus, atque concessimus prædictam Villam,* Haines, *in integrum, cùm omnibus ad se pertinentibus, vt deinceps habeant, tam Abbatissa Iudith,* quam prædictæ Sorores, necnon & Fratres ipsius Monastery Sanctæ Rictrudis, potestatem faciendi quicquid voluerint,* sinè vllâ nostrâ, Successorumq́ue nostrorum prohibitione.*

*de Landallo,

* inibi,

Et, si quis, eis, per quodvis ingenium auferre quæsierit, iram DEI omnipotentis, & Beatæ RICTRVDIS, Sanctorumq́ue omnium incurrat: Libras verò auri persolvat centum, medietatem, Cameræ nostræ, medietatemq́ue prædicto Monasterio. Et, vt firmius maneat hoc, inconvulsumq́ue servetur, manu propriâ subter firmavimus, & annulo nostri Palatÿ iussimus insigniri. Signũ Domini Lotharÿ gloriosissimi Regis.



ADelbero Notarius, ad vicem Domini Adelberonis Archiepiscopi, summique Cancellarÿ recognovit, scripsit, & subscripsit. Actum Duacense Castello, Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo septuagesimo quinto, Regnante Domino Lothario, anno vigesimo secundo, feliciter.*

* ¶. *Hic Adelbero, magni nominis Princeps, Regibus Franciæ in paucis charus, frater exstitit Frederici Ducis, qui Lotharingiæ Dux evasit. Antistes is idem fuit Metensis, amantissimus æqui, atque inter alia egregiæ pietatis monimenta, cùm Sanctus Odo Cluniacensis Abba in restitutione disciplinæ Monasticæ laboraret, in idem & ipse opus sanctum validè cum Odone incubuit, Sancto Agenoldo Gorziensi apud Austrasios Abbate, Nobilisque Asceterÿ Gemblacensis Conditore magno zelo collaborante. In summam, venerabilémque senectutem vixit, egregius DEI, Sanctissimaque Rictrudis, venerandæ Matris nostræ pientissimus cultor Adelbero, sub Rege Lothario 4. Francici Regni Archicancellarius. Subÿciamus Andreano stylo, quod,*

Mortuo

Mortuo Ludovico Rege, cùm Lotharius, Filius eius in Regem fuisset sublimatus, & consecratus ab Archiepiscopo Rhemensi, Hugonem Magnum constituit Ducem Francorum. Qui, Ducatum pauco tempore tenens, mortuus est, & sepultus in Ecclesiâ Beati Dionysij. *Anno Christianæ Pietatis 957. Calendis Iulij, ex Io. Tilij Chronicis*. Cui successerunt tres filij eius, Hugo videlicet, Otto, & Henricus.

Hugo, qui dicitur Caputius, quem vulgus appellat Capet, factus est Dux Francorum; & Otto, Frater eius, Dux Burgundionum. Mortuo itaque Ottone, successit ei Henricus, Frater eius, in Ducatu Burgundionum.

Otto Imperator, Anno Domini DCCCC. LXV. Pentecosten Aquisgrani celebravit, eò concurrentibus à Franciâ Sororibus suis, Reginâ scilicet Francorum Gerbergâ, Matre Lotharij Regis, & Karoli Ducis, & Hauvvide, Vxore Hugonis Parisiorum Comitis, quorum filius fuit Hugo, qui post regnavit in Franciâ. Vbi, omnis illa Regalis prosapia, tanto ad invicem congratulationis iubilo est affecta, vt in omni vitâ eorum, vix aliquid gaudij huic letitiæ potuerit æquiparari.

Bruno, Dux, & Archiepiscopus, in Franciam pergens, ad pacificandos Nepotes suos, Lotharium Regem, & Filios Hugonis, vbi Compendium venit, febre correptus, Remos redit. Ibi, quicquid habuit in re mancipi, per Testamentum, Ecclesijs Sanctorum delegato, * mortuus est. Corpus eius à Theoderico Metensi Episcopo, Coloniam refertur. *Anno Christianæ Pietatis 973. Ex Sigeberti supputatione*.

* delato, ap. alia Exéplaria MSS.

¶ Ottone Imperatore mortuo, * Otto Filius eius imperat, *annis vndecim*.

* Anno 973. Maij die 7 Imperij sui, 37.

Hic Otto Senior, *Magnus dictus*, Avunculus fuit Lotharij Regis Francorum. Quo mortuo, Lotharius, ad invadendam Lotharingiam contendit. Factum est autem, cùm Otto Iunior Imperator Aquisgrani moraretur; vt Lotharius Cognatus eius, cum exercitu magno illuc venerit. Imperator verò statim recessit, quia ad pugnam imparatus erat. Erat autem hora prandendi. Rex autem Francorum, * ingressus Palatium, quicquid Imperatori ad vsum vescendi præparatum erat, ipse, & exercitus eius, totum comedit. Tandemque, post multam vastationem, repatriavit. Cùm autem recessisset; Otho Imperator dixisse fertur: REX FRANCORVM,

* Lotharius, 4.

 CANTA-

CANTAVIT MIHI TERTIAM: SED, EGO CANTABO EI MISSAM.

Congregato autem Imperator inexpugnabili * exercitu, Regem est prosecutus, & condicto die, scilicet, Kalendis Octobris, Franciam penetravit. * Quam vsque ad Kalendas Decembris pervagatus, fines Remensium, Laudunensium, Suessionum, & Parisiensium diversà clade vastavit. Cum autem venisset Parisius, & portæ Civitatis essent clausæ præ timore illius, lanceam suam fixit in porta, & dixit: HVC VSQVE; SVFFICIT. Tunc ascendit in Montem Martyrum, (*vulgò Mont-Martre*,) & assumptis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Presbyteris, & Clericis, qui in exercitu eius erant; cantavit excelsà voce, ALLELVYA: TE MARTYRVM CANDIDATVS LAVDAT EXERCITVS; in honore Sancti Dionysij, & Sociorum eius.

* inextimabili ap. Mont. Eligianũ Exẽplar & Anderneñse, lego. * intravit, ap. alia Exẽplaria, MSS.

¶ Cùm autem Franciam vastaret, Ecclesijs DEI, omnem immunitatem concessit. In redeundo tamen, circà Auxonam Fluvium, * partem impedimentorum amisit. Nam, aquæ Fluminis intumuerant hyemalibus pluvijs.

* Azonã, ap. Mõt Elig. Azonam, lego, apud Andernensem. Codd. MSS. vulgò Aisne.

Lotharius, Rex Francorum, ad invadendam Lotharingiam rursum laborans, Vrbem Virdunum, & Godefridum ipsius Vrbis Comitem capit. Videns autem Rex, Ottonem * Imperatorem militum suorum virtute proficere, Vrbem Virdunum, & Godefridum Comitem reddit. *Anno Christi 985. Ex Sigeberti Chronologià. vel 984. vt malunt alij Chronologi.*

Sigeb. hæc refert ad annũ 678.

His transactis, Lotharius Rex Francorum, & Otto Imperator Romanorum, in Remensi Civitate convenerunt: & ibi pacificati sunt, contrà voluntatem Hugonis Ducis Francorum, & Henrici, Fratris eius, Ducis Burgundionum. Dederat enim Lotharius, Rex Francorum, Ottoni Imperatori, in Beneficio, Lotharingiæ Regnum. Quæ causa, magis concitavit * adversum Regem, corda Principum Francorum.

* Othonem, ap. Mont-Elig. Codicem MS * constitavit ap. Andernensem & Mont-Eligianum Codd. MSS. legitur.

Paucis post hæc transactis diebus, obijt Lotharius Rex, senex, & plenus dierum; sepultúsque est in Ecclesià Beati Remigij, Remis; *Christianæ Pietatis anno, 986. Ex P. Æmilio, alijsq. Historicis Scriptoribus.*

Romani Præsules, Lothario regnante, isti fuerunt: Agapetus II. Ioannes XII. Leo VIII. *Pseudopontifex.* Benedictus V. Ioannes XIII. *Donus, vel Domnus 2. Benedictus 6. Bonifacius 7. Pseudopont. Benedictus*

Benedictus 7. Ioannes 14. Ioannes 15. quos Andreas noster, Stephanos vocat.

Imperatores Romani; Otto, Pater; *qui, post ablatum Imperium à Caroli Magni sobole, primus legitimus Cæsar numerari debet. Cæteros namq; constat autoritate, benedictioneque Summi Pontificis caruisse.* Otto, Filius. Constantinopolitani; Constantinus IX. Romanus, Filius eius. Nichoforus, *vel, Nicephorus Phocas,* Ioannes *Zimisca. adde, Basilium 2. & Constantinum X. Fratres, Romani Filios, quos, Ioanni Zimiscæ veneno extincto successisse, hunc, annos 17. illum, 20. natos, scripsêre, Cedrenus, & Curopalates, ad annum 975.*

Vide P. Æmil. Genebrardũ, Sigoniũ, & Annales Baroni.

¶ Imperatóres Constantinopolitanos, ab hinc, scribere desino; quia, quam sequar historiam non habeo. *Ego proinde, fidem liberaturus, eorum deinceps nomenclaturam, suis locis sum appensurus.*

DE REGNO LVDOVICI V. FILII EIVS: SVPPLE, LOLHARII IV. FRANC. REGIS.

CAPVT XXIV. & postremum Libri huius Secundi.

ANNO Domini DCCCC. LXXXVII. * Anno III. * Octonis Imperatoris Romanorum Tertij, regnavit Ludovicus V. Filius Lotharij, in Franciâ, anno vno. Qui mortuus est nondum expleto anno; sepultúsque est in Basilicâ Sanctorum Cornelij, & Cypriani, apud Compendium. * Regnavit autem sub eodem PaPâ, * & Imperatore, * quo, Pater eius defunctus fuerat. *Et vltimus exstitit Ludovicus hic 5. qui Regium in Francia gesserit nomen, inter Francorum Reges, qui è Caroli Magni prodierint per-illustri agnatione.* * *Sic sanè magnorum etiam soboles Heroum tandem extinguenda tabescit; &, dum in postremis gloria consenesceret Majorum, primordia Feudorum in Gallijs exoriri cœpêre: Quique, voluntate regiâ, Provinciarum anteà Duces, à Francorum Regibus dici solebant; sensim, ex possessione, Dominium occœpêrunt captare, hæreditarijque Duces, ac Principes dictitari, vt, & Nobilitas passim, non ad opes duntaxat, & potentiam sibi straverit viam; sed, & novum ad Solium apud Francicam Gentem: quod certè, in Hugone Capeto accidisse, qui nunc statim subiungetur huiusce Synopseos Andreanæ tertius, & postremus Liber, planè ostensurus est.*

* vel. 986. * vel. 4. * Vernueile, Côpiegne. * Ioãne 15. & Basilio 2 atque Côstantino X Fratribus. * Vide Pau um Æmiliũ, & alios Historicos complures, qui rem attigerint accuratiùs.

De regno Karoli Ducis Saxoniæ, Patrui Ludovici; In quo finita est Succeßio Karoli Magni, in Franciâ. Prosecutio Capitis XXIV.

ANNO Domini DCCCC. LXXXVIII. Regnavit Karolus, Frater Lotharij IV. Regis, annis IV. Nam, Ludovicus, Filius Lotharij, absque hærede defunctus fuerat.

Eodem anno, rebellavit contrà Karolum Hugo Caputius, Dux Francorum, Consobrinus eius, eò quòd accepisset Karolus Filiam Heriberti * Comitis Trecarum.

Karolus Dux, * Regnum Francorum, ex paternà, & avità successione sibi debitum, contra Hugonem, Nepotem suum repetit: cumque pervrgens, Laudunum Vrbem capit. Hugo, *Capet*, Karolum, in Lauduno, vulgò Laon, obsidet. Sed, secundo obsidionis Mense, obsessi prosilientes, castra obsidentium incenderunt; & ipse Hugo, plurimis peremptis, turpiter fugiens vix evasit.

¶ Eo tempore, * fertur annonam pluisse de cœlo, in Hasbanio. * Alij, etiam pisciculos parvos de cœlo pluisse ferebant.

Karolus Dux, Montem-Acutum expugnat: Suessiones * vsque vastando procedit. * Indè, Remensem Vrbem aggreditur, & Laudunum multà cum prædà revertitur. Post hæc, ipsam Vrbem Remorum capit: Archiepiscopum, quem Hugo præfecerat, & quosdam Primates capit, & Laudunum relegat. * Cernens igitur Hugo, quòd minimè posset Karolum vincere; consilium habuit cum Asselino Traditore vetulo, qui erat Episcopus falsus Laudunensis, & Consiliarius Karoli Ducis.

¶ Nota hìc, prudens Lector! Episcopum traditorem; & Regni mutationem per proditionem factam.

¶ Tradens autem Asselinus * Episcopus Laudunum, in nocte vnà, quiescentibus cunctis, Hugoni Duci Francorum; vinctus est Karolus cum Vxore suà, & ductus in custodià, apud Aurelianis Civitatem. Nondum enim erat ipse Karolus vnctus in Regem, resistente illi Hugone. Manens autem Karolus in custodià Aurelianis, in turri; * genuit illi Vxor eius * Filios duos, Ludovicum & Karolum; & Filias duas, Ermengardem, & Gerbergam. Post hæc, mortuus

* Herberti, ap. cætera Exempp. MSS.
* Lotharingiæ, & Brabātię, Patruus Ludovici defuncti, addunt Io. Tilius. & alij Historici.
* Anno 989.
* Haisb. i o, ap recentius Exemplar nostrum MS.
* Suessionis, ap. alia Exempp.
* peracceedit, lego ap. Andreisen, & Mont-Elig Cod. MSS.
* Lauduno religat, ap. Mōt-El. & Andernēsem Codd. MSS.

☞ * Ascelinus, & Ansellimię scribunt alij Historici nonnulli.
† * Turrim, ap. Mont-Elig. & Andernensem Codd. * sua, ap. eosdem Codd. MSS.

tuus est Karolus, *Dux, confugerúntque duo eius Filij ad Othonem 3. Imper. Romanorum, vel Germaniæ Regem, anno 991. Ex Chronographiâ Sigeberti Gemblacensis.*

Eodem anno, vnctus est Hugo Dux in Regem, Remis: &, in ipso, Robertus, Filius eius, Regum pijssimus. Hîc, deficit progenies Karoli Magni.

Obiit autem Karolus Dux, anno VIII. Ottonis Imperatoris; Tertij, Ioanne, existente Romano Pontifice. * Successit autem Karolo, Otto, Filius eius, *ex priori matrimonio*, in Ducatu Lothariensium. Porrò, Filiæ eius, nupserunt duobus Comitibus, in Regno Lotharingiæ. Ermingardis, Alberto, Comiti Namurcensi; Gerberga verò, Henrico Comiti de Durbourc. * Ex progenie Ermengardis, processit Balduinus, Comes Haynoniensis; *. a. Cuius Filiam Elizabeth, Philippus *. b Rex Francorum, Vxorem duxit: ex quà, Ludovicum Filium genuit. Si verò iste post Patrem regnaverit, constat Regnum *Franciæ* reductum fuisse ad progeniem Karoli Magni. Huic igitur c. * secundo huius Opusculi libello finem hîc *. d. imponimus; Et, in Translatione Regni, Tertium apponemus.

* Martino, pro Ioanne 15. legitur apud cœtera exêplaria mêdosa.

✱ *Hannoniensis Codex, legit*, De Durbogo: *legendumq; fortassis est*. De Durburgo. De Durbois, *ap. Mont. Eligianum.* ✱. a. Hainonensis, *ap. Exemp. recentius.* Hainoensis *ap. Andernêse.* *. b. secundus, *addit Môt-El. Codex MS.* c. ✱ igitur, *desideratur ap ceteros Codd. MSS* &, *. d. hic.

Explicit Liber Secundus, *Synopseos Franco-Merovingicæ, sive*, Historiæ succinctæ De Regibus Francorum.

INCI-

INCIPIT PROLOGVS
LIBELLI TERTII
SYNOPSEOS FRANCO-MEROVINGICÆ.

FRANCI, origine Troïani, adhuc Pagano ritui dediti, Regnum ſuum, (ſicut in præſenti nunc cernitur,) in Galliâ ſtabilierunt; quæ, ab eis Francia nominatur. *Vide Appendicem noſtram, Ad verba Capitis 3. libri primi huius Synopſeos,* Troiani, *qui, &* Franci, *paginâ 568.*

¶. Anno igitur Dominicæ Incarnationis CCCC. LXXXIV. Hilderico * eorum Rege mortuo, qui Treverim Civitatem cepit; & Aurelianis Vrbem devaſtavit; Andegavum incendit; &, cum Audovacrio Duce Saxonum Alemaniam ſibi ſubiugavit; Clodoveus, Filius eius, ex Reginâ Baſinâ, Vxore quondam Baſini Regis Thuringorum, Regnum fortiter tenuit, & ampliavit. Nam, Alemaniam ſub tributum redegit, interfecto Rege Alemanorum: Ægidium, Ducem Romanorum, qui Sueſſionibus regnabat, occidit: Gundebaldum, Regem Burgundionum devicit: Alaricum, Regem VViſigothorum, qui regnabat apud Toloſam, peremit: ſicq; Neuſtriam, Auſtriam, Franciam, Alemaniam, Burgundiam, Provinciam, Aquitaniam, VVaſconiam, vſquè ad Pyrenæos montes, ſuo Imperio ſubiugavit. *Hic*, à Sancto Remigio Remenſi Archiepiſcopo, cum ſibi ſubiectis, baptiſmi gratiam percepit. Ab Anaſtaſio Imperatore Romano, & Conſtantinopolitano Coronam auream cum gemmis, & Tunicam blateam,

* aliàs, Childerico primo.

blateam, Codicillosq; de Consulatu accipere meruit. Huius progenies feliciter regnavit vsque ad annum Dominicæ Incarnationis septingentesimum, & quinquagesimum: * excepto, quod, per octoginta & octo fermè annos, à tempore Lotharij Regis, & Bathildis Reginæ, à solità fortitudine degenerantibus, Regni potentia disponebatur per Majores Domus. Vndè factum est, vt Pipinus, Filius Karoli Martelli, octavus à Lothario; Patre Dagoberti, per Blitildem, Filiam Lotharij, Sororem eiusdem Dagoberti, quæ desponsata fuerat Ausberto Duci Lotharingiæ, & sic, processerat de semine Regio, & erat Major Domus, sub Rege Hilderico, à Stephano Pontifice Romano, apud Ecclesiam Sancti Dionysij, cum Vxore, & filijs, Karlomanno, & Karolo Magno in Regem vngeretur: &, per eos, Generatio eorum, in hæreditatem Regalis successionis benediceretur: Et omnis alienigena, ab eius invasione, Apostolico Anathemate interdiceretur. Regnavit autem eorum progenies in Imperio Romano, vsquè ad annum Domini nongentesimum & duodecimum. In Regno verò Francorum, vsque ad annum Domini nongentesimum & vigesimum sextum.

* Anno n 750. actū est de Childeberto abdicando, & Regio nomine transferendo in Pipinū, Filium Caroli Martelli.

¶ Tunc Hugo Caputius, Comes Parisiensis, & Dux Francorum, contra Dominum suum, & Consobrinum, Karolum, Ducem Lotharingiæ, Regnum Francorum, contra preceptum Romanæ Ecclesiæ, quod, * omnes invasores Regni anathematizaverat, iniustè invasit. Sed, quia Scriptura, de DEO dicit: [a] * Quia, IPSE IMMVTAT TEMPORA ET ÆTATES, TRANSFERT REGNA, ATQVE CONSTITVIT. Hoc Iudicio Domini relinquimus: & Tertium Libellum, ad Genealogiam eiusdem Hugonis Regis describendam subjecimus.

* *qui, legunt Mōt-Eligien*, & *Anderuensis Codd. MSS.*

a * Danielis cap. 2.

Explicit Prologus.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII

Explicivnt Capitula.

INCIPIT

INCIPIT LIBER TERTIVS

SYNOPSEOS FRANCO-MEROVINGICÆ; SEV, HISTORIÆ SVCCINCTÆ, DE GESTIS Regum Francorum, qui Capetingi vocati ſunt.

*De Tranſlatione Regni: Et Regno Hugonis Caputij, Francorum Ducis.**

* Et, de Hugone, primo ap. Mõt-Elig. & recentius Exemp. noſtrum.

CAPITVLVM PRIMVM.

ANNO Domini DCCCC. LXXXVIII. Tranſlatum eſt Regnum Francorum, de Genealogiâ Karlenſium, in Progeniem Comitum Pariſienſium. Primus, ex eis, regnavit Hugo, Cognomento Caputius, Filius Havvidis, * Sororis Ottonis Magni, Imperatoris. Fuit autem, (ſicut in præcedentibus dixi) Filius Hugonis Magni. Hugo Magnus, fuit Filius Roberti, Fratris Odonis Regis. Qui ambo, coronati * ſunt, contra Karolum, Simplicem. Quorum vnum, Robertum ſcilicet, occidit idem Karolus Rex, in bello Sueſſionico.

* Havvidis, *ap. Mont-Elig. & Andegavenſem, Codd. MSS.*

* F. armati.

¶ Hi duo Fratres, Odo videlicet, & Robertus, fuerunt Filij Roberti Fortis, Marchionis, Comitis Andegavenſis, qui fuit Saxonici Generis, quem ſuprà memoravimus occiſum à Northmannis.

De Tranſlatione Sanctorum VValerici, & Richarij, Abbatum. Proſecutio Capitis primi.

Quę Jam Exẽplaria hunc deſiderant Titulum ſecti Capitis primi.

¶. IN Geſtis Sanctorum Richarij, & VValerici, legimus: Quòd Corpora eorum tranſlata ſint à ſuis Eccleſijs, in Flandriam, & repoſita in Eccleſiâ Sancti Bertini. * Cauſam Tranſlationis obſcurè ſcriptam inveni. Sed, conſtat; Quod, timore Northmannorum, & Danorum, vtpote in tutiori loco, ibi repoſita ſunt.

* In Sithiu, Caſtro munito; ap recentius Exemplar noſtrum, additur.

Caſtrum enim Sancti Audomari, in quo conſiſtit Eccleſia Sancti Bertini, illo in tempore, erat nobile, & contra hoſtes ſatis munitum. Cùm autem tempore Karoli Regis, Cognomento Simplicis, Northmanni eſſent converſi ad fidem Chriſti; Corpora Sanctorum, qui, timore eorum tranſlata fuerant in locis munitiſſimis, reportata ſunt à ſuis, in ſuas Eccleſias. *

† Nota tẽpus relatorum Corporũ SS. ad ſuas ſingulas Eccleſias.

* ſuis Eccleſijs: lego. apud Andernen & Mont E'i Codd. & Hẽnimenſem.

Cùm autem Monachi Sancti Richarij, & Sancti VValerici, Corpora ſuorum Sanctorum repeterent; Monachi Sancti Bertini, illa, per violentiam Arnulphi Vetuſi, Comitis *Flandrenſis*, detinebant.

¶ Tunc, Sanctus VValericus apparuit Hugoni Comiti Pariſienſi in ſomnis; & dixit ei: Vade ad Arnulphum Comitem Flandrenſem, & dic ei vt remittat Corpora noſtra, quæ ſunt in Eccleſiâ Sancti Bertini, in noſtras Eccleſias. Magis enim diligimus loca noſtra, quàm aliena. Et reſpondit ei Hugo: Domine! Quis es tu? Vel, Quis Socius tuus? Ego enim, (inquit ille,) vocor VValericus: Socius autem meus, eſt Ponthivenſis Richarius. Age, quæ tibi præcipit DEVS per me, feſtinanter: &, nè diſſimules. Et, vt brevi ſermone Cauſam concludam; Abijt Hugo ad Arnulphum; Quæ ſibi fuerant mandata indicat. Arnulphus verò, ſuperbo animo, Corpora Sanctorum reddere recuſat. Tunc, Hugo, Comes Pariſienſis, conſtanti animo Arnulpho Comiti dixit. Vide, vt in illo die, & in illo loco, Corpora Sanctorum ſpontaneo animo honeſtè mihi deferas.. Quod ſi non feceris ſpontaneus, poſteà facies invitus.

Vernaculè, De Pôtiheu.

¶ Tunc Arnulphus Comes, timore, & potentiâ Hugonis conſtrictus, duas Thecas argento & auro decoravit, & in illis Sanctorum Richarij & VValerici reliquias repoſuit. Die condicto, Hugo,

cum.

cum armato, & copioso exercitu ad Monasteriolum, * (quod Castrum, Regis est Francorum,) venit.

* *Vernaculè*, Mõstieul.

¶. Arnulphus autem Comes, audito adventu eius cum magno exercitu, sed inermis, & humilis, ei obvius venit. Corpora Sanctorum Richarij & VValerici Hugoni decenter cöaptata reddidit: Ille verò, vnumquodque, in suo loco resignavit.

¶ Nocte verò subsequenti, apparuit Sanctus VValericus Hugoni in somnis, & dixit ei. Quia studiosè egisti quæ præcepta sunt tibi, & nos ad loca nostra retulisti; Tu, in Regno Francorum, & Successores tui, vsque in septimam * Generationem * regnabitis. In hâc relatione, patenter ostenditur, Regni Translationem factam fuisse DOMINI voluntate. ¶ a. *Appendix nostra, Ad verba, Decimas Ecclesiarum laicis tradidit, &c. pagina 681. monuit exstare in Cœnatione Asceterij Marcianensis perantiquum, & membraneum Codicem, Legendarum, qui, cùm agit de Vitis, & miraculis à SS. Ricario & VValerico editis, hanc quoque visionem prolixiùs referat; asseratq. præterea prædixisse S. VValericum Hugoni Magno apparentem, futurum, vt propter exhibitam ipsis pietatem, Genus eius in perpetuum potiretur Regno Francorum. Hincq. putem fuisse superiùs legendum rectius; TV,* in Regno Francorum, & Successores tui, vsque in sempiternam * Generationem * regnabitis: *Ita enim antiquior Codex MS. habet: tametsi, Mont-Eligianus, Andernensis, & Vedastinus Codd. MSS. legant,* septimam, *pro,* sempiternà. *VVilelmus etiam Mangius, & R. P. ac DN. Antonius D'Yeps, Abba Vallisoletanus, pietate ac eruditione celebris, nobilisque Scriptor, Generalium Chronicorum Ordinis Benedictini Tomo 2. rem hanc eamdem enucleatiùs attigère. Sed & idem tradidit Nicolaus Gilles, qui scripsit historiam An. 1553. quam ad Henricum Secundum perduxit.*

¶ *Atque, vt hocce pietatis Heroicæ genus paullò altiùs, ex occasione natâ, in Gallijs spectemus. Exstitit permagnâ sanè admiratione dignus Christianæ fidei fervor, qui, ab ipso exordio Gallici Orbis ad Sacra suscipiunda Christiana perducti, Divi Remigij operâ, in hac vsque Capetigenarum tempora protractus, erga Sacrarum Reliquiarũ laudabilem cultũ adeò exarsisse apud Orthodoxos Reges, & Principes in Gallijs legatur; vt, licèt illorum Provincia Sanctorum Martyrum & Confessorum pignoribus affluerent sacris; religiosà nihilominus eorũ fame, ad peregrina non desinerent omneis inhiare, eorumq. gratiâ, sacri etiam Præsules Orientẽ lustrarent, quò, cum Regibus, pientissimæ quoq; Reginæ suos mitterẽt Legatos. Parisinus ille Sanctissimus*

Antistes Germanus, unus nobis instar omnium, unaque sit Regina Clotarri quondam Regis Coniux pientissima, & aquè Virgo sancta, Burgundicis ex Regibus oriunda Radegundis. Sit, & illa Clotildis Burgunda, quam maximo Francicæ gentis beneficio, Francis auctricem fidei Christianæ suscipiundæ Deus Opt. Max. multis in Ecclesià Gallicanà editis miraculis voluerit clarere: quàmque constet etiam Francos exemplo docuisse, Legatos in Orientem mittere, ad sanctas Reliquias studiosè perquirendas, cum ipsa, inter cætera indè relata, dono ab Imperatore accepit partem Dominicæ Crucis: Cuius virtute, quàm multa, quàmque insignia fuerint miracula facta, testatur abundè S. Gregorius Turonensis, De Glorià Martyrum Capite 5. Ethnicum adhuc eius Maritum Clodoveüm, res in prælijs fortiter gestæ nonnihil ornaverant, ut etiam ob eas Belligeri cognomentum esset adeptus: At verò, Christum ubi denique is agnovit, incendens, quod adoràsset; adorans, quod incendisset, Iesu Christi, Sanctorumq. pijssimus cultor effectus, perdocuit idem Francorum Rex proto-Christianus, quid possent arma, quæ præcederent adorandæ Crucis Vexilla, cum Gallici Orbis universi nationibus feliciter tandem devictis, eidem Iesum Christum, eiusque Divos, Divûmque reliquias excolenti, uni primùm est datum, barbaris tot ex gentibus Imperium frustrà tentantibus invadere Romanum, stabileis in Gallijs figere sedes; latioribúsque Regnum illud suum florentissimum limitibus productum, atque longioribus seculis propagatione fœcundà inter Franco-Merovingos præpotenter perpetuare.

Horum vero Franco-Merovingorum, & exindè subsequentium Carolingorum Regum fidei orthodoxo perstante fervore, frequentioribus experimentis planè, perspicuèq. fuit patefactum, nobilitati Franconicæ, adeòque & universæ Genti Francicæ tanta idcircò esse concessa, quæ cæteris nationibus exteris beneficia fuissent denegata, propterea quòd ipsi pietate præstarent Christianà, egregièque præpollerent.

* Ex P. Æmilio ad annû 987.

Porrò verò, ubi obijt Ludovicus, Carolinorum Rex ultimus, veneno extinctus; Hugo Capetus, pietate, viribus, fortunà, mortaliumq. studijs adversus Ducem Lotharingum, Carolum, superior; dum & ipse Theodoxus, egregiam maiorum fidem proximè sectatur, & idem, erga cultum sacrorum pignorum, Divorum Ricarl, & Valerici, (quos, (uti & Pater eius) magnà semper sedulitate pietatis suspexisset,) adeò exardescit, ut, pro eorumdem relatione, defensioneq., ardentiùs, quàm pro tuendis finibus Regni, Monstrolium usque, pugnam satram pugnaturus accederet; hacce Divùm Sepæπuà, hisce, Theosebia, Divûmq. sedulà observationis cœlestibus gradibus, eò conscendit, ut dignus planè redditus iam asseratur, qui, primus Gal-*

lus

lus Gallorum evaderet Rex, & sibi, & longinquæ suæ posteritati Capetidarum, non casu, non fortuitò, sed iure, & merito, Regiam illam benedictionem divinitùs repromissam demùm consequeretur, Gallorum Rex 35. primùm Novioduni salutatus; mox Rhemis consecratus, & invnctus; octennium totum regnaturus.

Anno 988.

¶ *Est præter-ea, quod hoc loco lubeat observare; Divos nimirum, dum, aut suas repetunt; aut prioribus relictis, divino nutu, sedes mutant, sæpenumerò, gratiam eosdem tantam, decus, tantamque majestatem eòdem secum cœlitùs inferre; quanta potest esse maxima. Id, tanquam in speculo, intuere, non solum hàc in regestà, quam nunc ex alijs acceptam enarràrit noster Silvius Marcianensis: sed, & ex VVitichindi Saxonis Historici, Scriptoris antiqui assertione. Cùm enim (ait ille,) anno 920. Germaniæ Rex Errikus, seu Henricus, ad dilatandum super Lotharios Imperium suum, Rhenum transisset; Carolus Simplex, legationem pro pace ad eum misit, vnà cum manu Sancti Dionysij, auro, gemmisq. inclusà, liberè (addit idem) professus, tanto munere, vnà, cum & aliorum Sanctorum Christi Martyrum Reliquijs venerãdis, è Francià in Saxones Majestatem Regni, atque reliqua bona transferri. Neque, amabò! id vanè tactitari, autumet quisquam Zoilus. Perspicuè namque, id, atque certo demonstratum est experimento peractum, cùm, vnà, cum Sancti Martyris Viti sacro Corpore, translato ex Galliæ Regno in Saxoniam, sub Imperatore Ludovico Pio, simul & ad Saxones gloria Francorum transmissa est. Vide, quam etiàm hisce VVitichindus Saxo subtexuerit narrationem propagati per præfatum Henricum Regni vicinas, & in exteras nationes. Typum fortassis, seu rei huius sic assertæ imaginem aliquam à nobis expectat pius Lector. Ex Prolegomenis nostris complures erui possunt. Itaque satis sit nunc quidem ei Libri Regum primi Caput septimum indicàsse: quo, in Cariathiarim Arcà Domini revectà & illata in Domum Aminadab in Gabaa, requievisse omnis Domus Israël post Dominum asseratur: Et, Libri secundi eiusdem Historiæ sacræ, Caput Sextum, quo, Arca eadem Domini legatur habitàsse in Domo Obed-edom Gethaï tribus Mensibus; Et, benedixit (addit textus sacer) Dominus Obed-edom, & omnem domum eius. Nuntiatúmque est Regi David, quòd benedixisset Dominus Obed-edom, & omnia eius, propter Arcam DEI. &c. Sed de his hactenus modò. Ad Synopsin Andreanam redeamus, cuius hæc sit prosecutio.*

Hugo, * Rex factus, cupiens eradere de Regno Francorum, omne genus Karoli Ducis, * collecto Concilio * a in Vrbe Rhemensi, fecit degradare Arnulfum Archiepiscopum, consobrinum eius, natum

* Sup. Capetus.
* Sup. Lotharingiæ, & Brabantiæ.
†

tum ex concubinâ, * quem, ipse Karolus, Episcopum R[hemensem] substituerat.

a. * *Pseudosynodum vocat Baronius, in quà exauctoratus fuerit [in] odium gentis, & familiæ Carolinæ, Arnulphus, defuncti Lotarij Regis Frater illegitimus, * &, de proditione Ciuitatis Rhemensis, (quam tamen pernegaret,) redargutus, Aurelianum missus, & detrusus in carcerem; quo, & Carolus Rex detinebatur.*

* Ex Io. Tiho.

Adelgarius * quoque Presbyter, qui Vrbem prodidit, & portas, *Sup. Vrbis Rhemensis*, Karolo aperuit, insolubiliter excommunicatus est: *in præfata Pseudosynodo Rhemensi, anno 992. Prolixè omnia ibi acta, suo stylo tractat Gerbertus, seu Gilbertus, Aquitanus Philosophus.*

* Adalgerus, ap. al. Historicos scriptores

¶ Fecit autem Rex Hugo, in loco Arnulfi Archiepiscopi consecrari Gerbertum, Monachum Floriacensem, arte philosophum, qui erat Magister Roberti, Filij eius. Arnulfum autem fecit mancipari custodiæ, Aurelianis Ciuitate. Cum autem relatio cucurrisset ad aures Ioannis * Romanæ Sedis Præsulis; missus est à Sede Apostolicà Leo Abbas ad Sevvinum, *seu Seguinum*, Archiepiscopum Senonensem, vt Concilium in Vrbe Rhemensi congregaret; & Arnulfum in Sede proprià restituens, Gerbertum deponeret. Quod & factum est. Gerbertus verò veniens ad Ottonem 3. Imperatorem, (nam, Magister eius fuerat,) Archiepiscopus, in Vrbe Ravennà, collocatus est. Deinde, paucis exactis annis, PaPa Vrbis Romę per eundem Imperatorem effectus est. Vndè est illud eius Monostichon. *Scandit ab R. Gerbertus ad R. post * PaPa, viget R.*

* Marini, ap. Mont. Elig. Andegavensem & Hemiensem Codd. MSS. mendosos hâc certè parte.

* Post PaPa, vigens R. ap. Sigebertum.

Helgaldus verò, in Vità Roberti Regis, Filij Hugonis Capeti, scribit Gerbertum, hominem astutissimum, in R. litterà, de se ita lusisse.

Scandit ab R. Gerbertus in R. post, &c.

Gregorio 5. homini Germano, successit Gerbertus, (quem alij Gilbertum Aquitanum Philosophum vocant;) mutatoq; nomine, Silvester Secundus, dictus est. Anno Christianæ Pietatis 999. De hoc Gerberto fusissimè tractàrunt Itmarus, Hermannus, Lambertus, Marianus, eiusdem sæculi Scriptores, Sigebertus, Helgaldus; sed, præ cæteris, accuratè Cæsar Baronius; quos adire, liberum esto.

¶ In Burgundià, Odilo, Arvernæ oriundus, ex Clerico Brivatensi, Monachum professus in Cluniacensi Cœnobio, post Maiolum, præficitur ipsi Cœnobio, quod, per annos quinquaginta sex miro

miro religionis fervore rexit, & provexit. * Qui, egregiè, præter cætera * pietatis insignia, * non solùm vitæ exemplis, sed etiam miraculis in vitâ suâ claruit. Qui, cum reprehenderetur, quòd in peccantes misericordior iustò esse videretur. ¶ *Si damnandus sum, (inquit;) malo damnari de misericordia, quàm de duritiâ.*

*Protexit, ap recentius exemplar MS.

** Pietate insignis, ap. cætera exemplaria nostra MSS.

Arnulfo Iuniore Flandrensium Comite mortuo, Balduinus Filius eius succedit.

Gerbertus, qui & Silvester, tempore Hugonis Regis, (sicut iam diximus,) Romanæ Ecclesiæ præfuit. * Qui, inter scientiâ litterarũ claros, egregiè inclaruit. Quidam, cum in loco Paparum nõ ponunt. Quod non otiosè factum esse creditur; quia, per ostium nõ intrâsse dicitur. A quibusdam etiã necromãciæ arguitur. De morte quoq; eius nõ rectè tractatur. A Diabolo enim percussus dicitur obijsse. Quam rem, nos, in medio relinquimus. *Prudenter sanè, circũspectéque. Etenim, Vignerius, rectè probat, ad annũ Christi 999. Othonis tertij, Germaniæ Regis decimum sextũ, quo Gregorius 5. vitâ cessit, fabulã prorsus esse, seu potiùs calumniam, mendacémque infamationẽ, quàm Gerberto de arte magicâ obiectârit Benno quidam, qui se nuncupat Cardinalem Archipresbyterum, quiq; tantæ dignitatis sibi ex schismate abripuisset nomen. Papirius quoque Massonius, impudentis huius scripta Εὖ κὶ ἐπισαμένως κὶ καλῶς * Improbat Bennonis, quem non puduerit prædecessores Gerberti, & Gregorij Septimi magiæ accusare, vtque maleficos damnare. Eruditissimi autem Gerberti cita, & inopinata promotio præbuit huius calumniæ architecto Bennoni ansam quamdam imprudenter, & impudenter, (inquam) scribendi; Floriacensem Monachum, tam rudi seculo Mathematicæ scientiæ, præsertim verò Astrologiæ callentissimum, magicis potissimùm incantationibus homines dementasse, & ad Summi Pontificatus culmem conscendisse, animâ mercedis loco Cacodæmoni pactâ, quam, condicto die, locoque statuto violentus abripuisset exactor. At fortissimè pugnat adversus hocce certum Bennonis impudens figmentum, haud leve argumentum; quod; de hàc impostura, istius seculi Scriptores Ditmarus, Episcopus Merseburgensis in Saxonia, Glaber, Lambertus, Hermannus, Marianus Scotus, & Helgaldus Floriacensis, ad Ligerim, Ascet a doctus, nihil prorsus litteris mandarint: quin etiam Gerbertum, aliàs Silvestrum hunc egregiè laudarint; vt propter-ea Gerbertum hunc à Pontificum Romanorum numero immeritò rejecerit Sigebertus Gemblacensis, qui, post ducentos annos, rei huius, tunc*

* Papa 144 addit Sigeb ad annum 998.

* Hoc cil. Benè & Sciè. & egregiè.

Kkkkk *temporis*

temporis facilè ignarus, Chronica sua scripsit. Qui verò successit Silvestro huic secundo Romanus Pontifex Sergius, Epitaphium dignum Pontifice Romano nominis permagni, illius honorifico sepulchro insculptum Romæ, in Basilicâ Lateranensi, nunquam fuit iussurus, si, (qualem comminiscitur Benno, nomine-tenus, Cardinalis Archipresbyter,) adeò is probrosâ morte, Romæ, fuisset extinctus. Qualem itaque, fusum suum rotans anus, puellulis suis, ne pervigilijs vexatæ, soporentur, fabulam assuevit narrare; eiusmodi hoc habeto Bennonis architecti cõmentum, quod, cum illo superiore, de Ioannâ Papissâ, pari fasciculo constrictum, VVlcano liberè possit tradere Orthodoxus, prudensq; Lector: nisi fortè, illud, de Ioannâ, leviter excogitatum; hoc vero posterius, de Gerberto, seu Silvestro, nequiter concinnatum, verè adstruere velit.

Anno XIII. * Ottonis Imperatoris, Hugo, Francorum Rex, mortuus est: & sepultus in Ecclesiâ Beati Dionysij, Mariniano, a. * existente Romano Pontifice. a. * *Vide syngraphicam notationem nostram huic collaterali margini appositam; vndè intelligas, Ecclesiæ Romanæ præfuisse Gregorium quintum, Bernonem dictum, Othonis tertij Nepotem, cùm incidit mors Capeti Regis, anno 996. Trinominis fortè fuerit, Gregorius, Berno, Marinianus.*

* Anno Christi, 996. Gregorij 5. Bernonis dicti, Nepotis Othonis, Pontif. Max. anno primo. * Arimario, ap. *Henniniensem Cod. MS. & Andernensem.* * SECVNDI legitur ap recentius *Exemplar nostrum, loco REGIS.* * IX. legitur mèdosè, ap Môtelupianũ, Ved illinũ, Hẽninienſem, & Andernensẽ Codd. MSS. * XXIIII. *ap. alia mendosa.* * Civitate *addunt cætera Exempp. MSS.* Anno Domini 1000. prodigia multa videntur.

DE REGNO ROBERTI, FILII HVGONIS REGIS. *

CAPVT SECVNDVM.

ANNO Domini DCCCC. XCVI. Anno XIII. * Ottonis III. Imperatoris, Regnavit Robertus, Filius Hugonis, in Franciâ, annis XXXVI. *

¶. Leotherius, Senonensis Archiepiscopus, consilio Reinaldi Episcopi Parisiorum, congregato exercitu, obsedit eamdem Civitatem, & cepit eam, & Regi Roberto reddidit. Rainaldus autem, Comes eiusdem Civitatis, Filius Fromundi, qui erat infidelium nequissimus, fugiens, evasit nudus. Fromundus verò, Frater eius, & cæteri milites, de Civitate ingressi in turrim, quæ est in Civitate, obtinuerunt illam. Rex autem Robertus, oppugnans eam diebus multis, cepit eam, & Fratrem Rainaldi Comitis, Fromundum, quem duxit Aurelianis, * vbi & mortuus est.

Anno Roberti Regis IV. Completus est annus Millesimus Incarnationis

nationis Christi, secundum supputationem Dionysij. Quo,* multa prodigia visa sunt.

¶. Terremotus factus est permaximus. Cometes apparuit. Kalendis * Ianuarij, circà horam nonam, Sciſſo Cœlo, quasi facula ardens cum longo tractu, fulguris instar illabitur terris, tanto splendore, vt, non modò qui in agris erant, sed, & qui in tectis, irrupto lumine ferirentur. Quà Cœli Sciſſurà sensim evanescente, interim visa est figura quasi Serpentis, capite * crescere cum cæruleis pedibus. *Anno fortè 1001. quo sæculum novum est inchöatum. Vide Abbonem Abbatem Floriacen. In Apolog. lib. ad Rober. Regem.*

¶ Ottho Imperator, Romæ Crescentem Patricium bello aggreditur. Victus Crescens, & ex fugà retractus capitur, viliq; iumento aversè impositus circumducitur, & paullatim membris truncatus; ad vltimum, antè Vrbem suspenditur. *Anno Redemtoris 996. De Crescentij morte variè descriptà, videantur Glaber, Rodolphus Cluniacensis, Leo Ostiensis, Petrus Damiani, In Vità S. Romvaldi, apud Surium.*

Romani,* contra Imperatorem Otthonem insurgunt, eò quòd remiſſiùs cum illis ageret; &, quibusdam militibus eius peremptis, eum in Palatio obsident. Vndè, per industriam Henrici Ducis Bojöariæ, & Hugonis Marchionis Italiæ, * vix extractus, Romà decedit cum Sylvestro, vel Gerberto PaPà. Et, quia Vxor Crescentis, * Imperatorem, spe regnandi, ad amorem suum pellexerat; dolens, pro eius discessu, venenum ei misit, quo ille consumptus, inter remeandum, in Italià moritur: *sinè liberis, apud Paternum, anno 1002. fortaſsis, 28. IanuarI. Certant enim de die varij Scriptores, dum Marianus Scotus diem obitus Othonis tertij quintum Calendas FebruarI recenset; Ditmarus, nonum; decimum, Hermannus; plures, duodecimum.*

Successit ei in Imperio Henricus, Dux Bajoariæ, consobrinus eius. Nam, Avus eius fuerat Henricus Dux Bajoariæ, Frater Ottonis Primi Magni, Imperatoris, Avi istius Ottonis Imper. nuper defuncti.

¶. Anno IV. huius Henrici Imperatoris, & X. Roberti Francorum Regis, Balduinus, Comes Flandrensis, Castrum Imperatoris, quod vocatur Valencianas, situm in Marchià Franciæ, & Lotharingiæ, invasit. Imperator Henricus hæc audiens, invitavit Robertum Regem Francorum, & Richardum Comitem Northmannorum, ad sui auxilium; & obsedit Castrum. Et quia Imperator

*in quo, ap cæteros Codd. MSS.

*19. Kal. Ianuarij, ap. cætera Exëplaria mendosè legitur.

* quidē creſcere. ap. Mont-Elig Hëninensem & Andernen. Codd. MSS. mendosos.

† * intenso ferentes animo Imperiū Germanorum.

* Sūmæ in Vrbe autoritatis Ducatum gerentis.

* siue Crescentij, Ioāna dicta, nobilis Romana, formosiſſima.

 * ab

*De, ap. cæteros Codd. MSS.

* ab illâ obsidione inefficax redijt, contra Balduinum profectus, Castrum Gãdavum invadit; & depopulatâ terra, aliquos Flãdrensium Primores capit. Vndè Balduinus perterritus, in Aquensi Palatio Imperatori satisfecit, Valencianas reddidit; datisque obsidibus cum sacramento fidelitatis, manus ei dedit. Post-ea, Imperator seditione coäctus suorum, Valencianas Balduino beneficiavit, vt sibi contra motus suorum hominum auxilio esset. Post-ea, ei etiam VValachras * addidit, *Anno Redemptoris 1007.*

* VValachras, ap. Monteligianum, Hennuiensem, & Andernensem Codd. MSS. quę esset Insula Zelãdię.

Duxit autem Rex Robertus Vxorem Constantiam, filiam VVillelmi Arelatensis Comitis, natam, de Blancâ, Sorore Gaufridi Comitis Andegavensis, ex quâ genuit quatuor Filios; Hugonem, qui cognominatus est Magnus, Henricum, Robertum, & Odonem.

¶ Ex his, Hugonem Compendii, (*vulgò, à Compiegne*,) coronari fecit in Regem adhuc vivens; qui, Patri in Regnum accessit; non successit; quia adhuc vivente Patre iuvenis defunctus est.

☞ ¶ Hic Rex, mansuëtus fuit, & mediocriter litteratus, & amator Religionis, & Ecclesiarum. Nam in præcipuis Solemnitatibus, ad Sanctum Dionysium * veniebat; In Choro, cum M[o]nachis stabat, & psallebat. Ad Vesperos, Matutinos, & ad M[iss]am, Cappâ serica indutus, cum Cantore Chorum regebat. Composuit etiam & quosdam cantus; *De Spiritu-Sancto, Prosam*; SANCTI SPIRITVS ASSIT NOBIS GRATIA. *De Nativitate, Responsorium*; IVDÆA, ET HIERVSALEM. *De Martyribus*; CONCEDE NOBIS, DOMINE! QVÆSVMVS. &c.

*Vernacùlè, A l'Abbeye de Saint Denis en France.

† † ☞ ¶ Cùm autem Constantia Regina videret eum in his esse intentum, dixit ei quadam die per iocum, vt, de seipsa faceret aliquem cantum. Rex verò libenter annuit; & scripsit Responsorium: O CONSTANTIA MARTYRVM! In honorem Sancti Dionysij, & cæterorum Martyrum.

¶ Fuit etiam in dando largissimus.

Porrò, Constantia Regina, nimis tenax, &, (quod minimè decebat Reginam, *) vltrà modum avara. Nam, quùm Rex, aliquid alicui dabat; ei præcipiebat dicens: Vide! nè hoc sciat Constantia: nec ibi nomen Reginæ addebat.

* Regine, ap. alios Codd. MSS. sed deprauatâ lectione.

¶ Honestavit etiam Regnum ædificijs, & Ecclesijs sanctis. Inter quas, ædificavit in Vrbe Aurelianensi, Monasterium Sancti Aniani, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ, Matris Domini; & Sancti Confessoris

fessoris Hilarij, antè Palatium; Sancti etiam Leodegarij in sylvâ Aquiana; & Sancti Medardi, in Vitriaco Castello; [a] Monasterium quoque Sancti Reguli; * [a] in Ciuitate Sylvanectensi; & Sanctæ DEI-GENITRICIS MARIÆ, in Stampensi [b] * Castro. Apud Augustodunum, [c] * ædificavit Sancti Cassiani Monasterium. Sed & Parisijs, * Ecclesiam Sancti Nicolaï, in Palatio suo; & item, Sanctæ Mariæ, in Pisciaco Castello, [d] * *Mariti exemplum denique imitata Constantia, exædificavit in Diœcesi Carnutensi, seu, Autricensi Monasterium Poissiacense, sub auspicijs Nostræ Dominæ. Vide Belforestum in Annalibus Franc. ad annum. Millesimum.*

¶ Henricus, Imperator Romanorum, & Robertus, Rex Francorum, super Charum * fluvium, apud Evosium conveniunt, de statu Ecclesiæ, Regni, & Imperij tractaturi; & condicto, vt super his confirmandis etiam PaPam Romanum simul ambo Papiæ opportunè convenirent.

¶ Imperator, Regem, & suos multos etiam, qui tantùm ad demirandam Imperatoriam Maiestatem convenerant, tanta liberalitate donavit, vt opibus Regum Persarum, aut Arabum posset comparari Imperatoris munificentia: *Anno 1023. Sigeb.*

¶ * In Paschate, * Solis eclipsis facta est.

Henricus Imperator, consulentibus se Principibus super substitutione * Regni, designans Conradum, Virum Regij generis, & egregiæ libertatis. * Quippè, qui numquàm se submiserat alicuius servituti, moritur, *Iulij 13. die. Anno Redemptoris 1024. Commendatáq;, iam proximè moriturus, Chunigundem Vxorem, Amicis: Recipite, (inquiens,) vestram hanc, quam mihi Virginem tradidistis. Ex Sigonio, & Chronicis Casinensibus, In Henrico 3.*

Post mortem Henrici Imperatoris potentissimi, Robertus, Rex Francorum, ad invadendam Lotharingiam animum intendit. Sed videns magnanimitatem Conradi, illius *Henrici* successoris, citò ab hoc conatu destitit.

Rex Robertus iam senior factus, Hugonem filium suum, participem sui constituit Regni. Sed, Hugone sexto Regni sui anno defuncto, Henricum eius germanum, virum armis strenuum, suum iterum sublimavit in regnum.

Robertus, Francorum Rex moritur, & in Ecclesia Beati Dionysij sepelitur. *Anno 1032. 20. Iulij. Vide res ab eo præclarè gestas apud Helgaldum Monachum Floriacensem, in vita Roberti Regis.*

* a Vernaculè, A Vitry. * a. Saint Rieul, à Senlis. b * Vulgo, à Estampes. c. * A Autun en Bourgogne. * d Saint Nicolas du Louvre à Paris. e. * A Poissy. * Carum, ap. cætera exempp. F A Char. * Paschâ, ap cæteros Codd. MSS. * Constitutione ap cætera exempp. MSS. * Liberalitatis, ap. cætera exemplaria MSS. depravatę lectionis iuxta illud metricum. Non eris alterius, qui tuus esse potes. Conradus è Franconia, Dux VVormatiæ, consilio, manuque promtus, Imperator electus.

Imperatores Romani, qui eo regnante, Romę imperaverunt, Otto tertius, Henricus secundus, Conradus secundus. *

Romani Pontifices hi fuerunt, *Gregorius V*. Sylvester, qui & Gerbertus, Ioannes, *cognomento*, Siccus, Ioannes Fasanus, b. * Sergius, Os Porci: *De quo, vide Ditmarum, ad annum 1009.* Benedictus VIII. Ioannes XX. *Frater Benedicti 20. dicti, Filius Gregorij Comitis Tusculani. Vide librum 2. Leonis Ostiensis.*

Imperatores autem Orientis fuêre, quo tempore Robertus Pius Regnavit, Basilius 2. & Constantinus X. Fratres, Romanus cognomento Argyrus cum coniuge Zoë, Filiâ Constantini X.

*primus, ap. cætera Exēp. fuitque Conradus hic è Franconia, Dux VVormatiæ, Vir consilio, manuque promtus. b. * Panarus corruptè legitur ap. alia Exempp. MSS.

Quo modo sit instituta Commemoratio omnium Fidelium defunctorum; Prosecutio Capitis 2.

ANNO iij. Regis Roberti, instituta est Commemoratio omnium Fidelium defunctorum, post festivitatem omnium Sanctorum, per quemdam Reclusum, & per Odilonem Abbatem Cluniacensem. Idem enim Reclusus, iuxtà ollam VVlcani in Siciliâ manebat; vbi & audivit dæmones sæpissimè conquerentes, quòd animas damnatorum, de eorum potestate eripiebant Monachi Cluniacenses, per suas orationes. Hocq́;, idem Reclusus, Abbati Odiloni mandavit. Abbas autem, in Monasterio Cluniacensi, & in omnibus suis appendicijs, hanc generalem Commemorationem fieri præcepit. d. * Qui ritus, ad multas Ecclesias transiens, Fidelium defunctorum memoriam solennizari fecit.

¶ d. * *Sigebertus, ad annum Christianæ Pietatis, 998. huius Institutionis ab Odilone Abbate, seculi sui astro lucidissimo factæ, pariter meminit. Glaber verò, lib. 5. cap. 1. De illâ quoque agens, dilucidiùs scripsit: Quòd, diversis ex revelationibus quùm innotuisset, animas perplures, Cœnobitarum Cluniacensium potissimùm orationibus, præ cæteris Monachis, in id sanctè, salutari terq́; incumbentium, à pœnis expiatas purgatorij eripi; S. Odilo, quod essent Cluniacenseis complexi sanctæ Pietatis opus salutare, deinceps solicitius prosequendum præcipit; &, præter suffragia cætera, quibus cottidiè vitâ functorum animabus subveniebant, statuit, vt die 2. Novembris, memoria omnium in Domino quiescentium, in Monasterijs, quæ sibi subdita haberet permulta, ageretur: sicut postridie omnium Sanctorum celebrari consuevit. Idq́; Martyrologium ipsum Romanum, admittit, ad diem*

diem primum Ianuarl. quo natalem diem recolit Sanctißimi Odilonis Cluniacensis.

Anno XVI. Roberti Regis, inventæ sunt in Civitate Attrebatensi, multorum Sanctorum Reliquiæ, vbi multa miracula facta sunt. *Huc fortaßis spectant, quæ leguntur in Chronicis Balderici Episcopi Noviomensis & Tornacen. lib. 3. cap. 58. Vbi tamen, annus occurrit nonnihil conciliandus.*

Anno XVIII. Roberti Regis, facta est magna maris inundatio, ad vesperum, vbi innumerabiles perierunt. *Anno 1013. quo Dani, seu Normanni, vastanteis Angliam, tandem cæsi fuere: Ex Rogerij parte primà.*

¶. Anno XXVIII.* Roberti Regis, *Christi 1023.* ¶. a. b. De Abbatià Sanctæ RICTRVDIS Marcianensi, expulsæ sunt Sanctimoniales: Quam, per trecentos & triginta annos possederant: Et* recollocati sunt ibi Monachi, per Liethduïnum* Abbatem Sancti Vedasti, & Balduinum Comitem Flandriarum. ¶. a. b.

OBSERVATIO, *ad Verba*, De Abbatià Sanctæ RICTRVDIS, Marcianensi; &c.

BALDERICVS NOVIOMENSIS, ET TORNACENSIS EPISCOPVS, Chronici sui Cameracensis, & Atrebatensis libro 2. cap. XXVI. DE MARCENIIS, rem hanc eamdem hisce conceptis attigit verbis.

Apud Villam quoque Marcenias,* Virgo Dei gloriosa Rictrudis, ex proprijs opibus, & prædijs, consilio Sancti Amandi, qui, tunc temporis, insignis habebatur, Monasterium struxit, vbi, Sanctimonialibus ad serviendum delegatis, ipsa etiam Abbatissa habenas regiminis moderata est. In cuius vità, plurimum, &, post vitam, aliquantulum religio crevit, vsusq. Ecclesiasticus regulariter adolevit.*

¶ *Seculo autem semper (vt diximus,) in deteriùs viciato, ipsarum etiam puellarum ordo viciari & depravari cœperat. Iamq. magis ac magis depravatus mos, in degeneri posteritate vsque in præsens duraverat.*

¶ *Nuper verò, iam dictus Abbas Leduvvinus, Gerardo Episcopo, & Marchione Balduino satagentibus, fœminas turpiter viventes, mundato loco exturbavit, ac Monachos, qui meliùs, & religiosiùs Deò, & prælibatæ Virgini, quæ ibidem quiescit, deserviant, constituit.*

¶ *Eximius verò DN. Georgius Colvenerius S. Theologiæ Doctor, & Regius, ac ordinarius in Academià Duacenà Professor, &c. Notas, seu Scholia*

*XXVII. *legitur ap. Mont. Elgianum Mēdosum Cod. MSS.*

NOTA.

*XXXVIII. *ap. Henninensem,* X pro V. corruptè mutato.

* Relocati *ap. alia Exempp. MSS.*

* Lietduinum ap. al. Exempp. MSS. De bonmarkié, ap. nostrum recētius lego.

* Villam, pro Oppido ap. id ætatis Scriptores, docentque natales SS. Belgij. apud Molanū.

* S. Rictrudis, Sanctimonialis.

Scholia edidit In hocce Chronicon Cameracense & Atrebatense, quibus obscura quæque Εὖ κ̓ καλῶς * *illustrantur, dubia & involuta explicantur, mutila ac depravata supplentur, & emendantur. Is, in Notis in secundum librum, Cap. XXVI. ad verba superiora,* Apud Villam quoque Marcenias, Virgo Dei gloriosa Rictrudis. *) Hodie* (inquit,) *Marcenas dicimus, & Marchianas. Hac autem vera auctoris scriptura est, etsi in a. expunctum sit illud (*Virgo Dei*) sicuti & in g. dictio (*Virgo*) ita tamen, vt adhuc legi possit. r. scripsit gloriosa Matrona. Sic verò ab Auctore scriptum probatur, ex eo quòd, duo illa antiqua exemplaria, in fine huius Capitis legant: Deo, & prælibatæ Virgini: & rursum cap. sequenti:* Eusebia, prædictæ S. Rictrudis Filia; *&, priora verba, quæ sunt in fine Cap. prorsus omittit. Adde, quòd, vt aliàs monuimus, lituræ omnes sint suspectæ. Eidem lectioni astipulatur VValterus Abbas in Vita S. Vindiciani recensens Sanctos ætate ipsius viventes. Apud Marcenias,* inquit, *magnificam Virginitate Rictrudem. Quamvis sensum non videatur assecutus. Nunc ergò videndum est, quomodo Virgo vocetur, quam constat Virginem non fuisse, vtpote quæ multas etiam proles genuit, S. Maurontum, de quo suprà cap. 21.* S. Eusebiam, Alsendem, & Clotsendem. *Virgo igitur, hoc loco, pro Sanctimoniali, seu Deo devotâ vsurpatur, vnde, nec dicit simpliciter Virgo, sed Virgo Dei;) non, pro eà præcisè, quæ corpore virgo est. Sic & Mater vocari solet ea quæ præest sanctimonialibus, præsertim in religione Mendicantium, etiamsi virgo sit. Placuit autem vel idcircò veram auctoris scripturam retineri; vt, qui in antiquitate mediæ ætatis versantur, annotent an nusquàm similiter accipiatur nomen Virginis, vt hoc loco. Quod, nisi fuisset ea ætate sic vsurpatum, nequaquam ita loqueretur auctor. Qui, & eodem prorsus modo vsurpat lib. 3. cap. 8. vbi B. VValdetrudem vocat virginem. Dum varia lustro, invenio eodem modo vsurpari in vita S. Gudilæ, apud Surium. To. 1. die* 8. *Ianuarij, in qua, tertio, S. VValdetrudis, virgo nominatur. Quàm vitam, ætate Chronographi nostri scriptam esse patet, ex ijs quæ in fine dicuntur, quæ infrà citantur ad cap. 36. lib. tertij. &c.*

* Benè & pulchrè.

☞ ¶. Vbi Sanctimonialibus ad serviendum delegatis.] *Nota, ex MS. Chronico Marchianensi, In hoc Monasterio,* (Sup. Marcianensi) *primò, Viros fuisse, quibus primum Abbatem præfecit Sanctus Amandus, Beatum Ionatum, de quo Molanus, In Natalibus Sanctorum Belgij, die prima Augusti. Verùm, postmodum rationi consentaneum visum est,* inquit idem Chronicon, *(quoniam sua bona Beata Rictrudis huic loco consecrârat, ibique Deo deservire statuerat,) vt ibidem Sanctimoniales,*

inter

inter Servos Dei collocarent, quæ primatus ordinem obtinerent. His prima præfuit Rictrudis, deindè Clotsendis filia eius: rexeruntque hanc Ecclesiam sanctimoniales per annos trecentos triginta tres, vel circiter. Post hæc, iterum, vt habemus hoc Capite, Virorùm fuit habitaculum, (sup. Monasterium hoc Marcianense) & perseverat vsque in præsens, pietate, & amœnitate percelebre. Plura de eo, ex dicto Chron. Miræus in Origin. Cœnob. Benedictin: Cap. 3. Iacobus Lesabæus, Marcanensis, in descriptione Vrbium Hannoniæ, conditum scribit hoc Monasterium, (sup. Marcænense) *Anno. 611. Hactenus, apposité, ad mentem Andreæ nostri Silvij, qui superius, iam, loco pulsis Monialibus, Monachos Marcanis recollocatos, seu, (vt alij Legunt Codd: MSS.) relocatos, asseruit, Notationem suam,* Εὖ καλῶς * *Eximius ille Doctor Theologus, Dominus, DN. Georgius Colvenerius, insignis virtutis, laudatissimusquè Chronologus, adtexuerit ad verba idem planè sentientis R. P. Domni Balderici, Episcopi Noviomensis, & Tornacensis.*

* Benè, & pulchrè;

Idque sanè argumenti, in quo discutiundo, & enucleandò multi hactenus fiat allucinati, (vt ingenuè loquar quod res est,) non singularem modò Appendiculam; sed suum postulat volumen. Cui quidem & operi religiosius navando, R. P. Domnus Hugo Menard, Præsbyter Benedictinus, Congregationis S. Mauri, in Galliâ, mihi olim intimè familiaris, Vir doctissimus, & pientissimus, argutè, gnaviterque industriam suam collocavit: adioque ab ipso solùm mutuavero, quæ subduntur eruditiùs observata Libro primo Martyrologij Sanctorum Ordinis Divi Benedicti, Parisijs excusi ânno Domini 1619. Ad primum Augusti diem, §. S. IONATI.

¶. *Fuit* (Supple Sanctus Ionatus) *Discipulus Sancti Amandi, & primus Abbas Marcianensis Cœnobij, quod, vivente adhuc ipso Sancto Ionato, Sanctus Amandus dedit habitandum Sanctæ Rictrudi, eiusque Sanctimonialibus, quæ illud possederunt longâ temporum serie, vt testatur Chronicon Marcianense manuscriptum, olim conflatum hortatu Simonis vigesimi-secundi Abbatis.*

¶. In eodem *(inquit,)* Cœnobio, primùm, Monachis ad serviendum DEO, à B. Amando delegatis, Pastor vigilantissimus, ac procurator interius, exteriusque fidelis, & simplex, Ionatus donatus est eis: qui B. Amandi discipulorum vnus, eius sacrâ eruditione admodum informatus, ad hoc Officium idonëus inventus est. Verùm, postmòdum rationi consentaneum visum est, (quoniam sua

Antistes Germanus, vnus nobis instar omnium, vnaque sit Regina Clotarri quondam Regis Coniux pientissima, & aequè Virgo sancta, Burgundicis ex Regibus oriunda Radegundis. Sit, & illa Clotildis Burgunda, quam maximo Francicæ gentis beneficio, Francis auctricem fidei Christianæ suscipiundæ Deus Opt. Max. multis in Ecclesiâ Gallicanâ editis miraculis voluerit clarere: quàmque constet etiam Francos exemplo docuisse, Legatos in Orientem mittere, ad sanctas Reliquias studiosè perquirendas, cum ipsa, inter cætera indè relata, dono ab Imperatore accepit partem Dominicæ Crucis: Cuius virtute, quàm multa, quàmque insignia fuerint miracula facta, testatur abundè S. Gregorius Turonensis, De Gloriâ Martyrum Capite 5. Ethnicum adhuc eius Maritum Clodoveüm, res in prælijs fortiter gestæ nonnihil ornaverant, vt etiam ob eas Belligeri cognomentum esset adeptus: At verò, Christum vbi denique is agnovit, incendens, quod adoràsset; adorans, quod incendisset, Iesu Christi, Sanctorumq́ piissimus cultor effectus, perdocuit idem Francorum Rex proto-Christianus, quid possent arma, quæ præcederent adorandæ Crucis Vexilla, cum Gallici Orbis vniversi nationibus feliciter tandem devictis, eidem Iesum Christum, eiusque Divos, Divûmque reliquias excolenti, vni primùm est datum, barbaris tot ex gentibus Imperium frustrà tentantibus invadere Romanum, stabileis in Gallijs figere sedes; latioribúsque Regnum illud suum florentissimum limitibus productum, atque longioribus seculis propagatione fæcundâ inter Franco-Merovingos præpotenter perpetuare.

Horum verò Franco-Merovingorum, & exindè subsequentium Carolingorum Regum fidei orthodoxo perstante fervore, frequentioribus experimentis planè, perspicuèq́ fuit patefactum, nobilitati Franconicæ, adeòque & vniversæ Genti Francicæ tanta idcircò esse concessa, quæ cæteris nationibus exteris beneficia fuissent denegata, propterea quòd ipsi pietate præstarent Christianâ, egregièque præpollerent.

* Ex P. Æmilio ad annū 987.

*Porrò verò, vbi obijt Ludovicus, Carolinorum Rex vltimus, veneno extinctus: * Hugo Capetus, pietate, viribus, fortunâ, mortaliumq́ studijs adversus Ducem Lotharingum, Carolum, superior; dum & ipse Theodoxus, egregiam maiorum fidem proximè sectatur, & idem, erga cultum sacrorum pignorum, Divorum Ricarl, & Valerici, (quos, (vti & Pater eius) magnâ semper sedulitate pietatis suspexisset,) adeò exardescit, vt, pro eorumdem relatione, defensioneq́, ardentiùs, quàm pro tuendis finibus Regni, Monstrolium vsque, pugnam sacram pugnaturus accederet; hàcce Divûm θεραπείᾳ, hisce, Theosebiæ, Divûmq́ sedulæ observationis cœlestibus gradibus, eò conscendit, vt dignius planè redditus iam asseratur, qui, primus Gal-*

lus

lus Gallorum evaderet Rex, & sibi, & longinquæ suæ posteritati Capetidarum, non casu, non fortuitò, sed iure, & merito, Regiam illam benedictionem divinitùs repromissam demùm consequeretur, Gallorum Rex 35. primùm Novioduni salutatus; mox Rhemis consecratus, & invictus; octennium totum regnaturus.

Anno 988.

¶ *Est præter-ea, quod hoc loco lubeat observare; Divos nimirum, dum, aut suas repetunt; aut prioribus relictis, divino nutu, sedes mutant, sæpenumerò, gratiam eosdem tantam, decus, tantamque majestatem eòdem secum cœlitùs inferre; quanta potest esse maxima. Id, tanquam in speculo, intuere, non solum hàc in regestà, quam nunc ex alys acceptam enarràrit noster Silvius Marcianensis: sed, & ex VVitichindi Saxonis Historici, Scriptoris antiqui assertione. Cùm enim (ait ille,) anno 920. Germaniæ Rex Errikus, seu Henricus, ad dilatandum super Lotharios Imperium suum, Rhenum transisset; Carolus Simplex, legationem pro pace ad eum misit, vnà cum manu Sancti Dionysij, auro, gemmisq; inclusà, liberè (addit idem) professus, tanto munere, vnà, cum & aliorum Sanctorum Christi Martyrum Reliquys venerãdis, è Francià in Saxones Majestatem Regni, atque reliqua bona transferri. Neque, amabò! id vanè tactitari, autumet quisquam Zoilus. Perspicuè namque, id, atque certo demonstratum est experimento peractum, cùm, vnà, cum Sancti Martyris Viti sacro Corpore, translato ex Galliæ Regno in Saxoniam, sub Imperatore Ludovico Pio, simul & ad Saxones gloria Francorum transmissa est. Vide, quam etiam hisce VVitichindus Saxo subtexuerit narrationem propagati per præfatum Henricum Regni vicinas, & in exteras nationes. Typum fortassis, seu rei huius sic assertæ imaginem aliquam à nobis expectat pius Lector. Ex Prolegomenis nostris complures erui possunt. Itaque satis sit nunc quidem ei Libri Regum primi Caput septimum indicàsse: quo, in Cariathiarim Arcà Domini revectà & illata in Domum Aminadab in Gabaa, requievisse omnis Domus Israël post Dominum asseratur: Et, Libri secundi eiusdem Historiæ sacræ, Caput Sextum, quo, Arca eadem Domini legatur habitàsse in Domo Obed-edom Gethæi tribus Mensibus; Et, benedixit (addit textus sacer) Dominus Obed-edom, & omnem domum eius. Nuntiatúmque est Regi David, quòd benedixisset Dominus Obed-edom, & omnia eius, propter Arcam DEI. &c. Sed de his hactenus modò. Ad Synopsin Andreanam redeamus, cuius hæc sit prosecutio.*

Hugo, * Rex factus, cupiens eradere de Regno Francorum, omne genus Karoli Ducis, * collecto Concilio * in Vrbe Rhemensi, fecit degradare Arnulfum Archiepiscopum, consobrinum eius, natum

* Sup. Capetus.
* Sup. Lotharingiæ, & Brabantiæ.
†

tum ex concubinà, * quem, ipse Karolus, Episcopum Rhemis substituerat.

a. * *Pseudosynodum vocat Baronius, in quà exauctoratus fuerit, in odium gentis, & familiæ Carolinæ, Arnulphus, defuncti Lotary Regis Frater illegitimus, * &, de proditione Civitatis Rhemensis, (quam tamen pernegaret,) redargutus, Aurelianum missus, & detrusus in carcerem, quo, & Carolus Rex detinebatur.*

* Ex Io. Tilio.

Adelgarius * quoque Presbyter, qui Vrbem prodidit, & portas, *Sup. Vrbis Rhemensis,* Karolo aperuit, insolubiliter excommunicatus est: *in præfata Pseudosynodo Rhemensi, anno 992. Prolixè omnia ibi acta, suo stylo tractat Gerbertus, seu Gilbertus, Aquitanus Philosophus.*

* Adalgerus, ap. al. Historicos scriptores

¶ Fecit autem Rex Hugo, in loco Arnulfi Archiepiscopi consecrari Gerbertum, Monachum Floriacensem, arte philosophum, qui erat Magister Roberti, Filij eius. Arnulfum autem fecit mancipari custodiæ, Aurelianis Civitate. Cum autem relatio cucurrisset ad aures Ioannis * Romanæ Sedis Præsulis; missus est à Sede Apostolicà Leo Abbas ad Sevvinum, *seu Seguinum*, Archiepiscopum Senonensem, vt Concilium in Vrbe Rhemensi congregaret, & Arnulfum in Sede proprià restituens, Gerbertum deponeret. Quod & factum est. Gerbertus verò veniens ad Ottonem 3. Imperatorem, (nam, Magister eius fuerat,) Archiepiscopus, in Vrbe Ravennà, collocatus est. Deinde, paucis exactis annis, PaPa Vrbis Romę per eundem Imperatorem effectus est. Vndè est illud eius Monostichon. *Scandit ab R. Gerbertus ad R. post * PaPa, viget R.*

* Marini. ap Mont Elig Andevensem & Henniensem Codd. MSS. mendosos hâc certè parte.

* Post PaPa, vigens R. ap. Sigebertum.

Helgaldus verò, in Vità Roberti Regis, Filij Hugonis Capeti, scribit Gerbertum, hominem astutissimum, in R. litterà, de se ita lusisse.

Scandit ab R. Gerbertus in R. post, &c.

Gregorio 5. homini Germano, successit Gerbertus, (quem alij Gilbertum Aquitanum Philosophum vocant;) mutatoq; nomine, Silvester Secundus, dictus est. Anno Christianæ Pietatis 999. De hoc Gerberto fusissimè tractârunt Itmarus, Hermannus, Lambertus, Marianus, eiusdem sæculi Scriptores, Sigebertus, Helgaldus; sed, præ cæteris, accuratè Cæsar Baronius; quos adire, liberum esto.

¶ In Burgundià, Odilo, Arvernæ oriundus, ex Clerico Brivatensi, Monachum professus in Cluniacensi Cœnobio, post Maïolum, præficitur ipsi Cœnobio, quod, per annos quinquaginta sex miro

miro religionis fervore rexit, & provexit. * Qui, egregiè, præter cætera * pietatis insignia, * non solùm vitæ exemplis, sed etiam miraculis in vitâ suâ claruit. Qui, cum reprehenderetur, quòd in peccantes misericordior iustò esse videretur. ¶ *Si damnandus sum, (inquit;) malo damnari de misericordia, quàm de duritiâ.*

*Protexit, ap. recentius exemplar MS.

** Pietate insignis, ap. cætera exemplaria nostra MSS.

Arnulfo Iuniore Flandrensium Comite mortuo, Balduinus Filius eius succedit.

Gerbertus, qui & Silvester, tempore Hugonis Regis, (sicut iam diximus,) Romanæ Ecclesiæ præfuit. * Qui, inter scientiâ litterarũ claros, egregiè inclaruit. Quidam, cum in loco Paparum nõ ponunt. Quod non otiosè factum esse creditur; quia, per ostium nõ intrâsse dicitur. A quibusdam etiã necromãciæ arguitur. De morte quoq; eius nõ rectè tractatur. A Diabolo enim percussus dicitur obijsse. Quam rem, nos, in medio relinquimus. *Prudenter sanè, circũspectéque. Etenim, Vignerius, rectè probat, ad annũ Christi 999. Othonis tertij, Germaniæ Regis decimum sextũ, quo Gregorius 5. vitâ cessit, fabulã prorsus esse, seu potiùs calumniam, mendacémque infamationẽ, quàm Gerberto de arte magicâ obiectârit Benno quidam, qui se nuncupat Cardinalem Archipresbyterum, quiq; tantæ dignitatis sibi ex schismate abripuisset nomen. Papirius quoque Massonius, impudentis huius scripta* Εὖ κ̀ ἐπισαμένως κ̀ καλῶς * *Improbat Bennonis, quem non puduerit prædecessores Gerberti, & Gregorij Septimi magiæ accusare, vtque maleficos damnare. Eruditissimi autem Gerberti cita, & inopinata promotio præbuit huius calumniæ architecto Bennoni ansam quamdam imprudenter, & impudenter, (inquam) scribendi; Floriacensem Monachum, tam rudi seculo Mathematicæ scientiæ, præsertim verò Astrologiæ callentissimum, magicis potissimùm incantationibus homines dementasse, & ad Summi Pontificatus culmem conscendisse, animâ mercedis loco Cacodæmoni pactâ, quam, condicto die, locoque statuto violentus abripuisset exactor. At fortissimè pugnat adversus hocce certum Bennonis impudens figmentum, haud leve argumentum; quod; de hâc impostura, istius seculi Scriptores Ditmarus, Episcopus Merseburgensis in Saxonia, Glaber, Lambertus, Hermannus, Marianus Scotus, & Helgaldus Floriacensis, ad Ligerim, Asceta doctus, nihil prorsus litteris mandarint: quin etiam Gerbertum, aliàs Silvestrum hunc egregiè laudarint; vt propter-ea Gerbertum hunc à Pontificum Romanorum numero immeritò rejecerit Sigebertus Gemblacensis, qui, post ducentos annos, rei huius, tunc*

* Papa 144 addit Sigeb ad annum 998.

* Hoc est, Benè & Sciè, & egregiè.

Kkkkk temporis

temporis facilè ignarus, Chronica sua scripsit. Qui verò successit Silvestro huic secundo Romanus Pontifex Sergius, Epitaphium dignum Pontifice Romano nominis permagni, illius honorifico sepulchro insculptum Romæ, in Basilicâ Lateranensi, nunquam fuit iussurus, si, (qualem comminiscitur Benno, nomine-tenus, Cardinalis Archipresbyter,) adeò is probrosâ morte, Romæ, fuisset extinctus. Qualem itaque, fusum suum rotans anus, puellis suis, ne pervigiliys vexatæ, soporentur, fabulam assuevit narrare; eiusmodi hoc habeto Bennonis architecti cômentum, quod, cum illo superiore, de Ioannâ Papissâ, pari fasciculo constrictum, VVlcano liberè possit tradere Orthodoxus, prudensq; Lector: nisi fortè, illud, de Ioannâ, leviter excogitatum; hoc vero posterius, de Gerberto, seu Silvestro, nequiter concinnatum, verè adstruere velit.

Anno XIII. * Ottonis Imperatoris, Hugo, Francorum Rex, mortuus est: & sepultus in Ecclesiâ Beati Dionysij, Mariniano, a. * existente Romano Pontifice. a. * *Vide syngraphicam notationem nostram huic collaterali margini appositam; undè intelligas, Ecclesiæ Romanæ præfuisse Gregorium quintum, Bernonem dictum, Othonis tertij Nepotem, cùm incidit mors Capeti Regis, anno 996. Trinominis fortè fuerit, Gregorius, Berno, Marinianus.*

* Anno Christi, 996. Gregorij 5. Bernonis dicti, Nepotis Othonis, Pontif. Max. anno primo.
* Arimatico, ap. *Henninienfem Cod. MS. & Andernensem.*
* SECVNDI lege ap. *recentius Exemplar nostrum, loco REGIS.*
* IX. legi ur mēdosè, ap Mōtelignanū, Vedastinū, Hēninienfem, & Andernensē Codd. MSS.
* XXIIII. *ap. alia mendosè.*
* Civitate *addunt cætera Exempp. MSS.*
Anno Domini 1000. prodigia multa videntur.

DE REGNO ROBERTI, FILII HUGONIS REGIS. *

CAPUT SECUNDUM.

ANNO Domini DCCCC. XCVI. Anno XIII. * Ottonis III. Imperatoris, Regnavit Robertus, Filius Hugonis, in Franciâ, annis XXXVI. *

¶. Leotherius, Senonensis Archiepiscopus, consilio Reinaldi Episcopi Parisiorum, congregato exercitu, obsedit eamdem Civitatem, & cepit eam, & Regi Roberto reddidit. Rainaldus autem, Comes eiusdem Civitatis, Filius Fromundi, qui erat infidelium nequissimus, fugiens, evasit nudus. Fromundus verò, Frater eius, & cæteri milites, de Civitate ingressi in turrim, quæ est in Civitate, obtinuerunt illam. Rex autem Robertus, oppugnans eam diebus multis, cepit eam, & Fratrem Rainaldi Comitis, Fromundum, quem duxit Aurelianis, * vbi & mortuus est.

Anno Roberti Regis IV. Completus est annus Millesimus Incarnationis

nationis Christi, secundum supputationem Dionysij. Quo,* multa prodigia visa sunt.

¶. Terremotus factus est permaximus. Cometes apparuit. Kalendis * Ianuarij, circà horam nonam, Scisso Cœlo, quasi facula ardens cum longo tractu, fulguris instar illabitur terris, tanto splendore, vt, non modò qui in agris erant, sed, & qui in tectis, irrupto lumine ferirentur. Quà Cœli Scissurà sensim evanescente, interim visa est figura quasi Serpentis, capite * crescere cum cæruleis pedibus. *Anno fortè 1001. quo sæculum novum est inchöatum. Vide Abbonem Abbatem Floriacen. In Apolog. lib. ad Rober. Regem.*

¶ Ottho Imperator, Romæ Crescentem Patricium bello aggreditur. Victus Crescens, & ex fugà retractus capitur, viliq; iumento aversè impositus circumducitur, & paullatim membris truncatus; ad vltimum, antè Vrbem suspenditur. *Anno Redemtoris 996. De Crescentij morte variè descriptà, videantur Glaber, Rodolphus Cluniacensis, Leo Ostiensis, Petrus Damiani, In Vità S. Romvaldi, apud Surium.*

Romani,*contra Imperatorem Otthonem insurgunt, eò quòd remissiùs cum illis ageret; &, quibusdam militibus eius peremptis, eum in Palatio obsident. Vndè, per industriam Henrici Ducis Bojöariæ, & Hugonis Marchionis Italiæ, * vix extractus, Romà decedit cum Sylvestro, vel Gerberto PaPà. Et, quia Vxor Crescentis, * Imperatorem, spe regnandi, ad amorem suum pellexerat; dolens, pro eius discessu, venenum ei misit, quo ille consumptus, inter remeandum, in Italià moritur: *sine liberis, apud Paternum, anno 1002. fortassis, 28. IanuarI. Certant enim de die varij Scriptores, dum Marianus Scotus diem obitus Othonis tertij quintum Calendas FebruarI recenset; Ditmarus, nonum; decimum, Hermannus; plures, duodecimum.*

Successit ei in Imperio Henricus, Dux Bajoariæ, consobrinus eius. Nam, Avus eius fuerat Henricus Dux Bajoariæ, Frater Ottonis Primi Magni, Imperatoris, Avi istius Ottonis Imper. nuper defuncti.

¶. Anno IV. huius Henrici Imperatoris, & X. Roberti Francorum Regis, Balduinus, Comes Flandrensis, Castrum Imperatoris, quod vocatur Valencianas, situm in Marchià Franciæ, & Lotharingiæ, invasit. Imperator Henricus hæc audiens, invitavit Robertum Regem Francorum, & Richardum Comitem Northmannorum, ad sui auxilium; & obsedit Castrum. Et quia Imperator

*in quo, ap. cæteros Codd. MSS.

*19. Kal. Ianuarij, ap. cætera Exēplaria mendosè legitur.

* quidē ciecere, ap. Mont-Elig Hēninienfem & Andernen. Codd. MSS. mendosos.

†

* infenso ferentes animo Imperiū Germanorum.

* Sūmæ in Vrbe autoritatis Ducatum gerentis.

* siue Crescentij, Ioāna dicta, nobilis Romana, formosissima.

*ab

* ab illâ obsidione inefficax rediit, contra Balduinum profectus, Castrum Gādavum invadit; & depopulatâ terra, aliquos Flādrensium Primores capit. Vndè Balduinus perterritus, in Aquensi Palatio Imperatori satisfecit, Valencianas reddidit; datisque obsidibus cum sacramento fidelitatis, manus ei dedit. Post-ea, Imperator seditione coäctus suorum, Valencianas Balduino beneficiavit, vt sibi contra motus suorum hominum auxilio esset. Post-ea, ei etiam VValachras * addidit, *Anno Redemptoris 1007*.

*De. ap. cæteros Codd. MSS.

* VValachras. ap. Monteligianum, Hennaniensem, & Andernensem Codd. MSS. quę esset Insula Zelād. ę.

Duxit autem Rex Robertus Vxorem Constantiam, filiam VVillelmi Arelatensis Comitis, natam, de Blancâ, Sorore Gaufridi Comitis Andegavensis, ex quâ genuit quatuor Filios; Hugonem, qui cognominatus est Magnus, Henricum, Robertum, & Odonem.

¶ Ex his, Hugonem Compendii, (*vulgò, à Compiegne*,) coronari fecit in Regem adhuc vivens; qui, Patri in Regnum accessit; non successit; quia adhuc vivente Patre iuvenis defunctus est.

☞ ¶ Hic Rex, mansuëtus fuit, & mediocriter litteratus, & amator Religionis, & Ecclesiarum. Nam in præcipuis Solemnitatibus, ad Sanctum Dionysium * veniebat; In Choro, cum M[illegible]achis stabat, & psallebat. Ad Vesperos, Matutinos, & ad M[illegible]am, Cappâ serica indutus, cum Cantore Chorum regebat. Composuit etiam & quosdam cantus; *De Spiritu-Sancto, Prosam*; SANCTI SPIRITVS ASSIT NOBIS GRATIA. *De Nativitate, Responsorium*; IVDÆA, ET HIERVSALEM. *De Martyribus*; CONCEDE NOBIS, DOMINE! QVÆSVMVS. &c.

*Vernacu'è, A l'Abbeye de Saint Denis en France.

† ☞ ¶ Cùm autem Constantia Regina videret eum in his esse intentum, dixit ei quadam die per iocum, vt, de seipsa faceret aliquem cantum. Rex verò libenter annuit; & scripsit Responsorium: O CONSTANTIA MARTYRVM! In honorem Sancti Dionysii, & cæterorum Martyrum.

¶ Fuit etiam in dando largissimus.

Porrò, Constantia Regina, nimis tenax, &, (quod minimè decebat Reginam, *) vltrà modum avara. Nam, quùm Rex, aliquid alicui dabat; ei præcipiebat dicens: Vide! nè hoc sciat Constantia: nec ibi nomen Reginæ addebat.

* Reginę. ap. alios Codd. MSS. sed deprava:â lectione.

¶ Honestavit etiam Regnum ædificiis, & Ecclesiis sanctis. Inter quas, ædificavit in Vrbe Aurelianensi, Monasterium Sancti Aniani, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ, Matris Domini; & Sancti Confessoris

fessoris Hilarij, antè Palatium; Sancti etiam Leodegarij in sylvâ Aquiana; & Sancti Medardi, in Vitriaco Castello; [a] Monasterium quoque Sancti Reguli; * [a] in Ciuitate Sylvanectensi; & Sanctæ DEI-GENITRICIS MARIÆ, in Stampensi [b] * Castro. Apud Augustodunum, [c] * ædificavit Sancti Cassiani Monasterium. Sed & Parisijs, * Ecclesiam Sancti Nicolaï, in Palatio suo; & item, Sanctæ Mariæ, in Pisciaco Castello, [d] * *Mariti exemplum denique imitata Constantia, exædificavit in Diœcesi Carnutensi, seu, Autricensi Monasterium Poissiacense, sub auspicijs Nostræ Dominæ. Vide Belforestum in Annalibus Franc. ad annum. Millesimum.*

¶ Henricus, Imperator Romanorum, & Robertus, Rex Francorum, super Charum * fluvium, apud Evosium conveniunt, de statu Ecclesiæ, Regni, & Imperij tractaturi; & condicto, vt super his confirmandis etiam PaPam Romanum simul ambo Papiæ opportunè convenirent.

¶ Imperator, Regem, & suos multos etiam, qui tantùm ad demirandam Imperatoriam Maiestatem convenerant, tanta liberalitate donavit, vt opibus Regum Persarum, aut Arabum posset comparari Imperatoris munificentia: *Anno 1023. Sigeb.*

¶ * In Paschate, * Solis eclipsis facta est.

Henricus Imperator, consulentibus se Principibus super substitutione * Regni, designans Conradum, Virum Regij generis, & egregiæ libertatis. * Quippè, qui numquàm se submiserat alicuius servituti, moritur, *Iulij 13. die. Anno Redemptoris 1024. Commendatâ, iam proximè moriturus, Chunigundem Vxorem, Amicis: Recipite, (inquiens,) vestram hanc, quam mihi Virginem tradidistis. Ex Sigonio, & Chronicis Casinensibus, In Henrico 3.*

Post mortem Henrici Imperatoris potentissimi, Robertus, Rex Francorum, ad invadendam Lotharingiam animum intendit. Sed videns magnanimitatem Conradi, illius *Henrici* successoris, citò ab hoc conatu destitit.

Rex Robertus iam senior factus, Hugonem filium suum, participem sui constituit Regni. Sed, Hugone sexto Regni sui anno defuncto, Henricum eius germanum, virum armis strenuum, suum iterum sublimavit in regnum.

Robertus, Francorum Rex moritur, & in Ecclesia Beati Dionysij sepelitur. *Anno 1032. 20. Iulij. Vide res ab eo præclarè gestas apud Helgaldum Monachum Floriacensem, in vita Roberti Regis.*

[a] * a Vernaculè, A Vitry. * a. Saint Rieul, à Senlis. [b] * Vulgo, à Estampes. [c] * A Autun en Bourgoigne. * à Saint Nicolas du Louvre à Paris. [d] * A Poissy. * Carum, ap. cætera exempp. F A Char. * Paschâ, ap cæteros Codd. MSS. * Constitutione ap cætera exempp. MSS. * Liberalitatis, ap. cætera exemplaria MSS. depravatæ lectionis iuxta illud metricum. Non eris alterius, qui tuus esse potes. Conradus è Franconia, Dux VVormatiæ, consilio, manuque promtus, Imperator electus.

Imperatores Romani, qui eo regnante, Romę imperaverunt, Otto tertius, Henricus secundus, Conradus secundus. *

Romani Pontifices hi fuerunt, *Gregorius V*. Sylvester, qui & Gerbertus, Ioannes, *cognomento*, Siccus, Ioannes Fasanus, b. * Sergius, Os Porci: *De quo, vide Ditmarum, ad annum 1009*. Benedictus VIII. Ioannes XX. *Frater Benedicti 20. dicti, Filius Gregorij Comitis Tusculani. Vide librum 2. Leonis Ostiensis.*

Imperatores autem Orientis fuêre, quo tempore Robertus Pius Regnavit, Basilius 2. & Constantinus X. Fratres, Romanus cognomento Argyrus cum coniuge Zoë, Filiâ Constantini X.

primus, ap. cætera Exēp. fuitque Conrad hic è Franconia, Dux VVormatiæ, Vir consilio, manuque promtus. b. * Pananus corruptè legitur ap. alia Exempp. MSS.

Quo modo sit instituta Commemoratio omnium Fidelium defunctorum; Prosecutio Capitis 2.

ANNO iij. Regis Roberti, instituta est Commemoratio omnium Fidelium defunctorum, post festivitatem omnium Sanctorum, per quemdam Reclusum, & per Odilonem Abbatem Cluniacensem. Idem enim Reclusus, iuxtà ollam VVlcani in Siciliâ manebat; vbi & audivit dæmones sæpissimè conquerentes, quòd animas damnatorum, de eorum potestate eripiebant Monachi Cluniacenses, per suas orationes. Hocq;, idem Reclusus, Abbati Odiloni mandavit. Abbas autem, in Monasterio Cluniacensi, & in omnibus suis appendicijs, hanc generalem Commemorationem fieri præcepit. d. * Qui ritus, ad multas Ecclesias transiens, Fidelium defunctorum memoriam solennizari fecit.

¶ d. * *Sigebertus, ad annum Christianæ Pietatis, 998. huius Institutionis ab Odilone Abbate, seculi sui astro lucidissimo factæ, pariter meminit. Glaber verò, lib. 5. cap. 1. De illâ quoque agens, dilucidiùs scripsit: Quòd, diversis ex revelationibus quùm innotuisset, animas perplures, Cœnobitarum Cluniacensium potissimùm orationibus, præ cæteris Monachis, in id sanctè, salutari terq; incumbentium, à pœnis expiatas purgatorij eripi; S. Odilo, quod essent Cluniacenseis complexi sanctæ Pietatis opus salutare, deinceps solicitiùs prosequendum præcipit; &, præter suffragia cætera, quibus cottidiè vitâ functorum animabus subveniebant, statuit, vt die 2. Novembris, memoria omnium in Domino quiescentium, in Monasterijs, quæ sibi subdita haberet permulta, ageretur; sicut postridie omnium Sanctorum celebrari consuevit. Idq; Martyrologium ipsum Romanum, admittit, ad diem*

diem primum Ianuarl. quo natalem diem recolit Sanctissimi Odilonis Cluniacensis.

Anno XVI. Roberti Regis, inventæ sunt in Civitate Attrebatensi, multorum Sanctorum Reliquiæ, vbi multa miracula facta sunt. *Huc fortassis spectant, quæ leguntur in Chronicis Balderici Episcopi Noviomensis & Tornacen. lib. 3. cap. 58. Vbi tamen, annus occurrit nonnihil conciliandus.*

Anno XVIII. Roberti Regis, facta est magna maris inundatio, ad vesperum, vbi innumerabiles perierunt. *Anno 1013. quo Dani, seu Normanni, vastanteis Angliam, tandem cæsi fuère: Ex Rogerij parte primâ.*

¶. Anno XXVIII.* Roberti Regis, *Christi 1023.* ¶. a. b. De Abbatiâ Sanctæ RICTRVDIS Marcianensi, expulsæ sunt Sanctimoniales: Quam, per trecentos & triginta annos possederant: Et* recollocati sunt ibi Monachi, per Lietlduïnum* Abbatem Sancti Vedasti, & Balduinum Comitem Flandriarum. ¶. a. b.

OBSERVATIO, *ad Verba*, De Abbatiâ Sanctæ RICTRVDIS, Marcianensi; &c.

BALDERICVS NOVIOMENSIS, ET TORNACENSIS EPISCOPVS, Chronici sui Cameracensis, & Atrebatensis librô 2. cap. XXVI. DE MARCENIIS, rem hanc eamdem hisce conceptis attigit verbis.

Apud Villam quoque Marcenias,* Virgo Dei gloriosa Rictrudis, ex proprijs opibus, & prædijs, consilio Sancti Amandi, qui, tunc temporis, insignis habebatur, Monasterium struxit, vbi, Sanctimonialibus ad serviendum delegatis, ipsa etiam Abbatissa habenas regiminis moderata est. In cuius vitâ, plurimum, &, post vitam, aliquantulum religio crevit, vsusq; Ecclesiasticus regulariter adolevit.*

¶ *Seculo autem semper (vt diximus,) in deteriùs viciato, ipsarum etiam puellarum ordo viciari & depravari cæperat. Iamq; magis ac magis depravatus mos, in degeneri posteritate vsque in præsens duraverat.*

¶ *Nuper verò, iam dictus Abbas Leduvvinus, Gerardo Episcopo, & Marchione Balduino satagentibus, fœminas turpiter viventes, mundato loco exturbavit, ac Monachos, qui meliùs, & religiosiùs Deò, & prælibatæ Virgini, quæ ibidem quiescit, deserviant, constituit.*

¶ *Eximius verò DN. Georgius Colvenerius S. Theologiæ Doctor, & Regius, ac ordinarius in Academiâ Duacenâ Professor, &c. Notas, seu Scholia*

*XXVII. legitur ap. Mont. Elgianum Mīdosum Cod. MSS.

NOTA.

*XXXVIII. ap. Henniniensem, X pro V. corruptè mutato.

* Relocati ap. alia Exempp. MSS.

* Lietduinum ap. al. Exempp. MSS. De bonmarkié, ap. nostrum recêtius lego.

* Villam, pro Oppido ap. id ætatis Scriptores, docentque natales SS. Belgij, apud Molanū.

* S. Rictrudi, Sanctimonialis.

inter Servos Dei collocarent, quæ primatus ordinem obtinerent. His prima præfuit Rictrudis, deindè Clotsendis filia eius: rexeruntque hanc Ecclesiam sanctimoniales per annos trecentos triginta tres, vel circiter. Post hac, iterum, vt habemus hoc Capite, Virorùm fuit habitaculum, (sup. Monasterium hoc Marcianense) & perseverat vsque in præsens, pietate, & amœnitate percelebre. Plura de eo, ex dicto Chron. Miræus in Origin. Cænob. Benedictin: Cap. 3. Iacobus Lessabæus, Marcanensis, in descriptione Vrbium Hannoniæ, conditum scribit hoc Monasterium, (sup. Marcænense) *Anno. 611. Hactenus, appositè, ad mentem Andreæ nostri Silvij, qui superius, iam, loco pulsis Monialibus, Monachos Marcanis recollocatos, seu, (vt alij Legunt Codd: MSS.) relocatos, asseruit, Notationem suam,* Εὖ καλῶς * *Eximius ille Doctor Theologus, Dominus, DN. Georgius Colvenerius, insignis virtutis, laudatissimusquè Chronologus, adtexuerit ad verba idem planè sententis R. P. Domni Balderici, Episcopi Noviomensis, & Tornacensis.*

* Benè, & pulchiè;

Idque sanè argumenti, in quo discutiundo, & enucleando multi hactenus sint allucinati, (vt ingenuè loquar quod res est,) non singularem modò Appendiculam; sed suum postulat volumen. Cui quidem & operi religiosius navando, R. P. Domnus Hugo Menard, Præsbyter Benedictinus, Congregationis S. Mauri, in Galliâ, mihi olim intimè familiaris, Vir doctissimus, & pientissimus, arguté, gnaviterque indistriam suam collocavit: adioque ab ipso solùm mutuavero, quæ subduntur eruditiùs observata Libro primo Martyrologij Sanctorum Ordinis Divi Benedicti, Parisijs excusi ânno Domini 1619. Ad primum Augusti diem, §. S. IONATI.

¶. *Fuit* (Supple Sanctus Ionatus) *Discipulus Sancti Amandi, & primus Abbas Marcianensis Cænobij, quod, vivente adhuc ipso Sancto Ionato, Sanctus Amandus dedit habitandum Sanctæ Rictrudi, eiusque Sanctimonialibus, quæ illud possederunt longâ temporum serie, vt testatur Chronicon Marcianense manuscriptum, olim conflatum hortatu Simonis vigesimi-secundi Abbatis.*

¶. In eodem *(inquit,)* Cænobio, primùm, Monachis ad serviendum DEO, à B. Amando delegatis, Pastor vigilantissimus, ac procurator interius, exteriusque fidelis, & simplex, Ionatus donatus est eis: qui B. Amandi discipulorum vnus, eius sacrâ eruditione admodum informatus, ad hoc Officium idonëus inventus est. Verùm, postmòdum rationi consentaneum visum est, (quoniam sua

LIIII bona

bona B. RICTRVDIS huic loco consecrârat, ibique DEO deservire statuerat,) vt ibidem Sanctimoniales inter Servos DEI collocarent; quæ Primatus ordinem retinerent.

¶ *Ex quibus facilè efficitur, Sanctum Ionatum, cum suis Monachis non indè excessisse, ob Sanctam RICTRVDEM; sed, cum eàdem habitâsse* ¶. *Idem docet Dom. Antonius D'Tepez, 2. Centuriâ Chronic. Benedict: In Vita S. Rictrudis.*

¶ *Ex quo, sequitur error cuiusdam Viri docti, qui aït hoc Marcianense Cœnobium fuisse; Sancto Ionato defuncto, à Monialibus possessum. Qui error, videtur manâsse his ex verbis Molani In Indiculo oscitanter lectis, cum ait, Primà Augusti die.*

¶ Post cuius (SANCTI IONATI) administrationem, fuit is locus, annis, plus minùs, trecentis triginta-tribus, Virginum Monasterium; quibus prima præfuit Sanctissima RICTRVDIS.

¶ *Non enim dixit Molanus,* post mortem, *sed,* pōst administrationem. *Tandem, eliminatis Monialibus; soli Monachi in eâ habitant. Hæc doctè Menardus, & conformiter ijs, quæ ex Prolegomenis nostris huc referre longum esset; ne dicam,* πάρεργον, * *consarcinata rursus velle retexere, quæ iam toties ab alijs antiquioribus fuerint decantata. Adde, quòd & id agendum vetuerit proverbium vetus;* δὶς κραμβὴ θάνατος: *Est huic consonum illud Satyricum:*

Occidit multos Crambe repetita Magistros.

Effecit namque, Attica Κοράμβη, *proverbium à se hocce natum; Crambe recocta, mors est; quòd ea bis cocta, fastidium pariat, & nauseam: neque desint qui sic putent dictum, ab eo quòd, & ipsa, obtundat oculorum pupillas; easdemque nòrit hebetare. Itaque, ne sim Battologus;* * *qui plura hanc in sententiam de certioribus Marcenarum cunabulis, & constanti Cœnobitico in ijs antiquiorum ascetarum nostrorum more, à Sanctis Amando, Autberto, Ionato, Chrodolbaldo, Gertrude, Adalbaldo, Rictrude, Mauronto, Closcende, Eusebia, Adelscende, statu optàrit constituto & exculto: se velit idem hinc conferre ad eum* Προλεγομένων * *nostrorum Tractatum, quem ibi nos inscripsimus, De Antiquitate Marcianensi. Interea verò temporis stet ineluctabiliter, cum nostris in Prolegomenis, prolixius asserta, tum & hoc loci, horum permagni nominis Scriptorum veridicâ iterum censurâ firmata, Lessabæanum ad annum Christianæ Pietatis sexcentesimum & vndecimum certiùs recensita Antiquitas nostra Marcianensis, & constans, nostros apud primævos illos Ascetas & VV. Ascetarchas Marcianenses Primaria rerum coasceticarum facies illa sane Apostolica,*

* Id est superVacaneum.

* Hoc est nimiVerbius.

* Id est; prælectionum.

postolica, quâ, ex Actis Apostolorum, Sacro-sancto illo in Cænaculo genuinè nobis repræsentantur illi Viri Galilæi, cohabitantesque Apostoli, & omnes perseverantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Mariâ Matre IESV, & fratribus eius.*

¶ *Porro-verò, facta est postrema haecce mutatio, seu Marcianensis reformatio, Antistitâ Iuditâ de landasto ablegata in Castellum, haud procul a Marcianensi Monasterio in paræcia Hamaticensi, vernaculè dictum, VVarlaing; cæterisque Monialibus aliò abductis, anno partæ Salutis, 1028. vti patet ex Annalibus Meyeri: vel certè, Christianæ Pietatis anno 1023. qui rectiùs incidit in annum 28. Regis francorum Roberti Pij, quo, noster Silvius, iam tradidit, de Abbatiâ Sanctæ Rictrudis Marcianensi expulsas fuisse sanctimoniales; quam, per trecentos & triginta annos possedissent. Et eodem recollocati sunt ibi Monachi pristinum in gradum, introductique sunt religiosi Benedictini, acciti ex Monasterio Atrebatensi Sancti Vedasti, quibus etiam præfuit Leduvvinus, id, ita factum imperantibus, Gerardo (inquit Baldericus,) Episcopo, sup. Cameracensi & Atrebatensi 31. & Marchione Balduino; hoc est, Balduino Barbato, Comite Flandriæ.*

¶ *Neque mirandum hic, Balduinum, cognomento Barbatum, Marcianensis Monasterij Sanctæ Rictrudis, Episcopo Gerardo, id nominis primo, instauratorem, colendumque restitutorem, vocitari Marchionem: quum, Et ipsius filius, Balduinus Pius, (vt autor est Meyerus, ad annum restitutæ Salutis 1067.) Titulum quoque sibi assumserit hunc: BALDVINVS; FLANDRIÆ COMES MARCHIO: Idemque; vocatus fuerit, in litteris fundationis Ecclesiæ Abbatialis Phalenpinensis, ab Hugone Episcopo Noviomensi, & Tornacensi, datis anno Domini 1039. BALDVINVS; MARCHIO, qui PIVS est dictus: nostrumque idem Marciamense Monasterium infaustissimo deformatum rursus incendio, reparatum curavit per Sanctum Poponem, Vedastinum pariter & Marcianensem Ascetarcham per-Illustrem, Anno 1063. Ex Annalibus Meyeri. Porrò verò, Comes Marchio, idem est, quod Comes Limitaneus; hoc est, Comes constitutus ad Limites custodiendos, & potenter tutandos. Pergat iam noster Andreas.* ¶. Anno, *inquiens* Roberti Regis XXXIII. Ecclesia Sanctæ Mariæ, in Civitate Attrebatensi, fulmine concremata est IV. Kalendas Augusti.

* Actorũ Capitæ primo, sub medium Capitis. De hoc antiquo continentium & Psallentium ritu videantur, Philo Iudæus & R P. Fran. Coster: ad quos lectorem relego.

Anno Domini 1029.

DE REGNO HENRICI I. FILII ROBERTI.

CAPVT TERTIVM.

ANNO Domini M. XXXI.* Roberto Francorum Rege mortuo, [a] Henricus, Filius eius regnat in franciâ, anno VI. Conradi Imperatoris, annis XXIX.

Henricus I. Rex francorum & Conradus Imperator confœderantur.

¶. Henrici Regis Mater Constantia, maximam Regni portionem, in suam, post funus Mariti, detorserat dominationem, scilicet, Sylvanectensem Vrbem, atque Senonensem, Castellum & Bistisiacum, & DomnumMartinum, Puteolumq; & Milidunum, necnon & Pissiacum, & Codiciacum. Multos etiam Franciæ, & Burgundię Proceres sibi cōciliaverat, quos à filij fidelitate malâ fraude subduxerat. Inter quos, præcipuè Odonem Campaniæ Comitem sibi devinxerat, cui medietatem Senonicæ Ciuitatis donaverat. Verum, Rex Henricus, cùm esset miles acerrimus, & Matrem adversus se calcitrantem cognovisset, consultu suorū Procerum, omnia Matris machinamenta suâ pessumdedit prudentiâ. Siquidem, primo congressionum suarum principio, cū Matre consetuit Constantiâ, & Castrum adorsus Pissiacum, mox illud ad suum retorsit dominium. Demum verò, Puteölum obsedit, atque recepit. Quod cernens Constantia, mox ab eo dextras expetijt, & deinceps, quoad vixit tempore, ipsi fidelis extitit.

¶. Robertus VViscardus Godifredi frater, & Richardus, minuendę domo, multitudinis caussâ satagentes, hoc tempore, à Northmanniâ francorum digressi, Apuliam expetunt, & Italis inter se dissentientibus, dum alteri contra alterum auxilium præstant, hâc opportunitate, Italos callidè & forti ter debellant, **. Et successus vrgendo suos nomen suum dilatant, & futuræ prosperitatis hi duo fratres, sibi viam parant

¶. Burgundionibus nondesistentibus à consuetâ contra Regem suum

M.XXX. ap. cętera Exēpp 1031. ap. recentiores historicos.

* XXX. al. Codd MSS. a. 1040. apud Polydo: Vergil. lib. 8 †

** a. Ex Pandulpho, Sigon: Leone Ostiensi, & Chronicis Cassinensib*. Giselbertus, cum fratribus suoxerat se Duci Melo in Italiâ, pugnaturus contra Præfectum Apuliæ, & Gręcos, anno 1017. & 1023. Demum verò anno 1037. Normanorum virtutē, & ex Galliâ in Apuliam & Siciliâ adventum hunc lege ap: Cedrenum, Zonaram, Curopalat: & alios Historicos,

ſuum inſolentià, Rex Rodulfus * Regnum Burgundiæ Conrado Imperatori tradidit; quod à tempore Arnulfi Imperatoris, per annos pluſquam C. XXX. gentis ſuę Reges tenuerant. Sicque Burgūdia iterum redacta eſt in provinciam. *Burgundia Transjurana Regnum ceſsaſsè, Imperio unitum anno 1033. Vide ap: Hermannū Contractum, & Mariā: Sco.* Odo Campanenſis, Regnum Rodulfi Regis, Avunculi ſui, à Conrado Imperatore, Nepote ſuo, repetens, vt ſub eo regat Burgūndiam, efflagitat. ¶ Odo, contra Imperatorem debellans, Lotharingiam incurſat; Caſtella oppugnat; Vrbem Leucorum, quæ Tullus dicitur, * obſidet, & in nullo temperat furori ſuo.

Odo Barum Caſtrum obſidet, & capit.

Gothelo Dux, ęgrè ferens inſolentiam Francorum, cum Lotharingis, * occurrit Odoni, & conſerto bello apud Barum, Odo perimitur; & francorum exercitus gravi cæde attritus, à Lotharingià fugere compellitur.

Eo tempore, Benedictus, Simoniacè Papatu Romano invaſo, cum eſſet rudis litterarum, alterum ad vices Eccleſiaſtici officij exequendas ſecum PaPam conſecrari fecit. Quod, cùm multis non placeret, tertius ſuperducitur, qui, ſolus vices duorum impleret. Tunc, vno, contra duos; & duobus, contra vnum, de Papatu altercantibus, Rex Henricus III. qui Conrado * ſucceſſerat, contra eos Romam vadit: &, eis Canonicà, & Imperiali cenſurà depoſitis, Sindigerus * Bambergenſis * Epiſcopus, ordinatur Romanus Epiſcopus, & Clemens II. vocatur, *Anno 1046.*

¶. Rex autem Henricus, * in Imperatorem ab eo benedicitur, jurantibus Romanis, ſe, ſinè eius conſenſu, numquam PaPam electuros.

* Nix tanta in Occidente cecidit, vt ſylvas frangeret.

Balduino Comite Flandrenſium mortuo, Balduinus, cognomento Inſulanus, filius eius ſuccedit, *Anno 1036.* * *Ex Chronicis Flandriæ.* Qui, Inſulanus ideò vocatur, quòd Caſtrum, quod Inſula dicitur, condidit: Et Templum Sancti Petri in eo conſtruxit.

* *Præpoſtero hic annorum ordine ſtatuitur Balduinus, eo nomine quintus, dictus etiam Lilanus, Flandriæ Comes Marchio. Sed neceſſariò commutatus; quod Andreas noſter ocyùs à Conrado 2. Germanorum Rege (qui Nonis Iunij, an. 1039. interijſſe fertur morte inopinatà; apud Traiectum Friſiæ;) ad filium Henricum, cognomento Nigrum voluerit*

* Rodolf. Rex Trā. jurane Burgundiæ moritur anno 1032.
Odo, Dux Cāpaniæ Gallicæ.
* Vernaculè, Toul.
* Lotaringię. Gozelo à nonnullis vocatus.
* Patri, anno 1036
* Singerus, ap. (altera Exempp. MSS.
* Babēbergenſis ap. cætera exē. MSS. depravata.
* c. Henricus 3. Rex Germaniæ, cognomento Niger.
* Anno 1047.

excurrere: Schismaque in Ecclesiâ Romana, quorundam Principum & Alberici Comitis Tusculani Tyrannide præsertim excitatum, industria Henrici extinctum ostendere anno Christi 1046. quo Herricus 3. Germanorum Rex, in Italiam veniens, Ecclesiasticaque iudicia assumens, Gratianum, iam dictum Gregorium Sextum, etiam Simonia postulatum Romano exuisset Pontificatu: sicq; idem Herricus, Comitum Italorum audaciam in Pontifices Romanos, & indè subsequuta mala, potentius repressisset. Sed, videantur de hoc argumento Glaber, rei spectator, lib. 4. cap. 5. Hermannus Contractus, Scriptor huius temporis, Leo Ostiensis, lib. 2. Cap. 80. imprimis verò Cas: Barronij Ecclesiastici Annales.

Damaso * PaPâ mortuo, qui Clementi II. successerat, Bruno, Leucorum c. Episcopus, Romanæ Ecclesiæ ordinatur PaPa; qui vocatus est Leo IX. huius nominis PaPa *. !.

¶. Hic, cum ad capessendam Sedem Apostolicam Romam tenderet; audivit voces Angelorum canentium: DICIT DOMINVS; EGO COGITO COGITATIONES PACIS; ET NON AFFLICTIONIS; Hic, de multis Sanctis cantus composuit: multa fecit, & scripsit Ecclesiæ vtilia.

¶. Hic, cum in Papatu, pauperem leprosum antè fores offendisset, cum fotum diligenter, in lecto suo collocavit. Quem, cum reserato ostio non invenisset; in paupere se Christum suscepisse obstupuit.

¶. Francia turbatur per Berengarium Turonensem, qui asserebat Eucharistiam, quam sumimus in altari, non esse re-verâ Corpus & Sanguinem Christi: sed, figuram Corporis, & Sanguinis Christi. Vnde, contra eum, & pro eo, multum, à multis, & verbis, & scriptis disputatum est.

Balduinus, Comes Flandrensis invaso Haynoensium * Comitatu, contra Imperatorem rebellat.

Odone Comite Blesensi, à Gothelone Duce Lotharingiæ, apud Barum, vt suprà diximus, occiso, filius eius Theobaldus, major natu, Carnotensem Vrbem, & Turonensem sibi vendicavit. Minor verò, nomine Stephanus, Meldensium, * & Trecassinorum sortitus est civitates. Sed, hi ambo, contra Regem Henricum rebellare cœperunt. Rex autem, primùm cum Stephano congressus, illum facilè superavit, atque fugavit, Comite Radulpho retento. Demum autem, Gaufridum, Andegavensium Comitem excitavit. Vndè, eius nutu, Comes Gaufridus, * Vrbem obsidione cinxit Turonicam. Quod audiens Theobaldus, cum suis viribus eò tetendit

* Id nominis secundo c Vernaculé. De Toul en Loraine * Fuit natione Cermanus hic, primium Tullensis in Leucis Episcopus; præfuitque permagno Ecclesiæ fructu. ☞ * Hagnoensiū ap. Andernensem Cod: Hagionensi ap Sigeb. ad annum 1051. * Meldensium, ap Monteligianũm * Gadifredus. ap historicos complures legitur.

dit. Sed Gaufridus ei obviam procedens, cum eo viriliter decertavit, eumque superavit; & cum septingentis & sexaginta militibus cepit: à quo etiam, eodem tempore, Turonicam extorsit Civitatem. ¶. Denique, Rex Henricus construxit Ecclesiam propè moenia Parisiacæ Vrbis, in honore Sancti Martini; quæ nunc Ecclesiæ *Cluniacensi subiacet: Et dicitur Ecclesia Sancti Martini de Campis. * *Estque hodie, Nobilis aquè ac opulentus, Benedictinorum, in Vrbe Parisina, proximè portam Sancti-Martininam, Prioratus. Huius Henrici tempore datum extat Leonis, & Diploma De Corpore S. Dionysij, invento in Alemania, vnde videas Controuersiam natam inter Bavaros Ecclesiæ Ratisponensis, & Francos, ante 160. annos, necdum diremtam, si credere velimus Germanis.*

Henricus Rex, pacato sibi Regno, duxit Vxorem, nomine, Annam, filiam Georgij Sclavi Regis, ex quâ genuit filios tres, Philippum, Robertum, Hugonem. Ex quibus, Robertus, puer mortuus est: Hugo verò, factus iuvenis, vxorem duxit, filiam Heriberti Comitis Vermandensis: natam ex filiâ Rodulfi Comitis; per quam obtinuit Comitatus duos, * Vermandensem, & Vadensem. Ex quâ, cum genuisset filios & filias: divino amore succensus, cum exercitu Gallorum & Germanorum, Hierosolymam profectus est, & in itinere defunctus est.

Anno XXI. Henrici Regis Francorum, Balduinus Comes Flandrensis, Insulanus, cum filio suo Balduino, rebellat contra Imperatorem Henricum, invaso Monte Castriloco. * Modus autem invasionis hic fuit. Hermanno Comite Montensi mortuo, Balduinus Iunior, filius Balduini, vxorem duxit Richildem, * relictam Herimanni Comitis, inconsulto Imperatore. Et sic Hainonensium, * invasit Comitatum.

Anno XXIII. eiusdem Regis, Balduinus Maior, Tudinium incendit. Balduinus autem Iunior, Hoium vastat; & vtrinque incendunt.

¶. Anno XXIV, eiusdem Regis, Imperator Henricus commotus animo, innumerabilem exercitum congregavit; & ductu Ioannis Advocati Attrebatensis, quem Balduinus Comes Flandrensis exheredaverat, & ad Imperatorem sic transierat; contra Balduinum venit: Et in Brabanto, * super ripas fluvij Scaldi tentoria sua fixit. Quo audito, Balduinus, & ipse exercitum congregans, ex alia

* Ecclesiæ nomen pro Monasterio sumtum.
* Vulgò. Saint Martin des champs.
*. Veromandensis, & Vermendensem, *ap. Monteligianum & Andernensem Codd.*
* VVlgò. Mont en Haynaut
* Richeldem, *ap. Andernensem Cod & monteligian.*
* Hagionensiu, *ap. Andernensem, Cod & Monteligianum.*
Anno 1055.

* Braebanto, *ap. Andernensem Cod & Monteligianum MS.*

alia parte fluminis consedit. Sed, exercitus* eius, comparatione Imperatorij, erat parvissimus. Imperator autem, quia flumen transire non poterat, misit tertiam partem exercitus sui per Cameracum, & per Sclusam, ignorante Balduino, vt exercitum eius comprehenderet à tergo. Balduinus autem videns ita se comprehensum, cum exercitu suo, fugit: & fluvium, qui dicitur Lis, transivit. Comes autem Lambertus qui ad auxilium eius venerat cum magno exercitu militum, clausit se infrà Vrbem Tornacum. Imperator autem Henricus videns fugisse Balduinum, transivit fluvium, & obsedit Tornacum; Civitatem cepit; * Lambertum Comitem occidit; quosdam autem militum secum abduxit; alios interfecit, sicque per Flandriam transiens, incendijs & rapinis vsque ad fluvium Lis, terram vastavit. Hoc actum est anno Domini M. LIV. *Mariana scripsit, circa hunc annum, Hispaniam fuisse Germanico ab Imperio exemtam.*

Tertio post hæc anno, Henricus obijt Gloriosus Imperator.* Successit ei filius eius, & æqui vocus: *dictus Henricus 3. puer Septennis, sub Matris Agnetis tutelà. Ex Hermanno Contracto, & alijs.*

Timore huius Henrici Occidentis Imperatoris, fecit Balduinus Comes fossam magnam, * à Comitatu Lensensi vsque in mare descendentem, quam vocant Bolanum rivum, nè iterum aliquis Imperator haberet per terram Flandriarum liberum transitum. *Franciæ Regnum, hoc sæculo, suos aliquot est Principes expertū, qui, potentià se se penè Regi pares existimàrint; licet dignitate impares essent.*

Pontifices Romani, qui tempore Henrici I. Regis Francorum Ecclesiæ præfuerunt; *Ioannes, Dictus* XX. Benedictus IX. Silvester, Gregorius VI. Clemens II. Damasus II. Leo IX. Victor II. Stephanus X. Benedictus, *qui & Mincius vocandus, filius Comitis Tusculani, malis artibus ambitiosè obtrusus. Quo proïndè pulso, electus legitimè Gerardus, ex Episcopo Florentino, Pontifex Summus renuntiatus est, & dictus Nicolaus 2. anno 28. & penultimo Regni Henrici Primi Francorum Regis, Iesu Christi vero 1059.*

* Flumen, *ap. Montelig Cod.*

* Occupauit & Lovaniū Imp. Henricus idem 3. id nominis.

* Anno 1056. die 5 8.*bris.*

* Fossatum magnū, *ap. Montelgianū, Heunnensem, & Aldenensem, atq; Vedastinos Codices MSS.*

DE

DE REGNO PHILIPPI I. FILII HENRICI I.

CAPUT QUARTUM.

ANNO Domini M.LX. Anno V. Henrici Imperatoris, Henricus I. Rex francorum senio se gravari conspiciens, filium suum Philippum * in die Pentecostes consecrari fecit ante altare Beatæ Mariæ, a Gervasio Turonensi Episcopo, astantibus quàmplurimis Franciæ, Burgundię, & Aquitaniæ Archiepiscopis, & Episcopis vigintiduobus: Adfuit etiam Hugo Bizuntinus Archiepiscopus, Nicolaï 2. Papæ Legatus. Affuerunt Abbates quàmplurimi; & Primates Regni. VVido, Dux Aquitaniæ; Hugo, filius Roberti, Ducis Burgundiæ, cum multis alijs.

¶. Non multò post defuncto Patre, puer positus est sub custodiâ Balduini * V. Flandrensis Comitis, qui, eum fideliter, & nobiliter educavit; & Regnum eius strenuè rexit, & defendit. Regnavit autem Philippus I. in franciâ, annis XLII. (Rex verò, postquam ad iuveniles annos pervenit, Regnum suum integrum recepit. Et defuncto Tutore suo Balduino, * Comite suo, consilio Roberti Frisonis, filiam Florentij *. *. Ducis Frisonum, Bertham, in Vxorem duxit, ex quâ Ludovicum, & filiam Constantiam genuit. Quæ, cum adulta esset vsquè ad nubiles annos, nupsit Hugoni Trecassino Comiti: A quò postea disjuncta propter consanguinitatem, Boadmundo Principi Barriensi nupsit, Viro magnanimo, & strenuo.

Anno VI. Philippi Regis, Haruvvich, * Rex Nordanimbrorum, cum mille penè navibus, venit in Angliam, regnaturus, & in Vrbe Eboraci, plusquam mille Laïcos, centumque Presbyteros, de Anglis occidit. Cui Eraldus, * Rex Anglorum cum septem legionibus superveniens, eum cum multis occidit. * Interim, Guillelmus Comes Northmannorum cum francis in Angliam intrat, & conserto cum Anglis prelio, Araldum, cum multis militibus * perimit & regnat in Angliâ annis XXVI.

Anno Domini 1060. * Septem annos natum. Amitam Regis Vxorem duxerat. Balduinus Pius, Regis Tutor laudatus. * Balduini *ap. Menteligneum & Andernensē Codd. MSS.* * Anno 1067. * * Balduini Comitis Holandię, & Frisiæ, *ait Io. Tilius.* Anno 1068. *Ex Io. Tilio.* Haruvich: ap Sigebertum. * Haruvich *ap. Monteligyneum*; Rex Norvegiæ. * Haraldus, *ap. Ingulphum Anglum* 1064. Heraldus, *ap. Io. Tilium, ad annum* 1067. * Non tamen sinè insigni clade, quâ fracti, Normanos in se iam quoq; armatos repellere non potuerunt. * Millibus, *ap. Andernensem Codicem MS.* APPENDICULA.

Belli huius Normannici caussam ita paucis habeto. Ex Ingulpho Anglo, Scribâ VVillelmi Comitis Northmanorum potentissimi, in Commentario historiæ Monasterij Gröynlaudensis, cui & is præfuit, & Mathæo VVestmonasteriensi, scriptoribus sinceris. Sanctus Eduardus Rex Angliæ, qui Virginem, Vxorem Editham, reliquit; proximè adfuturi obitus sui præscius, cum sobole careret, anno Redemptoris 1065. Cognatum Guillelmum Northmanniæ Comitem, militari laude clarum, religioneque pium, Regni sui Anglicani substituerat successorem. At postero die quàm vitâ functus esset Edoardus, anno Christi 1066. Haroldus Comes præfacus, Goduini Comitis filius; (penes quem tunc erat summa rerum, quippe, qui Domus Regiæ Magister existeret,) contra fidem datam, Regium sibi nomen adscripsit. Guillelmus, pacis, & iustitiæ amantissimus, per Legatos omnia prius expertus est, quàm armis decertaret: Sed, dùm frustrà Tyrannum Haraldum, seu Haroldum per Legatos intelligit in Angliâ tentari: ab Alexãdro huius nominis 2. Pontifice Summo victoriæ legitimæ accepto vexillo, comparat classem, in Angliamq́ traijcit; & die consignato iusta pugna, seq́. suumq́ militem quemq́ muniens Eucharistiæ sumto Sacramento, tametsi haud incruento Tyrannum Haroldum superbissimum certamine debellat, pridie Eidus Octobris, quo ipso die, agitur in Ecclesiâ, memoria anniuersaria Gloriosi Martyris Christi, Sanctissimique Papæ Callisti: Cuius Corpore olim integro accepto Sanctus Everardus, seu Eberardus, Foro-juliensis Dux, & Comes, Nobile Cisonij Canonicorum Regular: Ord: S. Augustini in agro, seu Cascellaniâ Insulanâ Monasterium à se conditum anno Iesu Christi DCCC. LIV. religiosissimus illustrârat.*

* Vel Heraldũ ap. Tilium, ad annum 1067.

¶ *Innotuit itaque, sacrâ Divo Callisto hâcce die Northmannis niveo signandâ Lapillo, quòd, vti sacris auspicijs Romani Pontificis Alexandri 2. acerrimum fuerat initum certamen; sic, & cum Christo regnantis in aulâ cœlesti favore S. Pontificis Romani, adeò nobilis & memorabilis hæcce â Guillelmo Normanorum primo Rege victoria esset reportata. Vndè, in grati symbolum animi, Guilielmus victor, Romam, ad Pontificem Max. Alexandrum 2. appendendum anathema misit Heraldi, auro, gemmisque intermicantibus labarum intertextum. Hunc Guillelmum, historici nonnulli vocant Conquæstorem. Annus porrò 1067: est coronati in Angliâ Guillelmi Normanniæ Ducis: Et, quo eodem, Regnum Saxonum à Cerdicio cessârit. Videatur Polydori liber 8. in fine. Coronatusque asseritur Anglorum Rex Guillelmus Conquæstor, & consecratus, ab Aldredo Eboracensi Archipræsule, ipso Natalis Servatoris nostri solenni eiusdem anni sequenti die; in VVestmonasterio, antè sacram Aram Sancti Petri Archiapostoli, præstito*

præstito iurejurando coram sacro Clero, & frequenti populo Anglico, se reverâ; velle Ecclesias Christi sanctas, earumque Rectores protegere; Legem statuere sanctam; & iuste regere populum cunctum. At de istis, modò satis.

De Prælio Casletensi; Prosecutio Capitis quarti.

Hanc secti Capitis superscriptionem, non habent, quæ vidi cætera Exemplaria MSS.

¶. ANNO XII. Philippi Regis francorum, Balduino Insulano, Comite Flandriarum, Tutore eius, antè triennium defuncto; Balduino quoquè filio eius, (qui HASNONIENSIS dicitur, propter Cœnobium Hasnoniense, quòd reædificavit, qui vtrúmque Comitatum tenebat, Flandrensem, per Patrem; Hainonensem, * per Richildem * Comitissam, Viduam Herimanni Comitis Montensis, cui nupserat,) mortuo; Robertus, frater eius, qui Frisius dictus est; quique vivente Patre, apud Audenardam, super Sanctorum reliquias ex Ecclesijs Flandriarum ibi congregatas, vidente Patre, & annuente, præsentibus etiam omnibus Flandriarum Baronibus, fide interpositâ iuraverat se numquàm Patre vivente, absquè eius iussu, in Flandriam intraturum, & etiam post mortem eius, nihil reclamaturum; in Frisiam discessit, & apud Comitem Florentium mansit. Quo defuncto, Vxorem eius in conjugium accepit. Mortuo autem, vt prædiximus, Balduino fratre eius, consensu Flandrensium, contra Arnulfum, filium Balduini fratris sui, Flandriam perjurus occupavit.

* Hainoësem, per Richeldē, ex Montehg: & Andernensem Codd. MSS.

* Floriēsium, legit Codex Andernensis.

¶ Arnulfus verò, Comes juvenis, cum Philippo francorum Rege, apud Casletum occurrit Patruo suo Roberto; & pugnâ consertâ, Arnulfus perimitur. Quo interempto, statim, Philippus Rex, & Richildis Comitissa, Balduinum, fratrem Arnulfi, vix decennem, Comitem statuunt. Robertus verò consilium habuit cum Eustachio Comite Boloniensi, cuius frater erat Episcopus Parisiensis; qui erat Cancellarius, & Regis Consiliarius, ei multa promittens, vt fratri suo suaderet, quatenus Regem faceret ab hoste * discedere; &, de totâ Flandriâ, si ei cederet; Comes Eustachius suum faceret velle. Sed, antequam hæc res ad effectum veniret, interim

* Hoste, pro exercitu; antiquo loquendi more.

pugna committitur; & multis occisis, hinc Richildis,* Arnulfi Mater; illinc Robertus capitur: &, altero, pro alterâ relaxato, bellum inter eos vario eventu protrahitur. Rege verò, consilio Episcopi Parisiensis, & Comitis Eustachij indè recedente, Richildis, * cum filio suo Balduino Regis auxilio destituta, ad Comitatum Hainonensem tristis discessit: sicque, Robertus perjurus, injustè, & fraudulenter Comitatum Flandrensem invasit. *Hic primus est huius nominis Flandriæ Comes; qui, peremto Arnulfo fratruele, sub hoc nomine tertio Comite, Balduinoque cum Richilde Matre fugatis, rerum, quâ vi, quâve malis artibus, & summâ iniuriâ in flandriâ potitus, avarissimo tandem Philippo Franco Regi, Flandriæ nomine, præstitisse fidem refertur, à Matthæo VVestmonasteriensi, ad annum 1075. Sigeberto, & Marchantio; quorum exscriptione plura peti possint.*

* Richeldis, ap. Andernensem Codicem, & Monteligianũ. MS. Anno 1072. Ex Chronic. Sigeb:

* Richeldis legunt Codices, Andernensis, & Monteligianus.

Anno IV. ab hinc transacto, Balduinus VII. puër, Comes Hainonensis,* frater Arnulfi; apud Casletum occisi, ad Donengium, (vulgò Denain en Ostrevant,) bellavit contra exercitum Patrui sui Roberti; quem pugnando devicit, *Robertus, addit Sigebertus Gemblac. ad annum Christi 1076.* Robertus autem, * de Comitatu Hainonensi eum exhæredare cupiebat: sicut, de Flandrensi exhæredaverat.

* Hainõensis, ap. Andernensẽ, & Monteligianũ Cod. MSS. & Henni.

* Enim, Legit Codex Andrensis, nostrá; recentior.

¶ Post paucos annos, idem Robertus Hierosolymam abijt, quam tunc possidebant Sarraceni: Cumque portam Civitatis vellet intrare, se clausit spontaneè. At ille hoc videns, nimio timore correptus * a. est; intelligens hoc sibi non esse prosperum prodigium. Abijt ergò indè ad quemdam Eremitam propè Civitatem, quem audierat virum esse sanctum, & religiosum, vt faceret confessionem peccatorum suorum. Auditâ autem, vir Sanctus, illius confessione, injunxit illi pœnitentiam, de Arnulfo, nepote suo, quem occiderat; & dixit ei; vt, si vellet habere DEVM propitium, Balduino, altero nepoti suo redderet Flandriam, quam ei abstulerat. Ille autem, adhuc nimis timoratus de portæ prodigio; annuit Eremitæ consilio: Venitque ad portam; quæ vltrò aperta est ei. Cum autem, in Civitate, degeret in domo cujusdam præpotentis Sarraceni, audivit ab Astrologis Sarracenorum, & Divinis, Hierusalem in proximo capiendam esse à Christianis. Quæ capta est non multò post, trigesimo nono anno Philippi Regis * b. ¶ Robertus autem reversus de itinere Hierosolymitano, DVACVM tan-

* a. Terrore correptus, legit Monteligianus Codex.

* b. Anno Christi 1099. 15. Iulij.

tantummodò reddidit Balduino, Comiti Haynonensi,* Nepoti suo. Ipse, paucis transactis annis, mortuus est apud Casletum, absque Viatico; & ibidem sepultus. Successit ei Robertus II. filius eius: *Dictus Hierosolymitanus. Anno 1093. Philippi Primi, Francorum Regis 33. Ex Marchantio, & Chronicis Flandriæ.*

¶ Anno XIX. Philippi Regis, incœptum est Cœnobium Sancti Salvatoris, in Insulâ quæ dicitur AQVICINCTVS, à Viris illustribus, Sigero * c. videlicet, atque Gualtero, * d. annuente, & concedente Gerardo Cameracensi Episcopo.

Halnoensi, ap. Menselig: & Andernensem Codd. MSS. & nostrum recentiorem.

† ☞ Anno Christi 1079. †

¶. 4. *Appendix ad verba,* Incœptum Cœnobium Sancti Salvatoris &c.

Docet hoc loco Andreas noster Silvius, primùm sub Gerardo 2. id nominis Episcopo Cameracensi, Beati Lietberti Successore, Celebre Asceterium Aquicinctinum anno Redemptoris Millesimo septuagesimo nono conditum fuisse Nobilibus abs Civibus Opidi Duacensis Galtero, atque Sohiro, Benedictinisque adscriptum Ascetis, qui primum Ascetarcham Alardum Hasnoniensem eximiâ pietate, doctrinaque Virum fuerint consecuti. Eccum verba signo Sigeberti Gemblacensis, cuius etiam MS. Chronicon vetustate nimiâ corrosum adservat musæum nostrum.

*c Sichero. leg: Sigebert: Gemb: *d Galtero, Legũt Codices MSS. Montelligianus, & Ardēsis, noster, q; recentior.*

¶ *Anno millesimo septuagesimo nono, incœptum est Cœnobium Sancti Salvatoris in Insulâ, quæ dicitur Aquicinctus, à Viris illustribus Sichero videlicet, atque VValtero, Qui Sicherus, habebat Vxorem nomine Mathildem, nobilem quidem natalibus, sed moribus nobiliorem.*

¶ *Quæ, Coniugem suum crebrius monendo, ad hoc Opus aggrediendum incitavit; ideò maximè, quòd, Sanctum quemdam Gordianum inibi quondam eremiticam vitam duxisse, ferebatur. Vndè factum est, vt præfati viri, hinc cerebrò colloquentes, se mutuò hortarentur, & deliberantes, Ansellum de Ribodimonte, nobilissimum Virum adeunt, & ab eo Insulam illam, quæ sui erat iuris, deposcunt. At, Ansellus, auditâ petitione eorum, gavisus est valdè, & sinè dilatione, gratis, quod petebatur, concessit.*

¶ *Itaque, ex condicto pariter properantes, Gerardum Cameracensis Vrbis Præsulem aggrediuntur, ad cuius Diœcesin tunc locus ille pertinebat; quid habeant animo reconditum, expectorant, vtque votis eorum, quos probè nôsset parœchianos, assentire velit,*

 obsecrant.

*obsecrant. Audit hæc lubens Antistes Reverendissimus; votis annuit piis; receptumque, cum adjacente arundineto, fundum, de manu Anselmi, qui singula in beneficium abs eo teneret, ijs tradit. Redeunt proindè his acceptis simul cum Vredo, seu Freto, & Auberici-curiâ, * Cœnobiumque in Aquicincti Iusulâ excitare occipiunt; & pro ratione facultatum suarum constructum recèns hocce Monasterium suis certis attributis allodijs, & terris; annuo donant proventu.*

* Vide Gazæū, In Catalogo Episcoporum Cameracensium.

Confluunt eò Loci Viri DEO devoti, Christique pusillus grex gestientes existere, seque, suasque facultatulas Iesu Christo consecrant. Horum Venerandus Antistes Gerardus curam gerens, honestioris vitæ, regularibusque exercitijs excultos Monachos, quos Hasnoniensi è præclaro Asceterio accivisset duos, Aquicinctum mittit, à quibus novellus hic grex Christi; pios, sanctosque in mores informaretur. è quibus vni, (nomen ei erat Alardo,) potiorem curam injunxit, Abbamque Aquicinctinum ordinavit omnium primum.

Liceat ex Sigeberto, mutuare, quæ paucula hæc subtexo. ¶. *Præfatus Pontifex, cernens eosdem fratres haud segniter instare rebus cæptis, eamdem Ecclesiam omnimodis, quantum prava lüit, liberavit. Propter quod, baculum regiminis in manu suâ retinuit, vt ei daret, quem sibi Congregatio canonicè eligeret.*

¶ *Præterea, contulit eis quædam Altaria; sed & innumera impendit beneficia. Erat enim in Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Cameracensis, cui idem Gerardus praerat Episcopus, venerabilis Decanus nomine Hugo, qui, tam eumdem Episcopum, quam alios fideles Viros Cameracenses, vtriusque ordinis animabat, vt liberales existerent præscripto Cœnobio. Ipse quoque omnem penè substantiam suam illò convehebat, vndè Monasterium, & habitacula fratrum primitùs ædificavit. Hæc Sigebertus.*

Addatur: Quod & hoc Cœnobium, cuius principio, res esset paullò angustior domi, Nobile, opulentumque pro tēpore Monasteriū Cisoniense, censu annuo, ampliùs, idque, exllenti charitatis fraternæ affectu, locupletarit. Ita quæ vidi, & perlegi religiosissimæ Cisoniensis Abbatiæ produnt monimenta, extantia in Archivorum Chartophylacio. Septimo autem anno à condito Monasterio, Ecclesia Aquicinctina in honorem Sancti Salvatoris; & Deiparæ Virginis consecrata est à Pontifice Gerardo 2. vt autor est Massaus lib. 13. Chronicorum suorum: Anno (ait Sigeberti Chronicon) 1036. Exin verò, anno 1110. Lambertus Sancti-Bertinianus Abbas, & Alvisius Cænobiarcha egerunt, vt instituti Cluniacensis reformatio in Monasterium Aquicinctinum introduceretur.

Annus

Annus porrò Redemtoris 1131. *Simone Abbate decimo Aquicinctensi, Comitem Hannoniæ habuit Balduinum, qui augustiore formâ erigendi Templi prima jecerit fundamenta*, primum (*verba sunt Sigeberti*,) lapidem manibus suis, cum cœmento ponens; *quique multis possessionibus Monasterium ditârit*.

Postremam denique huic perficiundo Templo, & duabus sacris turribus fastigiatis vndenis campanis insignitis adornando, manum sedulus contulit Simonis 10. *Nepos, Simon Archimandrita*. 12. *qui, & Successoribus, Infulæ Abbatialis, & Annuli vsum, à Summo Pontifice Honorio* 3. *est assecutus anno Domini* 1219; *vt autores sunt, Chronologus Hannoniensis*, * *& Sigebertus Gemblacensis. Vndè dicerem, (si subauderem; subauderem, si liceret; liceret, & quin-immò expediret fortaßis etiam, si vtriusque partis auditæ rationes exactè discussas in promtu haberem;) mirati ac summopere demirari, tanti nominis Virum, & nobilem Scriptorem, quã ti reverà exstitit Venerandus DN. Thomas Cantipratanus, libri primi De Aptibus Cap.* 6. *p.* 3. *stilum suum adeò acriter in Simonem hunc strictum exercuisse; quem certe legamus dilexisse decorem Domus DEI, vt is idem, & in Aquicincto suo, adytum Templi regularius, & sacratius fabrefactis superselliis iusserit exornatum, cum quadrangulis subdivalibus, (claustra vulgariùs dicunt) complura huiusce sacri Asceterij ædificia perpaternâ curârit industriâ construenda; ac præterea, cæteris ad vsum Cœnobiticum ibidem desideratis, egregiam suam operam magnâ sollicitudine, magno zelo impensam, haud absque laude, navâsse censeatur. Dabit solidiora, σὺν τῷ θεῷ Hagiologicus Liber noster, cum hisce de rebus; tum & aliis, quæ spectent ad Aquicinctinum, illud tametsi, haud adeò antiquum, attamen planè sacrum, & celebre Monasterium. De cuius verè asceticis exordiis, Ecclesiæ nostræ antiquissimæ Marcianensis pervetus membrana ita infit.*

Vide Chronica Iperij Præsulis Bertiniensis.
* Hamoniæ Chronicum, Tomi 3. lib. 14. cap. 34.

¶ *Alardus I. paupertatis religiosæ, & disciplinæ regularis fidelißimus æmulator fuit: in cuius etiam diebus, verum esse declaravit Deus; quod scriptum est per Psalmistam.* * *Oculi Domini super Iustos: & aures eius, ad preces eorum. Namque, pusillus Grex ipsius vitam in omnibus exemplarem, imitabatur, & hoc solùm plangebat, quod timeret se pauperes Christi, suos non posse pauperatis suæ relinquere hæredes. Vicini quippe homines, vitæ quidem in eis sanctitatem valde honorabant; sed austeritatem, & paupertatem abhorrebant: Et, dum sic resiliunt ab imitatione eorum, quibus devotione appropinquabant; Deus, qui facilè facit de exiguis, magna & multa de paucis; in brevi, & præter spem, multorum corda excitavit, vt*

* Psalmo 33.

vt in Domo Dei, multi, tam Laici, quam Clerici, etiam secundùm seculum satis nobiles, habitarent cum consensu. Et ita facti sunt multi filij deserta: quia placuit Deo, in illâ novellâ olivarum spiritalium plantatione, multiplicare gentem, & magnificare lætitiam. Hactenus ibi sic. At verò excrevit denique feliciter Venerabilis hic Cætus Benedictinus apud Aquicinctinos, quorum Monasterij hodie Florentissimi, & amplissimi, meminit quoque in hæc ipsa verba, noster M. Iacobus Lessabæus, Marcenensis Autor, Hannoniæ Vrbium, & nominatiorum locorum, ac Cœnobiorum, adjectis aliquot limitaneis, ex Annalibus, Anacephalæoseos Paragrapho, AQVICINCTVM.

Ex Isaiæ Capite nono.

☞ † ¶ *Distat MARCÆNIS sesquimiliari AQVICINCTVM, sivè (vt vulgo placere inaudivi,) Aquicinum, eiusdem vitæ instituti Cœnobium; at recentius. Æquatis solo primis fundamentis, Balduinus Comes primarium dicitur iecisse lapidem in honorem Salvatoris. Adiacet Oppidulo, quod Hannoniæ oram perficere fama est. Piscateria Curia populo nuncupatur. Ad crepidinem Scarpæ alveus est intrò influens, eluendis sordibus. Templum summoperè elegans. Pyramides quatuor longissimè conspiciuntur; Monachorum genus civile, humanum, ad omnem vrbanitatem, & comitatem natum. Apud quos sanctissima hospitij necessitudo, & religio. Iam verò Locum esse aquis instructissimum, ex ipsâ vocis nuncupatione satis arbitror indicatum. Hactenus Lessabæus, vir eruditissimus.*

* Vernaculè, Pesqui-Cour.

☞ ¶ SED, *Merovingorum, Carolingorum, & Capetidarum ætatibus, & stemmatis nobilibus satis datum videtur. Hærendum hic paulisper censet, qui opportunè, dum nostra Synopsis Frãco-Merovingica sub prælo sudare pergeret, nostras in manus incidit beneficio Domini Tussani des Barbieux, Salomeæ & Pratensis Toparchæ, Codex Andrensis, seu Andernensis Canobij MS. Itaq; Ex hac Aquicinctinâ Insulâ, in Comitatum Ghisnensium, seu Gisnensium, vernaculè, de Guismes, agrum, currum hunc Andreanum trahamus; & ab epitomistâ Regum Francorũ, seu Silvij Macianensis cursu, tramitem nonnihil avertenteis, Asceterium Andernense, vernaculè, D'Andernes, seu D'Andres, ad Vrbem Ardeam, vulgo, Ardres, olim situm, petamus; perq; nunc apertos nobis Cœnobiticos Gisnensis*

huius

huius telluris tractus exspatiemur; & qui nos eò amiciùs evocàrit Reverendum in Christo Patrem, ac Dominum, *DN. VVillelmum, Andrensem, ad Ardeam, Archimandritam, Virum non minùs humanum, quàm pium, & doctum, quâ reverentiâ, quo decet cultu, salutatum, & de nostris Marcanis, de nostro epitomistâ, Domno Andreâ, deque pientissimâ Marcianensium Patronâ, & Sanctissima Rotrude, seu Rictrude, Matre nostrâ, nova, miraque traditurum eamus attentis animis auditum.*

¶ *Interpolavit hic Villelmus, Benedictinus, & Venerandus Monasterij Andernensis Abba Tertium à quarto Capite librum Synopseos Andreanæ, quem & ad sua posteriora nonnihil tempora eiusdem ferè styli Appendice annexâ protractum sic continuavit: vt, & Diva Rictrudis, nostræ, suæque benignæ, providaque Parentis, & Domni Andreæ Marcianensis accuratum encomiasten eâ se principio confestim præstiterit disertum; & eàdem insigni operâ, præclaris Sanctissimæ Rictrudis, seu, (vt imperitum, & barbarum, tunc temporis Vulgus loquebatur,) Rotrudis meritis exorti Andernensis sui Monasterij, in Andriâ * Villâ, nobis exhibuerit cunabula certius recognoscenda. Eius si quis stilum, & verba exoptet; ea sunto.*

* *Vernaculè,* A Andres, Lez Ardres, au Comtè de Guines.

Nnnnn *INTER-*

INTERPOSITIO, DE FUNDATIONE HUIUSCOENOBII; Andrensis: *ET, DE ADVENTU S. ROTRUDIS,* seu Rictrudis, *AD HUNC LOCUM** supple Andrensem, vel Andernensem. Sunt enim hæc, apud veteres de illo Scriptores, vocabula Synonyma Loco.

☞ * sive Andernensis.

* Subaudi Andreę.

EPISTOLA VVILLELMI ABBATIS.

☞ ¶. GVILLELMVS DEI miseratione, Andernensis Monasterij Servus, Dilectis in Christo filijs, ac fratribus, cum eo, & sub eo regularem vitam professis, tam futuris, quàm præsentibus, ad quod anhelant, pervenire feliciter.

Vir vitæ venerabilis Andreas, merito, & officio Prior Marcianensis, ad honorem bonæ memoriæ Domni Petri Atrebatensis Episcopi, De Origine gentis Francorum, de virtute, & gestis eorum, duos libros præcedentes eleganter composuit; & hunc Tertium feliciter inchoavit.

☞ QVI, quoniam ad instar Beati Hieronymi, in diversis diversa legerat, & octogenarius, & ampliùs existens, omnem ferè ætatem in religionis exercitijs, & virorum illustrium gestis legendis, & explicandis expleverat: Reges, sivè Duces, quos primus Liber continet, Merovingos, seu Crinitos vocat: In secundo libro, Reges descriptos, Karlenses appellat. Tertium verò librum, de regni mutatione, seu translatione, ab Hugone Capet inchoat.

☞. Et huuc quidem librum Tertium, per Capitula distinctum, sicut & duo

duos priores, præ manibus habemus, in cuius medio, quædam incidentia, quæ ad nostrum Andrense Monasterium pertinent, more præfati Prioris, de industriâ plantavimus, salvis Capitulis, in præcedenti Opere: videlicet, de statu Regni, appositis. Quæ omnia, dum prudens lector legit, advertat, ea, quæ à Priore memorato composita sunt, titulo Prioris, in margine, signo rubeo prænotata. Cætera omnia, à nobis composita sunt.

Paulò superiùs ostensum est, in Prioris Tractatu, procurātibus Balduino Comite flandrensi, & LetuduVVino, * Abbate Sancti Vedasti: quòd, de Monasterio Marcianensi expulsis monialibus, in quo CCC. * & ampliùs annis resederant: loco earum, Congregatio Monachorum successit, sicut à tempore Beatæ Rotrudis, * sub MAVRONTO & IONATO, Sanctis ABBATIBVS Marcianensibus, & eorum Successoribus diversis, mos inolevit, quoàd vsque per Regni perturbationem, & terrarum destructionem, tam Marcianis, * quàm alibi, quandoque, Loca Sanctorum, in multiplicem statum mutata fuerunt: &, nunc Monachis, nunc Monialibus, nunc verò Clericis secularibus cesserunt: quandoque autem, peccatis exigentibus, omni habitatore caruerunt. Verùm, narrationem * illam de Monachis, & Monialibus, & * Monachis, * in Marcianensi Cœnobio factam, etsi à præfato eiusdem loci Priore minùs expressam, quantum audivimus, & cognovimus, & Patres nostri narraverunt nobis, volumus evidenter exprimere: & causam ipsius mutationis memoriæ posterorum medullitùs imprimere.

Dum adhuc in ipso Cœnobio Moniales residerent, & sicut eidem sexui est inolitum, in rebus gerendis, & disponendis minùs providè se haberent: quidam eiusdem Loci Æditu us, (quem, nostro more, Custodem * vocamus,) natione Anglicus, Corpus Gloriosæ Rotrudis furtim auferre disposuit, & ad natale solum transferre: pro eo quòd miraculis crebrò coruscantibus, de eius meritis nullatenus valuit dubitare.

Affectum igitur suum ad effectum perducens, & sacrum Corpus, cum Vitâ nobilis Matronę, sibi commendatum subripiens, fugam parat, terram circuit, & perambulat: Gisnense Territorium intrat: & statim occulto DEI iudicio infirmatur: sacrum Corpus, sub quàdam spinà, Beatę Rotrudis hactenus nomine vocatà, ab eo occultatur: moritur bajulus: & multo tempore, Venerabilis Matronæ, tam Corpus, quàm Vita, vel meritum, ab huius Regionis incolis, adhuc raris, ignoratur.

Tandem, hujus nostri Occidentis tenebras, DEVS, volens MARCIANENSI lumine misericorditer illustrare: primò quidem, per lumen cereorum, crepusculo, & nocte, meritum sub spinà quiescentis, pastoribus revelavit: postmodum, per somnia, & visiones, ægrotos attraxit, & optatà sospitate donavit: ad vltimum, Principem terræ, Comitem Balduinum, huius nominis Primum, ad inventionem Corporis sacri in corio cervino consuti: cum totà Terræ Nobilitate, & promiscui sexus vniversitate coadunavit. +

Statim, omnibus constitit astantibus de merito thesauri inventi, per

* De Bõmarkiet.
* Annis 300.
* Sive, Ristrudis.
* Nam, Monacharum sordida impietate infenso numine, res Marcianensis in deterius pergebant collabi.
* F. mutationẽ legẽdũ.
* F. in
* F. Monachos.
* Ap: antiquiores Belgas VVallones, vernaculè, le Coustre, hodie, le Sacristain.

☞ * sive Andernensis.

* Subaudi Andriç.

INTERPOSITIO, DE FUNDATIONE HUIUS COENOBII; Andrensis: ET, DE ADVENTU S. ROTRUDIS, seu Rictrudis, AD HUNC LOCUM supple Andrensem, vel Andernensem. Sunt enim hæc, apud veteres de illo Scriptores, vocabula Synonyma Loco.*

EPISTOLA VVILLELMI ABBATIS.

☞ ¶. GVILLELMUS DEI miseratione, Andernensis Monasterij Servus, Dilectis in Christo filijs, ac fratribus, cum eo, & sub eo regularem vitam professis, tam futuris, quàm præsentibus, ad quod anhelant, pervenire feliciter.

Vir vitæ venerabilis Andreas, merito, & officio Prior Marcianensis, ad honorem bonæ memoriæ Domni Petri Atrebatensis Episcopi, De Origine gentis Francorum, de virtute, & gestis eorum, duos libros præcedentes eleganter composuit; & hunc Tertium feliciter inchoavit.

☞ QVI, quoniam ad instar Beati Hieronymi, in diversis diversa legerat, & octogenarius, & amplius existens, omnem ferè ætatem in religionis exercitijs, & virorum illustrium gestis legendis, & explicandis expleverat: Reges, sivè Duces, quos primus Liber continet, Merovingos, seu Crinitos vocat: In secundo libro, Reges descriptos, Karlenses appellat. Tertium verò librum, de regni mutatione, seu translatione, ab Hugone Capet inchoat.

☞ Et huuc quidem librum Tertium, per Capitula distinctum, sicut & duo

duos priores, præ manibus habemus, in cuius medio, quædam incidentia, quæ ad nostrum Andrense Monasterium pertinent, more præfati Prioris, de industriâ plantavimus, salvis Capitulis, in præcedenti Opere: videlicet, de statu Regni, appositis. Quæ omnia, dum prudens lector legit, advertat, ea, quæ à Priore memorato composita sunt, titulo Prioris, in margine, signo rubeo prænotata. Cætera omnia, à nobis composita sunt.

Paulò superiùs ostensum est, in Prioris Tractatu, procurãtibus Balduino Comite flandrensi, & LetuduVVino, * Abbate Sancti Vedasti: quòd, de Monasterio Marcianensi expulsis monialibus, in quo CCC. * & ampliùs annis resederant: loco earum, Congregatio Monachorum successit, sicut à tempore Beatæ Rotrudis, * sub MAVRONTO & IONATO, Sanctis ABBATIBVS Marcianensibus, & eorum Successoribus diversis, mos inolevit, quoád vsque per Regni perturbationem, & terrarum destructionem, tam Marcianis, * quàm alibi, quandoque, Loca Sanctorum, in multiplicem statum mutata fuerunt: &, nunc Monachis, nunc Monialibus, nunc verò Clericis secularibus cesserunt: quandoque autem, peccatis exigentibus, omni habitatore caruerunt. Verùm, narrationem * illam de Monachis, & Monialibus, & * Monachis, * in Marcianensi Cœnobio factam, etsi à præfato eiusdem loci Priore minùs expræssam, quantum audivimus, & cognovimus, & Patres nostri narraverunt nobis, volumus evidenter exprimere: & causam ipsius mutationis memoriæ posterorum medullitùs imprimere.

Dum adhuc in ipso Cœnobio Moniales residerent, & sicut eidem sexui est inolitum, in rebus gerendis, & disponendis minùs providè se haberent: quidam eiusdem Loci Æditu us, (quem, nostro more, Custodem * vocamus,) natione Anglicus, Corpus Gloriosæ Rotrudis furtim auferre disposuit, & ad natale solum transferre: pro eo quòd miraculis crebrò coruscantibus, de eius meritis nullatenus valuit dubitare.

Affectum igitur suum ad effectum perducens, & sacrum Corpus, cum Vitâ nobilis Matronę, sibi commendatum subripiens, fugam parat, terram circuit, & perambulat: Gisnense Territorium intrat: & statim occulto DEI iudicio infirmatur: sacrum Corpus, sub quàdam spinà, Beatę Rotrudis hactenus nomine vocatâ, ab eo occultatur: moritur bajulus: & multo tempore, Venerabilis Matronæ, tam Corpus, quàm Vita, vel meritum, ab huius Regionis incolis, adhuc raris, ignoratur.

Tandem, hujus nostri Occidentis tenebras, DEVS, volens MARCIANENSI lumine misericorditer illustrare: primò quidem, per lumen cereorum, crepusculo, & nocte, meritum sub spinà quiescentis, pastoribus revelavit: postmodum, per somnia, & visiones, ægrotos attraxit, & optatâ sospitate donavit: ad vltimum, Principem terræ, Comitem Balduinum, huius nominis Primum, ad inventionem Corporis sacri in corio cervino consuti: cum totâ Terræ Nobilitate, & promiscui sexus vniversitate coadunavit. +

Statim, omnibus constitit astantibus de merito thesauri inventi, per

Nnnnn 2 Eviden-

* De Bõmaakiet.
* Annis 300.
* Sive, Ristrudis.
* Nam, Monacharum sordida impietate infenso numine, res Marcianensis in deterius pergebant, collabi.
* F. mutationẽ, legẽdũ.
* F. in
* F. Monachos.
* Ap: antiquiores Belgas VVallenos, vernaculè, le Coustre, hodie, le Sacristain.

evidentia scriptum indicia, quàm, per miracula multipliciter patrata. †

Comes, Thesaurum iubet sublevari, & ad Castrum suum Gisnese transferri, &, in Capellà suà reponi: nec valet vllatenus à loco sublevari. Suburbium sui Castri, vbi modò est Abbatia monialium, Comes nominat, vovet & Sanctæ donat: * & sic etiam conatus attentat: sed, in vanum laborat. Diversis interim diversa sentientibus, & multiplex consilium dantibus, de cuiusdam sapientis, & antiqui consilio, Comes de novo bigam iubet preparari: par boum, iugo eatenus insuetum, bigæ apponi, & præponi: Sacrum Corpus bigæ supponi, sine aurigæ officio subvehendum, vtcumque illud Divina providentia dirigi vellet, & transferri. Comiti iubenti Clientela frequens obtemperat: Thesaurus diu occultatus, ex facili subvehitur: plaustro recenti decenter imponitur: solo DEO aurigà, ad Capellam Beati Medardi sitam super clivum, nunc infrà * Andrensis Monasterij septa conclusum, par Boum progreditur, & ibidem immobilis, DEI nutu tenetur, Thesaurus deponitur, & ibi honeste, ac devotè reponitur: & ita, in brevi, Capella in Ecclesiam convertitur. †

* Sup. Rictrudi.

* Infrà, pro. id. tià, scrip. sere Chronologi medię ętatis.

Inchoatam Ecclesiam, Comes, *sup: Balduinus Primus*, de bonis suis ditat, & donat: Baronum, & Optimatum Nobilitas, donis suis, Comitis domum nobilitat: Diœcesanus Episcopus quoque Gerardus, in facto recenti DEUM glorificans, factum approbat; locum veneratur, & honorat: Ecclesias eidem confirmat, & tam Comitem, quàm subditos eius, vt Ecclesiæ promovendæ viriliter insistant, monet, hortatur, & exorat. †

Interea, Comes sicut iam pridem in ánimo conceperat, cum Ingelranno, Domino Lilerensi, * & quibusdam Flandriæ Proceribus, ad Sanctum Iacobum, *sup. Compostellanum*, iter arripuit: ad Carrofense Cœnobium, * tunc temporis, religiosum, & ad vsus, & consuetudines Majoris Monasterij, (*vulgo Mar-Moutier*,) informatum, casu fortuito divertit: & ibidem aliquandiu ęgrotans, & loci religionem, & honestatem venerando admirans, de virgulto Dominico, (*vulgo, du Vergier du Seigneur*,) plantas fructiferas ad natale solum reportavit. Inter quas præeminebant, Domnus Gilbertus, de territorio Ambianensi, De Valerio scilicet, iuxta Corbeïam, oriundus: Everardus quoque: & Henfridus de Hethbergà. Et hos quidem, Venerabilis, (*Gisnensis, Balduinus, eo nomine primus*,) in Ecclesià de novo plantatà, servitio Dominico mancipavit, in quo officio, per annos aliquot religiose prefuit: & posmòdum, exigentibus meritis, auctoritate Superiorum, & concordi electione fratrum, Abbatis officium, strenuè & viriliter diu exercuit.

* Vernaculè, Le Seigneur de Lilers.

* *i.* Carofum, vel Carofiũ, Monaster. Ord: S. Benedicti, Nigrorum, ap. Pictavensis, vernaculè dictũ, CHARROVX.

Crescente paulisper religione, cum bonis spiritualibus, temporalia, sicut moris est, creverunt, cùm non solùm, de Comitatu Gisnensi, sed etiam de Boloniensi, potentes & nobiles Viri & mulieres, prædia, & facultates, nemora, redditus, terras &

ceh

censuales, DEO, & Beatæ Rotrudi, ad sustentationem in hoc Loco DEO servientium, certatim, & catervatim dederunt.

Vidit hoc, & invidit Balduinus Bochard, Andrensis pagi Dominus: &. sicut bonæ memoriæ Domnus Petrus, huius Loci Abbas quintus, prudens, discretus, & litteratus, in suo Tractatu pleniùs describit, verens, nè eius possessiones paulatím labefactarentur, & ad jus Ecclesiæ redigerentur: Libellum, De Vitâ Beatæ Rotrudis conscriptum, felle livoris commotus exscidit: miraculis detraxit: sanctitatem extinguere, per libelli demolitionem putavit: & multos simplices Beatæ Rotrudi devotos, à servitio eius, precibus & minis avertit: & tandem religiosum Comitem ad hoc induxit, vt, per ignis judicium, Sanctum DEI famulæ corpus examinaretur: &, die statuto ad hoc spectaculum, totius populi vniversitas, per edictum publicum, convocaretur. Quod & factum est.

Sed, quicquid livor hostilis Beatæ Rotrudi præcogitavit ad contumeliam, totum ei cessit ad gloriam: quia, sicut à Venerabili Patre præfato Petro pleniùs digestum est, ignis, sacrum Os in se projectum, coram omnibus glorificavit, quod, infidelis vicinus, quantum in se fuit, & quantum ab alijs fieri impetraverat, dehonestavit. Et hoc quidem invidiæ morbo ergà Beatam Rotrudem, & eius Ministros, totam eius posteritatem respersam audivimus, & cognovimus, qui, in nostrà ætate, septimum à præfato Balduino Bochard hæredem vidimus. De quibus omnibus, nobis constat, quòd, quamdiu vixerunt, Ecclesiam nostram persecuti sunt: In morte verò, etiam inviti, de suis eam bonis ampliaverunt.

Denique, per præfatum Balduinum Bochard, Vitâ Beatæ Rotrudis discerptâ, & demolitâ: licèt plurimis postmodum claruerit signis, aliorum more Sanctorum, pauca penes nos ipsius gestorum habentur insignia, exceptis alijs, quæ, à memorato, & merito memorando Abbate Petro, veraci; & non ineleganti stilo sunt composita.

Cur autem supradictus Andreäs, Venerabilis Prior Marcianensis, de his omnibus, quæ tractavimus, nullam prorsus mentionem fecerit, in prolixo Opere, quod luculenter digessit: id esse caussæ, & rationis credimus: quòd turpe ei, & probrosum videbatur, suæ Ecclesiæ desolationem, per tantæ Matronæ extrà eam translationem, memoriæ posterorum transmittere: cum, exindè, magis deceat alium, quàm ipsum tractare.

Nec aliquem moveat, quòd, à Marcianensibus, RICTRVDIS: ab Andrensibus verò ROTRVDIS vocatur: quòd, ab illis, Marito sociata, & multiplici sobole fœcundata: à nobis autem, virginitatis honore Beáta prædicatur. Siquidem, etsi per vitium Scriptorum, aut, per prolixi temporis spatium, in vnà syllabà discrepamus: in

Circumspectè occurrit tacitæ objectioni sutæ.

in gallico tamen, & Flandrensi idiomate, in eius vocabulo concordes sumus: sicut, vnum, eumdemque hominem, à quibusdam Arnulphum, [a] à quibusdam [b] Ernaldum: à quibusdam verò Arnoldum [c] nuncupari videmus: Et, in vitreis Ecclesię Marcianensis fenestris, nostrâ ætate, Beatam Rotrudem vocari, & depingi perspeximus: quas postmodum, per habitatorum, &, (vt vrbaniùs loquamur,) industriam, sublatas, & subtiliùs depictas oculata fide cognovimus* Et, quod magis est, in Vità Beatæ Bertæ Blangiacensis, eidem Matronæ admodum familiaris, ipsam Dominam appellari Rotrudem scimus, & legimus.

[a b c.] Verum id esse ostendimus in Prolegomenis nostris exemplo Ernoldi, & Likię, seu Luciæ Parentum Sanctæ Rictrudis.

Si, juvenili ętate, Marito nupsit, *Sup: Rictrudis*, &, ex eo prolem, non tam seculo, quàm DEO progenuit, nostræ assertioni non est contrarium: quia, Viro defuncto, secundas nuptias sprevit: ad vitam cœlibem se omninò transtulit: in sancto Viduitatis proposito, vitę residuum feliciter explevit, & ita Virginitatis merito non carebit. Doctores enim nostri, distingunt triplex genus Virginitatis: quia, est virginitas carnis: virginitatis mentis: & virginitas professionis.

In nostro autem, & Marcianensi Festo, discordiam non video: quia, ab eis, in mense Maio, festum recolitur corporeę depositionis: a nobis, decimo Kalendas Iulij, Beatę Rotrudis adventus: & duplicis Translationis: quarum prima facta fuit sub *Gisnensi* Comite Balduino Primo: secunda verò, ab Abbate Petro, Tertio.

* Hinc videte est R.P. DN. Guilielmum hunc, Andrensem Abbatem, coęvum Andreę nostri fuisse Marcęnis.

Dum igitur nostrum Andrense Cœnobium sub Balduino I. *Gisnensi* Comite, & fundatore, & Gileberto, adhuc Priore floreret: & præfatus Gerardus, Diœcesanus, augmento pusilli Gregis, in eo, DEO militantis, curà pervigili, & pastorali intenderet: Pontificali auctoritate, super Cœnobij fundatione: super eiusdem libertate: super fideliũ eleemosynà, & collatione: super reverentià Carosensi Cœnobio exhibendà, & subjectione, Privilegium huic loco contulit, in hunc modum.

CHARTA DOMINI GERARDI MORINENSIS EPISCOPI, DE QVIBVSDAM DONIS.

☞ Ego Girardus, Morinorum DEI clementià Episcopus, omnibus Ecclesiæ filijs, in Domino Iesu Christo salutem. Notum vobis facio fratres Charissimi, Quòd ego, condignæ petitioni Balduini Comitis, & Vxoris suę *Adelæ*,* sive filiorum ipsius benignè condescendens, Comitatum de Gisnes obtinentis, Altare Villæ, quę vulgò Andernes dicitur, ad opus Monachorum Cœnobij Sancti Salvatoris Carrofhensis, ibidem DEO famulantium, omni exactionis debito liberum concedo, exceptis duobus solidis, quos singulis annis, in Cœnà Domini, huic Matri Ecclesiæ, fratres ibi commorantes persolvent.

* Al. Atelæ.

Aliud quoque Altare, quòd dicitur Sancti Martini in Territorio, quod dicitur *Bredenarde*, concedo, non liberum: sed, sub personà.

Excommunicatos verò, aut pœnitentes, minimè recipiant. Oleum, cum Chrismate, à nobis, per se accipiant. Quòd si Locus, divino munere, adeò pullulaverit, vt Prior, aut Abbas ibi constituatur, electio eius penès eosdem fratres, & Capitulum Sancti Salvatoris Carrofhensis pendeat,

deat. Electus autem Episcopo Tarvanensi consecrandus præsentetur; à quò susceptâ benedictione, ei debitam promittat subjectionem.

Præfatus etiam Comes, ibidem contribuit terram de *Hantenghem* cum hospitibus liberam, & duas partes Decimæ de *Spildecâ*; & terram quatuor dierum in Villâ *Bissegehem*: & terram XXX. dierum apud *Althenges*, & apud *Morlengehem*, & carrucatam & dimidiam terræ, apud Suavecam, & prata XXX. dierum in pago *Bredenarde*, & Comitatum solitudinis de *Gisnes*, & hospitum duorum hortos apud *Gisnes*.

Vicecomes Elembertus donat trium dierum terram cum horto, apud *Gisnes*, Domelina, VIII. dierũ terrã in Campanijs, & hortum vnũ ad *Morlengehem*. Balduinus, dat XXXIII. dierum terram apud *Fraitim*: itemque, VI. dierum terram apud *Gisnes*. Ingelrannus de *Baingehem*, trium dierum terram apud *Gisnes*. Eustatius de *Bavelingehem*, XVIII. dierum terram, & prata. Eustachius, filius Frumoldi, XX. dierum terram, apud Campanias, & apud *Buxin*. Hugo Blancardus, hospitem vnum apud *Morelenghem*. Gozo de Campanijs, de prędio suo L. dies. Bonardus de Gisnes, hospitem vnum. Alulphus, filius Normanni, XX. dies. prædij apud *Boninghes*, & apud Lelengehem. Goisfridus de Bratines, quatuor dies terrę. Everardus, totum prædium suum de Herberges. RaineVVidis, decimam septem carrucarum. Balduinus, filius VVifredi, Decimam prædij sui de Campanijs. Eustachius, filius Frumoldi, decimam prædij sui de Campanijs. Eustachius, filius Galandi, decimam prædij sui. VVandelmarus de Ardres, & Robertus de Lotenes, decimam prędij sui de Campanijs. Goisfridus de *Bredenarde*, suam portionem. Lambertus de Tornehem, partem suam decimę de Liskes.

* Vernaculè, Blanchard.

Item, Comes prædictus, sedem molendini, cum stagno, apud Gisnes, & pensam caseorum singulis annis. Balduinus, VIII. dierum terram, & ancillàm vnam cum filijs.

Quod si aliquis hanc libertatem studuerit violare, aut juribus huius loci, datis, ac dandis invasionem fecerit: donec DEO, & fratribus illis satisfecerit anathema sit. Actum est hoc, Anno Incarnationis Dominicę. CIↃ. LXXXIV. Indictione VII. tempore Gregorij P.P. VII. regnãte Philippo I. Francorum Rege, anno XXVI. * *a*. Dominante Rotberto Consule: Anno Prę sulatus Girardi primo: Testibus his prę sentibus.

* *a*. Reponè XXIV. Hic enim erratum est per transpositionem characterum VI. pro IV.

Ego Girardus Episcopus, subscribo.

Signum Arnulfi Archidiaconi. Signum Ioannis Abbatis: S. Giroldi Abbatis. S. Audoeni Abbatis. S. Milonis Decani. S. Odonis Custodis. S. Raineri. S. Bernardi: S. Normanni Decani: S. Fulcardi Decani: S. Lamberti Decani: S. Ercembaldi: S. Norberti: S. Ernulfi de Ardà. S. Ernulfi de----Signum Elemberti de Marçiennes. S. Hermari: S. Balduini, filij Frumoldi: Signum Hugonis Blanchard: Signum Guidonis.

Comes quoque Balduinus, super aisiamento in palude de Hotimghem, à nobis, & nostris in perpetuum habendo: & hoc, quantum nobis posset sufficere super libertate Capellæ de Gisnes, & omnibus eius pertinen-

pertinentijs, super stagno de Gisnes, & bosco de Hottingehem, cum eius appendicijs: super terris, silvis, redditibus, servis, & ancillis, à se, & à suis hominibus datis, super quibusdam eleemosynis in terrà Boloniæ, & de Merch similiter collatis, pro eo quòd allodia fuerunt; & eorum datores sigilla non habuerunt: super legatis, quæ à suis Baronibus dari possent in posterum à singulis, scilicet, vsquè ad vnam carrucatam terræ, vel, vsquè ad centum solidos publicę monetę, Chartam nobis contulit, &, à suo primogenito, Comite Manasse, iam, propter Patris senium, hærede, & successore, conferri, & confirmari fecit fundationem à se factam Monasterij Andrensis, quod est propè Ardeam, Vulgò, Ardres, in Villâ, quæ nuncupatur Andernes: quodque, ipse Balduinus Comes Gysnensis, hereditatem cupiens in Regno DEI, à fundamentis exstruxit, * dotavit, & Ecclesiæ Karrofensi, subdidit. Itaque, filius eius ac Successor, annis Dominicę Incarnationis, CIƆ. LXXXIV. & XCVII. & CIƆ. C. XXX. cum vxore suà Emmà, & filià Rosa, fundationem à Patre factam confirmans, eleemosynam Patris augere cupiens, in honorem Sancti Salvatoris, & Sanctæ Rotrudis, sive Rictrudis, in manu Domni Petri Karrofensis Abbatis, Loco Andernensi concessit inter cætera, duas mansiones in Castro suo Gysnensi: Terram de Hantigahem, cùm Sylvà, & Decimà, & Comitatù: & hospitem vnum cum comitatu ad Marçœnes, consentientibus fratribus, Fulcone, Hugone, VVidone, & Machthilde Sorore: & præsentibus his testibus: Goiffrido, Parisiacensi Episcopo: Idà, Boloniensi Comitissà: Ernulfo de Ardà, vulgo de Ardes; Elemberto Vicecomite; Elemberto de Marçiennes; Goscelino, Castellano, de Ardà Hugone de Suines; Hugone Blanchard; Eustathio, filio Galandij; Lamberto de Tornehem; Eustachio de Baveligem: milite, & alijs multis.

* Anno Salutis 1084.

Gratia autem Domini, in meliùs semper proficiente loco, electo eiusdem Ecclesię primo Abbati Gilberto de Vilerio, iuxta Corbeiam, hoc addidit Privilegium: Vtnimirum, homines Andernensis Ecclesiæ suę, pro aliquo forisfacto, * non distringeret, vel judicaret, nisi sicut homines Parium Gysnensium. Simul etiam, nè prędictus Comes Manasses, aliquam dominationem, ipse, vel vllus ex hęredibus ipsius, in eodem loco haberet, nisi tantum, locum, loco Advocati; sive Defensoris, in perpetuum custodiret.

* Vernacu è, de Viliers.
* Vernaculè forfait.

Insuper, obeuntibus eiusdem loci Abbatibus, electa, si in loco fuerit, persona idonea, deduceretur in Capitulum Karrofense; & ibi electione, ab Abbate, & Capitulo Karrofensi approbatà 'Sambucale, & cura pastoralis ei injungeretur, salvà tamen subjectionis obedientià Ecclesiæ Karrofensi ab eo seivandà. Sed si condigna persona non posset in eo loco inveniri, Prælaturà dignus aliquis in Capitulo Karrofensi eligeretur, qui repræsentatus, ab Episcopo Tervanensi consecraretur, & loco Abbatis pręponeretur. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis CIƆ. XCVII. Indictione V. præsidente Apostolicæ Sedi Domno PP. Vrbano II. anno X. Philippj I. Francorum Regis, anno XXXVII. Gerardo tunc Monachorum

rum

rum Episcopo, & Flandrensium Comite, Roberto, à quo Manasses Comes prædictus, Rotbertus etiam dictus fuit. Quod testantur subscripti, Hugo Archidiaconus, Manassę Comitis frater.

Gerardus, Abbas Hamensis: Rævengarius, Abbas Capellæ: Fulco, frater Comitis: Arnulfus de Ardâ. Lambertus Vicecomes. Ermetius de Bavelingahem, Hugo Malvoisin, Hugo de Surkes. Robertus de Hammes. Baldevvinus de Ostervvicæ & alij multi.

Item, Anno Domini CIↃ.C.XXX. Idem Comes Manasses, approbavit donationem, quam eidem Ecclesiæ Ardensi, sive Andernensi fecit Arnulfus de Arde, De Comitatu de Bocretes; &, de Terra, quæ fuit Guarini de feldnes. Illud attestantur homines infrascripti, Ernoldus de Gant. Sigerus de Gant. Eustathius de Bavelingahem. Philippus de Mont-gardin Henfridus le Leu. Hugo Galand, Liedbertus de fontaine; Baldvænus li Blāc, Lābertus de atrio: Hugo Delbroch: Eustathius Vavasor, vulgò Vavaseur. Otfridus, de *Guisnes*, Rodulfus, cognomēto *Normā*, Et filij eius: Et multi alij. Idē Manasses, Dei gratiâ Comes Gysnensis, ad Requestā Domni Gileberti primi Abbatis Andernensis, concessit; hoc est, confirmavit simul cū Vxore suâ Emmâ, & filiâ Rosa, possessiones datas Cœnobio Andernensi tā à se, quàm ab Antecessoribus suis, & Baronibus: Terram nimirum de Attingahem, cum hospitibus, liberam ab omni exactionis debito, & Comitatum, & Boscum; Terram in Villâ Bissingahem; Terram apud Altinges, apud Morlingahem, terram cum Comitatu.

Alia quoque bona, ad vsus Monachorum suorum, idem Domnus Gilebertus Abbas viriliter acquisivit: & quædam acquisita cambivit. Et pro eo quòd, * bonorum datores, sivè cambitores, tunc temporis, sigilla non habebant: (non enim, nisi terreni Pincipes, sigilla habere consueverant:) acquisita, vel cambita, scripto mandare curavit.

* Pour ce que, *Phrasis VVallonica, vetusque scriptio.*

Nullum autem scandalizet (*verba sunt VVillelmi Abbatis, rem domesticam quoque curantis, & stylo suo prosequi pergentis:*) si, nos, eius qualescunque Successores, & Ecclesiæ Andrensis fratres, velimus eius scripta robur firmitatis habere: cum, vsque hodie, oculatâ fide videamus, & pro certo sciamus, per totam Italiam, scripta Tabellionum, sive Laïcorum, & Sigilla non habentium, in omni Curiâ, sivè seculari, sivè Ecclesiasticâ: per quasdam solùm figuras, firmitatem obtinere. Additque VVillelmi Abbatis Andrensis hocce Chronicon MS. & inexcusum.

DE MORTE ADELÆ COMITISSÆ, FVNDATRICIS NOSTRÆ.

In ipsa autem novitate fundationis nostræ, mortua est Venerabilis Comitissa Adela, Vxor fundatoris, & ipsa devota fundatrix: &, tam in consilio, quàm in auxilio, fidelis auxiliatrix, &, à piæ memoriæ Domno Gileberto, iam tum Abbate, & pusillo Grege, pręsente marito, & filiorum numerositate, necnon & Procerum multitudine, in Capitulo tumulatur. Evolutis postmòdum circiter septem annis, nobilissimus Comes Balduinus, senex, & plenus dierum, migravit ad Dominum, & iuxta Vxorem suam honorificè sepelitur

Post cuius mortem, Manasses, filius eius, qui, & Robertus, à Roberto nobili & inclyto Flandriæ Comite sic vocatus, Patris devotioni fideliter adhærens, & quod minùs à Patre nobis datum fuerat, de suo supplens, in Bredenardà, in rivarià, & alijs terræ suæ partibus, quædam à Patre suo data confirmavit; quædam de novo dedit; & maximè, totam pasturam Andrensi vico subjacentem nobis indulsit.

¶ *Equidem, ex VVillelmo Abbate, & Chronographo Andernensi, Cuius Chronicon MS, & hactenus ineditum penes me est; possem longè plura exscripta producere, quibus & Divam Matrem nostram Rictrudem elucidarem, quæ, (vt cæpit scribere DN. VVillelmus Abbas) ceu Pharus, & deviorum multorum Gisnensium Cynosura, tenebricosos ibi gentium splendidâ virtutum suarum, & mirabilium face recreàrit, & erroneos multos direxerit gratiarum aurâ suaviter deflante, dum, Numine monstrante, sacrum sacri Corporis pignus humo effossum, & reverenter eductum, Andriam creberrimis miraculis aliquandiu irradiavit, & caussam dedit cur novum inibi, Asceticumque moliretur Templum, exædificaretque Gisnensium Comes Balduinus, eo nomine primus, atque illuc intromissis Benedictinis, non mediocriter locupletaret. Sed, quæ ad id argumenti pertineant, plura nostris è prolegomenis erui posse, pro tempore, satis esto, in quibus etiam Dicæologiam nostram liceat observare, hoc est, Iuris nostri in medium productionem, quà scilicet, iure nostro freti, æquitatem Caussæ nostræ, quam-brevissimè complexi sumus.*

¶ *Adderem Morinorum, seu Tervanensium Antistitum, necnon & posteriorum Comitum Gisnensium, & Boloniensium, & Ardeæ, Andriæque ipsius, aliorumque Toparcharum complura Diplomata, qui, & Andernensem, seu Andriensem, Andrensemve hanc Abbatiam censu mirificè auxerint, adjectisque divitàrint quampluribus Villis, Ecclesijs, terris, molendinis, alijsque subsidijs. Adderem, & Pontificum Romanorum qui hocce Sancto Salvatori, & Sanctæ Rotrudi, seu Rictrudi nuncupatum idem Monasterium Privilegijs suis egregiè munierint pertuendum. At verò id ne faxim efficit, quòd valdè verear, nè principio statim obtrudatur, operam me hanc frustrà operari. Exploratissimum enim est, habere me, qui primâ ipsâ confestim fronte videatur obluctari, eruditissimum & hisce in litteris Virum probè versatum. Is, Aubertus Miræus Bruxellensis est, S. Theol. Licentiatus, & Ant VVerpiensis Decanus; qui, in Notitiâ Ecclesiarum Belgij, ad duodeviginti exhibeat lectu digna Diplomata recensita, Andriense, seu Andrense, vel Andernense, seu Ardrense (variè sic inscribitur,) hocce Monasterium concernentia. Quæ quidem, ne huiusmodi antiquæ pietatis studiosum fugiant Lectorem, in Miræi, vt Capitu-*

Capitulatim indicata innotescant, ita, palam faciemus.

Exstant;

Primum, Capite Centesimo-Octavo: Secundum, Capite 120. *Tertium, Cap.*129, *Quartum, Cap.* 155. 5. *Cap.* 136.

6. } *Consequenter, Capite* 140. *vbi, In Notatione de Comitibus Gisnen-*
7. } *sis terræ, citantur quædam ex MS. Chronico Andrensi, quod Guilel-*
8. } *mus illius loci Abbas scripsit: Ex quibus, & ego pauca sum infrà, mutuaturus.*

Nonum Diploma exstat, Capite 143: *Decimum, Cap.* 153. *Vndecimum, Cap.* 157. *Duodecimum, Cap.* 167. *Decimum-tertium, Cap.* 173. *Decimum-quartum, Cap.* 176. *Decimum-quintum & sextum, Capite Octogesimo-quarto supra Centesimum: Decimum-septimum, Capite* 186. *Decimum denique octavum, Capite* 193. *Estque illud corroboratum autoritate Sigilli Arnulfi Comitis Gisnēsis, Anno salutis* CIↃ.CC.XIX. *mense Maïo; die, quo, ab amicis & hominibus suis VVillemus de Gisnes, ipsius Cognatus, licentiam accepit, vt cum Domino suo Ludovico pergeret ad partes Albigensium. Hæc explicatiùs, à pietate, rerumque singulari peritiâ, & vsu commendandus DN. Autbertus Miræüs; qui & nobis suppeditat mutuanda, quæ subÿciuntur de Comitibus Gisnensibus; quorum exstiterit Primus.*

Gifridus, Ardulphus, & indè, Rodulphus,*
Eustathius, Baldevinus, fundator honesti.
Andrensis Templi: Manasses, & Emma:
Qui duo, struxère S. Leonardi Sacram Ædem.

* Al. Sigefridus; vernaculè, Sigefroy.

Et Paulòsuperiùs: Isti sunt Comites Gisnensis terræ: quorum Primus, sup: id nom inis Baldevvinus fundavit Ecclesiam Andrensem, anno Dominicæ Incarnationis millesimo octogesimo quarto. Manasses & Emma fundaverunt Templum Sancti Lenoardi anno Domini millesimo centesimo secundo. Hæc magni æstimatus Miræus, ex calce MS. Codicis Chronologici Andriensis, autore V. VVillelmo Abbate præfato conscripti; qui, pro tempore, mihi perhumaniter concreditus est à præfato DN. Des Barbieux.

¶ *Itaque, cum & mihi locis suis demum alÿs vsu venturum sit, vt de hocce Andrensi Asceterio honorifica mentio sit agenda, impræsentiarum pluribus agere desino; simulque de illo sumministratum opportunè à R. P. VVillelmo Andrensi Præsule, atque Chronographo Tractatum hunc priorem scitu perdignum, & stato huic suo loco commodè insertum denique claudo.*

Monitio ad lectorē.

*claudo. Neque sanè mihi vmquam fuit animus, quæ suis Andrensibus sit Chronicis complexus R. P. VVillelmus hic Abba, in Synopsin Andreanam hanc redacta singula in vulgus emittere; vti, neque compingere ea quæ ab Andreâ nostro composita sunt, titulo Prioris Marcianensis in margine signo rubeo * prænotata, quod se facturum in Epistolâ suâ superiori recepit, & spopondit R. DN. VVillelmus Abbas: sed, iam ab ipsius Epistolâ præliminari methodum institutam ita sum obseruaturus, vt quoties Abbatis VVillelmi operâ vsus fuero in reliquâ Synopsi Franco-Merovingicâ procudendâ; ea duntaxat excerpam deinceps inserenda, quæ ad eam propiùs accedant, & historicè magis spectent: idque perficere statuam quo sequitur modo.*

☞ * Verba ista sunt VVillelmi Abbatis Andrensis: paginâ superiore.

☞ Obiectiva.

¶ *Andreas noster, suum in Synopsi sua residuâ, hactenus velut occultâ, in lucem proferendâ, romanum characterem majusculum sibi susceptum, servaturus est. Nos, in ijs, quæ pauciores superadijciunda supersunt, huc vsque Italicum nostris & appendicibus, & notationibus tributum, minimè mutaturi sumus: Venerandus verò Præsul Andrensis VVillelmus, suum & ipse iam statim ab Operis sui Chronographici exordio Epistolari, (quo singuli Scriptores, singulis suis donati characteribus, designatique expeditiùs, & faciliùs, dignoscantur;) romanum item sibi certum habet à Typographo nostro consignatum, sed nonnihil ab Andreano distinctum, & eumdem minorem characterem, nusquam commutandum. His ergò præmonitis, & prætermissis; quæ rem exorsam contineant, pertractemus; & præeunte VVillelmo Abbate Andrensi, ad Synopsin Franco-Merovingicam nos iam recipiamus, his Abbatis VVillelmi conceptis verbis.*

* Vulgò, Ardres.

¶ Longâ ergò digressione, pro loci huius (*Subaudi Andrensis, ad Ardeam*, *) fundatione, necessariò factâ, ad Venerabilis Andreæ, Prioris Marcianensis historiam redeamus: & nunc, ad locum nostrum pertinentia interseramus, servatis figuris, de quibus supra mentionem fecimus.

ANDREAS MARCIANENSIS.

* Guillelmus, ap. Andernensem. Cod: MS.

Anno *XXXI. Philippi Regis, VVillelmus Rex Anglorum, Vir singularis censuræ & severitatis, obijt. VVillelmus, * filius eius, cognomento Rufus, succedit.

*a. *Sigebertina est hæc Chronologia, quæ videtur mihi fidè nutare. Annus siquidem 31. Philippi Regis Francorum, hoc nomine primi, cadit in annum Salutis 1091. quo non facilè putem posse probari obijsse*

obijsse Angliæ regem Guillelmum, Guillelmi Rufi Patrem. Polydorus enim in fine libri noni; Malmesburiensis lib. 3. Leslaüs lib. 6. & alij historici classici, Guillelmum Regem hunc Rothomagi diem clausisse volunt anno Christianæ Pietatis 1087. Reponendus est igitur trigesimi primi loco annus 27. Philippi I. francorum Regis, qui fuerit Christi 1087. quo Guillelmus cognomento Rufus, certiùs dicatur successisse Patri Regi defuncto.

* Cum toto Regno suo, *addunt catera Exemplaria.*

Philippus Rex, Anno XXXIV. Regni sui excommunicatur ab Vrbano PP. * quia vivente Vxore suâ Bertâ, * Comitis Andegavensis adhuc viventis Vxorem Bertradam superinduxerat. *Vide Ivonis Carnotensis Episcopi, increpatorias epistolas 13. & 14. & Bertoldum, ad annum 1094. adversus hanc pellicem Regiam Bertradam, censurà Ecclesiasticà mulctatam.*

Legitimâ.

* Cætera quę vidimus Exemplaria ecty-pa, legũt; Bertradã, Comitis Andegavẽsis adhuc viventis Vxorem superduxerat.

De Via Hierosolymitana: *Seu, de bello Sacro;* *Prosecutio Capitis Quarti.*

¶. ANNO ab Incarnatione Domini CIↃ. XCVI. Philippi verò Francorum Regis XXXVI. Via Iherosolymitana incœpta est apud Clarum Montem in Arverniâ, per auctoritatem Vrbani Papę, & exhortationem Haimari * Podiensis Episcopi. Affigunt igitur Cruces *è purpureo panno confectas*, in pallijs suis, *ad scapulam dextram, pro tesserà militari*, Duces, Comites, potentes, nobiles, & ignobiles, divites & pauperes, liberi & servi, Episcopi, Clerici, Monachi, senes & iuvenes, etiam pueri & puellæ, omnes vno animo, nullum, vllo angariante, vndique concurrunt; ab Hispania, à Provinciâ, ab Aquitaniâ, à Britanniâ, à Scotiâ, ab Angliâ, à Northmania, à Franciâ, à Lotharingiâ, à Burgundiâ, à Germaniâ, à Langobardia, ab Apuliâ, & ab alijs Regnis. ¶. *Ad hominum cruce signatorum trecenta millia censa fuere, Anno Redemptoris 1096.*

* Hamari, ap. Sigeber: Aimerii, ap. Montelig. & Andrensem Codd. MSS. Ademari Anicij Vellunori Episcopi, Apostolicâ legatione sublimis; *ap. alios. plerosque.*

¶ Eminebant in hoc DEI hostico, *seu Exercitu*, Dux Lotharingię, Godefridus, & fratres eius, Eustachius & Balduinus; Anselmus de Ribodi-monte: Balduinns, Comes Montensis: Robertus, Comes Flandrensis, consobrinus eius; Stephanus, Comes Blesensis: Hugo, frater Regis francorum: Robertus, Comes Northmaniæ: Remundus, Comes Sancti Ægidij: Boyämundus, Dux Apulię, & Tancredus, *Nepos eius, addit Sigebertus.*

† Magnus, * Dux, *apud alios dictus.*

INTERPOSITIO, DE EPISCOPATV ATTREBATENSI.

¶ Canonici Attrebatenses, ægrè ferentes, se tam diu Ecclesiæ Cameracensi subesse, eo maximè; quòd videbant VValterum ab Episcopatu Cameracensi expulsum:& Manassem subrogatum; coram Vrbano PaPâ querelam deponunt, asserentes, Sanctum Vedastum, à Sancto Remigio, Civitati Attrebatensi propriè ordinatum Episcopum; & vt Episcopus sibi proprius ordinetur, à PaPâ expetunt. Vrbanus autem PaPa petitionem eorum iustam iudicans, ordinavit eis Episcopum, Lambertum, Morinensem Archidiaconum. Hoc actum est anno Domini CIↃ.XCV. *vel fortassis 1094. Catalogus enim Episcoporum Cameracensium & Atrebatensiũ, operâ eximij Domini GeorgI ColvenerI Doctoris Theol: editus, & præfixus Chronico Cameracensi, sic habet.*

33. *Gerardus II.1078. obijt II. Augusti 1092. additque. Post hunc divisus est Episcopatus; & Ecclesia Atrebatensis, proprium recepit Episcopum an. 1094. Inter schedas verò veterrimas Bibliothecæ Marcianensis reperi quod sequitur.*

*Balduinus 7. à securi, dictus securicula. Roberti Fländ: Comitis Filius.

¶ *Paschalis Episcopus, Servus Servorum DEI. Dilectis filijs suis B.* * *Flandrensium Comiti; & Illustri Matri suæ Clementiæ, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Quod de Attrebatensis Episcopatus restitutione à prædecessore nostro sanctæ memoriæ Vrbano factum est, scitote apud nos firmum & inviolabile permanere: nec vmquam passuros nos, vt Cameracensi Ecclesiæ subijciatur. Si quis autem adversus hoc agere tentaverit, excommunicationis vinculo innodetur. Vos igitur sicut Ecclesiæ filios commonemus, rogamus, & præcipimus, nè possessiones Attrebatensis Episcopatus, quas à restitutione suâ habuit, ab aliquo auferri, vel minui patiamini. Si qui verò præsumpserint; vos defensionem, pro peccatorum vestrorum remissione, eidem Ecclesiæ impendatis. Data Laterani VIII. Eidus Aprilis, Indictione VIII. Anno Domini* CIↃ. C.

¶ Exercitus DEI (*agnosce verba Silvij,*) aggressus terminos Paganorum, viriliter agit: primumque bellum eis fuit, ad pontem Parphar fluminis, VIII. Kalendas Martij; vbi Turcorum multi occisi sunt. Secundum eis fuit bellum apud Nicæam, III. Nonas Martij: in quo etiam Pagani victi sunt. Captâ ergò Nicæâ, captâ fortiter etiam Laödicææ;* cum essent plusquam trecenta millia armatorum in exercitu Christianorum, tanta ei omnium rerũ suppetebat

*Laodicia ap. alia exẽplaria eciſſa.

bat copia, vt aries, vno nummo; bos, vix duodecim nummis venderetur.

DE ORDINE CISTERCIENSI: *Sectio Capitis quarti.*

¶ Anno Verbi Incarnati CIƆ. XCVIII. Vrbani autem PaPæ anno XI.* Henrici verò Imperatoris quarti anno XLII. Porrò, Philippi I. Francorum Regis XXXVIII. & VVillelmi Regis Anglorum secundi, anno VI. dilectus à DEO Cisterciensium Ordo sumsit initium, *à Roberto Abbate, in Burgundiâ; & idem, à loco nomen accepit. De quo plura excipe ex Sigeberto, Malmesbur. V. Bellovac. Spec: histor: & Surio, Tomo 2. die Aprilis 29.* Eodem anno, obsessa est Antiochia *Syriæ* à Principibus francorum; & IX. Mense capta, *Iunij die 2.* Christiani, versa vice à Paganis obsessi, fame afflicti sunt. Tandem verò, per Lanceam Domini, in Monasterio Sancti Petri inventam animati, ipsa Lanceâ eos præcedente, portis eruperunt, & obsessi, obsessoribus concurrerunt quarto Kalendas Iulij; & Paganis penè omnibus interfectis, etiam hoc tertio bello victoriam adepti sunt. Quartum bellum fuit eis in Romaniâ, Kalendis Iulij: & ibi Turci victi sunt. Commissa est autem Civitas Antiochia Duci Boïamundo;* reliqui autem Principes, & Christiani, * ad Hierusalem tendunt, quò, pergendi fecerant votum. Proficiscuntur itaquè in Syriam, & expugnatis Matrâ & Barrâ vrbibus Sarracenorum, & multis regionum Castellis, tantâ ibi rursum fame afflicti sunt; vt corpora Sarracenorum iam fœtentia comedere compulsi sint. Tandem, apud quoddam munitissimum Castrum, nomine Archas, ab Ierusalem octo mansionibus distans, pervenerunt; vbi, Ansellus de Ribodi-monte, lapide percussus in capite occubuit; (postquam, accepto vulnere, tertiò oràsset, DEVS ADIVVA ME; *addit Sigebertus;*) & multi alij interfecti sunt; tamen victores, Castrum obtinuerunt. Tunc, accepto communi consilio, absque vllâ morâ, vel dilatione, ad Ierusalem obsidendam *.[a] pergunt. Obsidionis autem die XXXIX. capta est Ierusalem ineffabili miraculo, Idibus Iulij *[b]. in sextâ feriâ, anno Domini CIƆ.XCIX. In Templo autem Salomonis, & in porticu eius, Christiani cum Paganis quinto bello conserto, tantâ in eos cæde debacchati sunt, vt in sanguine occisorum equitarent vsque ad genua equorum.

¶ Tunc, electione, & consilio omnium, Godefridus, Dux Lotharingiæ constituitur Princeps, & Dux Hierosolymorum. Principibus iam de repatriando agentibus; ecce Rex Sarracenorum ad debel-

* X ap. ectypa exemplaria MSS. mendosa. nono; ap. Andrense & montelignianum, &c.

* *Fortassis rectius dixeris;* optuno: *autore Sigonio.*

* Boëmundo *ap. recentiores Scriptores.*

* Et Christianam ad religionem tendunt *legit Codex MS. Henninsis.*

* a Die nono Iulij.

* b 15. Iulij.

debellandos eos venit Ascaloniam cum centum millibus equitum, & quadringentis millibus peditum. Quibus cùm occurisset exercitus DOMINI, in quo, non plusquàm quinquè millia equitum, & quindecim millia peditum erant; DEO, pro servis suis ad se clamantibus pugnante, & nube eos ab æstu solis defendente; Sarraceni, solo impetu Christianorum territi, omnes projectis armis fugerunt; & in hoc sexto bello, quarto Kallendas Augusti facto, cæsa sunt centum millia Paganorum: in portâ verò Ascalonæ, suffocati sunt duo millia; at eorum qui in mari perierunt, & qui inter spineta sylvarum consumpti sunt, numerus nescitur. Capta est autem Hierusalem post annos circiter quadringentos & sexaginta, ex quo sub Heraclio * Imperatore, secundâ vice capta, possessa est à Sarracenis.

¶ Anno Domini CIƆ. C. Codefridus, Dux Lotharïensium, & Princeps Hierosolymitanorum moritur, *18. Iulij: summis Heroibus, quà pietate, quà militari arte, atque insigni virtute æquandus: Cuius maximæ nobilitatis familiæ, hæc debetur appensa*

* Heracliano, ap. Sigebertum Gembla.

OBSERVATIVNCVLA.

Dederitne viam, casusve, Deusve.



Heroïca M. Claudij Paradini, Bellilocensis Canonici: & Domini Gabrielis Symeönis Symbola, AntVVerpiæ edita apud Ioännem Stelsium, anno 1563. è lotharingicis Chronicis, quæ præstantem hunc & Illustrissimum Ducem celebrent, hæc habent excerpta.

¶ *Lotharingicæ familiæ celebritatem, & præstantiam testantur monimenta virtutis avitæ: treis nimirum alites sagittà perfossi, quam iaculatus est Bullonienfis ille Godefridus in Turrem Davidicam, ostensam signis militaribus per obsidionem Hierosolymitanam. Portentum sanè indicans celsitudinem, & autoramentum Regiæ suæ, ac Hierosolymitanæ creationis. Et huius quidem claram progeniem magnificè testantur Lotharingici*

ringici Duces, hoc Symbolo transfixorum alituum insigniti, per sua, & publica numismata, in hunc vsque diem religiosè obseruantes. Estque ibidem, hocce dicterium superiùs præfixum.

¶ Balduinus Comes, frater eius, in Regno ei succedit: *Res ab eo gestas diffusè prosequitur Guillelm⁹ Tyrius. Libri 9. Capite vltimo, de bello Sacro.* VVillelmus quoque, Rex Anglorum, *Rufus dictus*, moritur, *anno circiter 1100. Augusti die 2. in venatione, sagittâ emissâ in ceruam infaustissimo casu percussus*: eique succedit in Regno, Henricus frater eius. Robertus Comes *Flandriæ*, reversus de Hierusalem, cœpit inquietare Vrbem Cameracum, contra quem, Henricus Imperator proficiscitur; & aliquibus eius Castellis, expugnatis, asperitate instantis hyĕmis redire compellitur. ¶ *Addere lubet, ex Sigeberto, in gratiam Cœnobij Aquicinctensis: Robertus idem, Comes Flandrensis, ab Hierosolymis repatrians; detulit secum Brachium Sancti Georgij Martyris, quod Ecclesiæ Aquicinensi transmisit, anno Domini 1100.*

¶ Postea Legiæ (*verba sunt Andreæ Marcianensis*,) Generali Conventu habito; Robertus Comes, in gratiam Imperatoris recipitur.

Balduinus Rex Hierusalem, Civitatem, quæ quondam Ptolemais, nunc autem Acron, * vel Acra dicitur, cepit; & innumerabilem Paganorum multitudinem gloriosâ victoriâ contrivit. *Anno* 1100. *Ex Sigeberti supputatione.*

* Acca. ron. ap. Sigeb:

Henricus, filius Henrici Imperatoris, à Patre aversus, quotquot potest, ab eo avertit; &, sub prætextu meliorandæ Reipublicæ, & restaurandę Ecclesiæ, in eum consurgit. Et hoc totum, consilio Romanorum. Quàm indignè verò eum tractaverit, declarat Epistola, ex ore ipsius Patris scripta ad Philippum Regem Francorum: & hęc sunt de quibus in illâ epistolâ conqueritur. In primis; quia contra fidem & sacramentum, quod, vt Miles Domino iuraverat, Regnum eius invasit; Episcopos & Abbates eius deposuit; inimicos, & persecutores illius substituit; in diebus Adventus Dominici, in quodam castello eum inclusit; in ipso etiam sacratissimo die Nativitatis Dominicæ (vndè Imperator magis conqueritur,) Communionem sacram ei denegavit; fame, & siti eum cruciavit; Insignia Regni, coronam scilicet, crucem, & lanceam, & gladium, violenter ab eo extorsit; nisi propriâ manu, Regnum & omnia regalia exfestucaret, * mortem minitatus est.

Cùm autem in illo Castello esset inclusus Imperator, quidam fidelis eius, misit ad eum nuncium dicens: quia si ibidem remaneret; aut, in perpetuam captivitatem raperetur; aut in eodem loco decollaretur. Quo nuncio Imperator perterritus, ilicò aufugiens, venit Coloniam, & inibi aliquot diebus commoratus, posteà Leödium abijt: in quibus locis, viros fideles invenit. Hæc continentur in epistolâ ad Philippum Regem missa. a. S. Bruno, Carthùsianorum author moritur, anno 1101.

a *Certum est, hanc historiam, pro vario scribentium tunc temporis studio, variè narratam esse. Legere illam collubeat apud Sigonium, & Illust. Cardinalem Cæsa: Baronium, qui rem ex Conrado Abbate Vrspergensi, eius spectatori descriptam habet. Videatur etiam Genebrardus ad annum* 1074.

Imperatore Henrico IV. morante Leödij, filius eius, *Henricus* 5. Aquisgranum venit; & volens venire Leodium, contra Patrem suum, quintâ feriâ Dominicæ Cœnæ, præmisit suos præoccupare pontem apud VVisatum, nè quis sibi venienti obstaret: sed, militibus Patris concurrentibus ad exoccupandum pontem, milites filij à ponte repelluntur, alijs eorum captis, alijs in Mosam dimersis, alijs occisis, inter quos, etiam Bruno Comes occisus est. † Sic, filius contra Patrem veniens, redijt inglorius.

¶ Coloniensibus fidem Imperatori servantibus, at, eorũ Archiepiscopo filium Imperatoris contra Patrem suum animante; Colonia obsessa oppugnatur, nec tamen expugnatur. Interim, Henricus Imperator, Leodij moritur, *anno 1106.* eique succedit filius æquivocus eius.

* Haïnonensi, ap. *Montelugianum.*

Anno 1108.

¶ Balduino Comite Haïnoënsi,* in expeditione Hierosolymitanâ mortuo, Balduinus, filius eius, ei successit. Qui, circumventus quibusdam pactionibus à Roberto Flandrensium Comite, consobrino suo, DVVACVM CASTRVM perdidit. Henricus V. Imperator, ad auxilium Balduini, contra Robertum exercitum ducens, contra DVVACVM vadit; & pacto pacis magis vtrinque simulato, quàm composito, pænè inefficax redijt.

Bœmundus, ap: recentiores Scriptores.

Boïamundus, Dux Apuliæ, contracto vndecunque exercitu, accingitur ad invadendum Constantinopolitanum Imperium.

* Al Melodunũ, vernaculè. Melun.

Post hæc, defunctus est Rex Philippus, anno ab Incarnatione Domini CIↃ. C. IX. pridie Kalendas Augusti, apud Castrum Militonense.* Cuius corpus, secundùm dispositionem Patris, Ludovicus deferri fecit ad Monasterium Floriacense; Et, in Monasterio

Sancti

Sancti Benedicti, * sepulturæ mandari.

Imperatores Romani, qui Philippo regnante imperaverunt, Henricus IV. & Henricus V. Pater scilicet & Filius. *Constantinopolitani: Constantinus 12. dictus Δȣκας. Romanus, Diogenes nuncupatus; Michaël VII, Rapinaceus cognominatus: Nicephorus III. cognomento Botoniätes. Alexius, I. Isacl Comneni filius.* Romani Pontifices: Nicolaüs I. Alexander II. Gregorius VII. Victor III. Vrbanus II. *Paschalis II.*

* *Vernaculè* Saint Benoist sur le loire.

DE REGNO LVDOVICI VII: QVI COGNOMINATVS EST GROSSVS.

CAPVT V.

ANNO CIƆ. C. IX. Episcopi, qui ad exequias Philippi convenerāt, post exequias, statim Aurelianis convenerunt: & propter Regni perturbatores, salubri consilio accepto, Ludovicum iuvenem, religionis amatorem, moribus mansuetum, armis strenuum, bello acerrimum, in die Inventionis Protomartyris S. Stephani, in Regem vnxerunt, antè altare Sanctæ Crucis; & coronam Regni capiti eius imposuerunt, Danibertus, Senonensis Archiepiscopus; Hubertus, Sylvanectensis; VValo, Parisiacensis; Manasses, Meldensis; Hugo, Nivernensis, Episcopi: Et Episcopus Altisiodorensis.* *Non sunt expectata Sacra Rhemensia: periculum enim seditionis, eas non potuit perferre moras in Ludovico Crasso inungendo.*

* Anthisiodorensis, *ap. Monteligianum:* Antisiodorensis *ap. Andrensem Codd. MSS.*

Henricus Imperator, Paschalem PaPam, qui Vrbano II. successerat, Episcopos, & Cardinales cepit, & in custodiami, posuit: pro quà causâ, excommunicatus est ab omni Eccclesiâ. *Huius tempestatis historiam tragicam vide ad annos Christi* 1110. *& sequentem, apud Sigonium, P. Diaconum, & Baronium: vndè intelligas Henricum hunc V. quà vi quà dolo, coëgisse Summū Pontif. Paschalē 2. ad Imperatoriā coronam, & liberam Beneficiorum vestituram concedendam. Quæ quidem acta, velut metu, vique à se extorta, Paschalis, anno Millesimo centesimo & vndecimo rescidit; vt auctores sunt, Ivo Carnotensis, Epistolà 235, & Otho Frisingensis, capite 14. libri 7.*

Lamberto Episcopo Attrebatensi mortuo, Robertus, Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ, ei succedit.

¶ VValdricus, Episcopus Laudunensis, Cives ipsius Vrbis à sacra-

 cra-

cramento perperàm juratæ communitatis revocare nisus; à seditiosis ad arma concurrentibus, (quod dictu nefas est,) gladio confossus interijt, feriâ quintâ hebdomadę Paschalis, VII. Kalendas Maij, in Litaniâ Majori. Tumultuante, etiam impetu confusæ multitudinis, domus Episcopi succenditur: vndè etiam ipsa Mater Ecclesia Sanctæ Mariæ, & Ecclesia Sancti Iöannis Baptistæ, in Abbatiâ Monialium, cum alijs Ecclesijs omnibus, è vicino appendentibus concremantur. In authores seditionis à Rege Francorum, *Ludovico* 4. *Crasso*, tam severè est vindicatum, vt, tam præsentes, quàm futuros, à simili scelere deterrere possit exemplum.

Anno 1112. *Ex Sigeberto.*

Interpositio Domni VVillelmi Abbatis Andrensis, De Andernensis Monasterij vacatione; & de Domini Raïnaldi institutione.

¶. POST multos igitur labores pro Christo fideliter perpessos, & viriliter superatos; piæ memoriæ Domnus Abbas Gilebertus, qui in ordine Pastorali per annos circiter quindecim hunc locum laudabiliter rexerat, ipsiusque Officiũ Prioratus per novem annos exercuerat: viam vniversæ carnis ingressus est, & in Ecclesiâ primà à Venerabili Comite Balduino, fundatore, &, à se fundatâ, tumulatus est. Post cuius felicem transitum, Pictavijs in hoc loco consistentibus, & patriæ istius Gisnensis indigenis diversa sentientibus, ferè per annos quatuor locus iste vacavit. ¶. Postquàm *autem* hoc Andrense Monasterium per annos quatuor vacaverat: hinc pictaviensibus: indè Flandrensibus diversa sentientibus: tandem Domnus Reinaldus, natione pictavensis, Monachus Karrofensis, huic loco præficitur, & electus canonicè, à Domno Iöanne Morinensi Episcopo benedicitur. Præfatus denique Abbas Reinaldus, Domini Manassis Comitis, Patroni sui, adeò gratiam invenit, vt, sicut Patrem suum in præsenti loco sepelierat, ita se, & omnes Successores suos hic voveret sepeliri, pro authoritate loci & hoc spontè instituens, per Summum Pontificem id desiderabat confirmari. Sed & pasturam huic Cœnobio subjacentem, nihilominus, authoritate Sedis Apostolicę, Ecclesię, cuius erat patronus, affectabat appropriari. Quà intentione, idem Abbas, Romam tendens, & per litteras commendatitias Patroni sui, & etiam Diœcesani, se Curię *Romanæ* notum faciens, sub protectione Beati Petri, se, & bona, sua loco de novo collata, devoté subijciens, à Domno PaPà privilegium impetravit sub hàc formà.

PAschalis Episcopus, Servus Servorum DEI, Dilecto in Christo filio, Raïnaldo, Abbati Andernensis Monasterij, quòd in Tervanensi Parrochià situm est: eiusque Successoribus regulariter substituendis

stituendis in perpetuum. Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri; quatenus, & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat; & vtilitas postulata, suas vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apostolicæ portum confugiens, eius tuitionem devotione debitâ requisivit, nos, intercedente Venerabili Fratre nostro Ioanne, Tervanensi Episcopo, supplicationi tuæ clementer annuimus, & Andernense Monasterium in Tervanensi parrochiâ situm, cui DEO authore præsides, sub tutelam Apostolicæ Sedis excipimus.

Quod videlicet Monasterium, in loco qui vocatur Andernes, extra Oppidum Gisnense, Balduinus, nobilis memoriæ, Gisnensis Comes, cum vxore suâ Adilâ, in honore Domini Salvatoris, & Sanctæ Rotrudis virginis nomine, per eiusdem Salvatoris gratiam, filiorum suorum & Baronum consilio: pro animarum suarum salute ædificâsse cognoscitur.

Vniversa igitur, quę loco dicto, per supradictum Ecclesiæ Tervanensis Episcopum concessa sunt, vobis, vestrisque Successoribus in perpetuum possidenda firmamus. Capellam videlicet Sanctę Mariæ infrà Oppidum Gisnense: Altare de Bredenardâ: Altare de Lullingahem: Altare de Ferenes, & Altare de Eilingahem.

Confirmamus etiam vobis vniversa, quę supradicti Comites, Balduinus cum Vxore suà, & Manasses eius filius, vel Baromes eorum, de suo iure, ad idem Domini Salvatoris, & Sanctæ Rotrudis Virginis Monasterium contulerunt. Videlicet, pasturam omnem intrà ipsum locū Andernensem, & commoditatem paludis, aquę, & cespitum: Terram de Antengehem cum villanis, & omnibus reditibus suis, & bosco. In Villâ Gisnes, stagnum, & sedem molendini. Terram de Suavacas cum Villanis suis, & commoditatem aquæ. Terram de Campaines: Terram de Bredenardâ: Terram, villanos, boscum & molendinum, quę dederūt Guarinus de Fielnes, & mater eius: & cætera, quæ pro sui prolixitate dinumerare supersedemus. Quęcumque etiam ab alijs fidelibus viris eidem Monasterio data sunt, vel in futurū à prędictis Comitibus & eorum Baronibus, aut ab alijs fidelibus dari, offerrive cōtigerit, aut alijs iustis modis acquisita fuerint, firma vobis vestrisq; successoribus, & illibata permaneār.

Decernimus ergò vt nulli omnium liceat idem Monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, temerarijs vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salvà Tervanensis Episcopi Canonicà reverentià.

Sepulturam verò eiusdem Loci omninò liberā esse sancimus; vt, tam supradictorum Comitum progenies, quàm Barones omnes, qui Pares Castelli * vocantur, iuxtà votū, & deliberationē suā, ibidem sepeliantur. Cęterorū quoque, qui illic sepeliri desideraverint, devotioni, & extremę voluntati, nisi fortè excommunicati sint, nullus obsistat. Si qua igitur in futurum, Ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentaverit:

* Vernaculè, Pairs du Castel de Gisnes.

 secundò,

secundò, tertiòve commonita, si non satisfactione congruà emendaverit: potestatis honorisqué sui dignitate careat: reamque se divino Iudicio existere de perpetratà iniquitate cognoscat: & à sacratissimo Corpore, Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Hiesu Xpisti aliena fiat: atque in extremo examine, districtę vltioni subjaceat. Cunctis autem eodem loco iusta servantibus, sit pax Domini nostri Ihesu Xpisti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia æternæ pacis inveniant-Amen--Amen---Amen.

De obitu Domni Raïnaldi Abbatis 2. Andernensis Monasterij.

DOmnus Abbas Reïnaldus, postquàm per annos circiter quatuordecim hunc locū laudabiliter rexerat, & ędificijs adornaverat: postquàm, cum nobilibus huius parochię super pasturà huic loco subjectà diuturnum conflictum habuerat: (nam, & authoritate Summi Pontificis, & vi Comitis Manassis, boves, & oves vniversas, insuper & porcos, & pecora campi, in ipsam pasturam fecit minari, postquam hęredes Balduini Bochard, eam, in præjudicium Ecclesiæ Andriensis arari fecerant, & seminari:) tandem senio confectus, & labore itineris Romani attenuatus, dormivit cum patribus suis, & in Ecclesià à Venerabili Comite Balduino, & suo prędecessore, Domno Gisleberto, primo Abbate constructà, honorificè tumulatus est, vacante iterum loco præsenti ferè per annos quatuor. Nam, Flandrenses monachi hic consistentes, pictaviensibus detrahebant, &, alienationem à Domno Rainaldo Abbate, scilicet de bosco de Bottingehem factam, eis semper improperabant: & ideò Karrofenses sibi præesse contradicendo refugiebant. *Hæc VVillelmus Andrensis.*

Turci * *(inquit Andreas noster,)* Cœnobium in monte Thabor situm, funditùs evertunt, & monachis * cum reliquis omnibus interfectis, omnia sibi diripiunt: *Anno Xpisti* 1113. *quo Sigebertus Gemblacensis diem suum clausit; & Chronicorum suorum habuit Abbatem Gemblacensem (Ansellum, sive Anselmum Continuatorem. Damnatum est hoc anno ab invito Paschali concessum Henrico Privilegium. Vide Concilium Lateranense.*

Robertus secundus, Comes Flandrensium, cum equitaret super pontem Meldensem, * cum multitudine militum, casu cecidit, & conculcatus pedibus equorum, ibi vitam finivit. Corpus eius apud Attrebatum relatum est, & in Ecclesià Sancti Vedasti sepultum. Successit ei Balduinus, Cognomento Hapiola, *vernaculè, hapiette, seu Securicula,* * *gallice, petite bache,* filius eius.

Henricus Imperator, cum magnà Optimatum suorum glorià, Natale

* Turci autem, legit. Codex Andernensis.
* Hi laureati Martyres, germina fuè re Cœnobij, Cluniacēsis Anno 1113.
* *Verna culè le pont de Meaux.*
* Hachette, vulgò.

Natale Domini celebrat Moguntię, ibique vxorem ducit Matildam, filiam Henrici Regis Anglorum.

Anno 1114.

Anno X. Ludovici Grossi, Regis Francorum, Balduinus Secundus Rex Ierusalem moritur, frater Godefridi Ducis Lotharingorum, & primi Regis Ierosolymitanorum. Fuerunt autem fratres isti, filij Eustachij Comitis de Bolonià, ex Idà, Sorore Godefridi Gibbosi, Ducis Lotharingorum. Quibus, de medio factis, tertius regnat Balduinus *de Burgo, affinis eius*; filius Hugonis Comitis de Reitestà. Floret in Gallià, Rotbertus, Parisiensis, in Theologia Magister. a. b.

Anno 1118. tempore quadragesimali.

OBSERVATIO.

¶ a b *In hunc annum XPISTI* 1118. *vel certè* 1117. *conijci potest obitus piæ memoriæ Domni Roberti de Abruscillis, Theologi Parisini, qui primus exstitit institutor Nobilissimi Cænobij Fontis Ebraldi*, a *in Gallijs, ab Andegavensibus haud ita longè distantis, quod in Diœcesi Pictaviensi situm ponit Spondanus, ex Baronij Annalibus: quodque idem, separatis spatijs, & omninò distinctis, (vti, & peractum olim ostendimus in nostro Marcianensi nobili Asceterio, tempore Sanctorum Abbatum nostrorum Ionati & Mauronti, atque Divarum Matrum, Antistitarumque Rictrudis & Closcendis,) viros ascetas habebat, &, mulieres sanctimoniales: Omneis tamen Antistitæ obtemperanteis. Divus Bernardus, qui anno sequenti* 1118. *fundavit, & rexit Clarevallense Monasterium ætatis anno* 27. *eidemque annis præfuit* 36. *huius instituti meminit Epistolà* 200. *Vener: Petiũ Clumiacẽsis lib.* 3. *Episto:* 17: *egregiè laudat hũc Theologũ Parisiensem, autorem insignis Monasterij Fontis Ebraldi, cuius exemplo, complura præterea per Gallias, diversis in locis, exstiterint eiusdem Roberti sanctis exhortationibus condita Cœnobia, in quæ sese receperint ad meliorem frugem omnium generum homines conversi, austeriorisque ibidem vitæ leges sibi à Roberto præscriptas subituri, ad quorum habitationem, congrua ijsdem in septis sua seorsim Viris, Virginibus, ægrotis, mulieribus distincta castissimè Asceteria excitata prudenter curârit; Cum interim in omneis, tum Viros, tum & fœminas summum Ius esset penes Antistitam universæ Congregationi præpositam: statutoque receptum esset, vt, Sancti Virginis & Evangelistæ Ioannis humillimo exemplo, Viri coäsceta, Virginibus, seu mulieribus Antistitis regularibus parerent: & hac ipsa, vicissim S. Virginis & Matris Xpisti sanctissimum exemplum secutura, instar prædilectorum filiorum coascetas suos castè, religiosè pièque amplecteretur. Perplures verò Pontifices Romani hunc Ordinem, cuius Caput, nobile Monasterium*

a Vulgò, l'Abbeye de Front Evrault;

nasterium sit Fontis Ebraldi Bullis suis authenticis, & approbârunt, & religiosæ institutionis rationem, atque Apostolicæ exordia excepisse ab hisce Domini Iesu verbis Ioannis 19. MVLIER! ECCE FILIVS TVVS: & ECCE MATER TVA: nos edocuêre. Iuvat meminisse Faropolitani Parthenonis inclyti, inter cætera olim Fontis Ebraldi præclara membra nobiliter recensendi, cuius, coram viderim, & probè nôrim Antistitam, magno præconio efferendam, Dominam Franciscam de la Chastre, cùm vitæ integritate, tum & genere illustrem, quæque Monasterium illud Sanctæ Faræ, seu Burgundoforæ, in Diœcesi Meldensi, iuxta Regulam Sancti Benedicti reformatum, in quo multæ, præter Canonicos subditos, Deo dicatæ moniales numerantur, ante plures annos occœperit magna pietatis, & prudentiæ opinione moderari, & in eodem omnium ipsa prior, pristinum ad rigorem Ordinis S. Benedicti, licèt reclamantibus multis, revocatâ Regulâ, Iesu Christo Domino pientißimè militare. Fontanum quoque, visitur eâdem in Diœcesi, memorabile Monasterium Monacharum, & Monachorum eiusdem instituti. Sed, quæ huiusce sint argumenti plura habeto ex Annalibus Ecclesiasticis Cæsaris Baronij, ad annum 1117. Interea temporis Andreanam Synopsin resumamus, in ea quæ referimus verba.

*Ioannes patriâ Caietanus, dictus Gelasius 2.

Paschali PaPà mortuo, Ioannes Gaitanus, * qui & Gelasius, ei successit, *anno Christi* 1118. 24. *Ianuari*. Henricus V. Imperator, tunc morabatur in Italiâ. Cùm autem audisset Paschalem Papam esse mortuum, Romam tetendit ad eligendum PaPam. Gelasius autem præsentiam eius veritus, iam electus, & ordinatus, secessit Capuam. At Imperator, quia electioni eius non interfuit, nec ordinationi consensit, aliquibus Romanorum annitentibus, Hispanum quemdam Burdinum nomine, satis Clericum, ei superordinari fecit.

*Pleurisi correptus: Ex Pandulpho.

*Callistus 2. natione Francus, omnibus virtutibus ornatus.

¶ Balduino Comite Flandrensium absque liberis defuncto, Karolus, Roberti Comitis Northmanorum, Patris eius ex Sorore Nepos, Comes substituitur, filius Regis Danorum Canuti; *anno* 1119. *Ex Sigeberti Chronologiâ.*

¶ Ioannes Gaitanus, seu Cajetanus, qui & Gelasius II. PaPa, Cluniaci moritur,* & sepelitur, *anno* 1119. 4. *Cal. FebruarI.* Vido, *seu Guido,* Viennensis Archiepiscopus, in PaPam eligitur; Calistus vocatur, & Cluniaci benedicitur.

Henricus V. Imperator, cum sibi faventibus, ab eodem PaPà, & ab omni Ecclesia pro suis injustitijs excommunicatur. Burdinus

*Pseudo

* Pſeudo-Papa, Sutrij poſitus, dum peregrinos Romam euntes, vel redeuntes turbat, & deprædatur, tandem vt viliſſimus apoſtata capitur, & in monachum attondetur. *De quo vide Sigonium, Pandulphum, & Vrſpergenſem ad annum Domini* 1121: *qui aſſerunt eumdem in Monaſterio miſerè periſſe.* Tyrus, à Xpiſtianis tranſmarinis capitur, *Anno Domini* 1124. 29. *Iunij.* Appendix *ad Sigebertum Gemblac: in hâc Vrbe captâ, rerum humanarum miram viciſſitudinem iuxta Prolegomenon noſtrorum mentem ita prolixiùs deſcripſit.*

* Mauritius Burdinus.

¶ *Tyrus, hebræâ linguâ,* Sor *dicta, Vrbs Phœnicis maxima, & antiqua, in corde maris ſita, Sidoniorum Colonia, negotiatio maris, Emporium totius Orbis, vaticinio Prophetarum celebrata, & carminibus Poëtarum inclyta, olim quidem Inſula, ſed à Nabuchodonôſor, vel ab Alexandro, propter expugnationem, multis in brevi freto aggeribus comportatis, terra continens facta, pridem à Nabuchodonoſor expugnata, & partim captivata, & poſteà ab Alexandro penitùs deſtructa vſque ad Solum, & dirupta. Sed iuxtà Prophetas, poſt* 70. *annos reædificata, & in antiquum ſtatum reſtituta, noſtris modò temporibus, in fine Mundi, à Xpiſtianis terrâ, mariq; obſeſſa capitur, & Xpiſti imperio ſubjugatur. Hæc ex Appendice ad Sigebertum.*

¶ Anno XVII. Ludovici Regis, Henrico Imperatore mortuo, * Lotharius, Dux Saxonum, vir ſapiens, & induſtrius, & Eccleſiaſtico Iuri devotus, præpotens divitijs, & victorijs glorioſus, omnium aſſenſu eligitur & conſecratur; *Rex Germanorum; anno* 1125. *die* 30. *Auguſti, toto ferè trimeſtri exacto ab obitu Henrici V. qui ſine ſtirpe virili morbo dracunculi, Vltrajecti deceſſiſſe legitur, poſtquam, reſipiſcens denique Henricus, in VVormacienſi Conventu, Tabulas cuſſaſſet ſcriptas, iurejurando vtrinque firmatas, quibus ipſe inſtituendorum Epiſcoporum & Abbatum, ius, in perpetuum, in manus Legati Apoſtolicæ Sedis dimiſiſſet, atque in communionem, & Eccleſiæ fidem receptus fuiſſet. Lege Sigonium, qui haſce Tabulas profert ad annum Ieſu Chriſti* 1122.

Anno Chriſti 1127.

Anno XIX. Ludovici Regis Francorum, ſolutus Satanas, terras perambulat. Flandria & Burgundia longo terraru n ſitu disjunctæ, conjurant in apoſtoſiam proditoris Iudæ. Quidam proditores Flandrenſes, timentes damnari pro ſuo ſcelere, Dominum ſuum, Karolum [a] Comitem, Burgis iugulant in Eccleſiâ Sancti Donatiani, antè altare B. Virginis Pſalmos canentem, & eleemoſynam dantem [*] [c]. Vnus atque idem Satanas, vno atq; eodē die,

a Carolus Cognomēto Bonus 6. Calendas Martij mactatur. Ao: Tilius.

* c Vide rem diffuſius deſcriptam ad annū 1126. ap. Ferreol: locritiū in Mariā Auguſtā lib. 2: p. 125.

 ſimile

simile nefas præsumit in Burgundiâ: Et, damnati quidam, dum diffidunt suæ saluti, vtpote rei Majestatis, Dominum suum VVillelmum, Comitem Sedunensium gladijs confodiunt, in quâdam Ecclesiâ ante altare orantem. Actum secundâ hebdomadâ Quadragesimæ, feriâ tertiâ.[b]. Homicidæ hac illâcque diffugientes, diversis modis, & digno satis sibi fine perierunt, per industriam Ludovici Regis Francorum

b Hanc cædem Caroli Comitis prolixè narrant Marchântius, & R. P Petrus Lancelius Presbyter Societatis Iesu, in eius Vita.

¶ Comitatus Flandrensium, à Ludovico Rege Francorum datur VVillelmo, filio Roberti Comitis * Northmaniæ natu maximi, Fratris Henrici Regis Anglorum.

* Ducis, scripsère, Marchântius, in Guillelmo, & Polydorus, in Henrico primo.

¶ Hunc Robertum, olim à Hierosolymis redeuntem, eò quòd præstitam sibi pecuniam redhibere nequibat, idem frater, Henricus, Rex Anglorum, Northmaniâ expulerat, & eam sibi subjugaverat, fratremque in Angliâ, in custodiam liberam redegerat.

¶ Ortâ seditione, & dissidio inter VVillelmum Comitem, & Flandrenses, adnitentibus Equitio & Daniele, Majoribus Flandriæ, accersitur Theodericus, filius Theoderici Ducis Alsatiæ, Nepos Roberti Co̅mitis Flandriæ ex sorore Gertrude. Sed, dum Godefridus Dux Lovaniensis, Guillelmo Comiti præfato auxiliaretur, congressio facta est vtriusque exercitus, ante Castellum, quod dicitur, Aloſt. Ibi, VVillelmus Comes, quemdam militum aggrediens monomachiâ, in dextro brachio lanceatur; & subrepente dracunculo, quinto die moritur. Comitatus autem Flandrensium Theoderico datur à Rege Francorum Ludovico, quia cognatus eius erat ex Matertera Gertrude.

☞ †

☞ ¶ In Flandriâ, multi fluvij sanguinei facti sunt; & fossata similiter.

Anno Christi 1129.

Anno XXI. Ludovici Regis, in die Pasche, consecrari fecit Rex, Ludovicus VI. cognomento Grossus, Philippum filium, Rhemis, in Regem post se, in præsentiâ omnium *Episcoporum, & Optimatum Regni sui, Lutetiæ Parisiorum 5. Octobris, anno Christi 1131. Superstite Patre, casu extinctus est.*

¶ Eodem anno, plaga ignis divini, Carnutum, Parisios, Suessionem, Cameracum, Attrebatum, Tornacum, & alia infra loca mirabiliter pervadit; Sed, mirabiliùs per Sanctam Dei Genitricem Mariam extinguitur: Iuvenes etenim, senes cum junioribus, virgines etiam teneræ in pedibus, in manibus, in mamillis, &, (quòd gravius est,) in genis exuruntur: & celeriter extinguitur

†

ignis

*ignis. *Anno* 1128. *apud Sigebertum Gemblacensem.*

* *Catiri Godd: MSS. legunt, extinguitur.*

¶ *De hoc igne, quem quidam sacrum, alij ardentem, dixêre, sic Hagiologicus liber Membraneus Ecclesiæ Marcianensis MS. Capite XXIX.*

QVO ETIAM TEMPORE, pestis, quæ vulgò Ignis infernalis dicitur, hominum genus vexare cœpit. Non Vrbs, non castellum, non denique Villula inveniri poterat, quæ non hâc peste se quereretur infestari. Nullus erat condolendi modus, cùm iam dolentium non esset numerus. Multi potentes, & qui erant de infimis parentibus, Suessiones & Tornacum, proüt locis propinquioribus degebant, ad dulcem DEI GENITRICIS memoriam in vectatorijs ferebantur. Vbi, alij membra sua semi-vsta, alij, vri iam incipientia, vocibus lachrymosis plangebant, omnes, nè quid adhuc eis deterius contingeret, pertimescentes. Timebant enim, nè flagelli huius horrenda pernicies, statim, vsquè ad vitalia irrumperet; &, hic, vnâ horâ pariter carerent, & flagello. Sed, misericordiæ Mater supplices suos exaudiens, neminem non curatum remisit ad propria.

¶ *IS ETIAM, qui potis erat verbo vno simul omnes de flagello liberare, per Beatæ RICTRVDIS merita eximia voluit mederi flagellatis. Vndè, quorundam mentibus inspiravit, vt ad eius Monasterium Marcianas se deferri facerent; vbi, sinè dubio, meritum fidei, sanitatum gratiam invenirent. Delati igitur Marcianas, invicoto nomine ipsius, S. Rictrudis, sani reversi sunt; & DOMINVS, in Famula sua S. Rictrudis meritis glorificatus est.*

¶ *Audierunt hoc multa gentes, &, quæ propter locorum distantiam, nunquàm mutuo fruebantur aspectu. Fama etenim velox, divinæ virtutis nuncia, plures sub vno momento per provincias discurrebat. Hortabatur ipsa malè habentes, ad audita suffragia confugere, multorum linguas vera in præconia solvens. Nulla itaque hominum conditio, non sexus, non ætas, plagam hanc DOMINI declinare prævalens, Marcianas confluere cœpit, & in iejunijs, & devotis clamoribus Beatæ RICTRVDIS auxilium præstolabatur.*

¶ Videres *cuncta ostia Monasterij patere; exeuntium tamen, & ingredientium cuneos se graviter comprimentes. Pro curandis fratres vnanimiter orabant; & eorum pias preces optata sanitas sequebatur. Tunc hymni, & Laudes non deerant: & hos sæpius replicari frequens vrgebat miraculum.*

¶ Denique, *nullus postulatâ salute fraudatus est; & nemo inventus est, qui, DEO, & Beatæ RICTRVDI, pro adeptis beneficijs existeret ingratus. Hæc, Codex vetus Ecclesiæ Marcianensis Hagiographicus, qui*

sanè videtur eiusdem existere Autoris Andreæ Marcianensis, proüt suo loco, & stato tempore dicetur; tametsi, qui sequitur eius stilus historicus, ab hoc hagiologico differat nitore. Ab alijs enim illum minùs tersum se fatetur ipse ingenuè mutuâsse; ad quorum ductum, in eum quem rursus subteximus nunc modum, religiosè se applicet Silvius hic idem noster Marcianensis.

Calistus 2. obijt anno 1124 Idib' Xbris.

Balduinus Rex Hierusalem moritur: 12. *Augusti, anno* 1131. Kalixto PaPâ defuncto; Honorio quoque successore eius de medio facto, anno 1130. Romanæ Ecclesiæ pax interpolatur, altercantibus duobus seditiosis de Sede Apostolicâ; quodã scilicet Gregorio, & altero, Petro Leonis, genere Romano, monacho Cluniacẽsi. Gregori' privilegiũ electionis ab Honorio PaPâ adhuc vivẽte, cõsensu quorumdã Cardinaliũ sibi vsurpat. Petrus, altitudine sanguinis glorians, domum Crescentis invadit, cędibus hominũ, rapinis, incẽdijs grassatur. Gregorius veritus potentiam Petri, profugus à Sancto Paulo, in Spoleto, emerso mari, tandem apud Sanctum Ægidium appulit.

Petrus, filius Leönis, Papali nomine se vocat Anacletum. Gregorius autem, se appellat Innocentium.

¶ *Fuit quidem, anno Redemtoris 1130. exortum in Ecclesiâ Romanâ Schisma ingentis periculi plenissimum, vti & laboris. Caterùm, quo die vitâ functus est Honorius Secũdus, 16. Cal. Martij in Monasterio S. Andreæ, Romæ: Anno 1130. Innocentius, hoc nomine Secundus, Põtifex, legitimusq́; Successor Honorij 2. conclamatus est, patriâ Romanus, genere nobilis, monachus olim professione, Gregorius anteà dictus: Cardinalibus duntaxat trib' adhærẽtibus Anacleto, quẽ Sanctus Bernardus liberè nominat hominẽ peccati, qui, super canonicè electũ à Catholicis Catholicum; locum Sanctũ invaserit armis, igne, pecuniâ; non autẽ vitæ, vel virtutum merito, ad eum pervenerit: quam enim ille suorũ iactitaret iuratorum, non esse electionem, sed meram factionem, vmbram, occasionem, & certũ velamen malitiæ. Videantur hæc, & alia adversùs Pseudo-pontificem hunc à S. Bernardo ad Episcopos Aquitaniæ scripta. Epistolâ 122. Sed & idem Clarevallensis Abbas, Sanctissimus Bernardus, eumdem Anacletum Leonis Romani potentissimi filium, vocat Antichristum Epistolâ 224. quâ impudentissimè, Antichristiani Novatores abutuntur. Sileo cætera; quæ prolixè legi possint apud Baronium, ad annum 1130. R. P. Laur: Surium, 6. Iunij. Bona-Vallis Abbam Bernardum, In Vitâ S. Bernardi lib. 2. cap. 1. Sigonium; & P. Æmilium, In Ludovico VII. filio Ludovici Sexti, Crassi, Francorum Regis.*

De

De Institutione Domni Petri Abbatis, Ex *VVillelmi Abbatis Andernensis Chronico.*

¶ POST diutinam vacationem huius Loci, *Sup. Andernensis*, electus est hic in Abbatem, Petrus, cognomento Charbonellus, corpore decorus, sanguine generosus, natione Pictaviensis, professione Karrofensis. *Ista, ex VVillelmo Andernensi Abba. At, quæ subijciuntur, sunt Andreæ Marcianensis.*

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo primo, Innocentius *Secundus* PaPa, in Franciam venit, * anno vigesimo tertio. Ludovici Sexti Regis Francorum, post Festum Sancti Lucæ Evangelistæ, & Remis consilium habuit, * cum Episcopis, & Abbatibus trecentis, mediante ipso Francorum Rege Ludovico Sexto, cum filio suo, qui secundus erat natu, & æquivocus: * Nam, Philippus, primus natu, anteà coronatus, antè hos dies Parisios venerat, &, (vt fertur,) à Dæmone ludificatus in specie porci, dum hàc, & illàc equum girat, subitò corruit exanimis. * Vndè Pater valdè mœstus, Remos adveniens, Ludovicum secundum natu filium, secum adduxit, & à PaPâ inungi, & benedici, & coronari in Regem fecit: 25. *Octobris Ex P. Æmilio. Ibi etiam statutum, ne plures quam 12. Pares essent Franciæ, quidam opinantur.*

* Hortatore S. Bernardo.
* 14. Cal. Xbris. anno 1131. Ibi Anacletus de integro condem natur.
* Ludovicus Septimus, Iunior & Lenis dictus.
* Idibus Octobris, in Suburbijs Lutetiæ anno 1131. Ex Iotilio.

De Sancto Bernardo Abbate Clarevallensi, Prosecutio.

CAPITIS V.

DOmnus Bernardus Abbas Clarevallensis, quasi stella matutina Monachicum Ordinem illustrat; & sanctitate, doctrinâ, miraculis etiam claret in Galliâ. Cuius vita in tantum excellit, vt parvum sit omne quod in eius laudem dictum, vel scriptum fuerit. Eius labore, fervore, & solertiâ, rabies Leönina, per Petrũ filiũ Leonis, * in Romana Ecclesiâ, per octennium excitata, ipsius instantiâ est

* Romani potentissimi.

ſanè videtur eiuſdem exiſtere Autoris Andreæ Marcianenſis, proüt ſuo loco, & ſtato tempore dicetur; tametſi, qui ſequitur eius ſtilus hiſtoricus, ab hoc hagïologico differat nitore. Ab alÿs enim illum minùs terſum ſe fatetur ipſe ingenuè mutuâſſe; ad quorum ductum, in eum quem rurſus ſubteximus nunc modum, religiosè ſe applicet Silvius hic idem noſter Marcianenſis.

Caliſtus 2. obijt anno 1124 Idi b' Xbris.

Balduinus Rex Hieruſalem moritur: 12. *Auguſti, anno* 1131. Kalixto PaPâ defunćto; Honorio quoque ſucceſſore eius de medio facto, anno 1130. Romanæ Eccleſiæ pax interpolatur, altercantibus duobus ſeditioſis de Sede Apoſtolicâ; quodã ſcilicet Gregorio, & altero, Petro Leonis, genere Romano, monacho Cluniaceñ. Gregori' privilegiũ electionis ab Honorio PaPâ adhuc vivẽte, cõſenſu quorumdã Cardinâliũ ſibi vſurpat. Petrus, altitudine ſanguinis glorians, domum Creſcentis invadit, cędibus hominũ, rapinis, incẽdijs graſſatur. Gregorius veritus potentiam Petri, profugus à Sancto Paulo, in Spoleto, emerſo mari, tandem apud Sanctum Ægidium appulit.

Petrus, filius Leönis, Papali nomine ſe vocat Anacletum. Gregorius autem, ſe appellat Innocentium.

¶ *Fuit quidem, anno Redemtoris 1130. exortum in Eccleſiâ Romanâ Schiſma ingentis periculi pleniſſimum, vti & laboris. Cæterùm, quo die vitâ functus eſt Honorius Secũdus, 16. Cal. Martÿ in Monaſterio S. Andreæ, Romæ: Anno 1130. Innocentius, hoc nomine Secundus, Põtifex, legitimusq; Succeſſor Honorÿ 2. conclamatus eſt, patriâ Romanus, genere nobilis, monachus olim profeſſione, Gregorius anteà dictus: Cardinalibus duntaxat trib' adhærẽtibus Anacleto, quẽ Sanctus Bernardus liberè nominat hominẽ peccati, qui, ſuper canonicè electũ à Catholicis Catholicum; locum Sanctũ invaſerit armis, igne, pecuniâ; non autẽ vitæ, vel virtutum merito, ad eum pervenerit: quam enim ille ſuorũ iactitaret iuratorum, non eſſe electionem, ſed meram factionem, vmbram, occaſionem, & certũ velamen malitiæ. Videantur hæc, & alia adversùs Pſeudo-pontificem hunc à S. Bernardo ad Epiſcopos Aquitaniæ ſcripta. Epiſtolâ 122. Sed & idem Clarevallenſis Abbas, Sanctiſſimus Bernardus, eumdem Anacletum Leonis Romani potentiſſimi filium, vocat Antichriſtum Epiſtolâ 224. quâ impudentiſſimè, Antichriſtiani Novatores abutuntur. Sileo cætera; quæ prolixè legi poſſint apud Baronium, ad annum 1130. R. P. Laur: Surium, 6. Iunÿ. Bona-Vallis Abbam Bernardum; In Vitâ S. Bernardi lib. 2. cap. 1. Sigonium; & P. Æmilium, In Ludovico VII. filio Ludovici Sexti, Craſſi, Francorum Regis.*

De

De Institutione Domni Petri Abbatis, Ex *VVillelmi Abbatis Andernensis Chronico.*

¶ POST diutinam vacationem huius Loci, *Sup. Andernensis*, electus est hîc in Abbatem, Petrus, cognomento Charbonellus, corpore decorus, sanguine generosus, natione Pictaviensis, professione Karrofensis. *Ista, ex VVillelmo Andernensi Abba. At, quæ subijciuntur, sunt Andreæ Marcianensis.*

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo primo, Innocentius *Secundus* PaPa, in Franciam venit, * anno vigesimo tertio. Ludovici Sexti Regis Francorum, post Festum Sancti Lucæ Evangelistæ, & Remis consilium habuit, * cum Episcopis, & Abbatibus trecentis, mediante ipso Francorum Rege Ludovico Sexto, cum filio suo, qui secundus erat natu, & æquivocus: * Nam, Philippus, primus natu, anteà coronatus, antè hos dies Parisios venerat, &, (vt fertur,) à Dæmone ludificatus in specie porci, dum hâc, & illâc equum girat, subitò corruit exanimis. * Vndè Pater valdè mœstus, Remos adveniens, Ludovicum secundum natu filium, secum adduxit, & à PaPâ inungi, & benedici, & coronari in Regem fecit: 25. *Octobris Ex P. Æmilio. Ibi etiam statutum, ne plures quam 12. Pares essent Franciæ, quidam opinantur.*

* Hortatore S. Bernardo.

* 14. Cal. Xbris. anno 1131. Ibi Anacletus de integro condem natur.

* Ludovicus Septimus, Iunior & Lenis dictus.

* Idibus Octobris, in Suburbijs Lutetiæ anno 1131. Ex Io. Tilio.

De Sancto Bernardo Abbate Clarevallensi, Prosecutio.

CAPITIS V.

DOmnus Bernardus Abbas Clarevallensis, quasi stella matutina Monachicum Ordinem illustrat; & sanctitate, doctrinâ, miraculis etiam claret in Galliâ. Cuius vita in tantum excellit, vt parvum sit omne quod in eius laudem dictum, vel scriptum fuerit. Eius labore, fervore, & solertiâ, rabies Leönina, per Petrũ filiũ Leonis, * in Romana Ecclesiâ, per octennium excitata, ipsius instantiâ est

* Romani potentissimi.

est sedata. *Eius labores pro Ecclesiâ, & vnione refert Baronius, anno 1135.*

¶ Theobaldus Comes Blesensis, siue Carnotensis, qui fuit Pater [a] VVillelmi, modò, [b] Archiepiscopi Remensis, præ cunctis Principibus Galliæ, magno pondere iustitiæ eminet in Franciâ, Religiosis, Monachis, & Clericis pius ac familiaris; Ecclesiæ defensor; mœrentium consolator; in commercijs negotiatorum cautus & discretus; in reis, & à recto deviantibus vltor, & vindex.

[a] ☞ [b] NOTA ætatem Scriptoris huius Synopseos.

¶. [a]. OBSERVATIO *Ad Verba*, PATER VVILLELMI, modò, [b]. Archiepiscopi Remensis, &c.

VVILLELMVS, *VVillermus, seu Guillelmus hic, Ad albas manus dictus, filius exstitit Theobaldi Magni, septimi Comitis Campaniæ, & Carnotensis, qui, exortâ dissensione inter Ludouicum Septimum, Galliæ Regem, & Innocentium 2. Pontificem Romanum, ob datum Ecclesiæ Bituricensi à Papâ Episcopum Petrum-----Regi author dissidij visus est: idemque de S. Bernardo Clarevallensi suspicatus est Rex Ludovicus 7. Lege Bernardi eâ de re Epistolas 217. & 218. P. Æmilium, & Appendicem ad Sigebertum; ex quibus perspicias, vel tantâ etiam acceptâ, & innocenter, fortiterque perpessâ contumeliâ, Virum sanctum non cessâsse Bernardum, turbatis in fluctuante Galliâ succurere rebus. Immò etiã maximos post exantlatos labores, effecisse, vt inter Pontificẽ Max: Regem Ludovicũ Iuniorem, & Theobaldum Magnum, Comitem Campanum, & Carnotensem, compositâ pace, iam nominatus à Pontifice Innocentio 2. Episcopus Bituricensis Petrus---pacificus maneret, anno Christi (vt videtur,) 1143. Innocentij 2. huius nominis Pontif: Maximi 14. & postremo.*

VVillelmus *etiam hic*, Ad albas manus, *cognominatus, Philippi Regis Augusti Avunculus fuit; quem & ipsemet in Regem solenni ritu consecravit. Is igitur est, qui primùm creatus Carnotensis Episcopus, annis duobus illam tenuit Sedem. Exindè verò Senonensis Archiepiscopus effectus, & S. Sabinæ Cardinalis, in Galliàque Legatus Alexandri Tertij Summi Pontif: demum ad Archiepiscopatum Remensem evocatus est anno Salutis* 1176; *atque post-ea, Calendis Novẽbris anno* 1179. *cùm, iuxtà nonnullorum sententiam Scriptorum firmata fuisset Remensis Ecclesiæ præ-*

prarogativa; vt tantùm ibi locorum Rex coronaretur; Ludovicus Septimus Cognomento Lenis, filium Philippum, (qui ſubindè Auguſtus audijt,) Remis, per Illuſtriſſimum hunc Archipræſulem VVillelmum, maximo Procerum conventu: (cui & Rex Anglus Henricus Iunior, idemque Normanniæ Dux, & Franciæ Beneficiarius interfuit) coronandum curavit.

Cùm itaque Andreana Synopſis, hæc paullò ſuperiùs profert verba: Pater VVillelmi, modò Archiepiſcopi Remenſis, &c: *Per temporis illud adverbiam dictiunculam,* Modò, *perſpicuè ſatis indicat, quonam vixerit tempore hic Autor noſter, & quo circiter ſuam idem, ex Sigeberto, Adone, Gregorio Turonenſi, alijſque, lento exceptam calamo epitomen condiderit anno: nempe circiter annum Redemptoris, 1176. quo, Henrico Magno, Philippi Regis filio, & fratri Ludovici 7. Franc. Regis vitâ functo, Theobaldi Campani filius VVillelmus, Archiepiſcopus Remenſis quinquageſimus primus fuiſſe ſciatur ſubſtitutus; Vir, pietate, doctrinâ, multoque rerum arduarum vſu præclarus, &, quâ erat ſummâ modeſtiâ, ſuis omnibus pergratus. Iſtiuſmodi, namque adverbio,* Modò, *(vt minùs, ab eo conjectans, dixerim;) hunc circiter annum ſibi veteres ſchedas colligenti Chronologo ipſe conſignat; quo, ſexaginta ſex (prout conijcio,) tunc annos natus erat, qui, me triennio minorem natu, in Opuſculo ſuo Chronographico elucubrando ſit nunc tandem deſudaturum nactus. Sic igitur, auritus iam, & ſcriptionis ſuæ deniquè teſtis oculatus, venerabiliſque Senex, Andreas noſter, cœptum proſequatur opus.*

¶ In Civitate Tornaco, natus eſt agnus vnius corporis, duûm capitum, quatuor aurium, quatuor oculorum, octo pedum. †

¶ In Villâ quę dicitur Brania, *vulgò Braines*, Menſe Aprili, natus eſt infantulus, carens collo, & capite; ocellos habens in ſpatulis.

Anno XXVIII. Ludovici Regis Francorum, Cœnobium Sancti VEDASTI Attrebatenſis concrematur cum Clauſtro & Officinis, & magnâ Oppidi parte. Nec meminit aliquis, noſtrâ ætate, tot VVillas, ſeu Civitates, tot Caſtra. Oppida, vel municipia concremata fortuito igne, quot in huius anni ſpatio combuſta eſſe referuntur. Eodem anno, Rex Anglorum Henricus obijt. * Vir pauperibus, & Eccleſijs DEI multæ benignitatis, ac per hoc multæ liberalitatis. *Normanorum Regum vltimus exſtitit. Stephanus, homo Gallus, Comes Bononienſis, Regnum occupavit: Vnde bella emerſêre diuturna, Vide, cum Rogerio & Polydoro, P. Æmilium in Ludovico Iuniore, & Malmesberienſem. In Novellâ, lib. 1.*

* Anno 1135. ineunte Octobri.

Obijt

Obijt quoque * eodem anno Ludovicus Senior, Rex Francorum, qui hos habuit filios, Philippum, & Ludovicum Iuvenem, qui cum Patre regnavit annis quinque, & mensibus novem: post Patrem, annis XLV: Henricum, Archiepiscopum Remensem; Robertum, Comitem Perticensem; * Petrum De Cortenay, strenuum militem. Habuit & filiam Constantiam, quæ primò desponsata est Eustachio Comiti Boloniensi: filio Stephani Regis Anglorum secundò, Raïmundo Comiti Tholosano. Regnavit autem in Franciâ annis XXIX. * Pontifices Romani, qui eo regnante præfuerunt Ecclesiæ, Paschalis 2. Gelasius 2. Calixtus. 2. Honorius 2. Innocentius 2.

Imperatores Romani, Henricus Quintus, Lotharius Secundus.

Orientis, seu Constantinopolitani; Alexius I. Comnenus, Isacy Comneni filius; Calojoannes, AlexI Filius; alias, Ioannes Comnenus nuncupatus.

* Vel, 1137. Calendis Augusti Parisijs.

* Vulgo, du Perche.

* P. Æmilius numerat 30 Cętetera Exēpl MSS. 28. sed corrupta sunt.

* Al. Calistus.

De Ordine Præmonstratensi, *Prosecutio*

CAPITIS V.

LVdovici quoque tempore, floruit Domnus Norbertus, Archiepiscopus Civitatis Parthenopolytanæ * quæ alio nomine Magadaburch dicitur. A quo, Ordo Pręmonstrati sumpsit initium, Anno Domini CIↃ. C. XXII.

* Partenopoli, ep. alia Exēplariā MSS: depravata.

¶ * *Opidum Magdeburgum, in Ducatu Clivensi est situm, ad Rhenum fluvium: sicque nuncupatum, abs ibi conditis à S. Helenâ, Matre Constant: Mag: Sanctis Martyribus Victore, & 330. alijs, iussu Imp: Maximiani, locis istis, sub annum 298. laureatis.*

*Instituti Ordinis Præmonstratensis, ab amictu, quem gestaret candido, per Angelum præmonstrato, nuncupati, refert initia R. P. Io: Azorius * ad annum 1116.*

* Azor: Institutionum suarum morāliū l. p. 22. cap. 11.

¶ *Ordo (inquiens) Præmonstratensis, sub regulâ S. Augustini, anno millesimo centesimo decimo sexto initium habuit, à Norberto Viro nobili, Lotharingo; secundùm aliquos, Paschalis 2; secundùm alios, Innocenty auctoritate approbatus.*

At verò, quia cum nostro Silvio, adversùs Azory calculum superiorem contertent, qui subnectuntur permultis à retro sæculis decantati versus Echoïni sunto.

Anno milleno, centeno, bis quoque deno,
In Præmonstrato fundatur candidus Ordo.

Habet, (vt cætera insignia sileam,) hic Angelicus Ordo, quod, cum Marcianensibus Cœnobitis arctam olim iniverit societatem, DE CASA DEI, seu, Viconiense, DEI-PARÆ VIRGINI, ab Alviso *Atrebatium Antistite cum Templo adscriptum Monasterium* * *adeò eleganti apparatu constructum, vt planè Divis dignum censeatur, sive speciem ædificij propiùs circumspexeris; sivè (quod longè præcellat) candidum pectus, sincerumque inibi degentium Ascetarum sodalitium probè spectàris. De quibus alibi fusè dicendum. Ad institutum igitur nostrum, pedem referamus.*

* Anno 1139.

DE REGNO LVDOVICI, PIISSIMI Regis, filij Ludovici Grossi.

CAPVT SEXTVM*

ANNO Domini CIↃ. C. XXXVIII. * Lotharij autem II. Imperatoris anno VI. * Innocentij verò PaPæ IX. regnavit Ludovicus Iunior, Filius Ludovici, in Francia. Quadraginta tribus *annis post Patrem regnavit. Hic duxit Vxorem Alienordem,*ᵃ Filiam *hæredem* VVillelmi Ducis Aquitaniç, de quâ genuit duas filias, quarum prior nupsit Henrico Comiti Trecensi, posterior, Theobaldo Carnotensi Comiti.

Henrico Rege Anglorum (vt prædiximus,) mortuo, tunc successit ei in Regno Stephanus nepos eius, frater Theobaldi Comitis Blesensis; attamen non fuit iustus successor; sed invasor. Nam, hęres iustus, erat Henricus puer, filius Gaufridi Comitis Andegavorum, quem genuerat ex Imperatrice, * filiâ Henrici Regis Anglo-glorum. Hic, Stephano *ᵇ mortuo, successit in Regno.

Anno secundo Ludovici Regis, Lothario Imperatore mortuo, succeßit ei Conradus, Vir Regij generis. Erat quippe ex Sorore nepos Hērici quinti Regis, quarti Imperatoris huius nominis: *& Franconiæ Dux. Vide Aventinum & Othonem Frisingensem ad annum 1139.*

* VIII. ap Monteliẽ: & Andernense Exempp. MSS.
* XXXV apud cæteros Codd: MSS.
* XL.
* VII. ap. Cæteros Codd: MSS.
* 45. annis ap. alia Exēplaria deprauata lego.
* a Aanordem. corruptè apud alia Exempp. Leonoram, ap.

Rrrrr   *tametsi*

Tiliam: Elionoram, *ap alios non-nullos Autores*. * Mathilde *ᵇ Stephanus, defuncti Guilielmi Rufi ex filiâ Athelâ, seu Adelâ nepos fuit.

tametsi errore lapsus malè id actum referat ad annum 1138. *Sigonius.*

Ex Chronico Andrensi, ab Abbate VVilelmo conscripti.

¶ PEccatis prędecessorum nostrorum in hoc Andrensi Cænobio degentium exigentibus, Ecclesia pręsens, occulto Dei iudicio, & semper iusto fulgurata est,& cum omnibus appēdicijs suis penitùs concremata. Siquidem, sicut ab illis audivimus qui hęc viderunt, & audierunt, & vsquè ad nostra tempora duraverunt, hostis humani generis in specie vrsi super Ecclesiam visus est circumquaque discurrere; Turrim, laterculis ligneis coopertam ascendere; & conflagrantes laterculas super cuncta ædificia proijcere. Apparent adhuc per omnes ferè dormitorij macerias ruinosas,& scabrosas,eiusdem incendij vestigia; quia, postmòdum cætera ędificia, per gratiam Dei, sunt in meliùs reformata.

Combusta est etiam in ipso incendio Domus infirmorum, lignea, speciosa, & sumptuosa, à nobili viro Radulpho de Dovera, Domini Manassis Comitis commilitone, & amico speciali composita, eâ quidem intentione, quod, cum eodem Comite decreverat in sancto proposito, vitæ residuum ducere, & in eàdem domo decedere. Et hic quidem Radulphus, in omnibus scriptis nostris antiquis, testis introducitur. Vndè, inter ipsum, & Comitem memoratum, perfecta amicitia, fidelis,& assidua comprobatur.

Ab hoc ergo tempore, ipso Radulpho, (sicut dicitur,) procurante, Conventus Ecclesiæ Christi Cantuariensis, intuitu compassionis, & religionis, &,ad favorem paupertatis Andrensis, viginti quatuor paria * pellicearum, frocorum, & cucullarum, cum cæteris lectorum vestibus,quę de sua superabundantià eis superfuerant, totidē monachis hic degētibus transmitere consueverant. * a. Et hęc quidem, licèt vetusta, nostri prædecessores, in paupertate Christo servientes, non reijciebant: sed toto tempore Domni Petri Abbatis, & sui Successoris, cum gratiarum actione recipiebant.

* Nota 24 paria. &c.

* a Etob servaquot essent numero Monachi, in Andrēsi monasterio degentes, anno 1138.

Dum igitur huic loco incendium dominaretur; dum,quibusdam ornamentis Ecclesiasticis, libris, & chartis ab accolis asportatis,& in loco tuto repositis, quæque finitima & vicina depopularetur, quibusdam libris, & sacris vestibus incendio consumptis,quædam Chartę nostrę sunt incendio conflagratę, quarum tenorem istum fuisse cognovimus: pro eo quod, earum rescriptum in nostris Archivis, cum aliarum Kartarum rescriptis more solito habuimus.

Prima fuit Karoli Comitis Flandrensis, sic incipiens.

Karta

Karta Domini Karoli, Comitis Flandrensis.

Ad honorem Summi Salvatoris.

QVicunque rebus Ecclesiasticis, Servorumque DEI commodis robur continuæ stabilitatis, & munimen administrat, perpetuę tranquillitatis, hîc nimirum Domum DEI in præsenti ædificat, &, in futuro, Regnum sibi ęternum præparat. Idcircò, Ego Karolus DEI miseratione Flandrensium Comes, sic cupiens transire per bona temporalia, vt non amittam æterna; ad consultum salutis nostrę, Ecclesiæ Sancti Salvatoris, ab honorabili Gisnensium Comite Balduino, eiusque Conjuge Athelà, * in loco ANDERNES dicto, ad vtilitatem Monachorum ędificatę, nostrę Tuitionis munimentum adhibemus; & vniversa, quæ tam à supradicto Comite, quàm à Successore eius Manasse, seu eorum Baronibus, seu quibuslibet personis fidelibus vbilibet liberali munificentià eidem Loco data, vel danda sunt, vnà cum Vxore meà, absque qualibet inquietudine libera, & integra perpetuò eiusdem Cænobij Monachis possidenda concedimus. Terras videlicet Comitatus, Decimas, Silvas, aquas, molendina, prædia, Vavasores, servos, & ancillas, cæteraque omnia, quæ ei breviter subjecta sunt. Terram de Antingahem cum hospitibus, liberam, & Comitatum, & boscum. Terram in Villà Bissingahem. *Et cætera quæ ex ipso Chronico à curiosis petenda presso pede perstringimus, & praeunte VVillelmo Abbate vlterius progredimur.*

* Seu Adela.

Post huius loci miserabilem conflagrationem, Comite Manasse operam dante; Domno Petro Abbate multipliciter instante; Optimatum terrę nobilitate opes in operam fideliter administrante, exusta ædificia partim sunt cooperta, partim renovata, partim de novo composita. Venerabilis quoque Morinensis Episcopus Ioannes, huius loci condolens desolationi, qui locum semper dilexerat, promoverat, & scriptis authenticis, vt in melius proficeret, roboràverat, Ecclesiam de Bokerdes huic loco liberaliter delegavit, & ipsam cum decimà ad eam spectante, Fratrum refectioni deputavit, à pluribus audiens, & pro certo cognoscens quod in fame & siti, in frigore & nuditate Deo servirent; & sperans quòd sui in perpetuum memoriam haberent. Qui brevi postea tempore supervivens, & in spe sanctâ decedens, successorem habuit piæ memoriæ Milonem Præmonstratensis Ordinis præcipuum informatorem, Sancti Iudoci de Nemore aliquando Abbatem; Deo acceptabilem; tam Clero, quàm populo, pro meritis honorabilem.

Hic igitur in primordio suę promotionis, suam Diœcesin paternà solicitudine visitans, more Beati Martini, cum illo suo frequentissimo, sanctissimoque Comitatu, non tamen sumptuoso, Locum istum suà visitatione perlustrans; ad instantiam Domni Petri Abbatis, præsentibus Sancto Bernardo Clarevallensi, & VValeranno Vrsi-campi, & Hugone

simile nefas præsumit in Burgundiâ: Et, damnati quidam, dum diffidunt suæ saluti, vtpote rei Majestatis, Dominum suum VVillelmum, Comitem Sedunensium gladijs confodiunt, in quâdam Ecclesiâ ante altare orantem. Actum secundâ hebdomadâ Quadragesimæ, feriâ tertiâ.[b] Homicidæ hac illâcque diffugientes, diversis modis, & digno satis sibi fine perierunt, per industriam Ludovici Regis Francorum

¶ Comitatus Flandrensium, à Ludovico Rege Francorum datur VVillelmo, filio Roberti Comitis * Northmaniæ natu maximi, Fratris Henrici Regis Anglorum.

¶ Hunc Robertum, olim à Hierosolymis redeuntem, eò quòd præstitam sibi pecuniam redhibere nequibat, idem frater, Henricus, Rex Anglorum, Northmaniâ expulerat, & eam sibi subjugaverat, fratremque in Angliâ, in custodiam liberam redegerat.

¶ Ortâ seditione, & dissidio inter VVillelmum Comitem, & Flandrenses, adnitentibus Equitio & Daniele, Majoribus Flandriæ, accersitur Theodericus, filius Theoderici Ducis Alsatiæ, Nepos Roberti Comitis Flandriæ ex sorore Gertrude. Sed, dum Godefridus Dux Lovaniensis, Guillelmo Comiti præfato auxiliaretur, congressio facta est vtriusque exercitus, ante Castellum, quod dicitur, Aloft. Ibi, VVillelmus Comes, quemdam militum aggrediens monomachiâ, in dextro brachio lanceatur; & subrepente dracunculo, quinto die moritur. Comitatus autem Flandrensium Theoderico datur à Rege Francorum Ludovico, quia cognatus eius erat ex Matertera Gertrude.

[b] Hanc cædem Caroli Comitis prolixè narrant Marchātius, & R. P. Petrus Lanselius Presbyter Societatis Iesu, in eius Vita.

* Ducis, scripsêre, Marchātius, in Guillelmo, & Polydorus, in Henrico primo.

☞ †

☞ ¶ In Flandriâ, multi fluvij sanguinei facti sunt; & fossata similiter.

Anno Christi 1129.

Anno XXI. Ludovici Regis, in die Paschæ, consecrari fecit Rex, Ludovicus VI. cognomento Grossus, Philippum filium, Rhemis, in Regem post se, in præsentiâ omnium *Episcoporum, & Optimatum Regni sui, Lutetiæ Parisiorum 5. Octobris, anno Christi 1131. Superstite Patre, casu extinctus est.*

¶ Eodem anno, plaga ignis divini, Carnutum, Parisios, Suessionem, Cameracum, Attrebatum, Tornacum, & alia infra loca mirabiliter pervadit; Sed, mirabiliùs per Sanctam Dei Genitricem Mariam extinguitur: Iuvenes etenim, senes cum junioribus, virgines etiam teneræ in pedibus, in manibus, in mamillis, &, (quòd gravius est,) in genis exuruntur: & celeriter extinguitur

† ignis

*ignis. *Anno* 1128. *apud Sigebertum Gemblacensem.*

¶ *De hoc igne, quem quidam sacrum, alij ardentem, dixère, sic Hagiologicus liber Membraneus Ecclesiæ Marcianensis MS. Capite XXIX.*

QVO ETIAM TEMPORE, pestis, quæ vulgò Ignis infernalis dicitur, hominum genus vexare cœpit. Non Vrbs, non castellum, non denique Villula inveniri poterat, quæ non hàc peste se quereretur infestari. Nullus erat condolendi modus, cùm iam dolentium non esset numerus. Multi potentes, & qui erant de infimis parentibus, Suessiones & Tornacum, proüt locis propinquioribus degebant, ad dulcem DEI GENITRICIS memoriam in vectatorijs ferebantur. Vbi, alij membra sua semi-vsta; alij, vri iam incipientia, vocibus lachrymosis plangebant, omnes, nè quid adhuc eis deterius contingeret, pertimescentes. Timebant enim, nè flagelli huius horrenda pernicies, statim, vsquè ad vitalia irrumperet; &, hic, vnâ horâ pariter carerent, & flagello. Sed, misericordiæ Mater supplices suos exaudiens, neminem non curatum remisit ad propria.

* Cæteri Godd: MSS. legunt, extinguitur.

†

¶ *IS ETIAM, qui potis erat verbo vno simul omnes de flagello liberare, per Beatæ RICTRVDIS merita eximia voluit mederi flagellatis. Vndè, quorundam mentibus inspiravit, vt ad eius Monasterium Marcianas se deferri facerent; vbi, sinè dubio, meritum fidei, sanitatum gratiam invenirent. Delati igitur Marcianas, invicoto nomine ipsius, S. Rictrudis, sani reversi sunt; & DOMINVS, in Famula sua S. Rictrudis meritis glorificatus est.*

¶ *Audierunt hoc multæ gentes, &, quæ propter locorum distantiam, nunquàm mutuo fruebantur aspectu. Fama etenim velox, divinæ virtutis nuncia, plures sub vno momento per provincias discurrebat. Hortabatur ipsa malè habentes, ad audita suffragia confugere, multorum linguas vera in præconia solvens. Nulla itaque hominum conditio, non sexus, non ætas, plagam hanc DOMINI declinare prævalens, Marcianas confluere cœpit, & in iejunijs, & devotis clamoribus Beatæ RICTRVDIS auxilium præstolabatur.*

¶ Videres *cuncta ostia Monasterij patere; exeuntium tamen, & ingredientium cuneos se graviter comprimentes. Pro curandis fratres vnanimiter orabant; & eorum pias preces optata sanitas sequebatur. Tunc hymni, & Laudes non deerant: & hos sæpius replicari frequens vrgebat miraculum.*

¶ Denique, *nullus postulatâ salute fraudatus est; & nemo inventus est, qui, DEO, & Beatæ RICTRVDI, pro adeptis beneficijs existeret ingratus. Hæc, Codex vetus Ecclesiæ Marcianensis Hagiographicus, qui*

ſanè videtur eiuſdem exiſtere Autoris Andreæ Marcianenſis, proüt ſuo loco, & ſtato tempore dicetur; tametſi, qui ſequitur eius ſtilus hiſtoricus, ab hoc hagiologico differat nitore. Ab alijs enim illum minùs terſum ſe fatetur ipſe ingenuè mutuâſſe; ad quorum ductum, in eum quem rurſus ſubteximus nunc modum, religioſè ſe applicet Silvius hic idem noſter Marcianenſis.

Caliſtus 2. obijt anno 1124 Idib' Xbris.

Balduinus Rex Hieruſalem moritur: 12. *Auguſti, anno* 1131. Kalixto PaPâ defûncto; Honorio quoque ſucceſſore eius de medio facto, anno 1130. Romanæ Eccleſiæ pax interpolatur, altercantibus duobus ſeditioſis de Sede Apoſtolicâ; quodã ſcilicet Gregorio, & altero, Petro Leonis, genere Romano, monacho Cluniacẽſi. Gregori' privilegiũ electionis ab Honorio PaPâ adhuc vivẽte, cõſenſu quorumdã Cardinâliũ ſibi vſurpat. Petrus, altitudine ſanguinis glorians, domum Creſcentis invadit, cędibus hominũ, rapinis, incẽdijs graſſatur. Gregorius veritus potentiam Petri, profugus à Sancto Paulo, in Spoleto, emerſo mari, tandem apud Sanctum Ægidium appulit.

Petrus, filius Leönis, Papali nomine ſe vocat Anacletum. Gregorius autem, ſe appellat Innocentium.

¶ *Fuit quidem, anno Redemtoris 1130. exortum in Eccleſiâ Romanâ Schiſma ingentis periculi pleniſſimum, vti & laboris. Cæterùm, quo die vitâ functus eſt Honorius Secũdus, 16. Cal. Martij in Monaſterio S. Andreæ, Romæ: Anno 1130. Innocentius, hoc nomine Secundus, Põtifex, legitimusq́; Succeſſor Honorij 2. conclamatus eſt, patriâ Romanus, genere nobilis, monachus olim profeſſione, Gregorius anteà dictus: Cardinalibus duntaxat trib' adhærẽtibus Anacleto, quẽ Sanctus Bernardus liberè nominat hominẽ peccati, qui, ſuper canonicè electũ à Catholicis Catholicum; locum Sanctũ invaſerit armis, igne, pecuniâ; non autẽ vitæ, vel virtutum merito, ad cum pervenerit: quam enim ille ſuorũ iactitaret iuratorum, non eſſe electionem, ſed meram factionem, vmbram, occaſionem, & certũ velamen malitiæ. Videantur hæc, & alia adversùs Pſeudo-pontificem hunc à S. Bernardo ad Epiſcopos Aquitaniæ ſcripta. Epiſtolâ 122. Sed & idem Clarevallenſis Abbas, Sanctiſſimus Bernardus, eumdem Anacletum Leonis Romani potentiſſimi filium, vocat Antichriſtum Epiſtolâ 224. quâ impudentiſſimè, Antichriſtiani Novatores abutuntur. Sileo cætera; quæ prolixè legi poſſint apud Baronium, ad annum 1130. R. P. Laur: Surium, 6. Iunij. Bona-Vallis Abbam Bernardum, In Vitâ S. Bernardi lib. 2. cap. 1. Sigonium; & P. Æmilium, In Ludovico VII. filio Ludovici Sexti, Craſſi, Francorum Regis.*

De

De Institutione Domni Petri Abbatis, Ex *VVillelmi Abbatis Andernensis Chronico.*

¶ POST diutinam vacationem huius Loci, *Sup. Andernensis*, electus est hîc in Abbatem, Petrus, cognomento Charbonellus, corpore decorus, sanguine generosus, natione Pictaviensis, professione Karrofensis. *Ista, ex VVillelmo Andernensi Abba. At, quæ subijciuntur, sunt Andreæ Marcianensis.*

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo primo, Innocentius *Secundus* PaPa, in Franciam venit,* anno vigesimo tertio. Ludovici Sexti Regis Francorum, post Festum Sancti Lucæ Evangelistæ, & Remis consilium habuit,* cum Episcopis, & Abbatibus trecentis, mediante ipso Francorum Rege Ludovico Sexto, cum filio suo, qui secundus erat natu, & æquivocus:* Nam, Philippus, primus natu, anteà coronatus, antè hos dies Parisios venerat, &, (vt fertur,) à Dæmone ludificatus in specie porci, dum hâc, & illâc equum girat, subitò corruit exanimis. * Vndè Pater valdè mœstus, Remos adveniens, Ludovicum secundum natu filium, secum adduxit, & à PaPâ inungi, & benedici, & coronari in Regem fecit: 25. *Octobris Ex P. Æmilio. Ibi etiam statutum, ne plures quam* 12. *Pares essent Franciæ, quidam opinantur.*

* Hortatore S. Bernardo.
* 14. Cal. Xbris. anno 1131. Ibi Anacletus de integro condemnatur.
* Ludovicus Septimus, Iunior & Lenis dictus.
* Idibus Octobris, in Suburbijs Lutetiæ anno 1131. Ex Io. Tilio.

De Sancto Bernardo Abbate Clarevallensi, Prosecutio.

CAPITIS V.

DOmnus Bernardus Abbas Clarevallensis, quasi stella matutina Monachicum Ordinem illustrat; & sanctitate, doctrinâ, miraculis etiam claret in Galliâ. Cuius vita in tantum excellit, vt parvum sit omne quod in eius laudem dictum, vel scriptum fuerit. Eius labore, fervore, & solertiâ, rabies Leonina, per Petrũ filiũ Leonis,* in Romana Ecclesiâ, per octennium excitata, ipsius instantiâ est

* Romani potĕtissimi.

est sedata. *Eius labores pro Ecclesiâ, & vnione refert Baronius, anno 1135.*

¶ Theobaldus Comes Blesensis, sive Carnotensis, qui fuit Pater [a] VVillelmi, modò, [b] Archiepiscopi Remensis, præ cunctis Principibus Galliæ, magno pondere iustitiæ eminet in Franciâ, Religiosis, Monachis, & Clericis pius ac familiaris; Ecclesiæ defensor; mœrentium consolator; in commercijs negotiatorum cautus & discretus; in reis, & à recto deviantibus vltor, & vindex.

[a] NOTA ætatem Scriptoris huius Synopseos.

¶. [a]. OBSERVATIO *Ad Verba*, PATER VVILLELMI, modò, [b]. Archiepiscopi Remensis, &c.

VVILLELMVS, *VVillermus, seu Guillelmus hic, Ad albas manus dictus, filius exstitit Theobaldi Magni, septimi Comitis Campaniæ, & Carnotensis, qui, exortâ dissensione inter Ludovicum Septimum, Galliæ Regem, & Innocentium 2. Pontificem Romanum, ob datum Ecclesiæ Bituricensi à Papâ Episcopum Petrum-----Regi author dissidij visus est: idemque de S. Bernardo Clarevallensi suspicatus est Rex Ludovicus 7. Lege Bernardi eâ de re Epistolas 217. & 218. P. Æmilium, & Appendicem ad Sigebertum; ex quibus perspicias, vel tantâ etiam acceptâ, & innocenter, fortiterque perpessâ contumeliâ, Virum sanctum non cessâsse Bernardum, turbatis in fluctuante Galliâ succurere rebus. Immò etiã maximos post exantlatos labores, effecisse, vt inter Pontificẽ Max: Regem Ludovicũ Iuniorem, & Theobaldum Magnum, Comitem Campanum, & Carnotensem, compositâ pace, iam nominatus à Pontifice Innocentio 2. Episcopus Bituricensis Petrus---pacificus maneret, anno Christi (vt videtur,) 1143. Innocentij 2. huius nominis Pontif: Maximi 14. & prostremo.*

VVillelmus *etiam hic*, Ad albas manus, *cognominatus, Philippi Regis Augusti Avunculus fuit; quem & ipsemet in Regem solenni ritu consecravit. Is igitur est, qui primùm creatus Carnotensis Episcopus, annis duobus illam tenuit Sedem. Exindè verò Senonensis Archiepiscopus effectus, & S. Sabinæ Cardinalis, in Galliàque Legatus Alexandri Tertij Summi Pontif: demum ad Archiepiscopatum Remensem evocatus est anno Salutis 1176; atque post-ea, Calendis Novẽbris anno 1179. cùm, iuxtà nonnullorum sententiam Scriptorum firmata fuisset Remensis Ecclesiæ*

præ-

prærogativa; vt tantùm ibi locorum Rex coronaretur; Ludovicus Septimus Cognomento Lenis, filium Philippum, (qui subindè Augustus audijt,) Remis, per Illustrissimum hunc Archipræsulem VVillelmum, maximo Procerum conventu: (cui & Rex Anglus Henricus Iunior, idemque Normanniæ Dux, & Franciæ Beneficiarius interfuit) coronandum curavit.

Cùm itaque Andreana Synopsis, hæc paullò superiùs profert verba: Pater VVillelmi, modò Archiepiscopi Remensis, &c: *Per temporis illud adverbiam dictiunculam,* Modò, *perspicuè satis indicat, quonam vixerit tempore hic Autor noster, & quo circiter suam idem, ex Sigeberto, Adone, Gregorio Turonensi, alijsque, lento exceptam calamo epitomen condiderit anno: nempe circiter annum Redemptoris, 1176. quo, Henrico Magno, Philippi Regis filio, & fratri Ludovici 7. Franc. Regis vitâ functo, Theobaldi Campani filius VVillelmus, Archiepiscopus Remensis quinquagesimus primus fuisse sciatur substitutus; Vir, pietate, doctrinâ, multoque rerum arduarum vsu præclarus, &, quâ erat summâ modestiâ, suis omnibus pergratus. Istiusmodi, namque adverbio,* Modò, *(vt minùs, ab eo conjectans, dixerim;) hunc circiter annum sibi veteres schedas colligenti Chronologo ipse consignat; quo, sexaginta sex (prout conijcio,) tunc annos natus erat, qui, me triennio minorem natu, in Opusculo suo Chronographico elucubrando sit nunc tandem desudaturum nactus. Sic igitur, auritus iam, & scriptionis suæ deniquè testis oculatus, venerabilisque Senex, Andreas noster, cœptum prosequatur opus.*

¶ In Civitate Tornaco, natus est agnus vnius corporis, duûm capitum, quatuor aurium, quatuor oculorum, octo pedum. †

¶ In Villâ quę dicitur Brania, *vulgò Braines,* Mense Aprili, natus est infantulus, carens collo, & capite; ocellos habens in spatulis. Anno XXVIII. Ludovici Regis Francorum, Cœnobium Sancti VEDASTI Attrebatensis concrematur cum Claustro & Officinis, & magnâ Oppidi parte. Nec meminit aliquis, nostrâ ætate, tot VVillas, seu Civitates, tot Castra. Oppida, vel municipia concremata fortuito igne, quot in huius anni spatio combusta esse referuntur. Eodem anno, Rex Anglorum Henricus obijt. * Vir pauperibus, & Ecclesijs DEI multæ benignitatis, ac per hoc multæ liberalitatis. *Normanorum Regum vltimus exstitit. Stephanus, homo Gallus, Comes Bononiensis, Regnum occupavit: Vnde bella emerêre diuturna, Vide, cum Rogerio & Polydoro, P. Æmilium in Ludovico Iuniore, & Malmesberiensem. In Novellâ, lib. 1.*

* Anno 1135. ineunte Octobri.

Obijt

Obijt quoque * eodem anno Ludovicus Senior, Rex Francorum, qui hos habuit filios, Philippum, & Ludovicum Iuvenem, qui cum Patre regnavit annis quinque, & mensibus novem: post Patrem, annis XLV: Henricum, Archiepiscopum Remensem; Robertum, Comitem Perticensem; * Petrum De Cortenay, strenuum militem. Habuit & filiam Constantiam, quæ primò desponsata est Eustachio Comiti Boloniensi: filio Stephani Regis Anglorum secundò, Raïmundo Comiti Tholosano. Regnavit autem in Franciâ annis XXIX. * Pontifices Romani, qui eo regnante præfuerunt Ecclesiæ, Paschalis 2. Gelasius 2. Calixtus. 2. Honorius 2. Innocentius 2.

Imperatores Romani, Henricus Quintus, Lotharius Secundus. *Orientis, seu Constantinopolitani; Alexius I. Comnenus, Isacij Comneni filius; Calojoannes, Alexi Filius; alias, Ioannes Comnenus nuncupatus.*

* Vel, 1137. Calendis Augusti Parisijs.

* Vulgo, de Perche.

* P. Æmilius numerat 30 Cetera Exempl MSS. 28. sed corrupta sunt.

* Al. Calistus.

De Ordine Præmonstratensi, *Prosecutio*

CAPITIS V.

LVdovici quoque tempore, floruit Domnus Norbertus, Archiepiscopus Civitatis Parthenopolytanæ * quæ alio nomine Magadaburch dicitur. A quo, Ordo Prĕmonstrati sumpsit initium, Anno Domini CIↃ. C. XXII.

¶ ** Opidum Magdeburgum, in Ducatu Clivensi est situm, ad Rhenum fluvium: sicque nuncupatum, abs ibi conditis à S. Helenâ, Matre Constant: Mag: Sanctis Martyribus Victore, & 330. alijs, iussu Imp: Maximiani, locis istis, sub annum 298. laureatis.*

*Instituti Ordinis Præmonstratensis, ab amictu, quem gestaret candido, per Angelum præmonstrato, nuncupati, refert initia R. P. Io: Azorius * ad annum 1116.*

¶ *Ordo (inquiens) Præmonstratensis, sub regulâ S. Augustini, anno millesimo centesimo decimo sexto initium habuit, à Noriberto Viro nobili, Lotharingo; secundùm aliquos, Paschalis 2; secundùm alios, Innocenty auctoritate approbatus.*

At verò, qui; cum nostro Silvio, adversùs Azory calculum superiorem concertent, qui subnectuntur permultis à retrò seculis decantati versus Echoini sunto.

* Parte. nopoli. ap. alia Exemplaria MSS. depravata.

* Azor: Institutionum suarum morâlium l. 13. cap. 11.

Anno

Anno milleno, centeno, bis quoque deno,
In Præmonstrato fundatur candidus Ordo.

Habet, (vt cætera insignia sileam,) hic Angelicus Ordo, quod, cum Marcianensibus Cœnobitis arctam olim inierit societatem, DE CASA DEI, seu, Viconiense, DEI-PARÆ VIRGINI, ab Alviso *Atrebatium Antistite cum Templo adscriptum Monasterium* * *adeò eleganti apparatu constructum, vt planè Divis dignum censeatur, sive speciem ædificij propiùs circumspexeris; sivè (quod longè præcellat) candidum pectus, sincerumque inibi degentium Ascetarum sodalitium probè spectaris. De quibus alibi fusè dicendum. Ad institutum igitur nostrum, pedem referamus.*

* Anno 1139.

DE REGNO LVDOVICI, PIISSIMI Regis, filij Ludovici Grossi.

CAPVT SEXTVM*

ANNO Domini CIↃ. C. XXXVIII. * Lotharij autem II. Imperatoris anno VI. * Innocentij verò Papæ IX. regnavit Ludovicus Iunior, Filius Ludovici, in Francia. Quadraginta tribus * annis post Patrem regnavit. Hic duxit Vxorem Alienordem, * a Filiam *hæredem* VVillelmi Ducis Aquitaniȩ, de quâ genuit duas filias, quarum prior nupsit Henrico Comiti Treccensi, posterior, Theobaldo Carnotensi Comiti.

Henrico Rege Anglorum (vt prædiximus,) mortuo, tunc successit ei in Regno Stephanus nepos eius, frater Theobaldi Comitis Blesensis; attamen non fuit iustus successor; sed invasor. Nam, hȩres iustus, erat Henricus puer, filius Gaufridi Comitis Andegavorum, quem genuerat ex Imperatrice, * filiâ Henrici Regis Anglo-glorum. Hic, Stephano * b mortuo, successit in Regno:.

Anno secundo Ludovici Regis, Lothario Imperatore mortuo, successit ei Conradus, Vir Regij generis. Erat quippe ex Sorore nepos Hērici quinti Regis, quarti Imperatoris huius nominis: *& Franconiæ Dux. Vide Aventinum & Othonem Frisingensem ad annum 1139.*

* VIII. *ap Montelig: & Andernense Exempp. MSS.*
* XXXV *apud cæteros Codd: MSS.*
* XL.
* VII. *ap. Cæteros Codd: MSS.*
* 45. annis *ap. alia Exēplaria depravata lego.*
* a Aanordem. *corruptè apud alia Exempp.* Leonoram, *ap.* *Tiliam*: Elionoram, *ap alios non-nullos Autores.*
* Mathilde
* b Stephanus, defuncti Guillelmi Rufi ex filiâ Athelâ, seu Adelâ nepos fuit.

Rrrrr *tamet si*

tametsi errore lapsus malè id actum referat ad annum 1138. *Sigonius.*

Ex Chronico Andrensi, ab Abbate VVilelmo conscripti.

¶ PEccatis prędecessorum nostrorum in hoc Andrensi Cœnobio degentium exigentibus, Ecclesia pręsens, occulto Dei iudicio, & semper iusto fulgurata est, & cum omnibus appēdicijs suis penitùs concremata. Siquidem, sicut ab illis audivimus qui hęc viderunt, & audierunt, & vsquè ad nostra tempora duraverunt, hostis humani generis in specie vrsi super Ecclesiam visus est circumquaque discurrere; Turrim, laterculis ligneis coopertam ascendere; & conflagrantes laterculas super cuncta ædificia proijcere. Apparent adhuc per omnes ferè dormitorij macerias ruinosas, & scabrosas, eiusdem incendij vestigia; quia, postmòdum cætera ędificia, per gratiam Dei, sunt in meliùs reformata.

Combusta est etiam in ipso incendio Domus infirmorum, lignea, speciosa, & sumptuosa, à nobili viro Radulpho de Dovera, Domini Manassis Comitis commilitone, & amico speciali composita, eâ quidem intentione, quod, cum eodem Comite decreverat in sancto proposito, vitæ residuum ducere, & in eàdem domo decedere. Et hic quidem Radulphus, in omnibus scriptis nostris antiquis, testis introducitur. Vndè, inter ipsum, & Comitem memoratum, perfecta amicitia, fidelis, & assidua comprobatur.

Ab hoc ergo tempore, ipso Radulpho, (sicut dicitur,) procurante, Conventus Ecclesiæ Christi Cantuariensis, intuitu compassionis, & religionis, &, ad favorem paupertatis Andrensis, viginti quatuor paria * pellicearum, frocorum, & cucullarum, cum cæteris lectorum vestibus, quę de sua superabundantià eis superfuerant, totidē monachis hîc degētibus transmitere consueverant. * a. Et hęc quidem, licèt vetusta, nostri prædecessores, in paupertate Christo servientes, non reijciebant: sed toto tempore Domini Petri Abbatis, & sui Successoris, cum gratiarum actione recipiebant.

* Nota 24 paria. &c.

* a Et ob serva- quot essent numero Monachi, in Andrēsi monasterio degentes, anno 1138.

Dum igitur huic loco incendium dominaretur; dum, quibusdam ornamentis Ecclesiasticis, libris, & chartis ab accolis asportatis, & in loco tuto repositis, quæque finitima & vicina depopularetur, quibusdam libris, & sacris vestibus incendio consumptis, quædam Chartę nostrę sunt incendio conflagratę, quarum tenorem istum fuisse cognovimus: pro eo quod, earum rescriptum in nostris Archivis, cum aliarum Kartarum rescriptis more solito habuimus.

Prima fuit Karoli Comitis Flandrensis, sic incipiens.

Karta

Karta Domini Karoli, Comitis Flandrensis.

Ad honorem Summi Salvatoris.

QVicunque rebus Ecclesiasticis, Servorumque DEI commodis robur continuæ stabilitatis, & munimen administrat, perpetuę tranquillitatis, hîc nimirum Domum DEI in præsenti ædificat, & in futuro, Regnum sibi ęternum præparat. Idcircò, Ego Karolus DEI miseratione Flandrensium Comes, sic cupiens transire per bona temporalia, vt non amittam æterna; ad consultum salutis nostrę, Ecclesiæ Sancti Salvatoris, ab honorabili Gisnensium Comite Balduino, eiusque Conjuge Athelà, * in loco ANDERNES dicto, ad vtilitatem Monachorum ędificatę, nostrę Tuitionis munimentum adhibemus; & vniversa, quæ tam à supradicto Comite, quàm à Successore eius Manasse, seu eorum Baronibus, seu quibuslibet personis fidelibus vbilibet liberali munificentià eidem Loco data, vel danda sunt, vnà cum Vxore meà, absque quàlibet inquietudine libera, & integra perpetuò eiusdem Cænobij Monachis possidenda concedimus. Terras videlicet Comitatus, Decimas, Silvas, aquas, molendina, prædia, Vavasores, servos, & ancillas, cæteraque omnia, quæ ei breviter subjecta sunt. Terram de Antingahem cum hospitibus, liberam, & Comitatum, & boscum. Terram in Villà Bissingahem. *Et cætera quæ ex ipso Chronico à curiosis petenda presso pede perstringimus, & præeunte VVillelmo Abbate vlteriùs progredimur.*

* Seu Adela.

Post huius loci miserabilem conflagrationem, Comite Manasse operam dante; Domno Petro Abbate multipliciter instante; Optimatum terrę nobilitate opes in operam fideliter administrante, exusta ædificia partim sunt cooperta, partim renovata, partim de novo composita. Venerabilis quoque Morinensis Episcopus Ioannes, huius loci condolens desolationi, qui locum semper dilexerat, promoverat, & scriptis authenticis, vt in melius proficeret, roboràverat, Ecclesiam de Bokerdes huic loco liberaliter delegavit, & ipsam cum decimà ad eam spectante, Fratrum refectioni deputavit, à pluribus audiens, & pro certo cognoscens quod in fame & siti, in frigore & nuditate Deo servirent; & sperans quòd sui in perpetuum memoriam haberent. Qui brevi postea tempore supervivens, & in spe sanctâ decedens, successorem habuit piæ memoriæ Milonem Præmonstratensis Ordinis præcipuum informatorem, Sancti Iudoci de Nemore aliquando Abbatem; Deo acceptabilem; tam Clero, quàm populo, pro meritis honorabilem.

Hic igitur in primordio suę promotionis, suam Diœcesin paternà sollicitudine visitans, more Beati Martini, cum illo suo frequentissimo, sanctissimoque Comitatu, non tamen sumptuoso, Locum istum suà visitatione perlustrans; ad instantiam Domni Petri Abbatis, præsentibus Sancto Bernardo Clarevallensi, & VValeranno Vrsi-campi, & Hugone

Sancti Eligij Abbatibus,& alijs multis, super commoditate aquæ, & paludis, molendino, & Monasterio nostro subjacentis, & super pasturâ huic loco contiguâ, privilegium indulsit: *Cuius hoc sit initium.*

EGO, MILO DEI gratia, Morinorum Episcopus, notum fieri volo tam futuris, quàm præsentibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filijs, Quòd Henricus de Campaines veridicorum testimonio, tempore Domini Ioannis prædecessoris nostri, pro remissione peccatorum suorum, & antecessorũ suorum, commoditatem aquæ & paludis molendino, & Andernensis Ecclesiæ curię adjacentis, in herbis, piscibus, volatilibus capiendis ac nutriendis ita concesserat communem, vt &c.---Huius rei testes sunt, Bernardus Abbas Clarevallensis; VValerannus Abbas Vrsi-campi; Hugo de Monte Sancti Eligij Abbas; Petrus Abbas Andernensis, Hebertus, Archidiaconus Tervanensis: &c:---Actum anno Verbi Incarnati CIↃ. C. XXXII.

De Gregorio apud Karrofum transmisso.

ANno, Incarnationis Dominicę CIↃ. C. XXXVII. nostri Andrenses, Karrofensium dominationem pertęsi, & graviter ferentes, Flandrenses Pictavensibus subijci, vtpote, qui propter linguarum dissonantiam eis videbantur alieni: consentiente Domino Manasse Comite, Domno Petro Abbate minimè contradicente, sed, nec contradicere audente: communi voluntate & consilio, Domnum Gregorium, huius loci Monachum professum, præfati Comitis nepotem, fuę scilicet filiæ, & nobilis viri Eustachij de Bavellinghem filium, ad Karrofense Monasterium honorificè transmittunt: eà quidem intentione, vt locum in personà agnosceret, & se ibidem notum faceret, vt aliquo tempore ibi subesset, & suam professionem firmaret: quatenus, loco & tempore, tanquam professus Ecclesię Karrofensis, huic loco prodesse, & pręesse competentius valeret.

Susceptus est igitur ibidem in gratiam, & honorificè tractatus: & quicquid affectabat, gratanter adeptus est.

Priusquam tamen ibidem accederet, combustum fuit illud nobile & famosum Cœnobium: & in suo accessu, pro majori parte reædificatum.

Cum multis etiam Ecclesię thesauris, & libris authenticis, Capituli liber, Fratrum & Benefactorum nomina continens, fuit incendio concrematus, paulò antequam incendio deperiret iste locus.

Sed & ipso tempore, (sicut à Patribus nostris audivimus, & à Senioribus intelleximus,) quidam Pictavus in loco hoc Cellerarij officium exercebat, qui avaritię inebriatus veneno, multorum Fratrum defunctorum nomina de libro memoriali abrasit, pro eo quòd, pro singulis professis, præbendam Monachalem eum in die anniversarij dare oportuit.

Quidam etiam Monachus, de huius Ecclesiæ Custodibus, Simon nomine, corpore decorus, ętate iuvenis, sanguine generosus, dum nocturno tem-

tempore, super prioris Ecclesiæ tabulatum cum sua laterna discurrens, columbarum pullos investigaret; &, tam noctuas, quàm rattos sibi infestos animositate iuvenili circumquaque fugaret: cuiusdam foraminis immemor, quod erat in tabulato, vnde strues lignorum, & aliarum rerum aliquandò sursum trahebantur, aliquandò deorsum demittebantur; per ipsum foramen miserabiliter cecidit, &, vix peractâ confessione, vitam finivit.

Pro his igitur tribus infortunijs, in hoc loco fuit diffinitum, (quod tamen in Karrofensi Cœnobio prius fuerat statutum:) vt, per omnia tempora succedentia, in omni sextâ feriâ, peracto Capitulo, à toto Conventu in Choro prostrato, septem Psalmi pœnitentiales, cum Collectâ, Deus veniæ Largitor, decantentur.

Præfatus itaque Gregorius, post annos aliquot, à Karrofo regressus, Avum suum Manassem Comitem iam in extremis agentem, in infirmitorio decumbentem, & * sanctæ conversationis habentem habitum invenit. Ad cuius lectulum cum propiùs accessisset, & eum idiomate pictavico, vtpote alterius linguę iam ignarus, humiliter salutâsset: nobilis Heros, licet annis maturus, & corpore debilis, & infirmus, corde tamen robustus, & antiquę calliditatis minimè oblitùs, se ab aliquo æstimans irrideri, cum se salutantem audiret quidem: sed oculis iam caligantibus præ senio, non posset intueri; Gregorium sermone pictavico derisoriè resalutavit, &, se nugis aut iocis non-posse vacare respondit. Tandem verò eum cognitum affectuosè deosculatus, de sui Ordinis observatione, & Dei dilectione, fratrum charitate diligenter admonuit, & bono Abbati Petro eum solicitè recommendavit.

Paucis postmodum diebus evolutis, cùm purâ confessione, verâ memoriâ, & sanctâ vnctione percipiens viaticum salutis æternæ, inter fratrum, & Monachorum manus, & ipse frater eorum, & Monachus * decedens, ad Patres suos est appositus, & præsente nobili Emma Comitissâ, & Procerum suorum multitudine, à Domno Petro, *Cognomento. Carbonello*, Abbate, in navi prioris Ecclesię, sicut tantum decebat Principem, honorificè tumulatus.

Comitissa quoque, in * Monasterio monialium extra Gisnas à marito suo fundato, tanquam prudens Virago, viriliter insistens, & inter Moniales religionis habitum religiosè vivendi assumens, * in sancto viduitatis proposito ibidem diu vixit: &, per actam pœnitentiam, in spe sanctę resurectionis diem vltimum clausit: &, in Ecclesiâ Sancti Leonardi sepulturam accepit.

Post mortem Venerabilis Comitis Manassis, qui, & Robertus est, à Comite Flandrensi Roberto, DEO permittente, iusto quidē iudicio, sed occulto, omnia disponente, dum, bonæ memoriæ Domnus Petrus, *Charbonellus*, Abbas, equo non satis domito, aditum quemdam vellet intrare, in magnum huius loci infortuniū, mēbris confractis, & collisis in terrā deiectus est, & vix vivus in manibus famulorū ad Monasteriū reportatus est: Vbi diutino languore fatigatus, & tanquàm aurum in fornace, ex dolore corporis

* Nota Comitē Gisnēsē habitu benedictino decūbentem.

* Observa obitū piū, pij Monachi Andernensis, & Comitis Manassis.

* Sup. Emma.

†

* Emma Comitissa Gisnēsis, Sāctā Rictrudē imitata, Vidua & Monacha Benedictina in Monasterio S. Leonardo nuncupato proximè Gisnas, diem suum obijt.

†

Egregię patientię hîc habeto exemplum.

corporis, & patientiâ mundi cordis, & gratiarum actione cordis & oris, multipliciter probatus, DEO animam reddidit. Quem, Grex orbatus, in antiquâ Ecclesiâ honorificè sepelivit.

Sepulto Venerabili Patre, qui tredecim annis, & amplius, hunc Locum laudabiliter rexerat, & decenter reparaverat: iterum ferè quatuor annis locus hic vacavit; & à viâ rectitudinis turpiter deviavit.

De electione Domini Gregorij.

¶ QVidam enim de Fratribus nostris, Optimatibus terræ, præcipuè autem parentelæ præfati Gregorij potiùs placere volentes, quàm religionem plantare & propagare desiderantes: eumdem Gregorium sibi volebant præficere, vt iuxta vias adinventionum suarum eo præsidente possent ambulare. Quorum voluntati minùs religiosæ supradictus Domnus Milo, Venerabilis Morinorum Episcopus, se objecit: & eorum pravum consensum prohibuit prævalere, juvenilem eius ætatem prætendens; fratrum, & propinquorum catervam pauperi Ecclesiæ, *Sup: Andernensi*, magis nocituram, quàm profuturam, metuens: & sic, eum, eà vice omninò repellens.

Anno Domini 1143.

Anno V. Ludovici Regis Francorum, *(Andreæ hæc sunt Marcianensis verba,)* Stephanus Rex Anglorum capitur ab hostibus suis, proditione suorum.

Eodem anno, plaga ignis divini multos adussit: sed, per intercessionem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, aliorumque Sanctorum, multis hàc ægritudine laborantibus misericordia Dei subvenit: *Anno Domini* 1142.

Anno VI. Ludovici Regis Francorũ, Stephanus Rex Anglorũ solutus à captione quà tenebatur, iterum Anglicæ Genti principatur.

Ex Chronico Andrensi VVillelmi Abbatis, quæ sequuntur sunt eruta. DE ELECTIONE DOMNI GVIFFRIDI.

¶ EOdem anno, nostri Andrenses, à Clero & populo, propter Loci vacationem vituperati; & à vicinis religiosis propter suam inordinationem multipliciter evitati, elegerunt virum religiosum, Domnum Guffridum, Cognomento Bertram, Karrofensem Monachum: &, à memorato Domno Milone Episcopo confirmatum & benedictum, in Patrem & Pastorem receperunt. Qui operibus Sanctis insistens, verbo, & exemplo, non tam præesse quàm prodesse suis studuit: pauperum recreator: viduarum & orphanorum consolator: hospitum & peregrinorum hilaris receptor: ordinis plantator: vitiorum exstorpator,

pator: & in opportunitatibus sedulus adiutor apparuit------

Omnem diligentiam adhibuit vt tàm per Pictavenses, quàm per Flandrenses, in hoc Loco plantaret religionem------

De Secunda electione Gregorij.

¶ Postquam autem per annos circiter quatuordecim, dictus Guiffridus in Locum istum rexerat, & quantū se fuit, religiosè provexerat: eo hinc recedente, concors Fratrum Conventus elegit Dominum Gregorium, de quo superiùs mentionem fecimus, genere quidem nobilem, sed minùs litteratum, corpore procerum, sociali fœdere ergà omnes benivolum, fratrum carnalium, catervà, & militari gloriâ stipatum.

Electio de eo facta, vtpote de Andrensi, sive Karrofensi Monacho, fuit ab eisdem Karrofensibus in brevi confirmata, & approbata. Sed, quia idem Gregorius columbinam habens simplicitatem, prudentià serpentis omninò caruit: qui manum ad fortia mittere debuit, operi fabrili, cuius erat sciolus, operam dedit, cui intentus, nec mores informavit, nec plantavit virtutes, nec vitià exstirpavit.

Fertur denique quàdam vice dixisse Monachis suis, (dum eum esse sumptuosum, & minùs pomposum arguerent,) quod tota Monasterij substantia ei, & suis sufficere non posset, quando adeptà pastorali benedictione, eum, sicut Abbatem vivere oporteret. Ex quo promisso fratres attoniti, & novum Roboam super se erexisse confusi, prænominatum Dominum Morinensem adeunt: rei ordinem pandunt: confirmationem, seu benedictionem ex toto denegari, vel saltem differri petunt: & ad effectum perducunt.

Novus interim electus, sed necdum dejectus, operi fabrili, auri scilicet, æris & argenti insistit, & quantò liberius sibi subditos per campum licentiæ vagari permittit: tantò amplius apud eos vilescit.

Sequenti anno coram Diœcesano accusatus fuit, quòd tempore hyemali ipse cum Monachis suis, post refectionem, super glaciem, more Laicorum fuisset iocatus: vndè iterum acerbè correptus, sed non omninò fuit depositus. Deindè: anno tertio suę electionis evoluto, cum ab Episcopo gratiam suæ benedictionis assequi non valeret, accusatus fuit coram Episcopo, quòd in sinum cuiusdam Matronæ, more, & amore lascivo manum suam occultàsset: pro quà re, sinè spe recuperandi fuit omninò dejectus, cùm se exindè purgare non posset. Sicque, quatuor annis in tali otio ab eo frustrà consumptis, & consummatis, desijt villicare, cùm tamen, tota eius villicatio, melius computari posset inter annos vacationis.

Nostrum nunc Andream repeto, qui sic scribat.

Ludo-

¶ Ludovicus Rex, cum multo exercitu contra Theobaldum Comitem Blesensium * sibi rebellem vadit. Deindè, aggressus Castrum eius, quod Vitriacum * dicitur; Oppidanos, & milites sibi resistentes, aut cepit, aut occidit. Oppido incenso, intantum ignis excrevit, vt Castrum quod in eo erat valdè munitum, cum multo inhabitantium periculo concremàrit. In hoc bello, vel incendio, capti, cæsi, aut concremati, ad mille quingentos sunt æstimati. Quo facto, Theobaldus Comes valdè exacerbatus, Principes Francorum, quos poterat, à Regis avertebat amicitiâ.

* Seu Campanum, & Carnotensem.
* Vernaculè, Vitry.

Innocentio PaPâ mortuo * successit Cælestinus II. anteà nomine Guido de Castello, * a Cœlestino, Lucius 2. Lucio, Eugenius 2. qui & Bernardus, Abbas Sancti Anastasij *Trium fontium, extra Vrbem*, Ordinis Cistertiensis Monachus. *Anno* 1145.

* Anno 1143. octavo Cal. 8bris.
* a Gallicè, Guy du Castel.

Ludovicus Rex pacificatur cum Comite Theobaldo, *(qui stabat à Pontifice Innocentio 2. in caussâ Petri Antistitis Bituricensis,)* anno Regni sui octavo, *vel septimo, Ex Roberti Chronico, & Epistolis S. Bernardi 216, & subsequentibus vsque ad 225. & P. Æmilio.*

Civitas Edessa, quæ & Roaiz * dicitur, multo tempore à Christianis possessa, per negligentiam Christianorum, & insidias paganorum, ipsâ nocte Nativitatis Dominicæ capitur, *à Noradino belli Duce, Anno 1144.* anno VII. * Ludovici Regis Francorum, & Balduini Tertij Regis Hierosolymorum.

* Edessa trans Euphratem in Mesopotamia.
* X. ap. al: Scriptos Codices.

Hic Balduinus, filius fuit Fulconis Regis Hierosolymorum, qui priùs fuerat Comes Andegavorum, & successerat Balduino de Reitestâ in Regnum.

¶ Northmani, spreto Dominio Stephani Regis Anglorum, subbunt se regimini Comitis Andegavorum.

DE SECVNDA VIA, *Seu profectione Hierosolymitana; prosecutio.*

CAPITIS V.

¶ ANno Domini CIↃ.C. XLVI. Anno XI. Conradi Imperatotis Romanorum, XII. autem Ludovici Regis Francorum V. etiam Eugenij 3. PaPæ, Christiani dolentes de subversione Vrbis Edessæ, vno animo, & pari consensu ad debellandos Paganos proficisci

ficisci deliberant. In tantum autem erant omnes prompti, & alacres ad hanc profectionem; vt etiam Conradus Rex Theutoniæ, & Ludovicus Rex Francorum, religiosorum Virorum monitis animati, & ipsi prompto animo ad hanc expeditionem sese accingerent.

¶ Profectus quoque est cum eis Alvisus, qui, ex Monacho Sancti Bertini, & Abbate Aquicinensi, ordinatus fuerat post Robertum Episcopus Attrebatensis, Vir magnæ severitatis, & religionis. Robertus enim obierat anno XXIII. Ludovici Regis.

Theodoricus etiam Comes Flandriæ, & multi alij principes, cum eis assumpserunt iter. Nichil prosperè egerunt; sed tantis eorum exercitus attritus est infortunijs, tum fame, tum mortalitate, tum ferro hostium, vt de tot millibus tam copiosæ multitudinis, vix pauci repatriaverint. Constat enim, quia in hostico * illo multa flagitia patrata sunt ab eis; & ob id, ira DEI ascendente super eos, omnis conatus eorum in vacuum cessit.

* Id est exercitu.

De morte Alvisi, Attrebatium Episcopi.

Prosecutio Capitis V.

¶ Alvisus Episcopus Attrebatensis, in eâdem expeditione moritur, & in Civitate Thraciæ, quæ Finis populi, Philippis, seu Philippipolis dicitur, sepelitur. *De quo, Sigebertus, ad annum Christi 1148. agit.* †

¶ *Qui accuratè Divi Bernardi epistolas censuèrunt, eam admisère, quâ D. Bernardus ab Alviso steterit, adversus Vedastinos, & Marcianenseis, acerrimoq; stylo apud Innocentium 2. Pontificem Max. caussam Alvisi pertutus sit, anno, fermè, redemti generis humani, quadragesimo primo, suprà centesimum & millesimum, quum, inter Alvisum Episcopum Attrebatensem, & Marcianenseis nostros, religiososq; adiunctos Vedastinos, discordia insignis arderet; quumq; Innocentij 2. mandato in Gallias venit Ivo presbyter Cardinalis, & Legatus Pontificis Max. præfati, caussam agitaturus Radulphi Veromanduörum Comitis; qui, Vxore legitima dimissâ, Petronillâ, Reginæ sororem superduxisset. Quâ de re vide Supplementum Roberti de Monte, ad*

 annum

annum Christi 1142. *Sed, vt aliter rectè sentienti locus detur; Legatur Caput* 21. *Libri secundi Gallo-Flandriæ, quo R. P. Ioannes Buzelinus, scito stylo eam confutat Vedastinis, Marcianensibusque calumniam impactam. Vndè, Ivo, Pontificis Legatus, in Asceterio nobilissimo Sancti Fursei nomini nuncupato, Latiniaci ad Matronam fluuium,* * *præsentibus Alviso & Bernardo Clarevallensi, re compertâ, & diligenter Romæ discussâ, ex Innocentij Pontif: Max: voluntate, pro Marcianensibus sentẽtiam honorificè dixit, anno (vt videtur) Christi* 1142. *Quæ, ad hoc argumentum pertineant cætera, malo ex monimentis Ecclesiarum Vedastinæ atque Marcianensis, quàm meis percipi verbis. Id autem fuse repræsentabit Hagiologus noster Marcianensis, in Lietberto, Archimandritâ Marcianensi, Amandi successore, multis virtutum luminibus illustri. Idipsum quoque perspicuè Diploma Pontificium, seu Litteræ, Marcianensibus Romam profectis, à Summo Pont. datæ benedictionis plenæ probabunt, quarum tale initium sit suo loco producendum.*

* Vernaculè, A Lagny-sur Marne.

INnocentius Episcopus, &c. Dilectis Filijs, Monachis Marcianensibus, tam præsentibus quàm futuris, regulariter substituendis, in perpetuam memoriam.

Officij nostri nos monet auctoritas, religiosa loca diligere, & ea opportuno consolationis munimine confovere. Huius rei gratiâ, Dilecti in Domino Filij! * *vestris iustis postulationibus paternâ benignitate impertimus assensum, & Marcianense Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri, & nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus: Statuentes, vt quascumque possessiones, quæcunque bona præfatum Monasterium impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis Deo propitio poterit exin adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant: &c. Paulloque post, recensitis possessionibus, decimis, altaribusque Marcianensi S. Rictrudis Ecclesiæ obnoxijs: subijcit.*

☞ * Observa Marcianensis non vocari à Summo Pontif: Innocẽtio 2. Canes &c.

¶ *Ad hæc adijcientes sancimus, vt nulli omninò liceat præfatum Monasterium, & Ecclesiam, & Hamagiensem, absque manifestâ, & probatâ culpâ à divinis officijs interdicere.*

¶ *Nullus quoque ibidem qualibet subreptionis astutiâ, vel violentia, in Abbatem præponatur; sed liceat vobis communi consilio, vel parti consilij sanioris, secundùm Dei timorem, & B. Benedicti Regulam, absque vllius contradictione, Abbatem eligere.*

¶ *Chrisma verò, oleum sacrum, consecrationes altarium, seu Basilicarum,*

rum, benedictionem Abbatis, ordinationem Monachorum, vel Clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, à Diœcesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Sedis Apostolicæ habuerit, & ea gratis, & absque pravitate aliquâ voluerit exhibere. Alioquin, liceat vobis Catholicum quemcumque malueritis adire Antistitem, qui nimirum nostrâ fultus auctoritate, quod postulatis indulgeat.

¶ *Sepulturam quoque ipsius Loci liberam esse concedimus, vt, quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere &c. Datum per manum Baronis Capellani, & Scriptoris, Kalend. Decemb. Indictione IV. Incarnat. Dom: Anno M. C. XLI. Pontif. Domni Innocentij Papæ II. anno XII. Verùm de his; (vti, me facturum recepi,) alibi opportunior tractandi locus dabitur, cum Ecclesia Marcianensis Divos & Divas, Antistites & Antistitas, Ascetasque qui eam virtutum, eruditionisq́ue luce, perfuderint, opere nostro Hagiologico illustrabimus. Nunc igitur à Bernardo, tunc quidem, ab Alviso malè informato, ad bene subinde informandum appellanteis, ad Andream Marcianensem, qui S. Bernardi, Alvisique exstiterit tempore, nostra scriptio reducatur, cuius ecce iam verba.*

¶ Cameracus, Civitas, ex magnà parte sui incendio conflagravit, & principalis Ecclesia cum claustro, & Palatio Episcopi: Monasterium etiam Beati Autberti. Hoc etiam anno combustum est Cœnobium Sancti Sepulchri in eàdem Vrbe; paucis annis à priori eius combustione transactis.

Conradus Imperator anno Imperij sui XIII. & Ludovicus Rex, regni sui XIII. sinè vllo prosperitatis effectu procinctum solvunt, & ab itinere Hierosolymorum revertuntur.

Ludovicus Rex Francorum, anno regni sui XVI Alienoridem * Vxorem suam repudiavit, *ob gradum consanguinitatis; ap. Sugerum Abbatem:* quæ post-ea ad thorum transijt Henrici Regis Anglorum, & Ducis Northmannorum, filij Goffridi, Comitis Andegavorum. Ex illâ igitur genuit hos filios; Henricum Regem Angliæ, qui vivente Patre obijt: Richardum, Ducem Aquitaniæ, qui nunc * * regnat in Anglia: Goffridum, Comitem Britanniæ; & Ioan-

* Aanoredem ap: Montelig. & Andernensem Codd. MSS. Elionoram, *ap: recentiores, ad annos 1151. 52. 53. 54.* * Seu Godifredum *ap. recentiores scriptores* * *Adverbium, nunc, tempus præsens denotat, quo scripserit hæc Andreas*

Ioannem, qui dicitur Sinè Terrâ: & filias tres; quarum vnam duxit Rex Toletanus in Hispaniâ: alteram, VVillelmus, Rex Siciliæ. tertiam, Henricus Dux Saxoniæ. *Hæc Eleonora, Coniugi suo Mathildis Imperatricis filio Henrico attulisse legitur, dotis nomine, Aquitanicum, Pictaviensemq́. Comitatum, bellorum postmodò seminarium inter Reges, Anglum & Francum.*

Ex P. Æmilio, & Francorum Annalibus.

Ludovicus Rex Francorum, eodem anno secundam duxit Vxorem, Constantiam, filiam inclyti Principis Hispaniæ Aldefonsi, * qui regnavit in Toleto & Legione, & in terrâ Beati Iacobi. De quâ, genuit duas filias: quarum vnam duxit Henricus iuvenis Rex Angliæ: secundam, Richardus Dux Aquitaniæ, nunc Rex Angliæ, accipere debuit; sed ad eius nuptias non pervenit: quæ nunc, recenti tempore, desponsata est Comiti Ponthyvensi. *vulgò, Ponthieu.*

* Lege P. Æmilium, & Marianâ lib. 11. Cap. 3. ad annũ 1152. Et Annales Franc.

In Civitate Attrebatensi, post - - - - - Domnum Alvisum, ordinatur Godescalcus, Abbas de Monte Sancti Martini, IV. Episcopus.

Anno XVII. Ludovici Regis, Conrado Imperatore mortuo, successit Fredericus illustris, nepos eius, Dux Suevorum. *

* Suavorum ap. Monteli gianam & Andernensem MSS. Codd.

Ecclesia Beati Martini combusta est cum omnibus officinis suis, die ipso festo Sancti Bertini, dum matutinorum solennia agerentur.

¶ Anno XVIII. Ludovici Regis, migraverunt ad Dominum, Sancti Patres, Eugenius PaPa, & Bernardus Clarevallensis Abbas. *13. Cal. Septembris anno 1153. ætatis circiter 63. climacterico, seu scalari, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis.*

Anno XIX. Ludovici Regis, Stephanus Rex Anglorum moritur; cui successit Henricus nepos eius.

Eugenio PaPa defuncto * successit Anastasius 4. Anastasio Adrianus 4. *Anglus, anno 1154. antè dictus Nicolaus Brachspere.*

* Anno 1153. 8. Eidus Iulij.

Anno XX. * Ludovici Regis, Fredericus Rex Romam armatâ manu ingreditur: PaPam Adrianum amicum sibi, & aptum expertus, in Ecclesiâ Sancti Petri benedictione Imperiali confirmatur, & coronatur. Blondus, Sabellicus, Otho Frising. lib. 2. cap. 22. De gestis Frider. & Sigonius, rem fusè narrant: sed hoc in anno consignando non conveniunt cum *Andreâ nostro; qui tamen sui temporis res iam gestas refert.*

* Anno Domini 1157. Adriani Pontif. 3.

Anno XXIV. Ludovici Regis, * Henricus Rex Anglorum, post

* Anno Domini 1161.

post adeptum Regnum, vltrà se elatus, quod diu mente conceperat, contra Ludovicum, (*Iuniorem sup. Lenem dictum*,). rebellat. Qui, congregato exercitu, Aquitaniam transijt, & Vrbem Tolosam obsidione cinxit. Rex autem Francorum, cum suis militibus, Civitatem potenter ingressus est; & à Comite Sancti Ægidij, seu Civibus, cum magno gaudio susceptus est. Quod Rex Anglorum cernens, indoluit; & obsidione relictâ inefficax redijt. *Cadurcum tamen expugnavit Rex Anglus, qui Tolosanum Comitatum repetebat. Consulantur Annales Franc. & ad Sigebertum Appendix Roberti.*

Schisma, in Ecclesia Romana: *Excitatum ab Antipapá Octaviano, Victore dicto.*

¶ ANno Domini M. C. LXI. * XXIV. * Ludovici Regis Francorum, orta est dissensio in Ecclesiâ Romanâ, mortuo PaPâ Adriano. Electus est enim Rollandus Cancellarius * ab omnibus Cardinalibus, præter quatuor. Qui, se clamans indignum, non consensit electioni eorum. Quatuor autem prædicti Cardinales, qui eius electioni non consenserant, assumptâ magnâ Cleri & plebis frequentiâ, elegerunt Octavianum, Tituli Sanctæ Ceciliæ Cardinalem Presbyterum. Quem, in Lateranensi Ecclesiâ consecrantes, Victorem appellaverunt.

¶ Quod videntes primi, Rollandum Cancellarium, Virum relligiosum, qui primus fuerat electus, conveniunt. & eum invitum, in Loco, qui Cisterna Neronis dicitur, consecrantes, alterato nomine, Alexandrum appellaverunt. Hæc * contentio inter hos duos, & Successores Octoviani, & Fredericum Imperatorem, à XXIV. * anno Ludovici Regis, vsque ad quadragesimum secundum, nullum accepit remedium. Nam, Octaviano successit VVido Cremensis; VVidoni Cremensi, Ioannes Staimensis; Ioanni Staimensi, quidam, qui vocatus est Innocentius. Summa autem istius Schismatis, est decem & octo annorum. *

Anno Recéctoris 1161. * CI Ɔ. C. IX. * XXV. *ap. Codd. Montelig. & Andernēsem, mendosos.* * b Presbyter Cardinalis Tituli S. Marci, *addit Appendix ad Sigeber.* * Et, *ap. Montelig. & al. Codd.* MSS. * XXV. *apud alios Codd.* MSS. * Anni, *ap. Montel. Henniacensem, & Andern.* *Exemplaria* MSS.

VVILLELMVS, Abbas Andrensis; In Chronico MS.

¶ TEmpore (*inquit*,) quo præfatus Gregorius, in hoc Andrensi Cœnobio se pro electo gerebat, clamor multiplex, mediantibus eius subditis, ad Ecclesiam Karrofensem, nunc de eius insufficientiâ, nunc de inertia, nunc, de simplicitate, nunc, de prodigalitate, frequenter ascendebat.

Nostratibus autem, altero alteri invidentibus, &, (cùm multos locus iste haberet idoneos,) sicut plerisquè moris est, se invicem mordentibus, & odijs civilibus; & detractionibus mutuò persequentibus; sæpius apud Karrofum, non sinè sumptibus, itur, & sæpius indè reditur.

Amoto tandem, (sicut prædictum est) Domno Gregorio, nunc illi, nunc isti Abbatia, licèt adhuc pauper, & macilenta, à nostris offertur. Ille sperat, & repellitur: alius recusat. & eligitur: alius optat, & fallitur. Quicunque verò, vel in ipsâ Ecclesiâ, (*Sup; Carrofensi apud Pictavos,*) vel, in Prioratibus eius administrationem habebat; magis affectabat cum securitate ipsam administrationem in natali solo tenere, quàm in exilio, viro nobili & potenti cum formidine succedere.

Venacali, A Charroux, en Poictou,

Nostris igitur sic invicem contrarijs, & de regimine mutuò invidentibus: Karrofensibus quoquè, qui indigni videbantur, & nostrorum contubernium tanquam suspectum aspernabantur, loci paupertatem, morum & linguarum diversitatem, regionum longinquitatem prætendentibus, Deo miserante, qui frequenter malo nostro vtitur in bonum; quidam, natione, & renatione, atque professione Karrofensis, qui inter ipsos & nos manebat medius, existens Prior de Fraxineto, Magister Petrus Cognomento Muniet, id est, Parvus, inter nos & ipsos factus est mediator: & de assensu omnium huic loco datus est Pastor. Siquidem, nuncij nostri, per ipsum Prioratum euntes frequenter, & redeuntes, ex fideli multorum relatione didicerant ipsum à pueritiâ studijs insudâsse; & non solùm in Gramaticâ & Rhetoricâ, sed etiam in sacris litteris admodùm profecisse. Ipsos quoque non latuit, quòd in ætate iuvenili, à tempore Sancti Bernardi Clarevallensis, in Monasterio Allodiorum, quod situm est vltrà Karrofum, cum Monachis albis Deo aliquandiu militaverat; quòd, propter quandam controversiam, inter Abbatem & Conventum subortam, Abbate multum renitente, sed tandem consentiente exierat, postquàm ibidem multum in seculari scientiâ, sicut de talibus moris est, profecerat, & etiam eidem loco multum profuerat: quòd, peragratâ Africâ & Hispaniâ, tam gentilium, quàm Christianorum notitiam habuerat. Quòd, in Habulâ Civitate, Officium Archidiaconatus eleganter exercuerat: quòd, Apostolorum limina sæpius visitaverat: quòd, tam per terras, quàm per mare, magnam mundi partem peragra-

ragraverat: quòd tandem, non finè fastu, & pompà seculari, vt parentes visitaret, & patrię suæ se ostenderet, apud karrosum redierat; & ibidem Deo eum castigante infirmatus, Monachatum, tam mente, quàm veste imitatus, assumpserat: quòd, propter innatam ei scientiam, & rerum gerendarum industriam, ad ipsum Prioratum satis opulentum transmissus fuerat, & ibidem profecerat.

Sperantes itaque Nuncij nostri, virum tam exercitatum, tam benè litteris imbutum, & in varijs religionibus tam probatum, huic loco desolato consolationi futurum; electum eum à karrosensibus emancipatum & liberum receperunt: & benedictum à Domno Milone Secundo, Primi & pręfati Milonis olim Archidiacono, natione Anglico, Sanctæ Mariæ de Nemore regulari Canonico, in festo S. Thomæ Apostoli, quod est in Adventu, ad locum hunc auspice Christo adduxerunt.

Susceptus est cum honore debito Vir honorabilis, & in suo adventu,---mores suorum quos invenit degeneres, abhorruit, & expavit deformitatem Gregis. Quidam enim claudi; quidam contracti: quidam Monoculi; quidam strabones; quidam cæci: quidam verò manci inter eos apparebant: & hi ferè omnes, genere nobiles existebant.

Quo viso, prudens Pastor indoluit, & in se meditabatur, quod posteà devotus implevit. Nam, per annos triginta duos & ampliùs, quibus huic loco præfuit, nullum vmquam Monachari permisit, qui in aliquà parte corporis aliquem defectum habuit.

Quantumcumque autem quilibet ad conversionem veniens esset litteratus, non ei accessus patebat, nisi in legendi, & cantandi scientià fuisset exercitatus.

Inprimis ergò, circà opus divinum sollicitus, & intentus, sicut in Cœnobio Allodiorum audierat & consueverat, Psalmodiam, more Cistercienfium protrahi, & morosè cantari instituit, nec semetipsum, licèt multipliciter implicatum, die, aut nocte, ab ipso labore excusari voluit. Et hæc quidem consuetudo, multo tempore suis subditis displicuit: & tantò amplius, quò, in vicinis Ecclesijs, excepto, FAMOSO SANCTI BERTINI COENOBIO, mos iste non inolevit. Sed pio Patre non pigritante: *Labor improbus, omnia vicit.*

Vt autem dissuéscerent Psalmodiam, more solito, accelerare, (*Sup: Andrenses Monachi:*) & eam discerent protelando canere; pueris, & iuvenibus nondum installatis, die, & nocte Psalteria dabantur, & eis ad punctum pausantibus, seniores cordetenus psallentes, eos concorditer sequebantur. Verùm vt fastidium de medio tolleretur, & mens vniuscuiusque in horis canonicis devotiùs accenderetur: auctoritate Domni Petri Abbatis, multiplex psalmodia, syncopata potiùs, quàm eatenus in vsu habita, fuit intermissa. Solam quoque Litaniam cantari fecit: & illam quę Maiorem Missam pręcessit, extra Quadragesimam intermitti præcepit. In Sanctorum suffragijs, antiphonas, quas breviores sciebat, iussit decantari, audiens longiores, à dicentibus, eas, turpiter syncopari. Finitimis Monasterijs, pro honore Patroni sui, in quintà ferià: & pro

 honore

honore Beatæ Mariæ, in omni Sabbatho festivantibus, & tam feriales hymnos à Sanctis Patribus institutos, quàm —— Cantica Matutina, quæ prædicat Sancti Benedicti Regula, propriâ auctoritate intermittentibus; nunquàm Dominus Petrus voluit acquiescere: nunquàm regularia instituta postponere, dicens: Patres Orthodoxos, divini servitij informatores, rectiùs quàm modernos sapuisse; & iuxtà vias adinventionum suarum, sui temporis Abbates, & Monachos negligenter mutâsse opus DEI, & pro suâ desidiâ abbreviâsse.

Et nos *a* quidem eius *b* indigni successores, *c* quantum ad opus divinum pertinet; quæ ab eo didicimus, vsque ad hæc nostra tempora, per annos sexagintaquatuor *d* observata custodimus: & circà eos qui transgressores fuerunt, (quod tamen Deus auertat,) DEI omnipotentis iram, & indignationem formidamus.

☞ *a. b. c. d.* His ex verbis quatuor, & subsequentibus, clarè satis prodit huius Chronici Andrensis autor VVillelmus, quonam tempore scripserit, & vixerit Abbas.

Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXI. Præfato Domno Petro, *Munie, id est parvo*; ad regimen huius loci, sicut credimus, diuinitùs transmisso, & à nostris admisso; volens Vir discretus oves pascuæ DEI in ovili recludi, & à sæcularibus secerni, quas ab eisdem constabat portæ ligneæ, & sepium septis solummodò separari, statim in proximâ quadragesimâ, post hyemem, quâ ad nos intravit; ad exemplar portæ Cœnobij Sancti Bertini, portam hîc lapideam incœpit, & extrà priores terminos eam collocans, ità quod aditus domus eleemosynariæ deintùs esset, qui priùs deforis exstiterat; eam valvis munivit, & plumbo cooperuit. Deinde, per totam æstatem sequentem, fit sumptuosus lapidum & calcis apparatus, quatenus, loco & tempore amotis sepibus, sæpè, sæpiùs & sæpissimè transgressis, & inordinatè conculcatis, Domum DEI circumcingeret lapideus murus. Hoc eius propositum impedivit multiplex guerra, antè eius adventum in Terrà Gisnensi, & pro Terrà Gisnensi suborta, & nondum sopita.

Siquidem, mortuà iam pridem prænominati Comitis Alberici, *cognomento* Apri, Vxore Beatrice, calculosâ, sed ab eo priùs separata, & Balduino, Domino Ardeæ datà, Domini Manassis Comitis hærede, à nobili viro Henrico, Castellano de Brobourg, & à Sibillà, quæ & Rosa, ipsius Comitis filià, progenita: &, tam ipso Domino, ex parte vxoris suæ, totum Comitatum calumniante, quàm Castellano ipsum adiuvante, & multipliciter guerris, rapinis, & incendijs Comitatum Gisnensem devastante; Arnoldus Gandensis Castellani Filius, Cuius idem Comes Manasses fuerat Avunculus, quique ab ipso Comite, Villam, & Castellum de Tornehem, & omnia eius appenditia, ipso viuente, iure feodali fuit adeptus, ei viriliter & potenter resistebat; &, nè Domni Petri *Abbatis* opus procederet, multis eventibus impediebat.

Interim autem, Pastor providus nè vacaret, & à bono opere torpesceret, ad fabricandum feretrum Beatæ Rotrudis operam dedit, artifices conduxit; & sicut prænominatus Dominus Gregorius, in opere huiusmodi exercitatus, tempore suæ electionis durante, illud incœperat, ad finem debitum perducens, egregiè consummavit.

Dum

Dum verò idem Feretrum fieret, & Corpus pręfatæ Dominæ iuxtà majus altare in quàdam arcà repoſitum requieſceret, pernoctante ſæpiùs in orationibus Domno Petro circà ipſum altare, &, tam ſe, quàm ſibi ſubditos, Chriſto, & ſuæ Sponſæ devotè, & intentè recommendante, tanti ſtrepitus, tam mirandi & pavendi ictus in Arcà, & circà Arcam ab eo ſunt auditi, quòd manifeſtè intelligebat, Beatam Rotrudem, pro ſui humiliatione, & dejectione indignari.

Ipſe autem, tanquam vir timoratus, & ergà eam devotus, ſæpiùs interrumpens orationem, flexis genibus, & expanſis manibus, voce lacrymabili clamabat: Domina! Domina! expectate quæſo tempus adhuc modicum: quia, quantò citiùs valebo, pro viribus accelerabo opus veſtrum.

Quotieſcunque opus novum volebat incipere; quotieſque pro Eccleſiæ negotijs eum oportebat aliquò pergere; & à Principibus, ſeu Prælatis quidlibet optabat impetrare, ſe, & cauſam ſuam * BEATA ROTRVDI recommendabat, &, pro adepto deſiderio ei ſtatim grates debitas referebat.

* obſcura.

Vidimus eum aliquandò incappatum, præcinctum, & calcaribus circà pedes redimitum, atque paratis equis exire paràtum; &, dum ad horam quamlibet canonicam pulſatum fuit, ſtatim relictis, & rejectis omnibus feſtinavit ad ſignum. Et ita, eius exemplo, ſinguli, & omnes, ſive obedientiarij, ſiuè clauſtrales, ad horas canonicas, & ad Miſſam Majorem accedere certatim contendebant, quod omnibus circumquaque manentibus admirationi fiebat.

Obſerva hiſce ex verbis, Willelmũ hunc tempore Petri Abbatis exſtitiſſe: & quæ ipſe conſpexerit, nunc ſcriptis mãdare.

Sedatà tandem guerrarum acerbitate, ad Cœmeterium, & virgultum ampliandum, & dilatandum operam dedit: ſed Balduinus de Hammes, militià quidem famoſus, ſed malitià impiger & promptus, ei, pro viribus, victus invidià, reſtitit. Hic, frater germanus exſtitit nobilis viri Henrici, huius Andrenſis Villæ * Domini nuper defuncti, & hìc ſepulti, Patris junioris Henrici, & ſapientis Adelidis, atque inſipientis Alienoris, pro eo quòd ſua, & ſuorum bona inſipienter alienavit. Et idem Balduinus, vi potius & virtute, quàm iure, prædictorum orphanorum tutor, & pedagogus exſtitit.

* Andria, Ardeæ Villæ, ſeu Vrbi vicina, quatuor circiter Leucis ab Audomaropoli diſtat.

Iſte Balduinus, nobilem mulierem, Adelidem de Condevallâ, prædictorum pupillorum matrem, & præfati fratris ſui Henrici quondam Vxorem, pari modo contendebat dotalitio privare, quia volebat pupillorum, in ſui ſubſidium, & in eorum præjudicium tutelam habere. Ad cumulum autem ſui decoris, in hoc, contrà eam, & alios quos perſequebatur, fortior erat; quòd ſororem nobilis viri Ingelranni de Fielnes duxerat, nomine Adelidem, honeſtam quidem, & liberalem; ſed, flagitioſi viri vxorem. Nam, idem vir eius, toties excommunicationi ſubjacuit, quod, de omnibus liberis ex eo conceptis, vix ſemel in puerperio ſine excommunicatione fuit: vix vmquam poſt puerperium, more legali & evangelico purificari, & Eccleſiæ reconciliari meruit. Habebat & Comitem Flandrenſem, nobilem illum Philippum, toto terrarum orbe famoſum, & laudabilem, totius operis ſui fautorem, pro eò quòd ſuæ Curiæ ſe faciebat Decurionem,

rionem,& probatorum eius militum commilitonem. Cuius auxilio,contrà Arnoldum Gandensem supra memoratum, huius territorij Gisnensis Comitem, & contrà filium eius Balduinum, in eodem Comitatu hęredem, & successorem, ita se strenuè habuit, quod neuter eorum, propter metum pręfati Flandrensis Comitis, ei in aliquo adversari, vel contraire ausus fuit: immò, quod mirum est dictu & auditu, ad instantiam eiusdem Flandrensis Comitis,partem Nemoris de Hottinghem,quod olim Domnus Reinaldus secundus Abbas *Andrensis*, ab vsibus nostris alienaverat, & Domino Manassi *ab Ardeâ*, Comiti, ad parcum faciendum illicitè accomodaverat, sępèdicto Balduino, pro eò quòd Vxor eius focum glebarum,vel turbarum exosum habebat, Comes noster Balduinus, ad focum coram se faciendum concessit. Manserunt autem, idem Balduinus, & Vxor eius in Vallo & Castro huic Cœnobio contiguo, per annos quatuordecim, pręd ctis pupillis cum eorum Matre expulsis; & multis interim malis, & persecutionibus huic loco irrogatis. Sed, prudens virago, muliebri mollitie non mollita, sed, quasi sexus oblita, & animo virili redimita, manum suam ad fortia misit, de consilio & auxilio Venerabilis Episcopi Milonis Secundi, Apostolorum limina adiens, sententiam ab eo latam auctoritate Apostolicà confirmavit,& corroboravit;& ad diversos terræ Principes contrà prædictum malefactorem suum, Papale mandatum,non parcens laboribus,& expensis,impetravit,multas tribulationes perpessa; multisque annis evolutis,tandem,eo ejecto,in domo,& in bonis suis vnà cum liberis pacificè resedit, *Sup. nobilis mulier, Adelidis de Contevalli.*

Tertio autem anno à prælatione Domni Petri explicito, & opere Feretri (sicut supradictum est,) expleto; convocatis,cum præfato Episcopo, *Sup. Milone 2.* totius Episcopatus Abbatibus, in die festo Sanctæ Rotrudis, Corpus eius in feretro honorificè fuit reconditum; & Caput, ab Episcopo omni populo ostensum, DOMINO coöperante, & Translationem confirmante sequentibus signis, sicut in eius Legẽdà est expressum. *Atque hæc de Andrensi Asceterio; deque Ascetarchâ hoc Petro Petit, qui, labantem sacram Ædem à fundamentis restituit, & magnificè composuit, Virgultum monasticum patentius extendit, Cœmeterium muro cinxit, Cœnobium amplis possessionibus locupletatum effecit munificentiâ Balduini, fratris Henrici præfati militis famosi: & Arnoldi Comitis Gisnensis: Cuius filius,* BALDVINVS PRÆNOMINATVS, *vivente Patre, (verba reddo Willelmi Chronographi, & Abbatis Andrensis,) cùm sponsasset filiam vnicam Domini Arnulphi de Ardeâ, nomine Christianam, in Arco Comitatu, volens terminos suos dilatare, de quâdam terrâ in Parrochiâ de Surkes ad nos, hoc est, ad Andrenses, spectante, cum Domno Petro Abbate fecit concambium, quod & scripto firmavit, cuius initium tale:*

Vernacule., Arnoul d'Ardres.

IN NOMINE DOMINI: EGO BALDVINVS COMES GISNENSIS, Notum facio omnibus: Quod accepi quandam terram apud Surchas, ab Abbate Andernensi, & Ecclesiâ,sub annuo censu &c.

Auctam idem Præsul curavit Andrensem Abbatiam liberalibus donationibus acceptis, à Simone de Molendino, Capellano dicti Comitis Gisnensis Balduini: ab Arnulfo

Arnulfo de Ardeâ: Alulfo de Ales: Elbodone de Kenesberghe, eiusque Vxore, ac filio: à nobili Viro Guifrido HoseWod, & ipsius fratre Galarico: A Willelmo Sancti Audomari potenti Castellano: A Domino Ingelranno de Fielmes: Idâ Comitissâ Boloniensi, & alijs nobilibus, quorum Diplomata liceat legere apud superiùs productum DN. Aubertum Miræum S. Theol. Licent. In Notitiâ Ecclesiarum Belgii. Cætera, suis locis, prout ad historicam seriem pertinebunt, aptius referentur. Nunc igitur ad Synopsin Andreanam; cuius styli sunt, quæ subduntur.

Alexander PaPa, veritus potentiam Imperatoris Frederici, profugus ab Italiâ, emenso mari, venit in Franciam. Qui, Turonis generale Concilium * celebravit: Anno Iesu Christi 1163.

¶ Obijt Balduinus Rex Hierusalem, filius Fulconis Regis, sinè hærede. Successit Amolricus, frater eius. *Vide Guillel. Tyrium ad annum 1163.*

Godescalcus Episcopus Attrebatensis, infirmitate corporis, vel capitis gravatus, Episcopatum dimisit. * Cui successit Andreäs, de Ordine Cisterciensi, quidam Abbas, per suggestionem Henrici Rhemensis Archiepiscopi.

¶ Bella, & seditiones, iurgia quoque, & querelas, quæ emerserunt inter Ludovicum Regem Francorum, & Henricum Regem Anglorum, quis poterit enarrare? nec mihi videtur vtile, hæc omnia scribere in hujus Chronici abbreviatione. *Pax enim Alexandro Pontifice licèt autore, duos inter hosce Reges Orthodoxos fit anno 1162. composita: tamen (vti observavit P. Æmilius,) persæpè ab hoc tempore, arma posita; persæpèq; fuêre repetita: vt nunquam pax constans, & inter eos fida potuerit iungi.*

Constantia Regina moritur: * & in Monasterio Beati Dionysij, ad sinistram majoris Altaris, cum maximo honore sepelitur.

* a. Cardinales 17. cum Sancto Thomâ Cantuariensi. Interfuêre Concilio Episcopi 150. Abbatesque 400.

* Et Andreæ resignavit; atque in Divi Martini Monasterium se recepit. *Ex Chronico Aquicinctino.*

* Adelæ junioris filiæ partu, relictis filiabus Margaritâ, & Adelâ: addit Io. Tilius.

De Sancto Thomâ Cantuäriensi Archiepiscopo.

Prosecutio Capitis VI.

¶ ANno XXX. Ludovici Regis, Thomas Archïepiscopus Cantuäriensis, Primas totius Angliæ, & Legatus Apostolicæ Sedis, ab Henrico Rege, propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam exiliatur. Qui, à Ludovico Rege Francorum, & Monachis Pontiniacensibus gloriosè suscipitur.

Anno XXXI. * Ludovici Regis, obijt Theodoricus Comes Flan-

Anno Christi 1167.

* XXXIII. *Ap. cætera Exempp. MSS.*

Flandrensis: Successit ei Philippus, filius eius. *Appendix Sigeberti, quam secutus est Andreas noster, sic vocat Theodorici filium, qui tamen nominatus sit ab alijs Balduinus. Cæterùm, est hic, ex Marchantio, Philippus, huius nominis primus, qui scribitur in obsidione Ptolemaidis obijsse anno Salutis* 1191.

Anno XXXIV. * Ludovici Regis Francorum, Henricus II. Rex Anglorum, Henricum 3. filium suum in Regem sublimat per manus Rogeri Archiepiscopi Eboracensis, * eiusque Suffraganeorum: *Gisleberti Londoniensis, & Gocelini Salesberiensis Episcoporum, iam anteà nominatim excommunicatorum. Vndè, potiùs debet dici execratio hæcce, quàm Henrici 3. consecratio, peracta contra Pontificis Max. Alexandri mandatum; quam sint subsecuta, quæ memorat VVillelmus In Quadrilogo Vitæ S. Thomæ Cantuariensis, stupenda, & expavescēda mala.*

Eodem anno, mediante Ludovico Rege Francorum, pax inter Regem Anglorum & Cantuariensem Archiepiscopum composita est, magis ficta, quàm facta. Qui, conductu Philippi I. Comitis Flandrensis, * *a.* post septennis exilij iniurias ad Sedem suam revertitur, in *principio* Aduentus Domini, *Anno* 1170.

Anno XXXIV. * *b.* Ludovici Regis, Thomas Archiepiscopus Cantuariæ, ac Primas totius Britanniæ, quinto die Nativitatis Dominicæ, à Satellitibus Henrici Regis Anglorum, antè Altare Sancti Benedicti Capite mutilato, effusóque cerebro, in congregatione pretiosorum Martyrum coronatur à Domino.

* b. *Quidam Codd* MSS *per transpositionem characterum, notârunt Ludovici 7. Franc. Regis annum XXXVI. pro XXXIV. qui cedit in annum Redemtoris 1171. quo, & ij rectè collocant necem Sancti Martyris Thomæ Cantuariensis Archipræsulis, qui anni salutaris exordium à Natali Iesu Christi die sumunt. Vndè, Appendix ad Sigebertum, sic in eum pangebat:*

Annus Millenus Centenus Septuagenus
Primus erat; Primas quo ruit ense Thomas.

* *a.* Maria, filia Regis Stephani, habitum religionis, quem à multis annis abiecerat, resumpsit: & populus terræ, Ecclesias diù iam sibi pro illâ interdictas, absolutus intravit.

* *b.* Milo Secundus, Morinorum Episcopus obijt: Desiderius, Tornacensis Archidiaconus ei in Pontificatu succedit. * *a.* * *b.* *Hæc superiora desiderantur apud cætera exemplaria, manu, alibi vsquàm exarata:*

* *Apud cætera Exempp.* MSS. XXXV. *ap. recentiores Chronologos* 33. Anno Christi 1170.

* Andrēsis Codex legit: Suffraganeorum Cantuariensis Ecclesiæ, contrà prohibitionem districtā. Papæ Alexandri, & contrà dignitatē Cantuariensis Ecclesiæ Vndè, idem Archiepiscopus suspēsus est: & Episcopi excōmunicati.

* *a.* Post sexennis exilij, & Mensis iniurias, ad Sedē suam revertitur.

Legit Codex Andernensis MS. *Monteligianus verò*: Post septennium exilij, & immensas iniurias, &c.

* b. XXXVI. Apud Monteligianum, & Anderacu. ac Henniacen. Codd. MSS. mendosos.

rata: Quæ verò subjecimus, non exstant apud nostra duo; uti neque apud cætera, quæ mihi usquàm licuerit pervolvisse: sed sunt illa solo ex Andernensi VVillelmi Abbatis Chronico domestico excerpta, rursum actura de S. Thomâ Cantuäriensi.

Sequenti anno, Ludowicus Rex Francorum, & Henricus Senior Rex Anglorum, ad mutuum convenerunt colloquium: * vbi Thomas Cantuäriensis Archiepiscopus affuit; & pax inter ipsum & Regem Anglorum magis palliatur, quàm confirmatur. Nam, septimo exilij sui anno, eiusdem Regis permissu, ad Ecclesiam suam redire permissus, dolo eius qui simulatâ pace eum revocaverat, in Ecclesiâ Christi, Cantuäriæ, III. Kal. Ianuarij, dum à Conventu vespertina laus decantatur, coram altari Sancti Benedicti gladijs impiorum perimitur.

Qui, dum de exilio rediret, &, per terram Gisnensem transitum faceret, à Domno Petro Abbate, *Sup. Andrensi*, iussu Balduini Comitis, quem, (sicut suprà-diximus, *) sacramentis militaribus imbuërat, à Monasterio Sancti Bertini vsque ad Gisnes circumductus fuit; &, ibidem, in Castro Comitis, in summâ gloriâ, debito honore, & reverentiâ, cum suo famulatu, hospitium suscepit.

Ad petitionem autem Abbatis, *Sup. Petri*, dum à parte Occidentali huius loci per stratam publicam iter faceret, & iter accelerando, hùc intrare non posset; elevatâ dexterâ, locum hunc benedixit: &, ab illo die, & deinceps, in benedictionibus dulcedinis eundem locum DEVS prævenit.

Mane facto, antequam Gloriosus Pontifex de Castro exiret, audiens opinionem viri DEI Guiffridi, in Capellâ Comitis Capellani, cuius suprà mentionem fecimus, in secretâ confessione, & vitæ prioris pœnitudine, eius humiliter consilium expetijt, & suis se precibus commendavit: sicque ad mare properans; * quicquid DEVS de se disponeret, patienter expectavit. *Hæc de S. Thomâ Cantuäriensi, Cognomento Beket c.*, *seu Becquet, ex Chronico* MS. *inedito Willelmi Abbatis Andrensis; quem denique Andreanæ Synopseos interpolatorem, & Continuatorem sequi cogemur.*

¶ Anno Dominicæ incarnationis CIↃ. C. LXXII. obijt Godescalcus, quondam Episcopus Attrebatensis.

¶ Anno XXXVI. * Regis Ludovici, *Cognomento Lenis*, obijt Andreas Attrebatensis Episcopus. Robertus, Ariensis Præpositus, * loco eius eligitur; non consecratur. * *Codices* MSS. *Monteligianus, Henniacensis, & Vedastini, legunt*, Anno XXXVIII. &c. *Sed corruptè. Chronicon siquidem Aquicinctinum vult huius Andreæ Atrebatium Antistitis obitum incidisse in annum assertæ Salutis* 1173. *qui & Ludovici Regis Franc. exstitit 36. Ità quoque sentit Iperius Abbas. Huic demùm Andreæ successor datus est Archidiaconus Austrevanensis Frumaldus, qui, Villarum, Escoviensis & Gomicuriæ Decimarum partem,*

[Marginal notes: * Colloquium habet Baronius an. 1168. config. natum. — * Ex portu VVitsand, Angliam repetēs. — c. * Chronographia Genebrar. lib. 2. ad annum 1171. S. Thom. Cantuar. Archiep. cognomento Bequetus Videantur, & Guil. Tyrius lib. 20. ca. 23. & Polydo. lib. 16. Blond. lib. 5. Decade 2. — * In, Aq. Montiligianum, & Henniacēsem, Codd. MS &]

Tttttt 3 *Christi*,

Christi, eiusq. semper honorandæ Virgini Matri purissimæ Templo, liberali dono dicavit.

¶ Eodem anno, Alexander PaPa, Domnum Bernardum Clarevallensem, in numero Sanctorum Confessorum, in Ecclesiâ decrevit honorandum.

Anno M. C. LXXIII.

Comes Boloniæ, Matthæus, antè Oppidum, quod Novum Castellum dicitur, ictu sagittæ vulneratur, & post paucos dies moritur; & apud Sanctum Iudocum sepelitur.

Anno Domini M. C. LXXIV. Alexander Abbas Aquicinensis obijt. Succedit ei Simon, Monachus eiusdem Ecclesiæ.

Hoc bellum adversus Patrem Henricũ conflavit Henricus filius anno 1173 quòd filio petêti Civitatê aliquam sive in Angliâ, sive in Normanniâ, in quâ habitaret cũ Margaritâ Conjuge filiâ Regis Francorum, negâsset omninò Pater. Vide Annales Anglicos Rogerij, & Guilel. Neubrigêsem lib. 2. cap. 20. Anno 1174. Ludovici Regis Franc. 37.

Ludovicus Rex Franciæ, Henricus & Rikardus filij Regis Angliæ, & Philippus Comes Flandriæ, contra Regem Angliæ consurgunt. Qui, in Northmanniam profecti, Civitatem Rothomagum obsederunt. Multi verò de exercitu Flandrensium cum Comite de Clöecestriâ, qui à Rege Angliæ recesserat, transfretantes in Angliam; apud Sanctum Eidmundum, cum eodem Comite, quidam capti sunt; quidam interfecti; alij fugâ elapsi; alij, per licentiam turpiter sunt reversi.

Anno Domini M. C. LXXIV. Robertus Attrebatensium Electus, industriâ Philippi Comitis, ac potestate, Cameracensium Episcopus eligitur. Frumaldus, Archidiaconus, Attrebatensis ordinatur Episcopus.

Post paucos dies, Robertus Cameracensium Electus, à Servientibus Iacobi de Avesnis, apud Condatum ignominiosè perimitur. Chronicon Andrense, rem eamdem sub anno 1174. recensens; Robertus (*aït,*) in Castro, quod dicitur Condeï, III. Nonas Octobris, clanculò per Lenones occiditur.

Obijt Amalricus, Rex Hierusalem: Succedit ei Balduinus IV. filius eius, *Rex Hierosolymorum 6.* ætate impotens, & infirmitate.

Obijt Henricus, Remensis Archiepiscopus, frater Ludovici Regis Francorum: Cui succedit VVillelmus Senonensis Archiepiscopus, frater Henrici Comitis, & Reginæ Francorum, & Theobaldi Comitis Blesensis, & Campaniæ, *qui extremum efflavit spiritum anno Domini 1151. & Henricum habuit successorem, huius Henrici fratrem.*

In die sancto Parasceves, Philippus Comes Flandriæ in Ierusalem profecturus, Crucem accepit. *Hæc recensentur à VVillelmo Abbate Andrensi, sub anno 1175.*

Godes-

Godescalcus, Abbas Sancti Bertini, obijt: Cui successit Simon Monachus eiusdem loci, anno M. C. LXXVI.

¶ Anno XL. Ludovici Regis, magna circà Nativitatem Domini fuit aquarum inundatio. Nam, Sequana, Axona, & Ysa alveos suos egressæ, sub vnà nocte domos everterunt, & innumerabiles necaverunt.

Anno Domini 1177.

¶ Anno XLII. Ludovici Regis, facta est lætitia magna in populo. Nam, Fredericus Illustris Romanorum Imperator, per inspirationem divinæ gratiæ, deposito vanitatis errore, ad viam veritatis reversus est, & ad obedientiam Alexandri PaPæ. *Chronicon Andrense VVillelmi Abbatis, hæc prolixiùs refert in annum Christianæ Pietatis* 1177. *hisce conceptis verbis.*

Alexander PaPa, & Fredericus Imperator pacificantur, & Ecclesia DEI, quæ per XVIII. annos, eorum dissidio vexata fuerat, plenissimè vnitur. Christianus enim Archiepiscopus Maguntinus, qui, & Cancellarius, & Optimates Regni cum Episcopis convenientes, Fredericum Imperatorem ad Domnum PaPam Alexandrum III. discalceatum, & Regijs ornamentis nudatum, in Venetiâ, in loco, qui Altus-Rivus nuncupatur, IX. Kal. Augusti adduxerunt. Ipse verò, cùm tantâ humilitate, quod ei indictum fuerat, implevit, vt, illius extitisse opus, sinè dubitatione credatur, de quo dicitur: *Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocunque voluerit inclinabit illud.* Proverb. 21. vers. 1.

¶ Philippus, Comes Flandriæ, à Transmarinis Principibus cum magno honore suscipitur. Paucis autem postquàm illuc venerat, evolutis diebus, Antiochiam proficiscitur, & à Principe ipsius Civitatis honorificè receptus, cum eodem Principe, Castellum Harenæ Christianitati violenter ereptum ex omni parte obsedit: sed parum ibi proficiens, circà diem Paschalem, ob visionem sacri ignis, Ierosolymis remeàvit: anno M. C. LXXVIII.

¶ Celebratâ ergò ibidem Paschali solemnitate, marina timens discrimina, per Hesperiam, Thraciam, Pannoniam, seu Saxoniam redijt ad propria: & mense Octobri reversus, à Flandrensibus est favorabiliter susceptus.

Ex Willelmi Abbatis Chronico MS. inedito.

AVdiens Domnus Petrus Abbas, famosum Principem Philippum, Flandriæ & Viromandiæ Comitem de transmarinis partibus repatriâsse: &, per veridicos rumores cognoscens eum per Constantinopolim iter fecisse; & multa pretiosa pignora cum Sanctorum reliquijs indè aspor-

asportâsse; quod pridem mente conceperat, ad effectum perduxit. Apud Sāctum Bertinum eidem occurrit; aliqua pretiosa pignora cum Reliquijs ab eo petijt, & impetravit: & ita, Ecclesiam de novo constructam * hoc donativo nobilitans, ipsam, Anno Domini M. C. LXXIX. dedicari fecit à Venerabili Patre, Domino Desiderio, Morinorum Episcopo, præsente Cleri & populi infinitâ multitudine, mense Iunio.

* DN. Petrus Petit, Abbas, Andrensem Ædē octennio totore stituit collapsā.

Qualiter autem eumdem Principem adierit; qualiter eum compellaverit; quæ, & quanta ab eo receperit ad dotandum Ecclesiam in proximo consecrandam, idem Domnus Petrus *Abbas*, in quodam Tractatu, eleganti stilo declarat; quem, legi ad mensam in die Sanctæ Rictrudis aliquandò constat. *Hac, Willelmus Abbas Andrensis. At noster Silvius, sic ad Epitomen suam redit.*

† Anno Domini M. C. LXXVIII. Sarraceni, in planis de Ramenes à Christianis devicti fugerunt, pluribus interfectis. Signum Crucis, quasi de Cœlo in terram, ab Oriente in Occidentem expansum, Sarracenis apparuit.

Anno XLIII. Ludovici Regis, Generale Concilium, apud Romam, Alexander PaPa celebravit. h *

Appendicula ad Characterem h. *

¶ h. *Exscriptorum, non autem primarij Scriptoris error, hoc demùm loco clarè deprehenditur. Andreas enim noster, huius temporis oculatus, & prudens Scriptor, ac testis, non potuit ignorâsse, Ludovicum Regem valetudinarium, iussisse natum anno 1165. filium Philippum, (dictum Adeodatum, quòd precibus, ex insperato, fuisset à Deo concessus, Maximo Procerum conventu, cui & interfuisset Henricus Rex iunior Anglus, Franci beneficiarius, Rhemis coronandum, Calendis Nouembris anno regni sui, (vt aiunt penè omneis Chronologi) 42. Adriani Tertij Pontif. Max. 20. Quo, & Roma, in Basilicâ Lateranensi, Martij die 5. Synodum Generalem inchoatam precepit 300. Episcoporum. Guillelmus Tyrius Archiepiscopus, rem ibi gestam describit lib. 21. cap. 26. Decreta 26. recitat Rogerius Anglus. Magister Sententiarum, Petrus Lombardus, (cuius nonnulli fratrem exstitisse Petrum Comestorem * fabulantur,) ibidem fuit delatus, quòd malè sentiret de humanitate Christi. Vndè Pontif. Max. Alexander 3. ad VVillelmum Senonensem scripsit Archiepiscopum, vt Coëpiscopos suos Lutetiam Parisiorum convocaret: ibiq; vna cum Magistris in Theologiâ, errores eius condemnaret. Nodum tangentes deniquè, dicimus reponendū nobis videri superius loco mendoso.* Anno, *non* XLIV. *(vti legunt Monteligianus, Andernen. & Henninienses;) sed* XLII. *Ludovici Regis &c. Eâdemq; operâ observandum occurrit, more suo, Andream nostrum*

* Vide Antoninū p. 3. Titu. 15. cap. 6. & Baroniū sub finē anni 1164.

prudenter

prudenter tritum illud conticere de conculcato Imperatore Friderico ab Alexandro Pontifice commentum, quod Baronius numero 86. egregiè confutavit.

¶ *Præter Marcianensia & Andernense, cætera Exemplaria, quæ subnectuntur, multa desiderant.*

¶ Anno Domini M. C. LXXIX. Comes Flandrensis Philippus, Castra, Sancti Quintini *, & de Paronâ, graviter afflixit, eorumque cives, obsidione & persecutione, diu, multumque humiliavit: Hesdinensibus Reipublicæ dignitatem abstulit; campanam communem, apud Ariam transmisit: & quosdam, pro interfectione cuiusdam, de turri præcipitari iussit.

* *Vernaculè*, Saint Quentin & Peronne.

¶ Ludovicus Rex Francorum, assumpto secum Philippo Comite Flandriarum, provinciam istam transiens, in Angliam transfretavit, & Sepulchrum gloriosi Martyris Thomæ, quem aliquandiu in exilio nutrierat, tam precibus, quàm muneribus honoravit. Nam, inter cætera dona, & donaria, centum vini modios, Monachis ei servientibus, & eorum Successoribus, annuatim in Franciâ percipiendos, ibidem liberaliter obtulit; & cuppam regalem ad eos propinandos, eiusdem Martyris veneratoribus, in signum amoris perpetui dereliquit; & etiam annulum, quem, (sicut dicitur,) Beato Thomæ adhuc viventi quandoque denegaverat, ei nihilominùs obtulit, pretiosum in se sapphirum continentem, & multas posteà ægritudines medentem. †

¶ Rex autem Anglorum Henricus eidem Regi Ludovico, tam in ingressu, quàm Cantuariæ posito, multiplices honores fecit, & multipliciùs in regno eum detinere, & honorare proposuit: sed affectum suum ad effectum perducere non potuit. Nam, quanto citiùs potuit, de ipso regno egressus, & in suum regressus, in festo omnium Sanctorum, Philippum filium suum quem genuerat ex Elizabethà Reginà, filiâ Theobaldi, Comitis, quam, post Constantiam Reginam, tertiam vxorem duxerat, à VVillelmo Rhemensi * Archiepiscopo, ipsius Philippi Avunculo, qui, Henrico ipsius Ludovici Regis fratri germano, iam transactis quatuor annis successerat, in gloriâ & honore totius nobilitatis Gallicanæ Regem coronari fecit.

Ludovicus Rex *Franc.* anno Regni sui XLIV. * Frederici autem Imperatoris XXVI. * Henrici verò Regis Anglorum XXV. Alexandri Papæ XXI. mense ferè Septembri, morbo para-

* XLV. *ap. al. exẽplaris. 43. ap. recẽtiores historicos.*

* XLVIII. *ap. al. Codd. MSS. Anno Christi 1180.*

paralysis, quo, per annum fuerat dissolutus, vitâ caruit: Qui, regnum Francorum satis iusto & pio moderamine gubernavit. *Res hoc & superiore anno gestas, suo hocce stylo nobis tradidit VVillelmus Abbas Andernensis.*

Anno Domini M. C. L X X X. Ludovicus, pius Rex Francorum moritur, & in Monasterio Cisterciensis Ordinis, nomine Barbel, super Sequanam, à se fundato sepelitur. Regnat pro eo filius eius Philippus, in anno præterito Rex coronatus adhuc juvenis, & à suis Proceribus, & Majoribus Franciæ, in primordio regni, multa adversa perpessus.

Comes Henricus De Campaniâ, filius Comitis Thẽobaldi, reversus ab Hierosolymis moritur. *Tumque subdit ibidem.*

Interpositio, De morte Alexandri PaPæ: Et, *de itinere Abbatis Petri ad Curiam Romanam, propter Philippum Comitem.*

ANno Domini M. C. L X X X I. Alexander PaPa moritur: Lucius ei succedit. Comes de Gelrâ, * Gerardus, Idam, filiam Matthæi Comitis, & Mariæ Comitissæ Boloniensis duxit Vxorem; & in brevi postmòdum mortuus est. Moritur etiam Flandriæ Comitissa, cuius maritus Philippus Flandriæ Comes prænominatus, adhuc mortuâ vxore, Comitatum Viromandensem, licèt ex eâ non haberet hæredem, tenens & adhuc ad majora se extendens, non contentus duobus Comitatibus, tertium, scilicèt Campaniensem cœpit concupiscere, & mortui Comitis, cuius suprà meminimus, relictam quærere. Sed, cùm sciret ipsam suæ vxoris propinquam fuisse, & non nisi per Domni PaPæ dispensationem, voluntatem suam adimpleri posse: Domnum Petrum Abbatem huius Loci, de consilio multorum ascivit; secretum ei pandit; vt, pro hoc negotio Domnum PaPam adeat affectuosè requirit; omnia viæ necessaria præparari præcipit; magna dat, & multò majora promittit. Assensum prębet Principi vir discretus, sperans per eius munificentiam locum sibi creditum posse promoveri, & locupletari, si eius satisfieret voluntati.

* *Vernaculè.* De Geldre.

Adjungitur ei à Comite comes itineris, Willelmus quidam solo nomine Monachus, qui per auxilium Comitis de Cœnobio Clarimaresci * ad Lobiensem Ecclesiam se transtulerat. Qui, de mandato Comitis, exercitum Flandrensium in Angliam nuper duxerat, & in terrâ Sancti Eadmundi eos ad prædandum ducens, minimè reduxerat: qui, in negotijs Comitis se ingerens, & immergens, vt semper esset instabilis, modis omnibus laborabat.

* *Vernaculè.* L'Abbeye de Clermarez.

Vidimus eum postea in parrochiâ de Ferkenes, cuidam Curti nostræ, occasione eius destructæ, præesse, &, tam panem, quàm optimam cerevisiam

fiam ibidem venalem habere, quia multas ibi tenebat focarias,quas non fustinebat esse otiosas.

Alias quoque Curtes, per vim Comitis, de monasterio Lobiensi tenebat, & se apud omnes Monachum Comitis esse iactabat.

Dominum siquidem de Fielnes, famosum illum Ingelramnum, per vim Comitis edomuit: & plures alios vel mutire prohibuit, quia, per fidem quam debebat Comiti, cuius erat Monachus, iurare consuevit.

Tali igitur Venerabilis Abbas fretus Capellano, ad Apostolorum Limina pervenit; &, dum injunctum sibi negotium exequi paratus esset, &, tam Domnum PaPam, quàm Fratres, ex more salutâsset, &, de impetratione negotij spem firmam concepisset; ecce subitò ex parte Comitis, solemnes habuit nuncios, qui, eum, omni occasione, & dilatione cessante, redire, & negotium imperfectum relinquere mandavit.

Quidam enim asserebant ipsum Comitem ad alias nuptias anhelare; quidam verò dicebant, quòd ad thorum Campaniensis Comitissæ lascivus pervenerat, & eam, de cætero, contemptui habuisset.

Repatriat ergò Pater huius patriæ, & Loco suo gaudium ingeminat. Ab vniversis itaque, tam Clericis, quàm Laïcis officiosè suscipitur; & in commune ab omnibus honoratur.

Quisquis Romam volebat iter arripere; quisquis, de statu Curiæ volebat inquirere, ad Domni Petri, tanquàm ad Apollinis recurrebat Oraculum, quia rarus adhuc in partibus istis erat, qui visitaverat Limina Apostolorum, & propter Legatos, quos ferè vnaquæque Metropolis habuit, vix aliquis ad Domnum PaPam appellavit.

De Domno Bernardo Pœnitente.

ANno Domini M. C. LXXXII. Domnus Bernardus Pœnitens, & veros pœnitentiæ fructus ostendens, in Monasterio Sancti Bertini moritur, & miraculis illustratur. Cuius vitam virtutibus plenam scripsit Ioánnes, posteà Abbas Sancti Bertini.

Maria, filia Stephani Regis Anglorum, quondam Abbatissa, posteà Boloniæ Comitissa, tertiodecimo anno postquàm resumpserat habitum sanctimonialis, apud Monasteriolum moritur, & sepelitur.

De Rege Henrico Iuniore.

ANno Domini M. C. LXXXIII. Henricus Rex Iunior, Henricum Patrem suum, Regem Angliæ, bello iterum sollicitat pro Ducatu Pictaviæ, quem Pater dederat Richardo filio suo. Sed cùm Patrem superare non posset, deficiens mortuus est, & apud Rothomagum iubente Patre sepultus.

Idam prædictam filiam Matthæi Comitis, Boloniæ Comitissam, Dux de Saringhes Bertholdus ducit Vxorem.

Vuuuu 2 Domnus

☞ Domnus Petrus Abbas Cisterciensis, fit Episcopus Attrebatensis. *Huius hortatu suam Synopsin Francicam condidit Andreas du Bos, Archiprior Marcianensis, cui haecce historicè inseruit nobis tradenda R. P. Domnus Willelmus Andrensis Abbas; cuius item sunt quæ paucula subsequuntur.*

DE SECVNDO CONIVGIO PHILIPPI COMITIS.

ANno Domini M. C. LXXXIV. Philippus Comes Flandriæ, de Hispaniæ finibus sibi, sumit vxorem, Mathildem, filiam Regis Portugallensium.

† Heraclius Patriarcha Hierosolymitanus transfretavit in Angliam, à Rege Henrico adversus Sarracenos auxilium petiturus, quibus, in terrâ sanctâ, Christianorum vires exhaustæ resistere non valebant.

☞ Terribilis terræmotus, cum validâ tempestate, in Angliâ, ab vrbe Lincolmæ versùs Londoniam, per tres terræ diętas durans, & ampliùs, cùm ædificia ruerent; muri funderentur; homines quasi ebrij ferrentur huc & illuc, miraculo fuit, & stupori. *Hactenus Willelmus Abbas Andrensis. Nunc Andream nostrum resumamus, Caput Sextum Tertij libri sui in hac verba finientem.*

Pontifices Romani, qui *Ludovico* regnante Ecclesiæ præfuerunt; Innocentius II. Cœlestinus II. Lucius II. Eugenius III. Anastasius IV. Adrianus IV. Alexander III.

Imperatores Romani, hi, temporibus eius imperaverunt; Lotharius II. Conradus III. Fredericus I. *Barbarossa dictus.*

Græci, seu Orientales; Ioannes Comnenus; Manuël Commenus.

DE REGNO PHILIPPI II. AVGVSTI, *qui modò regnat.*

CAPVT SEPTIMVM & postremum.

Ex hoc matrimonio, dotis nomine notant Annal. Franc. accessisse Regi cum Veromanduis Comitatum Attrebatensem.

ANno Domini M. C. LXXXI. Frederici Imperatoris XXVII. regnavit Philippus, filius Ludovici huius nominis Rex Secundus, in Franciâ, annis XLIV. *vel f. 43.*

Philippus Rex, antè mortem Patris sui, vxorem duxerat Elizabeth, filiam Balduini Comitis Montensis, quam genuerat ex Margaretâ, Sorore Philippi Flandrensium Comitis. *Isabellam seu Elisabetam vocant Annales, ad annum 1168.*

In

In initijs regni Regis Philippi, cùm pax inter maxima, & affectus, propter prædictas nuptias speraretur, instigante Diabolo, per Comitem Clari-Montis & Radulfum De Cocïaco, * filium etiam Roberti Cognomento Clementis, Regis Consiliarij, (qui prosperitati Philippi Comitis invidebant,) pax est turbata. Nam, Rex puer erat, * & illum, pro suo velle, sicut arundinem, ad suum placitum agitabant. *a. b.* *

* *Gallicè*, De Coussy.

* Scilicet annorū XV *addit notatio marginalis Codicis Montelisiani.*

Anno Domini M. C. LXXXIV. Philippus Rex Francorum, consilio quorundam Baronum suorum Comiti Flandriæ invidentium, Reginam vult dimittere. At illa, ad Dominum conversa, tantam ergà DEI-GENITRICEM in Civitate Silvanectensi exhibuit devotionem, humilitatem, & contritionem, vt omnes intuentes pœnè ad lachrymas commoveret. Nam, nudis pedibus per plateas civitatis incedens, cereos in manibus portans, eleëmosynamque omnibus indigentibus affluenter dispertiens, intravit Beatæ DEI GENITRICIS Ecclesiam. Vbi diutiùs oravit; & ipso die, omnes civitatis pauperes lautè refecit, quibus & ipsa ministravit.

Hic variant Exemplaria MSS.

¶ Quod Rex, & omnes Optimates Regni eius audientes, compassi sunt; & pœnitentiâ ducti, ab incœpto destiterunt.

¶ Philippus tamen Comes, tam Archiepiscopum Remensem, quàm omnes qui huius consilij complices fuerant: quos dudum colebat, vt amicos; nunc veretur vt inimicos. Propter hanc ergò causam, & alias, inter Regem, & Comitem pax est turbata.

¶ Post Pentecosten, Rex & Comes, cum suis exercitibus in Marchis * terrarum suarum conveniunt. Regis exercitus, bene instructus: porrò Comitis; agminibus peditum optimè armatorum præcellebat. Standardum altissimum, Draconem desuper præferentem, Comes secum super currum quatuor rotarum duci fecit. Quod Rex, cum totâ Franciâ, valdè indignè tulit. Tamen mediante Henrico Anglorum Rege, ab instanti festo Sancti Ioannis, vsque in annum protelantur induciæ.

* *Seu, limitibus extremis.*

Observatio, *ad Characteres a. b.* *

Divus vti Hieronymus, antiquæ Theodotionis editioni congruum censuit certos obelos miscere: ita, & nos, ab hoc Septimi Capitis loco, ad finem cogimur asteriscis, & certis characteribus vti; quibus animadvertat Lector

 exindè,

exindè, Andreäna complura exemplaria sic variare; vt, vel plerisque locis aliquid fuerit ab exscriptoribus omissum, vel etiam ordine præpostero, longéq; à nostris differenti rerum gestarum enarratione, ab ijsdem exemplaria manu diversimodè nobis producta sint exarata. Quam autem ob causam, ab ijs ita sit variatum; me planè præterit. Attamen, palam esto, operam me frustrà minimè operari; hîc, quùm obiter commoneo Lectorem amicum, satis bene duobus nostris Marcianensibus, cum Andernensi exemplari MS. *convenire. Vt igitur cætera, quid à fermè consimilibus nostris exemplaribus* MSS. *& Andernensi differant, planum ilicò fiat, & apertum: ea frustulatim, (proüt agendi ratio postulabit,) ordine alphabetico, & obelis suis prænotata, diversas in partes distracta disponemus, quæ, dissimilia, quæq; à nostris dissecta, & alijs ordinibus apud cæteros Codices* MSS. *post-hac videbimus tributa; nè quid effluat indè ignotum Lectori, cuncta fortassis, & singula lustrare, pervolvere, nôsseq; studiosiùs cupienti. Eccum proindè id moliri auspicamur, superioribus ab asterisco & characteribus* a. b. * *in quibus, si non omnia; at sanè multò maxima pars, à nostris exemplaribus, & Andernensi, dissimilis, & longè alia est.*

* Philippum Adeodatum.

Hæc simultas, inter Regem, * & Comitem Flandrensem duravit per quinquennium, & in tantum exagitata, vt etiam ipsi Episcopi cum Principibus Francorum, præter Henricum Silvanectensem Episcopum, suäderent Regi, vt Elizabeth Reginam repudiaret, (quæ erat, pro ætate, sancta & religiosa,) propter Philippi Comitis odium. Sed, interventu Beatissimæ DEI-GENITRICIS VIRGINIS, cui præfata Regina se totam in hoc negotio commiserat, & vigilias in Ecclesiâ Silvanectensi cum magnâ cereorum claritate celebraverat; & pauperibus, nudis pedibus ministraverat. Rex non consensit consilio & actibus eorum; sed dilexit eam, & genuit ex eâ filium, quem vocavit Ludovicum. * *Hæc variè legunt cæteri Codices* MSS.

Observa B. Virginis patrocinitû singulare.

* Is Divus fuit Ludovicus. Anno Domini 1183.

¶ Anno III. Regis Philippi, In regno eius hæretici multi sunt deprehensi; qui, industriâ VVillelmi Archiepiscopi Remensis, & Philippi Comitis, in Civitate Attrebatensi, & in multis alijs locis, sunt ferri iudicio & aquæ, examinati: deprehensi; sunt flammis traditi.

* 1183.

¶ Eodem anno, * obijt Frumaldus Attrebatensis Episcopus. Eligitur post eum PETRVS Cisterciensis Abbas; mediante VVillelmo Remorum Archïepiscopo.

¶ *Hic est Episcopus ille Petrus, anteà Cisterciensis Abba; Cuius hortatu,*

tatu, suam Synopsin Franco-Merovingicam hanc edidit Domnus Andreas du Bos, seu du Bois, Magnus Prior Cœnobij Sanctæ RICTRVDIS *de Marcanis.*

¶ Anno Domini M. C. L X X X V. Philippus Rex Franciæ, instinctu Balduini Comitis Montensis, in Philippum Comitem Flandriæ iterum insurgit. Quâ de re commotus idem Philippus, & auxilio fretus Philippi Coloniensis Archiepiscopi, terram Comitis Montensis ingreditur, eamque rapinis & incendijs magnâ ex parte depopulatur. Quo comperto, Rex Franciæ cum exercitu suo Viromandiam * ingreditur: accedensque ad Castrum, quod Mons-Desiderij * dicitur, ipsius suburbana succendit: dein, Henrico Rege Angliæ mediante, vel potiùs hyëmis asperitate, quæ iam instabat, compellente, vnusquisque ad propria est reversus.

Lucius PaPa Tertius *id nominis* obijt *Veronæ: 7. Cal. Decembris anno Salutis* 1185. Succedit Vrbanus Tertius.

Anno Domini M. C. L X X X V I. Philippus Rex Franciæ, non contemnendæ probitatis juvenis, cum exercitu suo Viromandiam ingreditur. Cui, cum exercitu suo, Philippus Comes Flandriæ vsque Ambianis occurrit. Sed, Comes, non minùs Regiæ Majestati, quàm proprio honori deferens; populorum etiam cædem, coram DEO & hominibus, sibi imputari formidans, partem Viromandiæ Regi concessit, vt residuum sibi in pace tenendum confirmaret. *c. d.* *

* Primaria Viromanduorum Civitas, est Augusta Viromanduorum, gallicè S. Quentin.

* *Vernaculè*, Mont-Didié.

Hæc paullò contractiùs apud cætera Exemplaria sic leguntur.

Anno V. Regis Philippi, Philippus Comes Flandriæ, in Pago Ambianensi Regi satisfecit: & ad gratiam eius redijt. Reddidit enim ei quędam Castella, in Pago Vadensi, & Viromandensi, quæ, per Elizabeth, Vxorem suam, filiam Rodulfi Viromandorum Comitis, vivente eà tenuerat: sed, post mortem eius, alios exhæredans injustè tenebat.

Reddidit etiam ei Comitatum Ambianensem. . *Hæc, ibi. Sed fueritne, Flander ille Comes, Franco Regi, ob Veromanduensem Comitatum, & Ambianensem parere coactus, anno Christi* 1185. *vel præcedente, certent historici Scriptores. Nos verò ad Exemplaria nostra* MSS. *domestica, & Andernense haud adeo dissimile iam redeamus.*

¶ Henricus Rex, filius Frederici Imperatoris, qui futurus sperabatur Imperator, Constantiam, Amitam VVillelmi, Regis Siciliæ, duxit Vxorem; *filiam Rogerij, Siciliæ Regis, anno 1186.*

¶ Anno Domini M. C. L X X X V I. Obijt piæ memoriæ Domnus Simon Abbas Sancti Bertini Secundus,* mense Ianuario: Cui

* Huius nominis,

Cui à curâ absoluto in præcedenti Iulio, successit Domnus Iōannes de Iprâ, primò Lobiensis, postea Sithivensis Monachus, Vir in omnibus religiosus.

Grave dissidium, & Ecclesiæ DEI nimis incommodum ortum est inter Domnum PaPam Vrbanum III. & Imperatorem Fredericum: sed vno eorum decedente, per DEI misericordiam citò accepit terminum. *Ista quonam contigerint modo, prolixè descripserunt Arnoldus Lubecensis lib. 7. capp.* 8. *&* 9. *Et Cæs. Baronius, ad annum 1186.*

DE PERDITIONE HIERVSALEM.

Prosecutio Capitis VII.

ANno Domini M. C. LXXXVII. * Anno XXXI. Frederici Imperatoris. V. Philippi Francorum Regis, Balduino * Rege Hierosolymorum filio Amalrici * defuncto, * Balduino quoque successore eius ex Sorore nepote sub tutelâ Comitis Tripolitani mortuo, * Sibylla filiâ Amalrici Regis, Mater pueri Regis defuncti, Comitissa Iafensis, iure propinquitatis successit, maritum suum Guidonem *de Lusignano*, Comitem de Ioppe, Regem faciens, nec alium accipere volens.

e. f. * Vndè, & aliquot Baronum suorum ad iracundiam provocavit.

Huius ergo occasione discidij, Terra promissionis à Saladino * capitur, cum Cruce Dominicâ; & ipse Rex, *VVido de Lusignano* cum multis alijs captivatur. Episcopi, cum Templarijs & Hospitalarijs, & vniverso pœnè populo Terræ perimuntur: & sic, pro dolor! Christiānitas in transmarinis partibus magnâ ex parte deletur.

Tyrus tamen Civitas, per DEI gratiam, & Marchisum quendam, Italiæ principem, à tantâ calamitate salvata, magnas persecutiones, & insultus continuos patitur Sarracenorum.

Vrbanus PaPa, audito rumore Hierosolymitanæ destructionis, dolore (vt dicitur, *) suffocatus decedit: * Cui succedit Gregorius VIII. Quo, non multò post defuncto, *17. Cal. Ianuārij, eiusdem exeuntis anni:* Pontificatum Apostolicæ Sedis Clemens III. suscepit, *electus* 8. *Eidus IanuārI, anno* 1188. *ex Cardinale Prænestino Pontifex Summus.*

Margin notes:

* f. 1185. *certiùs reponēdum.*
* *Id nominus 4.*
* 16. die Martij an. 1185.
* Post menses octo.
* Rege Babyloniæ.
* Nota, (vt dicitur.) Nā, de captâ Hierosolymâ nuncium post obitum credit Vrbani Romā pervenisse Neubrigēsis.
* Ferrariæ, 17. Octob. anno 1187.

Cætera

¶ *Cætera Exemplaria* MSS. *nostris à duobus, & Andernensi tota fere deinceps alia sunt: & res superius enarratas in hæc scribunt verba.*

* *e.f.* Balduino —— sub tutelà Comitis Tripolitani mortuo: Corona regni redditur à Templarijs militibus Matri pueri defuncti, quæ fuerat filia Regis Amalrici. Quæ coronam accipiẽs, imposuit capiti Guidonis De Lesenon, Comitis De Ioppe, mariti sui.

e.f. Quod videns Comes Tripolitanus, infremuit, & indoluit; & Saladinum Regem Syriæ, super Christianos, vt eos debellaret, invitavit. Quid multa? Dies belli venit: Crux Dominica capta est: Patriarcha occisus: Rex Guido captus: multa hominum millia, & capta, & interempta: Civitas Hierusalem, cum multis alijs Civitatibus, & Castellis, in deditionem Sarraecenorum transijt. *Hactenus ibi.*

DE TERTIA VIA: *seu profectione Hierosolymitanâ.*

Prosecutio Capitis VII. & vltimi.

* *f.g.* SErvili, & nefandâ progenie Ismaëlis prævalente, & Terram Sanctam, (in quâ DEVS ET HOMO corporaliter visus, & cum hominibus conversatus est: Et, in cuius medio salutem operatus est, *) suæ ditioni supponente: cùm rumor tanti mali ad Romanam Curiam pervenisset: auctoritate Summi Pontificis, & totius Curiæ, VVillelmus Tyrius Archiepiscopus, & Albanensis Episcopus Henricus, in Germaniam & Galliam diriguntur. Quorum consilio animati, & prædicatione confortati, invictissimus Romanorum Imperator Fredericus, & Reges Francorum & Anglorum Philippus, & Henricus, & Flandriæ Comes Philippus, cum innumeris Principibus, & populis, ad vindictam tam nefandæ rei accenduntur: & ab eis Signum victoriæ Christi assumitur; & ad liberationem Crucis Dominicæ, & terræ Sanctæ, cum DEI adiutorio, omnes voto adstringuntur.

* Ex psalmo 73.

Concilium Parisius à Philippo Rege, & omnibus Archiepiscopis, Principibus, & Prælatis totius Regni, præsente Henrico Apostolicæ Sedis Legato celebratur. In quo congregati, cùm De Viâ Dominici Sepulchri tractare, & ordinare deberent; voti sui obliti, non, pro Ecclesiâ, sed contrà Ecclesiam bellum instituerunt, & Vineam Domini Turcis depascendam subdiderunt: & novum, &

inauditum facinus invenientes, eam decimari constituerunt.

Fuit eiusdem mentis & Zeli Christiani Petrus Blesensis, qui per epistolam suam 112. hortatus sit Episcopum Aurelianensem, vt se Regi Philippo istiusmodi Decimarum pensitationem præscribenti fortiter obijceret; quòd earum pensitatione indigniùs Ecclesia Christi gravarentur, & ad angustias non ferendas pauperes adigerentur. Epistola gravis est: quaque perdoctè demonstret, non debere eos Christi Ecclesiam spoliare, qui pro ea pugnent: sed potiùs illam donare, inimicorumq; spolijs, & triumphalibus donis ampliare. Docetq; multis rationibus, & autoritatibus sacris, pauperum nunquàm, nunquàm Ecclsiæ spolia prosperum eventus auspicium habuisse. Extat & eiusdem Epistola ad Rothomagensem scripta Decanum: quâ, vt cætera sileam, eruditissimè probet: A diebus antiquis IESV CHRISTI Ecclesiam liberam esse; eiusdemq; Filios sacros.*

*Epistola Petri Blef. 121. contra exigêtes decimas ab Ecclesiasticis.

Quod si Principes, obtentu novæ peregrinationis orbem describere velint; & Ecclesiæ Christi tributarijs functionibus characterem inurere servitutis: Qui Filius Ecclesiæ est, ex adverso ascendat, ac mori priùs eligat, quàm servire. Gravissima profectò, Dignissimaq; sunt duæ Epistolæ istæ, quas quilibet legat, & audiat damnatos, qui adversus Ecclesias, & Christi pauperes, quovis prætextu, Principibus, terræq; Regibus impensius favent. Videri potest & de huiusmodi indictione Decimarum ad Annum Christi, 1188. Rigordus; qui, in Philippo Rege Franco, has Decimas, ob bellum indictum adversus Saladinum Christiani nominis hostem infensissimum, Saladinas esse dictas testetur.

† Ricardus, Aquitaniæ Dux, Filius Henrici Anglorum Regis, iniuriam Domini Sepulchri vindicaturus, primus omnium Principum, Regni Francorum beneficiarius, Crucem assumit antè Natale Domini.

† Pridie nonas Semptembris, Eclipsis Solis facta est.

† Eâdem nocte, Ludovicus Filius Regis Francorum natus est.

Rursum, à superioribus asterisco, & characteribus. *

f. g. *Cætera variant exemplaria MSS. quæ, rem eâ tempestate gestam contractiùs hunc in modum descripsêre.*

f. g. Anno Domini D. C. LXXXVIII. Anno verò VIII. Philippi Regis, exhortatione Henrici Episcopi* Albanensis, Romanæ Ecclesiæ Legati, idem Rex, & Philippus Comes Flandriarum, & multi alij Proceres, post Natiuitatem Domini; ad vindicandam iniuriam Dominici Sepulchri Cruces assumunt.

*Addendum, & Cardinalis.

h. Nam Richardus, Dux Aquitaniæ, primus omnium Principum, illam assumpserat.

Richardus, Dux Aquitaniæ, contrà Dominũ suum, Regem Francorum rebellat, Qui Rex, totis viribus eum excipiens, compulit ad deditionem.

Dominicã

Dominicâ mediæ Quadragesimæ, apud Maguntiacum Generali Curiâ congregatâ, Fredericus Imperator cum multis Episcopis, & totius Regni sui Principibus, & innumerabili multitudine Theuthonicorum* cruces sumunt. *At ijsdem, & subsequentibus de rebus gestis, nostrorum Codicum, & Andernensis, hac legitur alia prorsus conscriptio.*

* *Seu*, Teutonicorū.

Anno Domini D. C. LXXXVIII. Philippus Rex Francorum, & Henricus Rex Angliæ, & Comes Flandriæ Philippus, exhortatione Henrici Albanensis Episcopi, Apostolicæ Sedis Legati, cruces assumunt post Natiuitatem Domini.

Idem verò Episcopus, postquàm totam Germaniam & Galliam ad vindictam Hierosolymitanæ destructionis animauerat; & orationes publicas à Domno PaPâ Gregorio institutas, vniuersis Ecclesijs obseruandas tradiderat; tandem in Flandriam veniens, in territorio Attrebatensi, apud MAROEL, defungitur, & auxilio Mathildæ Reginæ, relictæ Philippi Comitis Flandriæ, Clareuallis transfertur.

Dominicà mediæ Quadragesimæ, *&c: vt ijsdem verbis expressa, quibus suprà. Tumq; subditur*:

Comes Namurcensis, Henricus, Filiam suam adhuc lactantem dat Henrico Comiti * Trecarum; & cum eâ, post suum decessum, omnem terræ suæ Comitatum.

* *Vernaculè*, Troïe en Champaigne.

Balduinus, Comes Hainöensis, ex Sorore nepos eius, hoc audiens, & videns indoluit; quia eundem Comitatum valdè affectabat, & pro eo adipiscendo, tam Imperatori Frederico, quàm cæteris de Curià, multas dederat pecunias. Cùm autem antè Mensem Augustum, in guerrà Regis Francorum Henricus Comes Trecēsis inexcusabiliter occupatus esset, & Henricus Comes lecto decumberet: Balduinus, vndecunque contracto exercitu, Castrum Namurci milite nudatum, & defensoribus reperiens; inexpugnabile Castellum Namurcense, (vt putabatur,) fortunà sibi arridente cepit. Mediante autem Augusto mense vltrà progreditur, & Castellum fortissimum Bouinense obsidione cingens, post diem quintumdecimum cepit, & omnem terram, citrà Mosam Comitatus Namurcensis, sibi subdit. Paucis verò diebus transactis, Comes Namurcensis, Canonicos de Ecclesià Floreffià eijciens, contrà impetum Balduini, Castellum sibi fecit, & milites cum suis Satellitibus ibi constituit.

Anno Domini M. C. LXXXIX. Fredericus Imperator cum suo exercitu iter arripuit post dies Paschæ, & cum magno exerci-

tus sui detrimento transijt per Hungariam, Thraciam & Græciam, & pervenit vsque ad Fluvium Siriæ nominatissimum Farfar, Porrò nostri milites, Iacobus scilicet de Avesnis, Hellinus Dapifer, & multi alij diversæ dignitatis, & Ordinis per Apuliam incedentes, mare transeunt, & Vrbem Achon, quam Tholomaidam * Scriptura divina vocat, obsidione cingunt.

* Ptolemaidem: al. lego.

Eodem tempore obijt VVillelmus, piæ memoriæ, Rex Apuliæ: Christianorum transmarinorum protector & defensor, absque hærede. Qui congregatis totius Regni Principibus, & cum sacramento fide interpositâ assensum præbentibus, Henricum Regem, Filium Frederici Imperatoris, qui eius Amitam habebat in conjugio, Regni sui designavit hæredem. Verùm Siculi, post mortem ipsius, fidem & sacramentum quod fecerant parvipendentes, iniustè repudiato Henrico, Tancredum quendam, ex semine Regio, sibi Regem constituunt: *eumq́; Regis Rogerij nepotem quidem: sed susceptum ex concubinâ. Videantur Annales Rogerij, Hugo: Fulcandi, & alij.*

Anno f. 1188. hęc sint consignãda.

Christianis Transmarinis, amissio Terræ Sanctæ recèns perditæ fuit magna plaga: sed, mors istius Siciliensis Regis VVillelmi, fuit eis maxima. Succedit ei in Regno Siciliensi Henricus Rex, Filius Frederici Imperatoris.

Philippus Rex Francorum, assumpto secum Phillippo Flandriæ Comite, & Richardo, Aquitaniæ; Castella, & Villas * Regni Henrici Regis Angliç & incendit, & destruit. Quorum assultus Rex Angliç non sustinens, & de loco in locum fugiendo, eorum adventum devitans, tandem Cænomanos pervenit; ibique ipsum prædicti Principes insecuti sunt. Super quo, Rex Angliæ suprà modum contristatus, in infirmitatem decidit, & ad Chinon vsque perveniens, diem clausit extremum * Hinc apud Fontem-Ebraldi * delatus, vix necessarios sumptus, ille quondam dives & prępotens, ad sepeliendum habens, ibidem, in Monasterio Sanctimonialium tumulatur.

* Villa, pro Vrbe sumta.

☞ Miserrima, & vmbratilis potentium felicitas hic demonstratur.

* Chinone, pridie Nonas Iulias, Anno 1188. Ex Io Tilio. 1189. ap al. Chronologos.

Consternatur sanè animus noster, huius quum Angli Regis haud ita pridem opulentissimi, prepotentisq́; mortem lugubri hocce calamo repræsentari attentiùs perpendit. Quorsum tamen voluerit, permiseritve DEVS IVDEX IVSTVS miserabili adeò catastrophe, seu rerum calamitoso exitu Henricum hunc diem clausisse, absit vt tentem propiùs nihili homuncio scrutari. Satis enim scio, velle mortalium quemquam consiliorum

DEI

DEI arbitrum sedere, nefas esse: nisi quod, sæpè sæpiùs, ob peccata, contingere adversa certum sit. Verùm-enim-verò, à profunditate, iudiciorumq; DEI ter Maximi abysso pedem ocyus trahens, ad ea quæ nunc est Siluius noster prosecuturus, me recipio.

Obijt Helizabeth * Francorum Regina, nimióque Francorum planctu in Ecclesiâ Beatæ Mariæ Parisius sepelitur. *X. Cal. Martij, anno* 1189. *Ex Io. Tilij Chron.*

Richardus * Comes Aquitaniç, Patri succedit in Regnum, *20. Septembris coronatus in Angliâ anno 1189.*

Civitas Attrebatensis, cum Ecclesiâ Sancti Vedasti, incendio conflagravit.

Anno Domini M. C. XC. Circà Festum Sancti Ioannis, Philippus Rex Francorum, & Richardus Rex Anglorum, trans mare profecturi, iter arripiunt. Rex Francorum, portum Ianuënsis Civitatis expetijt: & Rex Anglorum, Massiliam venit.

* Isabellam, seu Elisabetã vocant Annales Francorum.
* Huius nominis primus.
* Anno X. Regni sui, legũt alia exempp. MSS.

Pridie kalendas Augusti, Christiani qui Hacon obsederant, inconsultis exercitus Principibus, adversus Salahadinum infeliciter pugnantes, vnà cum ELBERTO PRESBYTERO, DVACENSI DECANO, qui ad hoc eos instigaverat, ad sex millia perimuntur.

Rege Francorum in Ianuâ ventum ad transfretandum aptum expectante, quâdam die, ibidem fulgur de cœlo quinquies cadens, Regem valdè perterruit. Cumque præparatis necessarijs, relicto portu, in die Sancti Laurentij, prosperè navigans, multa iam maris spatia transvolâsset; ventus subitò surgens contrarius, ipsum retrocedere coëgit: & multis navibus confractis, equis amissis, & instrumentis ligneis, quæ secum ad capiendas munitiones duxerat perditis; militibus etiam plurimis submersis; suo tandem frustratus conatu, in Messana Siciliæ Civitate cum Anglorum Rege transitum sequentis anni expectans, resedit.

Philippus quoque Comes Flandriæ, * cum suis, per Coloniam Agrippinam Mense profectus Augusto, & aliquot, de Theutonicis, socios itineris sui nactus, iuga Alpium transineans, in Italiâ, cum multâ militiâ hyemavit. *Huc vsque; à superiore obelo * apud cætera exemplaria, pleraq; fermè omnia desiderantur.*

* i. f.

Fredericus Imperator, cùm transito Brachio Sancti Geörgij, terram Sultani Iconiensis intrâsset; maximam partem exercitus

 sui,

ſui, penuriâ cibariorum amiſit: & cùm finibus appropinquâſſet Antiochiæ, gratiâ balneandi fluvium Pharfar ingreſſus, & violentiam aquæ non ſuſtinens, ter in eiuſdem profundâ ſubmergitur, & cum magno labore militum extractus, triduo ſupervixit elinguis: & Corpore Domini accepto cum Sacrâ vnctione, diem clauſit extremum.* Cuius corpus conditum aromatibus, adhuc inſepultũ cuſtoditur. Cui ſucceſſit in Regno, Henricus Filius eius. Porrò, exercitum eius, qui in Syriâ remanſerat, rexit Conradus Dux Suëvorum, Filius ipſius, inclytus. *Habent hæc noſtri Codices* MSS. *duo; vti & eadem omnia, Codex Andrenſis: ſed, variatim à Charactere h.* apud alios reliquos, rem deſcriptam lego in ea quæ reddo verba.* *

Fredericus Imperator * piiſſimus, cum quoddam flumen tranſiret prope Anthiochiam, neſcio quo caſu aquis interceptus, vitam finivit.

Succeſſit ei in Imperio Romanorum Henricus Filius eius, huius nominis Imperator Sextus.

Philipppus Rex Francorum, & Richardus Rex Anglorum, cùm apud Meſſanam * Civitatem tempus tranſfretandi expectarent; quorumdam malignorum conſilio diſcordant ad invicem. Cauſa autem diſcordiæ fuit permaxima; quia Richardus Rex Anglorum, Sorore Regis Francorum repudiatâ, quam ſpoponderat; & tamen ad eius nuptias non pervenerat; Filiam Regis Navarræ duxerat.

Henricus enim Senior, Rex Anglorum, qui anno IX. Regis Philippi apud Caſtellum Chinon* defunctus fuerat, & apud Frontem-Ebraldi * ſepultus; prædictam Regis Sororem ſemper ſecum detinuerat, nec Filio ſuo Richardo tradiderat.

De quâ re multa dicuntur: * ſed verba ventoſa, & dubia, in veraci hiſtoriâ ſcribere indignum duximus. *Argumentum prudentis & ſinceri Scriptoris D N. Andreæ Silvij, vel hinc excipere liberum ſit. 1.* *

1. * Anno XI. Regis Philippi, Rex, & Rex Anglorum, Philippus quoque Comes Flandriarum, poſt menſem Martium, cum ſuis exercitibus mare tranſierunt. & adventu ſuo Chriſtianos Acram * obſidentes lætificaverunt. 1.* *Macram ſcripſit Chriſtian. Maſſeus.* Seu Ptolemaidem, Syriæ Civitatem.

Philippus Comes Flandriæ inclytus, Kalendis Iunij obijt in obſidione Vrbis Acræ, * tertio menſe transfretationis ſuæ, & ſepultus eſt in Baſilicâ Sancti Nicolai, foris murum. Vbi etiam tumulati ſunt pluſquàm L. tam Epiſcopi, quàm Comites, & Duces. In cuius obitu, dolor incomparabilis Chriſtianis fuit: gaudium verò Sarracenis, & Turcis. Succeſſit ei in Comitatu

*Hemini-nienſis legit E-mon.

* Fortè, Fontem-Ebrardi: gallicè, Font-E-Vrauld: vti ſuprà ſcriptum eſt, niſi quis malit populariter legere Front-Evrault. Monteligianus ſcripſit Frōtem-Ebralli.

* Marchantius vult Philippum Elſatium peſte extinctum an. 1191. in obſidione Vrbis Macræ, ait Chri. Maſſæus libro 16.

mitatu Flandrensi, Balduïnus Comes Haynoniensis,* hæreditario iure, per *a. Margaretam, Sororem eius, quam habebat in coniugio. *Hanc narrationis seriem servant à nostris contextu absimiles Codices mss. Nostri verò; hunc sequuntur contextum rerum sub idem tempus gestarum, proditurі, à superiori charactere I. & asterisco.**

Obijt Everardus, Tornacensis Episcopus.

In hebdomade, quæ præcessit Nativitatem Dominicam, factum est prælium in Hispaniâ, inter Reges Hispaniarum & Sarracenos: in quo, Christiani, auxiliante D E O, victores facti, innumerabilem eorum multitudinem peremerunt.

Anno Domini M. C. X C I. Obijt Clemens PP. 8. *Cal. Aprilis.* Cui successit Cœlestinus III. Qui, secundo die Apostolatus sui, Henricum, filium Frederici, Imperatorem consecravit.

Idem Cœlestinus, in Vigiliâ Paschæ in Sacerdotem ordinatus, *Is antè Iacinctus, erat Cardinalis;* & in Die Sancto, in Domnum Papam est consecratus, & in die crastino Dominus Imperator ab eodem est coronatus, 18. Kalendas Maij.

Domno Desiderio Morinensi Episcopo, in decrepitâ ætate, à curâ pastorali absoluto, Lambertus De Brugis, Cancellarius Remensis, in Episcopum eligitur, & consecratur.

Prædicti Reges Franciæ & Angliæ, qui in partibus Apuliæ, apud Messanam, Siciliæ Vrbem; & Comes Flandriæ, qui in partibus Tusciæ, ex magnâ parte, apud Romam hyëmauerant; ad Terram Hierosolymitanam transfretantes, Accaron Civitatem à paganis † possessam obsident, & viriliter oppugnantes expugnant.

Philippus Comes Flandrensis, antequàm Vrbs eadem caperetur, proh dolor! viam vniversæ carnis ingressus est.

IX. Kalendas Iulij, die Dominicâ, horâ sextâ, in Vigiliâ Beati Ioännis Baptistæ, Eclipsis facta est.

Statim post eclipsim, Philippus Rex Francorum, & Ricardus Rex Anglorum cum suis exercitibus, & cum Christianis, quos ibi invenerant, Vrbem Acram * obsident. Saraceni verò impetum eorum non ferentes, & de Civitatis retentione diffidentes, Regi Francorum, & exercitui Christianorum * *b.* V. Kalendas Iulij eam reddiderunt. Quam Rex eà conditione recepit, vt omnes sani indè exirent, si Sanctam Crucem, & bis mille, sexcentosque captivos redderent Christianos.

Rex verò Francorum, post mortem Comitis Philippi repatriare festinavit.

* Haïonensis; apud Montelligianum Cod. MS.

* *a.* Hæc sui sexus prima Flädriam est adepta, inquiunt Marchātius, & Chronic. Aquicinctinum.

Vide de his Sigonium, ad annum 1191.

† * Fortassis Macram, seu Ptolemaidē, Syriæ Civitatē. Ita namque legit Maffæus in Chronicis ad annum 1191.

* *b* Blondus, Sigonius, & alij recētiores, notant * Idus Iulij.

festinavit. Post cuius discessum, prædictâ conditione infirmatâ; Rex Anglorum, qui ibidem remanserat, paucis de nobilioribus retentis, per quos Sanctam Crucem, & quosdam captivos recuperare sperabat; bis mille, & sexcentos diversis interfecit tormentis. *Cætera Exemplaria, eorum quæ sequuntur permulta desiderant; tametsi ad substantiam rei accedant. Citátque illorum verba prorsus diversa ab ijs quæ nostra duo, & Andernense complectuntur, hoc modo, Iacobus Meyerus, In Annalibus Flandriæ. Anno Domini 1184. Philippus Rex* (inquiens) *mortuo Philippo Flandrensi, redijt domum: & ante Natalem Dominicum, in Advetu in Franciam venit, cupiditate ductus Flandriam occupandi; cuius pars maxima, per Vxorem suam, post mortem Comitis Philippi, ei cesserat. Certúmque est, hæc esse verba, quæ legantur apud nonnulla Exemplaria Synopseos Franco-Merovingicæ, quam contexuit noster Andreas. Attamen obseruandum hîc obiter; exemplaria item alia Andreana hoc modo variare.*

Philippus Rex Francorum, antè dies Nativitatis Dominicæ, in Franciam venit, cupiditate ductus Flandriam occupandi; cuius pars maxima, per Vxorem suam, post mortem Comitis Philippi ei cesserat. Cuius repatriationem videntes milites minùs Deum diligentes, & laboris impatientes, malo exemplo à Rege accepto reversi sunt. *Sic Legunt Codices* MSS. *Vedastini, Monteligianus,* * x. *& Henniacensis: Andernensis, verò nostriq; consimiliores duo, ijdemque certiores, quo sequitur, rem eâ tempestate peractam, contextu descriptam habent.*

Philippus itaque Rex Franciæ, intemperiem trasmarini aëris sustinere non valens, quia valdè infirmabatur, vel, (vt quidam dicunt,) pro adipiscendâ terrâ, quæ per mortem prædicti Comitis,* (cuius Neptem habuerat Vxorem,) sibi obvenerat, in Franciam statim revertitur, & in die Sancti Ioannis Evangelistæ, tertio scilicet die Natalis Domini, Parisius, à Domino Mauritio Episcopo, & maximâ multitudine Cleri & populi honorificè est susceptus. Postea, sicut inter ipsum & sæpedictum Comitem in contractu matrimonij condictum fuerat; (quia Comes sinè liberis decessit) tota Terra Comitis, ex Occidentali parte veteris Fossati; ad Regem est devoluta. Vltrà etiam idem * fossatum, Istiusmodi Manerio Ruholt, cum Nemore, in possessionem Regis cedente.

* x. Postrema verba sunt imperfectæ periodi Codicis Monteligiani, à quodam Veterum Codicũ mastige mutilati.

* Philippi Flandrensis.

* Barbaræ voces id çiatis, fortassè significant. Le vieu fossé du Manoir de Ruholt.

DE

DE TRIPLICI DIVISIONE FLANDRIÆ.

DIviditur igitur Flandria in tres partes.

Pars vna, in Ius Regis cedit. Altera relictæ Comitis Mathildi, Filię Regis Portugalliæ, sub nomine dotalitij attribuitur. Tertia, hęredi, scilicet Margaritæ Sorori Philippi Comitis, Vxori Balduini Hainonensis Comitis remanet.

Quæ divisio, quàm fuerit omnibus Flandrensibus lamentabilis, ex miseris ab eâ eventibus, satis apparet.

Nam, res Ecclesiarum & pauperum à prædonibus diripiuntur. Civilia & intestina bella per totam Flandriam excitantur; ita, quod veridicam DOMINI Sententiam palam esset intueri. * Omne Regnum in seipsum divisum desolabitur. *Hæc nostri Codices* MSS. *& ijs proximè accedens Andrensis Abbatis VVillelmi. Cuius & quùm fides integrior videtur, ipsi libentiùs consentio: vtpote, res sui temporis omni fide scribenti: præsertim verò, cùm eius Chronologiam exemplaria nostra duo, immò etiam nonnulli recentiores Scriptores historici confirment. Huius ergò, ab hoc loco, nostráque certiora exemplaria præeuntia tutiùs consequemur, quæ hàcce rerum serie perpauca Synopsi quæ supersunt Andreanæ nobis contexere pergant.*

* Lucæ Capite 11 versu 17. Et Matthæi cap. 12. ver. 25.

Ricardus, Rex Anglorum, post regressum Regis Francorum, ruinas murorum Civitatis Achræ pro tempore reparans, & exercitum in tres turmas dividens, tendit Aschalonem: * sed præ tractu longioris viæ, insidiantibus sibi Salahadino, & Turcis, quosdam de suis amittens, Cæsaream pervenit. Vndè, cùm apud Ioppen tenderet; Salahadinum cum suis obviam habuit: &, mirâ DEI virtute ostensâ, cum Salahadino, & exercitu eius feliciter pugnavit inter Cęsaream & Ioppen, vbi, Sarracenis in fugam versis, Salahadinus tantam stragem de nobilioribus suis, * cęsis in die Nativitatis Beatæ Mariæ, propè Assut sustinuit, quantam, nullo tempore Principatus sui, vnâ die noscatur habuisse. De nostris autem nullus cecidit, nisi Iacobus De Avesnis, * Miles egregius, * & vni de Machabęis comparandus.

* Acconē, scripsere nonnulli

* Vernaculè, Sire Iacques d'Aucenes.

* Nomē Militis, ap. id ætatis Scriptores, pro Illustri Toparcha, Sumebatur.

Extremam hîc invenimus periodum in Mont-Eligiano Exemplari Membraneo MS. *absolutam. Cuius & substantia, tametsi eadem quæ nostrorum Codicum manuscriptorum esse videatur: At, qualitas, non item. Nam, præterquàm, quòd eius voces & earum series à nostris sint nonnihil dissi-*

dissimileis; inter diem quoque à nostris consignatam huic insigni Saladinicæ cladi, & ipsi eadem à Monteligiano tributam, id differt: quòd, Exemplar Monteligianum, cæteráque illi conformia, legant adversus Saladinum eiúsque lectissimas, & maximas copias militares, à Christianis, Duce belli † *sacri Richardo Rege feliciter pugnatum fuisse Numine omninò favente,* Die quodam Sabbatho, in Vigiliâ Nativitatis Beatæ Mariæ, &c. *Nostra verò, memorabilem hanc pugnam & nobilem victoriam à Christiano exercitu reportatam velint esse, ipsâ* Die Nativitatis Beatæ Mariæ, propè Assur, &c. *Missum itaque illud demùm facturi eccum sumus, & idem ex fide curaturi relatum ad plurimum Venerandum in Christo Patrem, ac Dominum, DN. Franciscum Doresmieulx, antiquitate, sacrâ pietate, nobilitatéque percelebris Cænobij Montis Sancti Eligij Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Archimandritam perdignum; à quo nos, (quandiu lubuit & licuit,) quâ V. hic est, Præsul maximâ in omneis philomusos humanitate, destinatum; in musæolo, nostróque Gymnasio Marchianensi, Duaci Catuacorum accepimus vtendum. Nunc igitur, ad nostros Codices* MSS. *reliquos, tædis præsertim consimileis, pedem referamus, & quæ benignè liberiora Deus Opt. Max. nobis hæc otia fecit litteraria, studiosè ijsdem impendamus, quorum hic esto contextus.*

☞ In mense Septembri, relatio verax, ad nos, de morte Philippi Comitis, (qui Comitatum Flandriarum XXIV. annis strenuè rexerat,) venit. Omnes timent: omnes dolent; tam clerus, quàm populus.

Succedit ei Balduinus, Comes Haïnoënsis, qui Margaritam Sororem ipsius duxerat in Vxorem; ex quâ genuerat Elizabeth, Francorum Reginam; & Filios, Balduïnum, Philippum & Henricum.

Ricardus Rex Anglorum, antequam transfretaret, Vxorem duxit, Filiam Regis Navarræ, contemptâ Sorore Regis Francorum, quam spoponderat. *De quâ, suprà fuit scriptum.*

EX WILLELMI ABBATIS ANDRENSIS CHRONICO MS. *inexcuso.*

POstquàm Reges, & Principes totius Occidentis, ad prædicationem illorum qui ad hoc provisi fuerunt, voto Crucis sunt astricti; & exemplo eorum, Barones, & milites, & vavasores, ad subventionem Terræ Sanctæ concorditer animati: multi, de Boloniensi & Gisnensi territorio, nolentes in terrâ alienâ indigere, qui in suâ terra videbantur florere, & bonis

Observa avi istius pietatē.

bonis temporalibus abundare: Domno Petro Abbati, *Andrensi Sup* suas Decimas exposuerunt, quas ille invadiavit, assignato eis rationabili pretio, cùm eas legitimè emisse potuisset, si modicum se voluisset gravâsse in ampliore peculio. Quàdam enim pietate simplici ergà eos motus, & eis compassus, dicebat satiùs esse, & tolerabiliùs bona eorum Titulo pignoris retinere, quàm eos ex toto hæreditate suâ peremptoriè privare: quia, per impignerationem factam, vel ipsi, vel hæredes, possent loco & tempore ad hæreditatem distractam redire.

Hæc igitur simplex pietas, malitiosos hæredes contrà nos, processu temporis, inflammavit, & eorum decimas, non tamen omninò, ad vires eorum redimi fecit; & suggerentibus potentibus, & contrà nos garrientibus, in faciendà redemptione, multa remitti & condonari coëgit.

Vidimus Ecclesiam de Sclines cum Decimà appendente, de manu Domini Rogeri de Balinghem, in terram Hierosolymitanam profecti, ad nos Titulo pigneris spectare.

Decimam quoque de Marcnes, de manu Guffridi Baron ad nos pertinere.

Decimam de Hildrekem, nos invadiatam habere.

Decimam de Fontaines, Titulo pignoris ad nos spectare.

Decimam de Ermelingehem, nos per Vadium tenere.

Decimam cuiusdam Balduini Spriet, apud Lotessam, pari modo ad nos spectare.

Tertiam partem Decimæ de Braines, in vsus nostros cedere. Et cùm mille libras, & ampliùs, super has, & alias Decimas, Domnus Petrus, Titulo pignoris apposuisset, per emptionem legitimam dato vlteriùs modico pretio, in perpetuum eas acquisisse potuisset. Quibus modò falsi hæredes carent, & aliæ Ecclesiæ, earum fructibus pacificè gaudent. *Hæc Willelmus Abbas inseruit Synopsi Andreanæ Franco Merovingicæ, quæ Opusculi sui calcem hanc reperit.*

Anno Domini M. C. X C I. Ricardus Rex Angliæ, & cæteri Principes, Templi quoque & Hospitalis milites, communicato ad invicem consilio, Henricum Comitem Campaniensem, Principem totius Christianitatis transmarinæ, excepto Principatu Antiocheno, constituerunt, & ei Vxorem marchisi in coniugio tradiderunt.

Hæc enim erat orta de Regali genere. Filia enim Amalrici Regis, mater eius extitit ☞. Guidoni verò quondam Regi dedit Rex Anglorum Insulam Cypri opulentissimam, quam potenter acquisierat. †

Tancredus Apuliæ Tyrannus, Nuncios suos, ad Cœlestinum PaPam, & Romanos dirigit, spondens se redditurum Sancto Petro quicquid Apulienses Duces ab antiquo illi abstulerant; si fidem, quam habebant cum Henrico Imperatore, ad se transferrent.

☞ Quod audiens Cœlestinus III. PP. valdè est indignatus. Qui, versâ vice, Nuncios suos, duos scilicet Cardinales ad eum redirexit, mandans; vt Imperatricem de custodiâ educens, Imperatori remitteret. Si verò hoc facere nollet; anathemate perpetuo se feriendum cum parte Provinciæ, quæ illi favebat, pro certo sciret. † Tancredus autem à PaPà compulsus, Imperatricem de custodià relaxans, Imperatori remittit; & post modicum tēpus moritur ☞. Cœlestinus PaPa, morte eius auditâ, contrà Henricum Imperatorem, (quem, propter Autbertum Leödicensem Episcopum infestum habebat, & propter alias causas,) Filium Tangredi, in Apuliâ, Calabriâ, & Siciliâ Regem sublimat.

*Regno. legit Andernensis Codex MS.

☞ Sequenti die, Aütbertus Leödicensis Episcopus, quem VVillelmus Remensis Archiëpiscopus, ad mandatum Domni PaPæ, & ad † preces Archiepiscopi Coloniensis Remis consecraverat, à quibusdam prædonibus extrà Vrbem Remensem eductus, inauditâ mortis crudelitate, vir iustus, ab impijs & proditoribus innocenter perimitur. Nam, Henricus Imperator, qui Lothario favebat, quem in Sede Leödicensi intruserat, eum à Solio * suo expulerat.

* Salathdinum, legit Andernēsis Codex MS.

VVillelmus autem Remensis Archiëpiscopus, & omnes Cives Remenses eum detinentes, magnum ibidem ei honorem, & reverentiam exhibebant. Sepultus est autem cum magnis omnium lacrymis in Ecclesiâ Beatissimæ Dei-Genitricis Mariæ, in Loco vbi Beatus Nicasius Archiepiscopus pro Christo occubuit.

Qui fuerunt interfectores Episcopi; & à quo missi, ignoratur. Hoc tamen scitur; quòd de Germaniâ venerunt, & illuc aufugerunt.

Inter Ricardum Regem Anglorum, & Salahadinum, * Christianos quoque, & Sarracenos transmarinos induciæ trium annorum dantur, miserâ conditione interpositâ, vt Civitas Ascalon + nobilissima subverteretur à nostris.

* Accon, ap. Codd. quosdam MSS. Salathdinus, item legitur ap. Andernensem.

Salahadinus Christianorum persecutor, apud Damascum moritur. *Babylonius, totiusque ferè Orientis hic exstitit Princeps, arte bellandi præclarus. Vitâ concessisse Saladinum, Anno Christi 1194. existimant Blondus, Coc. Sabellicus, & Histor. Ter. Sanctæ, aliique Histor.*

+ Sigonius ad annum 1192. vocat Humboldum, alij Luitpoldum: De quo, vide Neubrigensem libro 5 c. 6. Matthæum Paris & Rogeriū. In Annall. Angliæ.

Ricardus Rex Anglorum, cùm à transmarinis partibus reverteretur, à Leopoldo Duce Austriæ dolosè capitur. Quem Henrico Imperatori dirigens, in liberâ clausus custodiâ, annuam sustinuit captivitatem. Cùm autem in custodiâ detineretur, Philippus Rex Fran-

Francorum, collecto vndecunque copioso exercitu in Northmanniam vadit, eam depopulaturus: Castella Vilcassini territorij, Gisortium * scilicet, & alia multa cepit. Civitatem Rothomagum obsedit; sed, civibus viriliter repugnantibus, inglorius redijt.

Anno Domini M. C. XCIII. Philippus Rex anno XIII. Regni sui secundam duxit Vxorem Ingelburgem, * Regis Daciæ * Filiam, in Vigiliâ Assumptionis Beatæ Mariæ, Ambiani-Crastinâ autem die, in eâdem Civitate, die Dominicâ, astante VVillelmo Remensi Archiepiscopo, Petro Attrebatensi, Ioanne Cameracensi, Theobaldo Ambianensi, Lamberto Morinensi, Stephano Tornacensi, & alijs Episcopis, Archiepiscopis, Suffraganeis, multis etiam Franciæ Principibus astantibus, regio diademate coronata est. Octogesimo autem & secundo die post has nuptias, apud Compendium, * Rex dimisit eam, à quibusdam militibus, & Episcopis falsâ inter eos consanguinitate iuratâ. *Cognitamque dimisisse tradit Rogerius In Annal. Angl. sub sanguinis propinquitatis prætextu. Qui plenius ista pertractârint, videantur Matthæus Paris, & Neubrigensis, eius temporis fidelissimus Scriptor; hic, libri quarti capite 24. & lib. 5. cap. 14. Ille, in Historiâ Anglicanâ, ad annum Domini 1195.*

* Vilcassini, ep. Andernensem Cod MS. vulgò, Du Vexin François.

* Io. Til. Gelbergam nogerius Botildâ Regis Daniæ Filiam, ad annũ 1193 Tilius, sororem vocat, ad annum 1195. Engerbergam alij dixere.

* Vernaculè, Cõpiegne.

Ex Chronico Andernensi VVillel. Abbatis.

EOdem anno, *Sup.* 1193. Nobilis Vir, Eustachius De Calquillà, in quodam Torneamento * lethaliter vulneratus, & Dominæ istius Villæ, *Sup. De Andernes*, Adelidi, iam dudum matrimonio sociatus, perfectâ Domo, in quà tamen nunquàm mansit, nisi in nocte mortis suæ; Dominum Petrum Abbatem & Conventum accersiens, eorum orationibus se commendans, habitum religionis ab eis assumpsit; sepulturam nobiscum elegit: & ad suum anniversarium, quinque polkinos frumenti cum omni iure ad eos pertinente assignavit; & super hoc, Chartam suam, adhuc sanę mentis existens, nobis in hunc modum concessit.

* †

Charta eiusdem Eustachij, Militis * De Andernes.

EGo Eustachius De Calquillà, Dominus De Andrens, Notum facio præsentibus & futuris Præsentium testimonio. Quòd, Cùm laborarem ægritudine, noscens peccata mea priora melioris vitæ exercitijs deleri

 accer-

* Militis hoc nomine Eustachius significatur Andernensis Toparcha, & equestris ordinis honore sublimis. Idque ipsum, in omnibus, qui tali nomine præ-titulantur, est intelligendum. Ista bellè, doctèque observavit Ferreolus Locrius Paulinas, In suâ Mariâ Augustâ, libro tertio, Cap. 77. folio 279.

accerſitis, Petro Venerabili Abbate, & Conventu Andrenſis Eccleſiæ, DEO me, & eorum orationibus commendavi, & habitum monaſticum ab eis ſuſcepi.

Quod priuſquàm fieret, præſentibus Matre meâ Mathilde, & Fratribus meis Willelmo, & Viviano, & hoc ipſum concedentibus, & Fidei ſacramento confirmantibus, quinque Iornellos terræ iacentes in Boderike, cum Comitatu liberos prædictæ Eccleſiæ contuli: & quinque polkinos frumenti, quos eadem terra annis ſingulis reddit, ad Anniverſarium meum aſſignavi.

Abbas verò, & Fratres prædicti, & Petrus Sacerdos parochialis, rogantibus Matre meâ, & prædictis Fratribus, omnes excommunicaverunt, qui contrà eleemoſynam iſtam, deinceps aliquam prætenderunt calumniam.

Huius autem redditus debitores ſunt, Robin Li-Conte; de duobus polkinis: Lambinus Aſçe, de duobus polkinis: Balle Caumeir, de vno.

Hæc autem eleemoſyna ſolenniter facta eſt Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCIII. apud Andres in Domo meâ, & Vxoris meæ Adelidis, coram Matre meâ, & Fratribus meis, & vniverſis, tam propinquis, quàm amicis meis, qui, ad me viſitandum convenerant. Super hoc teſtes ſunt, Domnus Arnulphus de Guines, Filius Comitis: Vivianus Avunculus eius: Guffridus Barron: Henricus de Bello: Villelmus de Bello: Petrus, Sacerdos de Andres: Richardus, Clericus: Henricus Seneſcalcus: Manaſſes Bollard: & alij multi, tam Clerici, quàm Laïci.

Quod, ne cui veniat in dubium, Scriptum præſens fieri, & Sigilli muniminne inſigniri feci, & corroborari.

De Dilatatione Cæmeterij à Domno Petro Abbate Aadernenſi.

AB eo tempore, Domnus Petrus Abbas, iam peractis in regimine XXX. annis, tam ſenio, quàm morbo cœpit laſſeſcere, & ad finem tendere: ita quòd deinceps non ex facili clauſtra monaſterij exibat, nec Synodos adibat, nec alicui coädunationi more ſolito ſe ingerebat; ſed tamen piâ curioſitate volens certificare de omnibus, vbique inquirens ſuos mittebat; & ad hoc tandem induxit Dominam Adelidem præfati Militis nuper defuncti relictam, quod Cœmeterium Laïcorum nondum manſionibus circundatum fecit dilatari à parte auſtrali, & in quâdam die Paſchali, poſt ſecundos veſperos, cum proceſſione ſolenni Monachorum, Clericorum & Laïcorum, aquam à Domino Epiſcopo conſecratam circumferri & conſpergi.

Poſtquàm autem operari, & redditus acquirere deſijt, ſolito ampliùs operibus

operibus misericordiæ insistere studuit, nudos vestiendo, pauperes & inopes recreando, infirmos visitando; omni sextâ feriâ, ad minùs, egenis & viduis in porticu Ecclesiæ manu propriâ eleemosynas erogando Et cùm in Opere DEI summo effectu operam daret, & ad horas canonicas die ac nocte singulos præveniret, quatuor fermè annis antè obitum suum, Venerabilem Virum, Domnum Guidonem, merito & officio Priorem, iuvenem quidem annis, sed, verè maturum moribus, proh dolor! amisit; immò, (vt verè creditum,) ad Superna transmisit & præmisit; & eum, pro vitæ merito, in Navi Ecclesiæ, iuxtà virum religiosissimum, Domnum Guffridum, de quo superiùs mentionem fecimus, tumulari præcepit.

In cuius locum, Priorem substituit, sibi quidem, (vt apparuit) placentem; sed à prædecessoris moribus nimis degenerantem. Cuius tempore, & illicitâ permissione, ordo nimis tepuit; religio naufragium sustinuit: castitas periclitata; luxuria superabundavit: ætas Iuvenilis per campum licentiæ nimis discurrens, post greges sodalium suorum vagabunda cucurrit.

Hinc, bonus odor Ecclesiæ & antiquus, apud potentes & principes sæculi cœpit fœtere. Hinc, ipse Abbas, occasione suæ senectutis minùs providus, multis displicere.

Servabantur in hoc Loco multorum divitum deposita; & præcipuè, de Castro de Calais, magna argenti copia, quæ, à facie illius crudelis Reinaldi, nuper Boloniensis Comitis, sumptuosi, superbi, & potentis huc allata, &, tam Abbati, quàm eius Cellerario fuerant recommendata.

De quibus, hi, qui nimis delicatè nutriti fuerant, furta gravia faciebant, commessationibus & ebrietatibus, die ac nocte vacabant: se superfluè & inordinatè vestiebant; &, non minùs, propter infamiam, quàm propter pecuniam malè dissipatam, & tamen reddendam, Abbas, & sui dolebant. Hæc quidem dissipatio, & inanis erogatio per annum duravit; pro quâ, nunc, Abbas reos excommunicavit, nunc apertè increpavit; nunc occultè absolvit: malens pecuniam perditam refundere, quàm miserorum animas amittere. Subditorum autem excessus arguens vberrimè flebat, & curâ diu habitâ se crebrò exonerare volebat: sed grex sibi subditus huic voluntati omninò resistebat, quia nec subditum, nec vicinum sibi succedere quærebat. Et tamen omnes suos, & multos vicinos tunc temporis idoneos bene cognoscebat, & vix alicuius karrofensis, vtpote per annos ferè triginta duos ab eis disiunctus, præter vnam vicem, (vt suprà relatum est,) notitiam habebat. Dicebat autem suis consiliarijs, se scire pro certo, quòd hàc primà vice, de suo Collegio successorem non haberet: suo verò successori Flandrensis Abbas succederet.

De

De languore, & morte Domni Petri, Abbatis Andrensis.

SEquenti anno, post celebres dies Dominici Natalis, Domnus Petrus Abbas cœpit graviter lateris dolore, & mingendi difficultate infirmari, & vsque ad medium Martium ægritudine detineri. Omnibus igitur Fratribus convocatis, & coram se positis, voluntatem suam omnibus edixit, & finaliter præcepit, vt Domnus Henricus, nuper Prior factus, cum Riquardo vinitore, versus karrosum statim iter arriperet; & statum Ecclesiæ cum personis diligēter investigaret. Mox autem vt morti solvisset debitum, sequeretur præfatus Guiffridus, nuper Præpositus; &, quem ipsi tres concorditer eligerent, à nobis * Pater haberetur, & Patronus.

†

* Observa Willelmum huc Scriptorem, ante obitū Domni Petri huius Abbatis Monachum Andrensem extitisse.

Sententià ergò tanti Patris editâ, & ab omnibus approbatâ; videns pius Pater Eleemosynarium lectulo suo contiguum, & eum propius accersiens, eum de incontinentià sui, & suorum publicè redarguit, &, nè de cætero in ambitu eleemosynæ immunda commixtio fieret districtiùs interdixit.

In porticu Ecclesiæ, vt ab hominibus conculcaretur, sepulturam humiliter elegit; in quo, Grex commissus, ei minimè paruit. Sed Abbas Sancti Bertini, Ioannes, qui eius Confessor fuerat, antè Altare, vbi sæpiùs decantabat, eum in præsentià multorum honorificè tumulavit.

De ereptione Domini Richardi Regis Anglorum. EX ANDREA MARCIANENSI.

ANno Domini M. C. XCIV. Richardus Rex Anglorum, post annuam captivitatem, magno, & (vt ita dicam,) infinito argenti redemptus pretio, * ab Imperatore Henrico, honorificè & cum gratià, pace etiam inter eos firmatâ, *cùm iam vno fuisset anno, sex hebdomadis, & biduo in Germanià detentus, ineunte sequenti anno*, in Angliam remittitur. Qui, navibus in portu AndeVerpi præparatis, transfretavit. Cum favore autem magno à suis suscipitur, & in Regni Solio relocatur.

* Libris centum millibus argenti solutis: numeratâ pecuniâ: liberatur Rex Richardus. Mense Martio.

Illic, qui fideles sibi extiterant, honoribus sublimavit: proditores verò exauctorizavit; quosdam etiam occidit. Inter quos, vnum, qui dapifer Ioännis Fratris eius fuerat, excoriavit.

Post

Post cuius, *sup. Regis Richardi*, regressum, longa concertatio vsque ad annum decimumsextum Regis Philippi inter eos surrexit. Aliquandò induciæ; aliquando guerræ. Feriuntur illi: Feriuntur isti. Quis ex illis vincat; ignotum est nobis.

Vedastinum illud, apud Attrebates, adeò celebre Asceterium, vt idem dici meritò valeat Seminarium Virorum prudentum, piorum, & eruditorum; duo nobis exhibuit videnda, & conferenda Exemplaria Andreäna MSS. quorum alterum membraneum, hîc exscribendæ Synopseos Franco-Merovingicæ finem imposuerit. Quod verò longè posterius visitur, & recentius chartaceum exemplar MS. ibidem adservatum, in Bibliothecâ, & amplissimâ, & instructissimâ, sub hunc prioris finem legit: Feriuntur illi: Feriuntur isti: Si quis ex illis vincat; ignotum est nobis. *Andernense autem R. P. ac Domni VVillelmi Abbatis Chronicon vlteriùs productum; hæc adtexuit. Ex Sylvij nostri Francicâ Synopsi depromta.*

De morte Margaretæ Flandrensis Comitissæ.

MArgarita, Philippi Soror, Flandrensium & Hainoënsium Comitissa moritur, *anno 1195.* & in Templo Sancti Donatiani, iuxtà Karolum, *Bonum Comitem Flandriæ*, Brugis sepelitur. Cui successit in Comitatu Flandrensi Balduïnus IX. Filius eius, *ex Balduino 4. Principe Hannoniæ: Constantinopolitanus Imperator futurus anno Christi M. CC. IV.*

Sicque, Comitatus reversus est ad iustum hæredem Balduini Hainoënsis Filium, Anno M. C. XCIV.* qui, ab anno Domini M. LXXII. possessus fuerat à Successoribus Roberti Casletensis periuri Comitis, per annos C. & XXIII. Successores fuerunt huius Roberti, Robertus Filius eius: Balduinus, Filius eius: Karolus, cognatus eius: VVillelmus Northmannus: Theödericus: Philippus, Filius eius. Hi omnes, orti sunt de genere Roberti, qui, apud Kasletum,* in bello occidit Arnulphum nepotem suum, Filium Balduïni Hasnoniensis Fratris sui: Et sic, iniustè Flandrensium invasit Comitatum.

* Vel, 95. vti recentiores Chronologi malunt nõnulli.

* Kasleltiam, legit Andrensis Codex MS. Vide pagellas nostras superiores, ea de re 797. & 798 § De Prælio Casletensi.

Explicit Liber tertius *Synopseos Franco-Merovincicæ.*

EPILOGVS,

SYNOPSI FRANCO-MEROVINGICÆ

ADIECTVS.

HVNC igitur ad annum reparatæ salutis humanæ nonagesimum quartum supra millesimum & centesimum historicam suam Epitomen pertexuit varijs ex authoribus conflatam iucunda senectus Andreæ nostri du Bos, seu du Bois, qui multas hyemes, atque octogesima vidit Solstitia.

Ex Iuvenale, mutuata lumina.

Eius autem Exemplaria varia in remotiorem etiam Franciam distracta, non solum exstare MS. *observo apud ea quæ iam multoties recensuimus præclara Monasteria Vedastinum, Marcianense, Montelegianum, Andernense, & Henniacense: sed & apud alia complura fuisse reperta hic obiter animadvertendum est.*

Rodulphus *namque* de Rivo, In Indice librorum MSS. exstantium in Belgio, vicinisque Provincijs, *quem is idem collegit, & sub finem Seculi millesimi quadringentesimi ordine alphabetico digessit, numero 124. Littera A.*

* Supple, tractans, seu scribens.

Exstat *(inquit)* Andreas Monachus Marchianensis, * De Origine, & de gestis Francorum, *ap.* Carthusianos Gandenses, Martinianos Tornacenses, Prædicatores AntVVerpienses, & Gandenses.

Visiturq; hic Index apud Eximium Dominum Georgium Colvenerium S. Theolog. Doctorem, &c. Fuitq; anteà Reverendissimi Domini, DN. Iacobi PamelI, Audomarensis Episcopi designati: Viri in secularibus, divinisque litteris nobiliter eruditi.

Eiusdem etiam DN. Andreæ SilvI Chronicon vetus MS. *apud Rubræ Vallis celebreis Ascetas reperiri Lego. Et eodem de Chronologo, Gordonus: Andreas (ait,) Vir doctus, floruit apud Marcianenses.*

Meminisse

Meminisse quoque ipsius censetur Renatus Chopinus Andegavus I. C. & in Gallicâ Curiâ maximus Advocatus in primario Galliarum Senatu, De Domanio Franciæ, lib. 1. Titul. 5. num. 3. Rursus (scribens,) *apud eumdem (Sup. Sigobertum,) à VVidone Caroli Magni Duce, victi Britones, & in potestatem redacti. Quod fusius adeò explanavit Benedictinus Cænobita, Francorum Annalium Scriptor.*

Et in margine; Andreæ ulteriora sic de Ardulfo Regiæ mensæ Præposito verba leguntur.

Hic Ardulfus, Regi apud VVormatiam obsides, quos in Britonibus acceperat, & complures è Primoribus ipsorum adduxit; *Auctore Monacho Benedictino.*

Hic porrò Marcianensis Cænobij Magnus Prior Andreas du Bos, Vir, pietate, scientiâ, & moribus insignis, ac meritò laudatus, totiésque ab eruditissimis sedecim Scriptoribus citatus, & probatus, suum ibi inijt Opusculum hocce Chronographicum; unde quoque suum intexere, vel certè prosequi pergit insertum & interiectum Ven. Præsul Andriensis VVillelmus. Quod nos, priori Andreäno, certæ Appendicis instar adnectere paramus. Sed, illam futuram eius Appendicem priùsquàm DN. VVillelmus Antistes auspicetur; quæ statim ab Elenchi nostri ad Synopsin Franco-Merovingicam exordiolo ultroneè polliciti sumus, Paralipomenon Loco, ab anno saltim dati divino beneficio Redemtoris universi Orbis M. C. LXXX. qui quartus exstitit Regis Philippi Augusti Theodati (proüt nos facturos spondet Præfatio etiam nostra ad Amicum, & studiosum Lectorem hàcce De Synopsi,) paucula quædam subtexunda constituimus: Andreäna ut Synopsis explicatior, & nonnihil fortassis gratior exhibeatur. Sed undè illa petita, & huic adiuncta? Ex Anonymo præsertim Chronologo eiusdem anni M S. *autore, necdum fortè typis vulgato; & de cuius nomine inscribendo à nobis consultus, eâ in re præstantissimus DN. Geörgius Colvenerius, Doct. Theol. &c. conceptis hisce respondit verbis, & studiorum nostrorum rationem adprobavit.*

APPROBATIO.

Eruditißime, & R. Domine! Volumen hoc percurri, quod incipit: In primordio temporis, antè omnem diem, &c. eodemq; ductu pertingit vsque ad annum Domini 1268. *Videtur omninò Auctor esse natione Gallus; quia, Regum Galliæ, & Comitum Carnotensium, Tolosinorum, &c. & res in Galliâ gestas præcipuè prosequitur. Ad hæc; in fine penultimi Quaternionis, describens acta sub annum* 1180. *agit de puellâ quâdam diuino spiritu afflatâ, in territorio Senonico; quam se vidisse, & pluries cum eâ collocutum fuisse scribit.*

Quisquis Auctor fuerit; Opus est dignum quod lucem aspiciat: quia complectitur plurima paucis; & stylo satis latino, pro æuo quo floruit.

R. P. V.æ & ſtudijs addictiſſimus

GEORGIVS COLVENERIVS.

PRO-

PROLOGVS

PARALYPOME'NΩN TERTII LIBELLI SYNOPSEOS ANDREANÆ FRANCO-MEROVINGICÆ.

PARALYPOME'NON *libros dici, sacrósque illos esse liquidò constat, quibus ea suppleantur, & adyciantur, quæ sacris Regum Libris, aut prætermissa, vel certè leviter fuerant degustata. Neque etenim aliud omninò sonat* Παραλειπόμενον, *quàm prætermissum; verbi ætymon si rectè petatur. Siquidem,* παραλείπω, *& prætermitto, synonymas esse voces, palam est. Qu. pröinde Calaber, Poëta Græcus, suum illud Opus, quo, ea quæ prætermiserat Homerus, latiùs exequitur,* Οἱ μήρου παραλειπόμενα *voluit inscriptum. Hæc præfati simus, propterea quòd, ea quæ sub finem epitomes suæ, diuturnioris iam vitæ finem spectans Silvius noster, Tertij libelli suæ Synopseos Capitulis attigit contractioribus, &, qui illis interseruit domesticam suam Chronologiam contexens R. P. & DN. VVillelmus Andrensis, aligero adeò sint pede pulsata, vt, ob permulta lectu perdigna frequèns prætermissa, quædam & paralipomena desiderare videantur, quibus ab ipsis leviùs nonnihil degustata pleniùs & planiùs enarrentur.*

Tentavit quidem, sed istæc minimè perfecit SilvI continuator VVillelmus Abba. Quippe, qui nimiâ festinatione ab anno nobis impartitæ à IESV CHRISTO *salutis 1180. pervenerit ad annum Orbis redemti 1127.*

Promissum itaque præstituri, Paralipomevων hunc subiungimus libellum, qui sua exordia desumat ab anno IESV CHRISTI 1180. & exindè,

 (quöad

(quòad eiusmodi commodè poterit fieri,) methodo ab Andreâ Marcianensi persimili, quas ipsius Synopsis desiderat res gestas addere auspicemur, praeeunte nos, (vt plurimùm,) Chronologo illo (vt videtur,) Franco, anonymo; cuius Opus Chronologicum in annum Christianæ Pietatis protrahitur 1268.

Hanc nos historicam cymbam, Orbem nostrum lustraturi, eò lubentiùs rursum inimus; quod hæc ipsa eadem liligera sit nobis advectura doctrinam omnium periculorum expertem, ex alienarum calamitatum, vel etiam complurium ex felicium successuum ampliori cognitione, & exemplo: quòdq; penes hanc historicam doctrinam veritatis monimenta, & certè prudentiæ, sapientiæq; principia solidiora sic esse recondita credantur, vt sit ipsa eadem Virorum Principum, Magistratuum, & omnium Regum certissimus liber. Quos, si sapienteis contigerit esse: sunt & ijdem re verâ futuri Populi à DEO Regum Rege Opt. ter Maxumo sibi concrediti stabilimentum. Ita siquidem probè docet Sapien. cap. 6. *Et est enim Principis cuiusque, atque Regis certa vitæ ratio, subditorum perpetua censura. Ad hanc namque diriguntur, ijdémque perpetuò convertuntur. Neque sanè, tam imperio, quàm exemplo ijs opus est. Vndè bene monens Claudianus nobis accinebat:*

— — — — — — Componitur Orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent; quàm vita Regentis.
☞ *Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.*

Salus igitur populi vt rectè contineatur; (quæ suprema Lex, vel certè administrationis politicæ finis est:) plurimum, haud dubiè, refert, quæ ab ætatis nostræ memoriâ sint remota, quæq; verioribus è Chronologis, & rerum multis iam retrò sæculis gestarum nobilioribus monimentis vtiliter eruta, laudabili exemplo Venerandorum Patrum Andreæ Marcianensis, & VVillelmi Andriensis Abbatis studiosæ tradere posteritati.

His proïndè argumentis perfacilè sumus adducti, liberioris vt quod à gravioribus studijs otioli succisivis & intermissarijs horulis aliquot Venerandi Præsulis nostri DN. Ioännis du Ioncquoy litteris philosophicis & Theologicis apprimè exculti nutu, iussúque concedebatur, residuæ, & quodam modo amanuënsium, exscriptorumque fortassis incuriâ, nè dicam imperitiâ mutilatæ, imperfectæq; huic Liligeræ Synopsi, potissimùm, cum VVillelmo Andernensi Cœnobiarchâ, & Gallo Chronologo,

nologo, (cuius nomen haud proditur) impenderem recognoscendæ, interpolandæ, pleniùs perficiundæ, paullòq; vlteriùs protrahendæ.

Quicquid ergò sparsim, tùm ij præsertim, tum & nonnulli veteres aliquot, (quorum copia penes nos exstat) hisce de rebus Scriptores manu exaratum in membraneis suis reliquere; id hacce in Andreana Paralipomena officiosè collectum festinamus, pergimusque ecce relaturi, ex quibus Philistor, studiosúsque Lector quisque vnico commodiore hocce volumine compacto, Locos sibi, ad omnia quæ sint meliora, communes adaptare; certúmque veterum, rerúmque novarum promtuarum vsibus suis honestioribus magis accomodum, & ad manus ipsius gerulas comparatum, habere queat.

Hisce id & accessurum est, vt quæ à priscis etiam Scriptoribus solertioribus portenta observatu digniora in Chronica deprehendimus coniecta, methodum Silvij nostri prudentis prosecuturi, vti aptiùs occurrent ordine iusto, suis subsequentibus annis, & statis temporibus consignaturi simus, nec frustrà tot retroactis ex seculis nunc nostra hæc in tempora derivaturi. Licèt enim portentorum, prodigiorúmque complura sint genera, quæ natura ipsa producat, & quorum rationes adiunctis demonstrationibus ex Astrologorum, Philosophorúmque valeant præceptis reddi; sæpè tamen sæpiùs exploratum est, & certissimum evasit naturæ ipsius Ducem DEVM ter Maximum, ad declarationem suæ nunc Summæ Majestatis, modò verò bonitatis, deinde suæ quoque vindicis plerunque iræ ingratos in mortaleis liberiùs delinquenteis concitatæ præsentissimam designationem, exindéq; secuturorum efficacissima dolorum initia existere velle. Eclipsim, vmbrâ terræ interpositâ, quâ impediantur radij, naturaliter evenire, qui ausit negare, peritorum nemo est. Atqui tamen planè constat, Solem, (dum Christus Dominus extrema pro nobis Cruci affixus pateretur,) suo caruisse splendore, passumque stupendam illam eclipsim ab horâ sextâ, vsque ad nonam: quod, eo tempore, virtute physicâ, factum minimè potuit, tres cùm ea eclipsis integras suas admiserit horas, quartadecimâ Lunâ, eàq; proinde plenâ, & tunc in Oriente, cùm in Occidente Sol esset. Quæ quidem singula ita sunt pensitanda, vt insignis ille Areopagita Diönysius cum Præceptore suo Apollophone Heliopoli tunc temporis degens, Solemq; præter ordinem, & naturæ rationem perpendens obscuratum: Rerum (exclamâsse feratur,) vicissitudines videmus. Aut igitur DEVS naturæ patitur, aut Mundi machina dissolvetur.* *Neque profectò istæc Cælestium irarum, Gentisq; Iudäicæ cladis memorabilis adfuturæ prognostico, certâ-*

* Vide istâ de re Suidam, & ipsius conversi exindè Dionysij Areop. Gallorũ Apostoli Epistolã ad Polycarpum.

accersitis, Petro Venerabili Abbate, & Conventu Andrensis Ecclesiæ, DEO me, & eorum orationibus commendavi, & habitum monasticum ab eis suscepi.

Quod priusquàm fieret, præsentibus Matre meâ Mathilde, & Fratribus meis Willelmo, & Viviano, & hoc ipsum concedentibus, & Fidei sacramento confirmantibus, quinque Iornellos terræ iacentes in Boderike, cum Comitatu liberos prædictæ Ecclesiæ contuli: & quinque polkinos frumenti, quos eadem terra annis singulis reddit, ad Anniversarium meum assignavi.

Abbas verò, & Fratres prædicti, & Petrus Sacerdos parochialis, rogantibus Matre meâ, & prædictis Fratribus, omnes excommunicaverunt, qui contrà eleemosynam istam, deinceps aliquam prætenderunt calumniam.

Huius autem redditus debitores sunt, Robin Li-Conte; de duobus polkinis: Lambinus Asçe, de duobus polkinis: Balle Caumeir, de vno.

Hæc autem eleemosyna solenniter facta est Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCIII. apud Andres in Domo meâ, & Vxoris meæ Adelidis, coram Matre meâ, & Fratribus meis, & vniversis, tam propinquis, quàm amicis meis, qui, ad me visitandum convenerant. Super hoc testes sunt, Domnus Arnulphus de Guines, Filius Comitis: Vivianus Avunculus eius: Guffridus Barron: Henricus de Bello: Villelmus de Bello: Petrus, Sacerdos de Andres: Richardus, Clericus: Henricus Senescalcus: Manasses Bollard: & alij multi, tam Clerici, quàm Laïci.

Quod, ne cui veniat in dubium, Scriptum præsens fieri, & Sigilli muninine insigniri feci, & corroborari.

De Dilatatione Cœmeterij à Domno Petro Abbate Andernensi.

AB eo tempore, Domnus Petrus Abbas, iam peractis in regimine XXX. annis, tam senio, quàm morbo cœpit lassescere, & ad finem tendere: ita quòd deinceps non ex facili claustra monasterij exibat, nec Synodos adibat, nec alicui coädunationi more solito se ingerebat; sed tamen piâ curiositate volens certificare de omnibus, vbique inquirens suos mittebat; & ad hoc tandem induxit Dominam Adelidem præfati Militis nuper defuncti relictam, quod Cœmeterium Laïcorum nondum mansionibus circundatum fecit dilatari à parte australi, & in quâdam die Paschali, post secundos vesperos, cum processione solenni Monachorum, Clericorum & Laïcorum, aquam à Domino Episcopo consecratam circumferri & conspergi.

Postquàm autem operari, & redditus acquirere desijt, solito ampliùs operibus

operibus misericordiæ insistere studuit, nudos vestiendo, pauperes & inopes recreando, infirmos visitando; omni sextà feriâ, ad minùs, egenis & viduis in porticu Ecclesiæ manu propriâ eleemosynas erogando Et cùm in Opere DEI summo effectu operam daret, & ad horas canonicas die ac nocte singulos præveniret, quatuor fermè annis antè obitum suum, Venerabilem Virum, Domnum Guidonem, merito & officio Priorem, iuvenem quidem annis, sed, verè maturum moribus, proh dolor! amisit; immò, (vt verè creditum,) ad Superna transmisit & præmisit; & eum, pro vitæ merito, in Navi Ecclesiæ, iuxtà virum religiosissimum, Domnum Guffridum, de quo superiùs mentionem fecimus, tumulari præcepit.

In cuius locum, Priorem substituit, sibi quidem, (vt apparuit) placentem; sed à prædecessoris moribus nimis degenerantem. Cuius tempore, & illicitâ permissione, ordo nimis tepuit; religio naufragium sustinuit: castitas periclitata; luxuria superabundavit: ætas Iuvenilis per campum licentiæ nimis discurrens, post greges sodalium suorum vagabunda cucurrit.

Hinc, bonus odor Ecclesiæ & antiquus, apud potentes & principes sæculi cœpit fœtere. Hinc, ipse Abbas, occasione suæ senectutis minùs providus, multis displicere.

Servabantur in hoc Loco multorum divitum deposita; & præcipuè, de Castro de Calais, magna argenti copia, quæ, à facie illius crudelis Reinaldi, nuper Boloniensis Comitis, sumptuosi, superbi, & potentis huc allata, &, tam Abbati, quàm eius Cellerario fuerant recommendata.

De quibus, hi, qui nimis delicatè nutriti fuerant, furta gravia faciebant, commessationibus & ebrietatibus, die ac nocte vacabant: se superfluè & inordinatè vestiebant; &, non minùs, propter infamiam, quàm propter pecuniam malè dissipatam, & tamen reddendam, Abbas, & sui dolebant. Hæc quidem dissipatio, & inanis erogatio per annum duravit; pro quâ, nunc, Abbas reos excommunicavit, nunc apertè increpavit; nunc occultè absolvit: malens pecuniam perditam refundere, quàm miserorum animas amittere. Subditorum autem excessus arguens vberrimè flebat, & curà diu habitâ se crebrò exonerare volebat: sed grex sibi subditus huic voluntati omninò resistebat, quia nec subditum, nec vicinum sibi succedere quærebat. Et tamen omnes suos, & multos vicinos tunc temporis idoneos bene cognoscebat, & vix alicuius karrofensis, vtpote per annos ferè triginta duos ab eis disiunctus, præter vnam vicem, (vt suprà relatum est,) notitiam habebat. Dicebat autem suis consiliarijs, se scire pro certo, quòd hàc primâ vice, de suo Collegio successorem non haberet: suo verò successori Flandrensis Abbas succederet.

De

De languore, & morte Domni Petri, Abbatis Andrensis.

SEquenti anno, post celebres dies Dominici Natalis, Domnus Petrus Abbas cœpit graviter lateris dolore, & mingendi difficultate infirmari, & vsque ad medium Martium ægritudine detineri. Omnibus igitur Fratribus convocatis, & coram se positis, voluntatem suam omnibus edixit, & finaliter præcepit, vt Domnus Henricus, nuper Prior factus, cum Riquardo vinitore, versus karrosum statim iter arriperet; & statum Ecclesiæ cum personis diligēter investigaret. Mox autem vt morti solvisset debitum, sequeretur præfatus Guiffridus, nuper Præpositus; &, quem ipsi tres concorditer eligerent, à nobis * Pater haberetur, & Patronus.

†

* Obserua Wilelmum hùc Scriptorem, ante obitū Domni Petri huius Abbatis Monachum Andrensem extitisse.

Sententià ergò tanti Patris editâ, & ab omnibus approbatâ; videns pius Pater Eleemosynarium lectulo suo contiguum, & eum propius accersiens, eum de incontinentià sui, & suorum publicè redarguit. &, nè de cætero in ambitu eleemosynæ immunda commixtio fieret districtiùs interdixit.

In porticu Ecclesiæ, vt ab hominibus conculcaretur, sepulturam humiliter elegit; in quo, Grex commissus, ei minimè paruit. Sed Abbas Sancti Bertini, Ioannes, qui eius Confessor fuerat, antè Altare, vbi sæpiùs decantabat, eum in præsentià multorum honorificè tumulavit.

De ereptione Domini Richardi Regis Anglorum. EX ANDREA MARCIANENSI.

ANno Domini M. C. XCIV. Richardus Rex Anglorum, post annuam captivitatem, magno, & (vt ita dicam,) infinito argenti redemptus pretio, * ab Imperatore Henrico, honorificè & cum gratiâ, pace etiam inter eos firmatâ, *cùm iam vno fuisset anno, sex hebdomadis, & biduo in Germaniâ detentus, ineunte sequenti anno*, in Angliam remittitur. Qui, navibus in portu AndeVerpi præparatis, transfretavit. Cum favore autem magno à suis suscipitur, & in Regni Solio relocatur.

* Libris centum millibus argenti solutis: numeratâ pecuniâ: liberatur Rex Richardus. Mense Martio.

Illic, qui fideles sibi extiterant, honoribus sublimavit: proditores verò exauctorizavit; quosdam etiam occidit. Inter quos, vnum, qui dapifer Ioännis Fratris eius fuerat, excoriavit.

Post

Post cuius,*sup. Regis Richardi*,regressum,longa concertatio vsque ad annum decimumsextum Regis Philippi inter eos surrexit. Aliquandò induciæ; aliquando guerræ. Feriuntur illi: Feriuntur isti. Quis ex illis vincat; ignotum est nobis.

Vedastinum illud,apud Attrebates,adeò celebre Asceterium, vt idem dici meritò valeat Seminarium Virorum prudentum, piorum, & eruditorum; duo nobis exhibuit videnda, & conferenda Exemplaria Andreäna MSS. *quorum alterum membraneum, hîc exscribendæ Synopseos Franco-Merovingicæ finem imposuerit. Quod verò longè posterius visitur, & recentius chartaceum exemplar* MS. *ibidem adseruatum, in Bibliothecâ, & amplissimâ, & instructissimâ, sub hunc prioris finem legit*: Feriuntur illi: Feriuntur isti: Si quis ex illis vincat;ignotum est nobis.*Andernense autem R. P. ac Domni VVillelmi Abbatis Chronicon vlteriùs productum; hæc adtexuit. Ex Sylvij nostri Francicâ Synopsi depromta.*

De morte Margaretæ Flandrensis Comitissæ.

MArgarita, Philippi Soror, Flandrensium & Hainoënsium Comitissa moritur,*anno 1195.* & in Templo Sancti Donatiani, iuxtà Karolum, *Bonum Comitem Flandriæ*, Brugis sepelitur. Cui successit in Comitatu Flandrensi Balduïnus IX. Filius eius, *ex Balduino 4. Principe Hannoniæ: Constantinopolitanus Imperator futurus anno Christi M. CC. IV.*

Sicque, Comitatus reversus est ad iustum hæredem Balduini Hainoënsis Filium,Anno M. C. XCIV.* qui,ab anno Domini M. LXXII. possessus fuerat à Successoribus Roberti Casletensis periuri Comitis,per annos C. & XXIII. Successores fuerunt huius Roberti, Robertus Filius eius: Balduinus,Filius eius: Karolus,cognatus eius: VVillelmus Northmannus: Theödericus: Philippus,Filius eius. Hi omnes,orti sunt de genere Roberti,qui, apud Kasletum,* in bello occidit Arnulphum nepotem suum, Filium Balduïni Hasnoniensis Fratris sui: Et sic, iniustè Flandrensium invasit Comitatum.

* Vel, 1195. vti recentiores Chronologi malunt nõnulli.

* Kaclelliam, legit Andrensis Codex MS. Vide pagellas nostras superiores, ea de re 797. & 798 § De Prælio Casletensi.

Explicit Liber tertius *Synopseos Franco-Merovincicæ.*

EPILOGVS,

SYNOPSI FRANCO-MEROVINGICÆ

ADIECTVS.

HVNC *igitur ad annum reparatæ salutis humanæ nonagesimum quartum supra millesimum & centesimum historicam suam Epitomen pertexuit varijs ex authoribus conflatam iucunda senectus Andreæ nostri du Bos, seu du Bois, qui multas hyemes, atque octogesima vidit Solstitia.*

Ex Iuvenale, m. a- ppora fumta.

Eius autem Exemplaria varia in remotiorem etiam Franciam distracta, non solùm exstare MS. *obseruo apud ea quæ iam multoties recensuimus præclara Monasteria Vedastinum, Marcianense, Montelugianum, Andernense, & Henniacense: sed & apud alia complura fuisse reperta hîc obiter animadvertendum est.*

Rodulphus *namque* de Rivo, In Indice librorum MSS. exstantium in Belgio, viciniſque Provincijs, *quem is idem collegit, & sub finem Seculi millesimi quadringentesimi ordine alphabetico digessit, numero 124. Littera A.*

* Supple, tractans, seu scribens.

Exstat *(inquit)* Andreas Monachus Marchianensis, * De Origine, & de gestis Francorum, *ap.* Carthusianos Gandenses, Martinianos Tornacenses, Prædicatores AntVVerpienses, & Gandenses.

Visiturq; hîc Index apud Eximium Dominum Georgium Colvenerium S. Theolog. Doctorem, &c. Fuitq; anteà Reverendissimi Domini, DN. Iacobi Pameli, Audomarensis Episcopi designati: Viri in secularibus, diviniſque litteris nobiliter eruditi.

Eiusdem etiam DN. Andreæ SilvI Chronicon vetus MS. *apud Rubræ Vallis celebreis Ascetas reperiri Lego. Et eodem de Chronologo, Gordonus: Andreas (ait,) Vir doctus, floruit apud Marcianenses.*

Meminisse

Meminisse quoque ipsius censetur Renatus Chopinus Andegavus I. C. & in Gallicâ Curiâ maximus Advocatus in primario Galliarum Senatu, De Domanio Franciæ, lib. 1. Titul. 5. num. 3. Rursus (scribens,) *apud eumdem (Sup. Sigobertum,) à VVidone Caroli Magni Duce, victi Britones, & in potestatem redacti. Quod fusiùs adeò explanavit Benedictinus Cænobita, Francorum Annalium Scriptor.*

Et in margine; Andreæ vlteriora sic de Ardulfo Regiæ mensæ Præposito verba leguntur.

Hic Ardulfus, Regi apud VVormatiam obsides, quos in Britonibus acceperat, & complures è Primoribus ipsorum adduxit; *Auctore Monacho Benedictino.*

Hic porrò Marcianensis Cænobij Magnus Prior Andreäs du Bos, Vir, pietate, scientiâ, & moribus insignis, ac meritò laudatus, totiésque ab eruditissimis sedecim Scriptoribus citatus, & probatus, suum ibi inijt Opusculum hocce Chronographicum; vnde quoque suum intexere, vel certè prosequi pergit insertum & interiectum Ven. Præsul Andriensis VVillelmus. Quod nos, priori Andreäno, certæ Appendicis instar adnectere paramus. Sed, illam futuram eius Appendicem priùsquàm DN. VVillelmus Antistes auspicetur; quæ statim ab Elenchi nostri ad Synopsin Franco-Merovingicam exordiolo vltroneè polliciti sumus, Paralipomenon Loco, ab anno saltim dati divino beneficio Redemtoris vniversi Orbis M. C. L X X X. qui quartus exstitit Regis Philippi Augusti Theodati (proüt nos facturos spondet Præfatio etiam nostra ad Amicum, & studiosum Lectorem hâcce De Synopsi,) paucula quædam subtexunda constituimus: Andreäna vt Synopsis explicatior, & nonnihil fortassis gratior exhibeatur. Sed vndè illa petita, & huic adiuncta? Ex Anonymo præsertim Chronologo eiusdem anni M S. *autore, necdum fortè typis vulgato; & de cuius nomine inscribendo à nobis consultus, eâ in re præstantissimus DN. Geörgius Colvenerius, Doct. Theöl. &c. conceptis hisce respondit verbis, & studiorum nostrorum rationem adprobavit.*

APPROBATIO.

Ruditissime, & R. Domine! Volumen hoc percurri, quod incipit: In primordio temporis, antè omnem diem, &c. eodemq́ ductu pertingit vsque ad annum Domini 1268. *Videtur omninò Auctor esse natione Gallus; quia, Regum Galliæ, & Comitum Carnotensium, Tolosinorum, &c. & res in Galliâ gestas præcipuè prosequitur. Ad hæc; in fine penultimi Quaternionis, describens acta sub annum* 1180. *agit de puellâ quâdam diuino spiritu afflatâ, in territorio Senonico; quam se vidisse, & pluries cum eâ collocutum fuisse scribit.*

Quisquis Auctor fuerit; Opus est dignum quod lucem aspiciat: quia complectitur plurima paucis; & stylo satis latino, pro æuo quo floruit.

R. P. V.æ & studijs addictissimus

GEORGIVS COLVENERIVS.

PRO-

PROLOGVS

PARALYPOMENΩN TERTII LIBELLI SYNOPSEOS ANDREANÆ FRANCO-MEROVINGICÆ.

PARALYPOMENΩN *libros dici, sacrósque illos esse liquidò constat, quibus ea suppleantur, & adjiciantur, quæ sacris Regum Libris, aut prætermissa, vel certè leviter fuerant degustata. Neque etenim aliud omninò sonat* Παραλειπόμενον, *quàm prætermissum; verbi ætymon si rectè petatur. Siquidem,* παραλείπω, *& prætermitto, synonymas esse voces, palam est. Qu. pröinde Calaber, Poëta Græcus, suum illud Opus, quo, ea quæ prætermiserat Homerus, latiùs exequitur,* Ὁμήρου παραλειπόμενα *voluit inscriptum. Hæc præfati simus, propterea quòd, ea quæ sub finem epitomes suæ, diuturnioris iam vitæ finem spectans Silvius noster, Tertij libelli suæ Synopseos Capitulis attigit contractioribus, &, qui illis interseruit domesticam suam Chronologiam contexens R. P. & D N. VVillelmus Andrensis, aligero adeò sint pede pulsata, vt, ob permulta lectu perdigna frequèns prætermissa, quædam & paralipomena desiderare videantur, quibus ab ipsis leviùs nonnihil degustata pleniùs & planiùs enarrentur.*

Tentavit quidem, sed istæc minimè perfecit SilvI continuator VVillelmus Abba. Quippe, qui nimiâ festinatione ab anno nobis impartita à IESV CHRISTO salutis 1180. *pervenerit ad annum Orbis redemti* 1127.

Promissum itaque præstituri, Paralipomenων hunc subiungimus libellum, qui sua exordia desumat ab anno IESV CHRISTI 1180. *& exindè,*

(quòad eiusmodi commodè poterit fieri,) methodo ab Andreâ Marcianensi persimili, quas ipsius Synopsis desiderat res gestas addere auspicemur, praeeunte nos, (vt plurimùm,) Chronologo illo (vt videtur,) Franco, anonymo; cuius Opus Chronologicum in annum Christianæ Pietatis protrahitur 1268.

Hanc nos historicam cymbam, Orbem nostrum lustraturi, eò lubentiùs rursum inimus; quod hæc ipsa eadem liligera sit nobis advectura doctrinam omnium periculorum expertem, ex alienarum calamitatum, vel etiam complurium ex felicium successuum ampliori cognitione, & exemplo: quòdq́ penes hanc historicam doctrinam veritatis monimenta, & certè prudentiæ, sapientiæq́ principia solidiora sic esse recondita credantur, vt sit ipsa eadem Virorum Principum, Magistratuum, & omnium Regum certissimus liber. Quos, si sapienteis contigerit esse: sunt & ijdem re verâ futuri Populi à DEO Regum Rege Opt. ter Maximo sibi concrediti stabilimentum. Ita siquidem probè docet Sapien. cap. 6. *Et est enim Principis cuiusque, atque Regis certa vitæ ratio, subditorum perpetua censura. Ad hanc namque diriguntur, ijdémque perpetuò convertuntur. Neque sanè, tam imperio, quàm exemplo ijs opus est. Vndè bene monens Claudianus nobis accinebat:*

— — — — — — Componitur Orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent; quàm vita Regentis.

☞ *Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.*

Salus igitur populi vt rectè contineatur; (quæ suprema Lex, vel certè administrationis politicæ finis est:) plurimum, haud dubiè, refert, quæ ab ætatis nostræ memoriâ sint remota, quæq́ verioribus è Chronologis, & rerum multis iam retrò sæculis gestarum nobilioribus monimentis vtiliter eruta, laudabili exemplo Venerandorum Patrum Andreæ Marcianensis, & VVillelmi Andriensis Abbatis studiosæ tradere posteritati.

His proïndè argumentis perfacilè sumus adducti, liberioris vt quod à gravioribus studijs otioli succissivis & intermissarijs horulis aliquot Venerandi Præsulis nostri DN. Ioännis du Ioncquoy litteris philosophicis & Theologicis apprimè exculti nutu, iussúque concedebatur, residuæ, & quodam modo amanuënsium, exscriptorumque fortassis incuriâ, nè dicam imperitiâ mutilatæ, imperfectæq́ huic Liligeræ Synopsi, potissimùm, cum VVillelmo Andernensi Cænobiarchâ, & Gallo Chronologo,

nologo, (cuius nomen haud proditur) impenderem recognoscendæ, interpolandæ, pleniùs perficiundæ, paullòq; vlteriùs protrahendæ.

Quicquid ergò sparsim, tùm ij præsertim, tum & nonnulli veteres aliquot, (quorum copia penes nos exstat) hisce de rebus Scriptores manu exaratum in membraneis suis reliquere; id hacce in Andreana Paralipomena officiosè collectum festinamus, pergimusque ecce relaturi, ex quibus Philistor, studiosúsque Lector quisque vnico commodiore hocce volumine compacto, Locos sibi, ad omnia quæ sint meliora, communes adaptare; certúmque veterum, rerúmque novarum promtuarum vsibus suis honestioribus magis accomodum, & ad manus ipsius gerulas comparatum, habere queat.

Hisce id & accessurum est, vt quæ à priscis etiam Scriptoribus solertioribus portenta observatu digniora in Chronica deprehendimus coniecta, methodum Silvij nostri prudentis prosecuturi, vti aptiùs occurrent ordine iusto, suis subsequentibus annis, & statis temporibus consignaturi simus, nec frustrà tot retroactis ex seculis nunc nostra hæc in tempora derivaturi. Licèt enim portentorum, prodigiorúmque complura sint genera, quæ natura ipsa producat; & quorum rationes adiunctis demonstrationibus ex Astrologorum, Philosophorúmque valeant praeceptis reddi; sæpè tamen sæpiùs exploratum est, & certissimum evasit naturæ ipsius Ducem DEVM ter Maximum, ad declarationem suæ nunc Summæ Majestatis, modò verò bonitatis, deinde suæ quoque vindicis plerunque iræ ingratos in mortaleis liberiùs delinquenteis concitatæ præsentissimam designationem, exindèq; secuturorum efficacissima dolorum initia existere velle. Eclipsim, vmbrâ terræ interpositâ, quâ impediantur radij, naturaliter evenire, qui ausit negare, peritorum nemo est. Atqui tamen planè constat, Solem, (dum Christus Dominus extrema pro nobis Cruci affixus pateretur,) suo caruisse splendore, passumque stupendam illam eclipsim ab horâ sextâ, vsque ad nonam: quod, eo tempore, virtute physicâ, factum minimè potuit, tres cùm ea eclipsis integras suas admiserit horas, quartadecimâ Lunâ, eàq; proïnde plenâ, & tunc in Oriente, cùm in Occidente Sol esset. Quæ quidem singula ita sunt pensitanda, vt insignis ille Areopagita Diönysius cum Præceptore suo Apollophone Heliopoli tunc temporis degens, Solemq; præter ordinem, & naturæ rationem perpendens obscuratum: Rerum (exclamâsse feratur,) vicissitudines videmus. Aut igitur DEVS naturæ patitur, aut Mundi machina dissolvetur.* *Neque profectò istæc Cælestium irarum, Gentisq; Iudaicæ cladis memorabilis adfuturæ prognostico, certà-*

* Vide istâ de re Suidam, & ipsius conversi exindè Dionysij Areop. Galloru Apostoli Epistolâ ad Polycarpum.

certáq; significatione caruerunt, vti, nec longè priores illæ apud Ægyptios tenebræ densissimæ, quæ conceptam in obduratos & perditæ mentis Ægyptios divinam portenderent vltionem horrendam. Attingerem & alia ostentorum cùm cœlestium, tum & inferiorum genera, quibus historia testentur illa magnarum in Orbe vicissitudinum, calamitatumque præludia divina esse: Sed, nè terminos suos præfatiuncula nostra excedat, satis hic superq; sit vniversim monuisse, Sacram, prophanamq; historiam hæcce duntaxat ea nobiscum commemorare, ratione, & aliorum periculis in hoc amplissimo Mundi theätro cœlitùs commoniti, ocyssimè discamus fugere à facie arcus, & meliùs deinceps facere, divinæq; vindictæ in nos excandescentis lacrymabundi occurrere doceamur. Huc nostra hæc collectanea: huc per varias Mundi ætates horrendum hocce vltionis divinæ obiectum impijs speculum spectat: Idque ipsum à nobis expectat Angelus ille DEI Opt. ter Maximi Esdræ signa ostendens, quæ Babylonicum essent excidium præcessura, &, (vt cætera, brevitatis ergò, sileam;) Relucescet (inquiens,) Sol noctu, & Luna ter in die: de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, ac populi convenient; & regnabit, quem non sperant. Qui habitant in terrâ, ac volatilia, commigrationem facient; & mare Sodomiticum pisces eijciet, & dabit vocem noctu quam noverant multi, ignis remittetur, ac bestiæ agrestes transmigrabunt, ac mulieres menstruatæ parient monstra, & in dulcibus aquis salsæ invenientur; & quæ cætera ibi legi possint calamitatum futurarum prognostica, variáque portenta. De quibus, modò quidem satis. Itaque, sepositis Concionum nostrarum frequentiorum monasticarum pijs exercitijs, quibus tandem Asthmaticus efficiebar totus, Iuxtà poëticum illud:

Esdræ Capite quinto.

Iam nunc bruma nives capiti dum spargit honesto,
Compositis studijs, otia sancta colo.

Ave, fave Benivole lector!

PARA-

PARALYPOMENA SYNOPSEOS
FRANCO-MEROVINGICÆ,
EX ANONYMI CHRONICO MS.

LVDOVICVS * Rex Francorum, anno Regni sui XLIII. obijt: *anno* M. C. LXXX. Philippo II. Filio eius iam in Regno stabilito. Porrò, Vir iste, (*Sup. Ludovicus Rex;*) multa fuit honestate laudabilis; ergà religiosos quoque supplex, ac benivolus; & ergà subditos valdè mitis.

* Septimus, Iunior, & Lenis dictus.

Nota per Reginam, Philippi II. Regis Vxorem, Hanoniensis Comitis Filiam, Comitis Flandriæ Neptem; Reges Franciæ, redijsse ad Genealogiam Karlensium.

Ipso quoque anno, * obeünt Guarinus, Bituricensis; & Ioännes, Carnotensis, Episcopi; tam sapientiâ, quàm animi strenuitate famosi. Quorum, Ioännes, Sancti Thomæ, * cuius socius extitit, Passionem descripsit. Scripsit, & Librum, quem vocavit, De Curialibus nugis; in quo, de divinis ethnicisque scripturis affatim testimonia congerens; satis innotuit, quàm fuerit ipse omni affluens sapientiâ; quàm venustus eloquio; quàm præclarus doctrinâ. Hoc eodem anno, factus est in Angliâ, bis, vel ter, terræ-motus, circà festum S. Michaëlis. Quo etiam anno, facta est magna discordia inter Regem Angliæ, & suos Filios, propter Castellum Clare-vallis, quod erat de Feudo Andegavensi. Richardus autem, Comes Pictavensis, clàm firmaverat illud. Rex Henricus Senior, misit exercitum in Britanniam Armoricam; & obsederunt Turrem Rhedonensem, * & ceperunt, ac combustam reædificârunt, & munierunt. Præter-ea, Comes Britanniæ magnam partem ipsius Civitatis combussit: & Abbatiam Sancti Georgij, & Becherel, Castrum Rollandi de Dinam.

* 1180.

* Sup. Cantuäriensis Archiepiscopi.

* Vernaculè, Rhénes en Bretaigne.

Aaaaaa Sub

☞ OBSERVA. De puellâ, quæ pluribus annis vixit sinè cibo corporali.

Sub eodem tempore, in territorio Senonico, Villa Thudo, habetur puëlla celebri & opinione vulgata. Nec mirum si celebris; in quâ nimirum effulget miraculum eminens ac præclarum. Nempè divinitùs illi collatum est, in corpore degere, & corporalis cibi subsidio non egere, decem circiter annis vsque ad vnum hunc, iam decursis, ex quo primùm divino munere tali est privilegiata virtute. Hæc enim genere infima, officioque bubulca, gravi admodum atque divino priùs est flagello attrita, adeò, vt per effluentem de toto corpore saniem, suis quoque fieret in horrorem. Sed, qui contemptibilia Mundi eligit & infima; post longa patientiæ probamenta, respexit humilitatem ancillæ suæ: &, quò magis eam in camino tribulationum exurit, eò digniorem efficit, corpus ei reïntegrans, & spiritali alimento sustentans. Ita verò est sui impotens, vt non nisi ab altero purgari, & moveri queat, jacens continuè resupina, præter caput & dextram, membris cæteris sui vigore officij destitutis. Cumque, nullum facilè cibum posset inijcere: ad inijciendum tamen sacrum Viaticum, naturalem meatum habebat liberè præparatum. Sic autem in corpore facta est paralitica, & marcida: quippe, intestinis præ longâ inediâ evacuätis introrsus. Attamen ita est venusta, & corpulenta, quòd in vultu cernitur, ac si deliciarum copiâ perfruatur.

☞ De raptu eius in excelsis.

Frequenter autem rapitur in excelsis, & Angelo Duce freta, nunc pœnarum percurrit Loca; nunc gaudia bonorum. Ad se rediens, quid, & cui proferat cautè librat, magistrante nimirum interiùs Spiritu, & docente, quid silere debeat; quid proferre.

In solemnitatibus verò DOMINI, vel MATRIS DOMINI, datum est illi per excelsum plurimum sursum rapi: Mundumque, & omnia quæ in Mundo sunt, libero mentis intuitu contemplari. Cùm, post vnum, vel plures dies, de illâ altissimâ quiëte regreditur; sicut ipsam audivimus referentem; videtur cæli de quâdam amplissimâ regione luminis, in tenebras traijci, ac velut molam quamdam mentis suæ oculis supponi. Refertque, quòd dum in illo est raptu, conspiciat vniversaliter Mundum, in modum pilæ, formâ circumscriptum. Solem, terrâ majorem: terram, velut ovum in medio pendulam, & aquis circumquàque vndique circumcinctam. Res verò, rerumque rationes & causas tam infinitas esse, tam abditas, vt tanto minùs vnusquisque capiat, quantò curiosiùs investigat. Plerumque in Spiritu vadit: absentia prævidet; plerumque futura.

Verùm

Verùm illud eò ſpecialiùs admirandum eſt,quò rariùs,fœminam editam, educatam ruri, ruraliſque operæ aſſuetam, tantæ dono Sapientiæ inſignitam eſſe.

Cum eâ ſanè ſæpiùs collocutus, obſtupui ineſſe fœminæ ſapientiam in conſilijs; circunſpectionem in verbis. Etenim,tam prudenter eloquitur; tam diſcretè conſulit; tam ſalubriter adhortatur; vt luce clariùs ſit,ipſum, *qui docet omnem hominem ſcientiam*, in eâ delegiſſe ſedem; in eâ facere manſionem.

Anno Domini M. C. LXXXI. Alexander PP. vir diſcretus,multâq; litteraturâ præditus obijt,anno Pontificatus ſui XXII. XII. Kal. Octobris. Poſt quem Humbaldus Oſtienſis Epiſcopus eligitur; & vocatur Lucius III. Alexander iſte ſcripſit Conſulta Alexandri;videlicet Decretales epiſtolas. * Et vnam: Nè quiſpiam publicè celebretur ſicut Sanctus, abſque authoritate Papæ. *Decretum illud Alexandri 3. inſertum vide Collectionibus Gregorij Noni: Annaleiſq. Cæſaris Baronij eâ de re legito ad annum eumdem Ieſu Christi 1181. Quo, Boämundum iuniorem Principem Antiochenum cenſuris Eccleſiaſticis exagitavêre Patriarchæ, Antiochenus & Hieroſolymitanus, vnà ſuis cum Suffraganeis: quòd, is, Nepte Imperatoris Conſtantinopolitani, Theodorâ, legitimâ Vxore repudiatâ, ſibi aliam in matrimonium iungere præſumſiſſet. Plura habeto ex Guillelmo Tyrio; qui libri 22. Capite 6. & 7. addiderit, Boämundum hunc, ſpretis Epiſcoporum correctionibus, diram adversùs ipſos perſecutionem moviſſe.*

* Videto de hanc re Henricum de Gādavo, libro De Viris il-luſtribus.

Anno Domini M. C. LXXXII. floret Petrus Monoculus, Abbas Clare-Vallis. Cui, SS. Bernardus & Malachias, apparentes, dixerunt: Quod, Gerardus Abbas, prędeceſſor ipſius, (quem Frater quidam, propter correctionem regularem in eo factam, occiderat;) vt Martyr cum Chriſto regnabat. †

Eodem anno, natus eſt Aſſiſij mirabilis puer, Franciſcus nomine, qui erat futurus bajulus Crucis: & poſtea Angelus pacis. †

S. Franciſcum, Filium Petri de Bernardone, in Vmbriâ natum Aſſiſij indicat, Ordinis Minorum Inſtitutorem. Quem, DEVS OPT. MAX. virum planè Apoſtolicum, (quidni & Angelicum dixerim?) in Divini Spiritus conflatorio ſibi formarit: cuius exemplo ſanctiſſimo, quàmplurimi, (collabente iam morum diſciplina, & in deteriùs Eccleſiâ nutante,) mundi contemtum, evangelicámque paupertatem, & affectu, & effectu Apoſtolicè proſequi edocerentur.

Anno Domini M. C. LXXXIII. In territorio Bituricenſi,

Coterelli multi interficiuntur ab incolis regionis istius, & ditantur de præda eorum.

Huius depravati, & calamitosi seculi pertinaces hæretici, Coterellorum mores perditissimos, vti posteri, Maiorum suorum, proximè imitantur. Isti namque, Principis sui terras vastabant, ferro & igni omnia miscenteis, abducebant prædas ingenteis: Feretra Divorum decorticabant; cogebant irrisoriè Monachos & Presbyteros cantare, móxque virgis eosdem atrociter adeò cædebant, vt inter verbera plerique extinguerentur; spoliabant Ecclesias, & incendebant, expilabant hierogazophylacia; sacros exportabant thesauros; Corpus Domini Iesu Christi aureis, argenteisque vasis extractum pedibus rabidè conculcabant; adaptabant concubinarium tegendis capitibus Corporalia sacra; malleis confractos calices distrahebant; commiscebantur impudentissimè captivorum suorum, (coram id spectantium,) cum vxoribus; post diuturnas carcerum ærumnas, captivos suos, acceptâ pecuniâ multâ, semimortuos emittebant. Hicíne nostri ævi hæreticorum rabidi mores? hæccíne Satanica ingenia, cuiusmodi exstitêre perditissimæ Coterellorum colluviei, qui persequebantur maximè Viros Ecclesiasticos, quos & miseris mortibus conficiebant? Prorsus ita. Det illis Deus Opt. Max. mentem meliorem.

Habuit porrò annus Christi 1183. Henricum Iuniorem Angliæ Regem malè anteactæ vitæ adeò pænitentem, vt is lectulo, quem sibi ipse parârat, decumbens cinereo, appositis capiti, & pedibus saxis duobus permagnis, Sacrosanctóque, ac Salutifero viatico Corporis & Sanguinis Domini Iesu Christi reverenter sumto, perpænitentem animam efflârit.

Anno Domini M. C. LXXXIV. Iudæi, in ludibrium Iesu Christi, quendam puerum affixerunt Cruci. Propter quod, expulsi sunt è Regno Franciæ, iubente Rege Philippo A DEODATO: & Synagogæ eorum fuerunt demolitæ, & mutatæ in Ecclesias.

Anno Domini M. C. LXXXV. In mediâ Quadragesimâ, factus est terræ-motus in Gothiâ; & in sequenti Mense Aprili, eclipsis Lunæ.

Orta est discordia inter Filippum Francorum Regem, ac Filippum Comitem Flandrensem, propter Comitatum Viromandensem.

Fridericus Imperator, Henricum Filium suum præfecit Civitatibus Italiæ.

Bela, Tertius Hungariæ, ac Bohemiæ Rex, capto Vladamiro Duce

Duce Haliciensi, mittit Andreäm Filium suum, qui Haliciensem Ducatum occupavit. Hoc eodem anno, venit ex Calabriæ partibus ad Vrbanum PaPam Veronæ morantem, quidam Abbas, Ioächim nomine; de quo ferebatur, quod, quùm priùs non plurimùm didicisset, divinitùs acciperet donum intelligentiæ; adeò, vt facundè, discretèque enodaret difficultates quaslibet Scripturarum. Is itaque dicebat: Quædam Apocalypsis mysteria latuisse hactenus; sed modò clarescere in Spiritu prophetiæ, sicut ex Opusculo quod scripsit, legentibus liquet. Dixit enim: Quod, sicut Scripturæ Veteris Testamenti, quinque ætatum seculi, sub Adam, vsque ad Christum decursarum historias continerent: sic liber Apocalypsis, ætatis sextæ à Christo inchoätæ decursum exponeret; ipsamque ætatem sextam in sex ætatulas dispertitam, eásque singulas singulis huius libri periödis satis cōgruè designatas habet. Dixit quoq; hæc revelata fuisse in fine ætatulæ quintæ, atque in proximo succedere sextam, in quâ tribulationes varias, multiplicésque pressuras perhibet emersuras, sicut in apertione sigilli; & in sextâ libri periödo, vbi, de ruina Babylonis agitur, patenter ostenditur. Id verò, in libello eius, præ cæteris, notabile ac suspectum habetur, quòd Mundi diffinit terminum, & infrà duas generationes, quæ, iuxtà ipsum, faciunt annos sexaginta, arbitratur impiendum quicquid de Antixpristo legitur eventurum.

Dicat quisque quod senserit; nos tutum iudicamus, non discutere; quæ arguere nesciamus; & rei nobis incertæ præsagium, iudicio relinquere posterorum.

Ioächimus hic Calaber, Abbas Florentinus, plerísque in rebus à Baronio censetur Pseudopropheta, ad annum 1190. numero quinto: quò lectorem, relegamus.

Anno Domini M. C. L X X X V I. Eclipsis Solis facta; & pestis quàm maximâ in Poloniâ, & Rusciâ subsequuta est.

Hyems huius anni fuit calidissima: quo factum est, vt terræ fructus provenerit solitò maturiùs. Messis enim, in Maïo; vindemia autem in Augusto erat.

Per hos quoque dies, floret Hugo, Abbas Bonæ-Vallis. Cui, propter diversas tentationes oranti Christus apparuit crucifixus, & Beäta Virgo iuxtà eum, dicens: Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Hic, apud Sanctum Ægidium, præsente Comite Tolosano, panem excommunicat; qui statim putrescit:

 absolvit;

Coterelli multi interficiuntur ab incolis regionis istius, & ditantur de prædâ eorum.

☞ *Huius depravati, & calamitosi seculi pertinaces hæretici, Coterellorum mores perditissimos, vti posteri, Maiorum suorum, proximè imitantur. Isti namque, Principis sui terras vastabant, ferro & igni omnia miscenteis, abducebant prædas ingenteis: Feretra Divorum decorticabant; cogebant irrisoriè Monachos & Presbyteros cantare, móxque virgis eosdem atrociter adeò cædebant, vt inter verbera plerique extinguerentur; spoliabant Ecclesias, & incendebant, expilabant hierogazophylacia; sacros exportabant thesauros; Corpus Domini Iesu Christi aureis, argenteísque vasis extractum pedibus rabidè conculcabant; adaptabant concubinarium tegendis capitibus Corporalia sacra; malleis confractos calices distrahebant; commiscebantur impudentissimè captivorum suorum, (coram id spectantium,) cum vxoribus; post diuturnas carcerum ærumnas, captivos suos, acceptâ pecuniâ multâ, semimortuos emittebant. Hicíne nostri ævi hæreticorum rabidi mores? hæccíne Satanica ingenia, cuiusmodi exstitère perditissimæ Coterellorum colluviëi, qui persequebantur maximè Viros Ecclesiasticos, quos & miseris mortibus conficiebant? Prorsùs ita. Det illis Deus Opt. Max. mentem meliorem.*

☞ *Habuit porrò annus Christi 1183. Henricum Iuniorem Angliæ Regem malè anteactæ vitæ adeò pænitentem, vt is lectulo, quem sibi ipse paràsset, decumbens cinereo, appositis capiti, & pedibus saxis duobus permagnis, Sacrosanctóque, ac Salutifero viatico Corporis & Sanguinis Domini Iesu Christi reverenter sumto, perpœnitentem animam efflarit.*

† Anno Domini M. C. LXXXIV. Iudæi, in ludibrium Iesu Christi, quendam puërum affixerunt Cruci. Propter quod, expulsi sunt è Regno Franciæ, iubente Rege Philippo ADEODATO: & Synagogæ eorum fuerunt demolitæ, & mutatæ in Ecclesias.

Anno Domini M. C. LXXXV. In mediâ Quadragesimâ, factus est terræ-motus in Gothiâ; & in sequenti Mense Aprili, eclipsis Lunæ.

Orta est discordia inter Filippum Francorum Regem, ac Filippum Comitem Flandrensem, propter Comitatum Viromandensem.

Fridericus Imperator, Henricum Filium suum præfecit Civitatibus Italiæ.

Bela, Tertius Hungariæ, ac Bohemiæ Rex, capto Vladamiro Duce

Duce Haliciensi, mittit Andreãm Filium suum, qui Haliciensem Ducatum occupavit. Hoc eodem anno, venit ex Calabriæ partibus ad Vrbanum PaPam Veronæ morantem, quidam Abbas, Ioächim nomine; de quo ferebatur, quod, quùm priùs non plurimùm didicisset, divinitùs acciperet donum intelligentiæ; adeò, vt facundè, discretèque enodaret difficultates quaslibet Scripturarum. Is itaque dicebat: Quædam Apocalypsis mysteria latuisse hactenus; sed modò clarescere in Spiritu prophetiæ, sicut ex Opusculo quod scripsit, legentibus liquet. Dixit enim: Quod, sicut Scripturæ Veteris Testamenti, quinque ætatum seculi, sub Adam, vsque ad Christum decursarum historias continerent: sic liber Apocalypsis, ætatis sextæ à Christo inchoätæ decursum exponeret; ipsamque ætatem sextam in sex ætatulas dispertitam, easque singulas singulis huius libri periödis satis cõgruè designatas habet. Dixit quoq; hæc revelata fuisse in fine ætatulæ quintæ, atque in proximo succedere sextam, in quâ tribulationes varias, multiplicésque pressuras perhibet emersuras, sicut in apertione sigilli; & in sextâ libri periödo, vbi, de ruina Babylonis agitur, patenter ostenditur. Id verò, in libello eius, præ cæteris, notabile ac suspectum habetur, quòd Mundi diffinit terminum, & infrà duas generationes, quæ, iuxtà ipsum, faciunt annos sexaginta, arbitratur implendum quicquid de Antixpristo legitur eventurum.

Dicat quisque quod senserit; nos tutum iudicamus, non discutere, quæ arguere nesciamus; & rei nobis incertæ præsagium, iudicio relinquere posterorum.

Ioächimus hic Calaber, Abbas Florentinus, plerísque in rebus à Baronio censetur Pseudopropheta, ad annum 1190. numero quinto: quò lectorem, relegamus.

Anno Domini M. C. LXXXVI. Eclipsis Solis facta; & pestis quàmmaximâ in Poloniâ, & Rusciâ subsequuta est.

Hyems huius anni fuit calidissima: quo factum est, vt terræ fructus provenerit solitò maturiùs. Messis enim, in Maïo, vindemia autem in Augusto erat.

Per hos quoque dies, floret Hugo, Abbas Bonæ-Vallis. Cui, propter diversas tentationes oranti Christus apparuit crucifixus, & Beäta Virgo iuxtà eum, dicens: Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Hic, apud Sanctum Ægidium, prçsente Comite Tolosano, panem excommunicat; qui statim putrescit:

 absolvit;

absolvit;& in pristinum colorem,odorem,& saporem reducit. Vndè Comes compunctus, ad gremium redit Ecclesiæ.

Hoc eodem anno, Hugo, Magnus cognominatus, ex Priore Carthusiano, creätur Episcopus Linconiensis.

Huius præclarum illud facinus, nube silentij tegendum nequaquam existimant Paralypomena hæcce Synopseos Andreäna: Quòd, quum Richardus Angliæ Rex bellum illaturus Franco, pecunias ab Ecclesijs Anglicanis per Cantuäriensem Archiepiscopum exegisset, Hugo Magnus, licèt cæteri Antistites exactionem admitterent, infracto stans animo, adversus exactionem, restitit Regi Richardo, qui & proïnde Hugonem Sede depulit, & Ecclesiæ Lincolniensis in Angliâ, bona fisco suo addixit. Hugo noster nihilo fractior hinc effectus, campanis pulsatis, per omneis Ecclesias paræcialeis, anathemate obstrictos præcipit actutùm denunciatos, quotquot sacrilegas auderent manus extendere, ad eas temerè expilandas. Extimuère omneis eo facto, & nè à pravo dæmone præsocarentur, neu morte quâdam aliâ infeliciter extincti perirent, (quod probè nôssent compluribus vsu evenisse, quos Præsul hic anathematis sententiâ innodâsset,) divino perterriti nutu, extemplò retrocedentes, à sacrâ prædâ cuncti abstinuère. Neque id modò: sed & à Rege Anglo licèt iratissimo, post acerrimas etiam objurgationes, cum osculo sancto denique Vir sanctissimus pacem ita extorsit; vt ipso indè abeunte, Rex tanti Præsulis magnanimitate perculsus, dixerit: Si omnes Episcopi tales essent; nihil adversùs eos possent, sivè Reges, siuè Principes.

Addatur & illud de mirifico illo ipso Hugone memoriâ perdignum apud Rogerium in Annalibus Anglicis: Quod, is, suæ Diœceseos visitans Asceteria, quum oraturus Deum sacram Ædem Sanctimonialium Cœnobij de Godestove ingressus, in eius chori medio, sericis pannis velatam conspexisset turbam, quæ cereis eadem & lampadibus circumdata esset; & cuiusnam illa esset percontatus, intellexisset esse Rosamundæ, quam Henricus vltimus Angliæ Rex formosissimam pellicem adamâsset; cuiusq́; gratiâ isti Parthenoni bona complûra contulisset: nihil cunctatus, Sanctissimus Antistes, extumulari Regis pellicem in Ecclesiâ sepultam, extràq́; recondi iussit; quò cætera mulieres huius infami exemplo terrefactæ, ab id genus vetitis, adulterinisque concubitibus discerent cavere. Immò verò, id ità sensit peragendum eximiæ puritatis, & sanctitatis Hugo, nè hâc vilesceret Scorti Ecclesiasticâ sepulturâ, religio Christiana. Neque tamen hic quippiam esse putârim, quod adeò demiremur, cum hæcce in vitâ functam turpem Regis pellicem S. Hugonem peregisse memoramus. Quippe, quem constet nec ipsis Regibus,

Regibus, & Summis Heroibus adhuc in vivis agentibus pepercisse; nec vmquàm commisisse, quin & eosdem delinquenteis, pro asserendà, & fortiter vindicandà redarguërit Ecclesiasticà libertate atque sacrosanctà dignitate. Vndè, Magnus ille S. Hugo, Regum Malleus meritò fuit dictus: quòd is perpetuò de ipsis triumpharit, dum cæteri Antistites ijsdem in cunctis ferè rebus remissiùs obsequenteis, indignissima permulta pati cogerentur. Extitère, & alij permagni nominis Hugones: qualeis fuère: Hugo de Alarco Cardinalis, ergà Gelasium 2. Pontificem Romanum insignis pietatis. Hugo Cluniacensis Abba; qui de Fonte sacro Henricum 3. postea Imperatorem, Filium lustricum suscepit: quíque Papam Stephanum à Cacodæmonum insultibus obeuntem extremum diem egregiè tutatus est: Alfonsum Hispan. Regem, è carcere, suis precibus liberavit: Cassinúmque pergens, vtriusque Congregationis Benedictinæ, Cassinensis nempe, atque Cluniacensis societatem religiosissimè inivit: Hugo Etherianus, qui adversus Græcos scripsit De Processione Spiritus Sancti; ætate Alexandri P.P. 3.

Hugo Gratianopolitanus Episcopus; qui cum Sancto Brunone petijt Carthusiam, diemque suum sanctè clausit, & solenni ritu in Sanctorum numerum relatus est. Hugo de Sancto Victore, Doctor Parisiensis; qui scripsit adversùs Ioännem Archiëpiscopum Hispalensem Apostatam. Venerandus, ac Beatus Hugo, Marcianensis Abbas: Cuius memoriam perhonorificè recolit DN. Arnoldi de Rasse Auctarium ad Natales Sanctorum Belgij, die vndecima Iunij. Hugonem Capetum cognomento, Synopsis hæcce Franco-Merovingica depinxit, qui ex repromissione Sanctorum electus referatur Rex Francorum, reiectis propinquioribus de Genere Carolinorum, quorum & ipse asseratur è genere fuisse. Quam autem ob caussam, Hugones, Blancum, seu Candidum, Cardinalem; & Episcopum Diensem, eiusdémque caussas altercationum cum Ivone Carnotensi, silentij discretà contegam nube, alterius Loci esto. Annum porrò sequentem Iesu Christi nati 1187. sic auspicetur Chronicon nostrum MS. *vetus.*

Anno Domini M. C. LXXXVII. Agitur lamentabilis perturbatio in partibus transmarinis. Salahadinus, innumerabili multitudine gentium congregatâ, Galilæam ingreditur, Tiberiam obsidet; obsidionis fama circumvolat. Guido, Rex, & Templarij, & Hospitalarij; nonnulli Episcopi, ac totius Regni Proceres, & Populus, in vnum conveniunt, hostibúsque concurrunt. Hostes, obsidionem deserunt, & ad Fontes, quatuor milliaribus citrà Tiberiädem, castra ponunt. Septimo igitur Eidus Iunij, nostri progre-

diuntur

diuntur in bellum, aciésque concurrunt. Diu pugnatum est; sed prælium nox diremit. Eâdem die, nostri gessêre fortiùs; nisi quòd, aquam præoccupatam ab hostibus perdiderunt. Diurno conflictu, æstuque, & siti confecti laborabant nostri, eò quòd non haberent aquam. Manè, hostes se præparant. Necdum nostri se armaverant, cùm eccè vident eos irrumpere, & congredi iam paratos. Ad arma concurritur. Principes, & primi exercitus ad Regem Guidonem convolant; & quid facto opus sit, in commune deliberant. Rex *Guido*, quemdam de numero equitum, nomine Ioännem, qui cum Turcis sæpè sæpiùs militaverat, & eorum omnia stratagemata familiariter noverat præcipit arcessiri, & inquiri ab eo, in instanti negotio quid sit agendum? Ioännes consulit, vt totis viribus irrumpatur in illum cuneum consertissimum, vbi Salahadini vexillum altiùs eminebat. Quod si posset pars illa devinci, facilè profectò & cæteri obtinerentur. Consilium vniversis placet.

☞ Nota cōsilium Comitis Tripolitani dolosum.

Tripolitanus Comes advenit. Is malitiâ, verbisque potens, allegat contraria, &, quod Ioännes suaserat, dissuadet, dicens ei non esse credendum, quia, quandóque nostros abjuraverat, cùm iuraverit fidelitatem, Turcisque ruperit iuramentum. Præöccupanda suggerit esse Montana, vt indè securiùs pugnent, & hostes validiùs impetant.

† Consilio vtiliore dissipato, acquiescitur proditori. In hostes mox irruunt nostri. Sed, proh dolor! tam æstu, quàm splendore Solis visum reverberante gravati, pilorum hostilium imbribus obruuntur.

☞ Tripolitanus Comes Raïmundus, proditionis à se tractatæ evidens dat signum. Nam, protinus cum suis arma proijcit; fugit è bello, & ad Castrum, quod dicitur Saphetum, secedit. Nostrorum interim strages innumerabilis fit. Achonensis Præsul, dum Crucem Domini ferret, lethaliter vulneratus, tradidit eam alteri, & ille, Regi. Bello vndique acriùs perurgente, Rex Solymorum capitur.

Proditionis signum

†

☞ CRVXQVE DOMINI asportatur.

Raró vmquàm, temporibus nostris, vllo in prælio, tantus sanguis effusus est. Totius exercitus Christiani tunc concidêre vires.

Nostrorum namque strages edita est maxima 22000. ferè Christianorum, secundo Octobris, feriâ tunc sextâ: anno octogesimo octavo, ex quo

† *Hierosolymorum Regnum penes latinos cœperat esse. Vide Pauli Æmili librum 5. Blondi sextum, Decade 2. Alij Chronologi reijciunt cladem hanc*

hanc lugubrem cæsi Populi DEI, & cum Sanctâ CRVCE CHRISTI IESV, capti Regis Guidonis, infrà Octavam SS. Apostolorum Petri & Pauli, cùm Saladinus, Asiæ ac Syriæ potentissimus Rex, lectissimum exercitum, si vmquàm aliàs, coëgisset.

Templarij quoque & Hospitalarij, Procerésque, & Viri fortiores, vel trucidati, vel capti sunt. Sic, meritis suis exigentibus, nostri traditi sunt in manus Gentium, & Gentibus subjugati. Nimis enim in varios luxus effluxerant. Et Clerus, & Populus; totáque terra illa facinoribus, & enormibus flagitijs sordescebat. Sed & qui religionis habitum prætendebant, vel, præseferebant, regulariùs moderatorum; verecundiæ turpiter fines excesserant. *Omnis quippe caro, corruperat viam suam super terram.* * Rarus in Monasterio, rarus in seculo inveniebatur; quem non, vel avaritiæ, (*quæ est Idolorum servitus,* *) vel, luxuriæ inficerent insanabiles morbi.

* Genesis Cap. 6. versu 12.

* Ad Ephesios Cap. 5. ver. 5.

Religiosius hic Chronologus horrendæ cladis huiusce causas diligenter considerandas pio, prudentique Lectori proponit: & in hâc tristi Christianorum strage memorabile statuit exemplum ingentis iræ DEI, & pænarum, quibus peccata punit. Causa autem horrendi adeò excidij fuêre, contemtus quidam Dei, & iudicij divini; quo spreto, omni penè flagitiorum genere sese in amano & fertili solo polluerint nostri, neglecto Deo, sese efferentes, & turpiter insolescentes, ac superbientes.

Superbia igitur vitæ, luxus, intemperantia, & vicina vitiorum alimenta, libidines nefariæ, calamitatum publicarum proximæ causa fuêre, ac quasi προκαταρκτικαὶ, libidines, vti possumus etiam paribus exemplis observare contigisse olim in historiâ Cataclysmi, seu diluvij; conflagratione Pentapolitanâ; interfectis civibus Sichem; suspensis 12. Principibus; & 14000. occisis in deserto; in deletâ tribu Benjamin; interitu Filiorum Heli, & exilio Regis Prophetarum, Prophetaq; Regum Davidis. Silentio involvam libidines, quæ item caussam dederint evertendæ Troïæ, ob excellentissimæ formæ Helenæ raptum. Sed & peperit Thebanas calamitates incesta consuetudo Oedipi cum Matre; vti & ad Leuctra, cladem Spartanam, per vim stuprata puëlla Filia Scedasi à juvenibus Laconicis: quorum historia, à Pausaniâ & Plutarcho latiùs, & disertiùs recitatur.

Addamus hoc obiter loco, certissimum esse signum impendentis exitij quùm ad id genus sordeis, & flagitia, impunitas, & peccatorum contemtus accedit. Anne prædixit Filius Dei, Iesus Christus maximam fore Mundi immundi totius securitatem, antè iudicium extremum? &c. Certè: Testis esto Divus Lucas Cap. 17. Sed de his satis: Nisi fortè plura velis habere,

 ex

ex 2. D. Petri, Cap. 2. Vlteriora nunc superioris Chronologi religiosi verba si à nobis repetantur, ea sunto.

☞ Porrò, Salahadinus, celebri habito de nostris trophæo, ad pontem Tiberiădis redit, ibíque manubia, & exuvias pręcipit dividi; & † meliora Damascum deferri. Quotquot ex Templarijs, vel Hospitalarijs reperti sunt, præsentiæ victoris oblati, iubente eo pariter decollantur.

☞ Guido verò Rex Solymorum, in monimentum nobilis victoriæ reservatur, solo Magistro suo, ad suam petitionem sibi concesso.

† Princeps quoque Raymundus, antè Salahadinum adductus est: Erat enim Vir consilij, & honestatis amator, Turcorum impugnator acerrimus, & nostrorum fidelissimus propugnator, florens quidem in sæculo, sæculíque, suíque contemptor. Id tamen in eo culpabatur à pluribus, quòd, quùm inter Christiănos & Turcos statuerentur induciæ, ipse numquàm eas voluit custodire. Vndè, hunc præ cæteris oderat Salahadinus Calypha, à quo nimirum frequentes, gravésque acceperat læsiones. Quanta itaque ab eo sustinuisset † ☞ replicans, cum eo aliquantulùm disceptat; deindè, suo illum mucrone ipse decollat.

His itaque gestis, Acchon Vrbem, quæ & Ptolemais dicitur, adit, & obsidet: obsessam, post biduum in ditionem recipit. Achonensi † Vrbe receptâ, ad alias Vrbes & Oppida capienda Turci contendunt, & pauca quidem, immò nulla per vim capiunt; plura in ditionem recipiunt. Tota quippè regio tremebat attrita; vtpote privata fortibus viris, & suis tutoribus *Christianis* destituta. *Erat videre miseriam.*

☞ Id sanè Salahadinum commendat: Quod, nullum gravari sustinuit, qui ei voluit se subdere, & degere sub tributo: manere volentibus, non fuit facta hostilis vlla impressio; recedere volentibus, data est tuta conductio.

Nota barbari animum generosum.

Appositè notandam vult hic Scriptor, in hoc Principe, licèt barbaro, generosum quidpiam eluxisse innatum; vndè probet, nobilem, ad gratiam, & quamdam veluti clementiam generosiorem esse proniorem, quàm rusticum vllum: Quò recidit illud Ovidianum lib. 3. de Tristibus.

Quò quisque est major, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrâsse Leôni;
Pugna suum finem, cùm iacet hostis, habet.

At

At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcunque minor nobilitate fera est.
Majus apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanij lacrymas non tulit ille senis.
Quæ Ducis Æmathij fuerit clementia Pharos,
Præclaríque docent funeris exequiæ,
Accedat & Claudianus bellè his accinens, in Epigrammate satisfactionis, apud Hadriänum, his metris.
Prætereunt subiecta feræ, torviq; Leönes,
Quæ strauisse valent; ea mox prostrata relinquunt.
Nec nisi bellantis gaudent ceruice Iuvenci.
Nobilitas animi, generositas est sensus: hominis verò nobilitas, animus est generosus, æquus, & ad certam humanitatem factus. Neque dixerit quispiam rectè generosum esse; qui non sit idem ad virtutem, & clementiam bene à naturâ compositus. vt autor est Sapiens ille Romanus.

Seneca. Epistolâ 37. & 44.

His diebus (*ita scripsit Anonymus noster,*) quâdam nocte, super Comitem Tripolitanum proditorem extensa est manus Domini; eúmque in vltionem percussit. Quem sui mortuum manè in suo stratu reperiunt. Res dissimulari non potuit: nempe; quòd nuper circuncisionis receperat stigma. Vndè, palam fuit, quod se Salahadino confœderans, sectam Sarracenorum conceperat observandam. Siquidem Sarraceni, & Turci, ex paternâ se traditione circuncidunt.

Obserua Raymūdum circūcisum malè periisse.

Hoc anno, Eclipsis Solis facta est in die Sancti Ioännis Baptistæ, horâ sextâ diei.

Ioscius Tyrensis Archiëpiscopus transfretat, vt Orientalem cladem, defectúmque Christianitatis nunciet Principibus Occidentis.

Interim Hierosolymitæ, & qui de vicinis locis, vndique, hostium metu illuc confluxerant, omni se supplicandi genere humiliabant. Agebantur quoque ab omnibus celeberrimæ Litaniæ, confessiones, ieiunia. Quodque mirandum est: ipsa parvula ætas, his spiritualibus exercitijs insistebat. Siquidem, in patulo erat ira DEI vehemens, & flagellum DEI inundans, quùm sic ostenderet DOMINVS populo suo dura; & partem terræ, quam tulerat de manu Amorræi, rursus traderet Amorræö.

† †

Ascalone receptâ, & munitâ, Salahadinus Iherusalem properat, vt eam obsideät, arbitrans fore, cessuros de facili, qui videbant &

 alios

alios iam cessisse, sibíque adesse paucissimos qui defenderent; & innumeros, qui defendere non valerent, nec auderent. Venientes itaque Turci, Vrbem ex parte Occidentali oppugnant, novémque diebus continuis, continuos & acerrimos dant assultus: sed, Civibus mirabiliter obsistentibus, quùm nec sic proficerent, ab Aquilone statuunt assilire. Illic ergò machinis ac tormentis ad saxa iactanda compositis, instantissimè cœperunt vrgere, & è tormentis lapides indesinenter excutere, ac muros fortiter quatere. Et considerantes obsessi, obsessoribus non posse resisti; quid agere debeant, in commune pertractant. Placuit demum, vt instanti periculo cederent, & sese dederent Salahadino. Res ad Salahadinum perlata est. Placet ei quod expetunt, conditione tamen præfixâ, vt certæ redemptionis accipiat pretium de capitibus singulorum: scilicet, ab his qui decem annos, & suprà excesserant, decem bizancios; à mulieribus verò, & ab his qui infrà decennium tenebantur, quinque bizancios. Secundo igitur Octobris die, qui erat ab obsidione decimusquartus, feriâ sextâ, dedita Turcis Vrbs patuit: statímque Salahadini imperio Basilicarum campanæ malleis sunt contritæ. In ipsis verò Basilicis stabula vêre iumenta, & sordes quaslibet perpetravêre.

Cæterùm, etiam Sancti Sepulchri Ecclesiam multo auro redemerunt, nè furentibus pateret Gentibus, nec sordibus subiaceret.

☞ Templo DOMINI miram venerationem exhibuêre Turci: id quod etiam iuxtà ritus suos consueverunt antiquitùs venerari.

† Sed, Salahadinus Sanctam Crucem DOMINI de Templo fecit deponi; & per totam Civitatem fustigando deportari: deindè, suam Legem in Templo publicitùs acclamari.

† Patriärcha Heraclius, Clerúsque vniversùs, & de Monasterijs diversorum Ordinum professores, turbáque cuiuslibet ætatis, & sexus, innumera, de Ierusalem recesserunt.

† His qui suprà muros in Cellis conclusi, abstinentiæ & orationi vacabant, iussum est vt abirent, vniversis pœnè Latinis Vrbem relinquentibus. Suriani, & Sectarum homines diversarum; vtpote, Geörgiäni, Iacobitæ, Græci, Armeni, remanserunt ibidem sub Turcorum dominio constituti.

Auditâ hâc redditione, multa quoque loca, quæ vix ab homine

mine capi poſſent, ſi defenſorem haberent, in deditionem ſunt recepta.

Capta eſt autem Ieruſalem, poſt annos LXXXVIII. ex quo tempore à Turcis erepta, & Romanis fuerat reſtituta. Perfidia Curſac, * vel Iſaquini Imper. & Raymundi *de Luſignam*, Comitis Tripolitani, hanc calamitatem invexit Chriſtianis.

* Iſaacium intelligit Imperatorem Orientis.

Hic obſervandum obiter: Quod, vti Sedente Vrbano 2. Vrbs Hieroſolyma fuerat Sultano Ægyptio, & Saracenis feliciter erepta: ita iam Vrbano 3. Pontifice Maximo, in eorumdem turpiſſimam ſervitutem eadem miſerrimè recidit.

Philippo Rege, & Richardo Comite Pictavenſi & Henrico Patre eius invicem guerrantibus; ipſi aliquando terribili prodigio exterriti reconciliantur, ex eo quod, quidam blaſphemans in Imaginem Beatæ Mariæ Virginis, fregit ſibi brachium, quod & ſanguinavit abundè, & infelix illo die moritur. Quo viſo, Reges attoniti reconciliantur. †

Vrbanus PP. Philippum Regem Francorum, & Comitem Flandrenſem, Philippum Elſatium multis contrà Turcos victorijs glorioſum, pace reconciliavit. Qui Philippus Elſatius, Nobiliönem Regem Albaniæ Mahumetanum occidit, & ipſius Regis à ſe occiſi Leönem nigrum in Clypeo depictum, primus pro trophęö, & ſuis Inſignibus aſſumpſit, & ſuis Succeſſoribus Comitibus Flandrenſibus reliquit.

Per hæc tempora, Philippus Auguſtus Adeo-Datus, Rex Francorum, vadit Tornacum, & Vrbem in ſuam tutelam Regalem accipit * a.

OBSERVATIO.

* a. *Iacobus Meyërus, Philippum hunc Theödatum ſcripſit omnium Regum Francorum primum, Nervios ſuum in patrocinium Regium accepiſſe. At verò Reverendus admòdum Dominus, DN. Eraſmus D'Autel, Cyſonienſis Antiſtes, Antiquitatum hiſtoricarum peritiſſimus, longè pluribus antè ſeculis Francorum Reges apud Nervios vult agitâſſe; rerúmque potitos, & Dominos ita gratos eo loci aſſeveranter ſtatuit: vt, poſtquàm Clodius Comatus Rex,* a. *Francos ſuos à Francofordiâ in Gallias, vſque ad Vrbem Cameracum, vicinúmque omnem cis, citráque Scarpum Fluvium nobilem agrum, exindèq; ad Somenam, ſeu Sumonam Fluvium, vulgò dictum,* La Riviere de Somme, *traduxiſſet; ipſius Filius, ſeu Conſanguineus,* b. *Meroveüs, domi, militiæque ſpectatus, ditionem ſuam longè latèq; per* †

a. Ex Maſſæi Chronicis, Guilelmi de Nangiaco Chronographiâ, quę Pariſijs extat apud Aſcetas Germanenſeis. Et Gregorij Turonen. lib. 2. cap. 10. & Panegyricâ Aviti.
b. Abbas Vrſpergenſis, Filium naturalem, alij parentem eſſe volunt.

per Gallias dilatârit, atque apud Nerviorum illam cantatissimam & populosissimam Vrbem Tornacum, habuisse à nonnullis feratur cognominem portam, quam etiamnunc, Portam Morel *vulgò, sed tamen corruptè nominent indigenæ, quum eam Venerandus Præsul præfatus Cisoniensis, censeat* Meroë, *quasi Meroveï Portam, vernaculè, contractèq̃,* La Porte Meroë, *dici debere,* Novi sanè, *nec alios præterit, esse complureis, qui de huiusmodi argumento controversentur. Cæterùm, vtut sit de hâc Porta Morellæ primùm appellatione inditâ certè statuendum; Vir hic, & gravis, & probus, & multâ pollens doctrinâ, tantus (inquam,) Præsul, (cuius & meritò meminit Ad Lectorem huiusce Synopseos Franco-Merovingicæ nostra Præfatio mendosissimè typis excusa, quæq̃* ANTONIVM *posuerit stupidè, pro Domino* ERASMO D'AVTEL: *&, post verbum infinitum,* dici, *Compostoris item, (quem oportuit denique ab hero typographo abactum,) nostri nimiâ incuriâ omiserit consequenter legendum,* debere; *vt sit sensus periodi istius verus, & absolutus,) neque suo gravi auctore, neque suâ eruditâ caruerit authoritate, quâ disertiùs depromtâ, idem disertissimus suum probet, tueatúrque Meroveüm, qui, & quùm etiam aliis in rebus longè ampliùs valuërit, censendus sit & hoc facilè potuisse, quod multò minus fuerit, apud suos illos Orbe nostro toto Belgico, ab ipsa quoque Iuli Cæsaris ætate spectatissimos Nervios, seu Tornacenseis nervosissimos, fortissimosque Viros evicisse: adeò, vt qui occupatas armis à se Provincias, Franciam nominârit,* * *posterósque suos in Galliis Reges, Merovingos,* * *hàcce verò Synopsi Francicà, Franco-Merovingos à nobis acceperit nuncupatos; idem & à se Meroveö, cognominatam quiverit Portam Meroveäm, seu Meroé habuisse; quæ, postmodò priore ibidem Loci rerum imagine mutatâ, alio fortassis fuerit transmota.*

* Ex P. Æmilij lib. 1.

* Ex Gaguini lib. 1.

Hìc quoque, pro re natâ, & occasione oblatâ, benivolus mecum quilibet velit observare Polistor; Quod, Regibus Francorum hoc eodem Meroveö, & ipsius Filio Childerico, ATHEVLÆ *Regis occasione, Franci audentiores, medias sese in Gallias immittenteis, Regnum sibi demum stabilierint in ipsissimâ Lutetiâ Parisiorum, quæ in Vrbe nominatissimâ, † Meroveö Patre natus Childericus, etsi Ethnicus Rex, Sanctissimam Virginem Genovefam tantâ veneratione prosecutus fuerit; vt quosdam capitis reos, Virginis precibus asseratur expiätos reverenter condonâsse.* * *Quo pro pientiore munere, pientissimus omnium retributor* DEVS, *qui Exodi Cap. 1. Domus Ægyptiacis Obstetricibus tulit exstructas in premium infantûm hebraörum à nefariâ nece piè subtractorum; Childerico idem Optimus ter Max.* DEVS, *Regnum Francorum liberaliùs etiam videtur largitus,*

† ☞ * Vide R. P. L. Surium, ad 3. Ianuärij. Et alios, referentes Acta S. Genovefæ.

largitus, quod & Parisijs, nobilissimâ Galliarum ipsâ firmaretur in Vrbe florenter perstiturum, dum fundamenta eius piè prajecta, in constanti perdurârint Sanctorum iusto cultu: At, vbi eadem, abominandâ hæreticorum impietate, perfidiâ, & petulcâ obscœnitate fuerint irreligiose revulsa; actutùm omninò periturum, ad majorem eius gloriam, qui solus, pro arbitrio, Regna & Imperia transfert, & erigit quas vult, idemq; deijcit potestates.

Sed de hisce Merovei & Childerici Francorum Regum rebus præclarè gestis obiter nunc satis. Paralypomena hacce, Vrbani Pontificis Maximi, Francorúmque Regum posteriorum actis longè religiosioribus & pientioribus nobilitare prosequamur cum Anonymo nostro, fortassis & ipso Franco, haud imperito.

Vrbanus PP. quùm tam flebilem rem audiſſet, nimis condoluit; & ex nimio animi mœrore languescens, post breve moritur, sepelitúrque in Vrbe Ferrariâ.

Post eum, Albertus, Cancellarius, est substitutus, & Gregorius VIII. vocatus: Vir litterarum grâtiâ, facundiâque clarus; sed & puritate vitæ, & animi integritate præclarior, suíque vehemens castigator. Inprimis igitur ad subventionem Ierusalem totis inhiat animis, & ad concitandos Principes, & Populos, per Occidentis Provincias destinat, tam litteras, quàm legatos, qui, & cladem Orientalem exponant, & pœnarum absolutionem promittant Ierusalem profecturis. Sed, proh dolor! in suo mox ortu, flos decorus exaruit. Siquidem, post duos menses, idem PaPa, cùm veniſſet Pisas, & inter Pisanos & Ianuënses feraliter anteà diſſidentes, sopiſſet discordiam, pacémque formâſſet, instante die Natalis Domini, rebus humanis exuitur, & apud eamdem Vrbem Pisas honorificè sepelitur, *anno impartitæ salutis 1187. Pontificatus die 57. decimo-septimo Calendas Ianuärÿ.*

Appendicula.

HVnc Gregorium 8. Historiographi nonnulli prætermisêre, ob paucos fortassis, quibus sedit, dies. Quibus, nihilominus digna pietatis monimenta reliquit; & tanquam sapientissimus architectus, suo præjecit successori permagna molis exstruendæ fundamenta. Hoc de Cardinale, Cancellario Presbytero tituli Sancti Laurentÿ in Lucinâ, Alberto, patriâ Beneventano, paucorum dierum Pontifice Max. lege VVicelium, Rogerium Anglum, & eius temporis Auctorem Neubrigensem ad annum 1187.

Succeſſit

Successit ei Paulus Episcopus Prænestinus, Clementis nomine alteratus. *Paulinum vocant alij historici Scriptores, Cardinalem Prænestinum, patriâ Romanum, dictum Clementem Tertium.*

Perpetua per annos circiter 50. inter Populum, Romanumque Pontificem discordia exarserat, de administratione Vrbis, cui Populus Romanus summâ cùm autoritate præfecerat Patricium quemdam, creätis Senatoribus, à tempore Innocentij 2. ad hunc vsque Clementem 3. Pontif. Max. Innocentius siquidem 2. cum Cælestino 2. huiusce rei occasione, animi nimio defecerant dolore. Lucius item 2. hanc ob causam etiam penè fuerat extinctus. Sed & Eugenius 3. Alexander 3. Lucius 3. & hic noster 57. duntaxat dierum Pontifex Summus, Gregorius 8. *exulârant; donec tandem hoc Pontifice Clemente 3. conventum est, vt Senatores confirmarentur; Patricij verò loco Præfectus Vrbi restitueretur. Rebus ita demùm compositis, cum Romanis, & ys, (quas omneis habent Onuphrius & Baronius,) conditionibus bene firmatis; maximâ denique omnium letitiâ exceptus Vrbe fuit Clemens hic Tertius. Tumque, curas omneis ad Orientem convertit, & Sacram institit expeditionem eò vrgere. Nec frustrà. Siquidem, Imperatorem Fridericum Ænobarbum, tres Reges, Francum, Anglum, Siculum, magno animi ardore, cum multis prætereà Principibus Christianis in barbaros armavit. Qui, & ex Angliâ, Franciâ, Italiâ, Siciliâ, ingenteis suas copias militareis cum instructissimis Danorum, Frisonum, Ollandorum, Ienuensium, Pisanorum, Venetorum classibus, in furenteis Mahumetanos Christiani nominis hosteis transmisêre; quibus & Saladinus Ægypti Calypha prælio victus, & aliquot de Turcis Oppida recepta fuêre. Vnde Chronicon nostrum ab Orbe condito membraneum* MS.

Anno (*aïebat*,) Domini M. C. LXXXVIII. Crescebat vbique rumor lamentabilis de transmarinis partibus, & ingemiscebat Mundus. Plerique, de correctione vitæ attentiùs cogitabant: pluresque, signo Crucis accepto, ire Ierusalem proponebant. Philippus, Rex Franciæ, & Hendricus, Rex Angliæ, dum pro sedando inter se discidio apud Gisortium XII. Kal. Februarij ad colloquium veniunt, cum suis Prælatis, & Baronibus, Tyrensi Archiepiscopo adhortante, signo se Crucis insigniunt, animum incendentes vt Christi obprobrium vindicent, gentésque debellent.

Et Rex Franciæ, cum suis, rubeäs Cruces; Rex Angliæ, cum suis, albas; Comes Flandrensis, cum suis, virides suscipiunt.

Ad exemplum verò Regum permoti, idem faciunt & Barones. Adjunguntur etiam eis multa militum millia; turbâque conditionis cuiuslibet

cuiuslibet infinita. Fredericus quoque Imperator, Crucem assumens de manu Errici Cardinalis Albanensis, eodem peregrinationis voto se alligat; & per totum Imperium, ac ferè vbique in Orbe terrarum eadem vota & studia effervescunt.

Post hoc, Regum & Procerum agitur consilio, vt ad auxiliandum peregrè profecturis, omnium ad Ecclesias pertinentium collectio decimaretur. Quod quidem, in grandem perniciem versum est. Nam, plures qui Decimationes, *Salahadinas nominatas*, exigebant; violentiùs Ecclesias gravabant: & infeliciter postea cessit Decimatio.

Templarij & Hospitalarij, virique fortes quàmplurimi, cum plurimo armorum & equorum apparatu, & victualium, transfretant, vt oppressis succurrant.

Guillermus quoque Rex Siciliæ, per Margaritum classis suæ Ducem, iter marinum liberum à piratis reddiderat: & tam subventionibus navium, quàm rerum quarumlibet copiâ, nostris trans mare satis mirificè succurrebat.

Per hæc tempora, ventilatur in Galliâ Quæstio De aquâ vino mixtâ in Sacrificio Missæ. Gaufridus Monachus Cisterciensis, vnus ex Discipulis Sancti Bernardi, consulit Ecclesiam Romanam, Columnam veritatis, & piam Matrem, per supradictum Episcopum Albanensem, quid debeat sentire de istâ controversiâ. Nam, alij asserebant, aquam similiter mutari cùm vino, in Sanguinem Iesu Christi: Alij, id negabant.

Sancta Ecclesia Romana semper credidit; & constanter custodivit: Quod * *a*. aqua simul & vinum transsubstantiantur in Sanguinem Iesu Christi.

* *a*. APPENDIX AD VERBA; Aqua simul & vinum transsubstantiantur in Sanguinem Iesu Christi.

Hic mecum animadvertere potest rerum sacrarum studiosus Lector, & pius; apud id ævi rerum gestarum sincerissimum Scriptorem, Gaufridum Cisterciensem, sacrosanctam Transsubstantiationis vocem libero vsu receptam fuisse. Quod quidem sacrum vocabulum TRANSVBSTANTIATIONIS, iam ab anno 1134. auctoritate illius

Ccccc Occu-

Oecumenici Concilij Lateranensis, omnium quæ vmquàm fuerant in Europâ habita celeberrimi, sanctissimè cœperat palam in Ecclesiâ vsurpari, ad cavendas, & omneis hæreticorum tergiversationes proculcandas, Cap. 1. De Summâ Trinitate. Idq. haud secus, (liceat id obiter dixisse,) atque Verbum Omousion, *Concilij Niceni anteà decreto. Neque reverà id aliud omninò significat, quàm; Testibus omni exceptione majoribus, Cypriano,* a. *Panem & vinum, in carnem & sanguinem Domini mutari, ac converti, & panem, omnipotentiâ Verbi factum carnem. Eusebio Emisseno:* b. *Terrena mutari & transire; & iterùm; Creaturas converti in substantiam Corporis Christi. Divo Hieronymo, in Marcum: Christum transfigurare panem in Corpus suum. D. Ambrosio:* c. *Creaturas & naturas, sive substantias mutari. S. Augustino:* d. *Iam, non esse panem; sed Corpus Christi. Ioanne Damasceno,* e. *& Hesychio:* f. *Panem, in carnem Domini supernaturaliter transmutari: Et, fieri sensibilium translationem & commutationem. Theophylacto:* g. *Transelementari panem in carnem Christi.* h. *Vel, Transformari. S. Ioanne Chrysostomo:* i. *Nihil substantiæ panis remanere.* k. *Et, DEVM, visibilia in Corpus Christi* μεταβάλλειν, *transmutare. Habes hîc transeunter, Pie Lector! affatim Testium gravissimorum De veritate certissimâ Corporis IESV CHRISTI in Augustissimo Eucharistiæ Sacramento; in quo, re verà, Panis & vinum, in Corpus & Sanguinem CHRISTI substantialiter convertuntur. Ita planè docet Angelicus & Suavis Sermo Sancti Thomæ Aquinatis, Opusculo 57. Hîc mihi religiosè colendus in Divis Angelicus Doctor; quod beatissimi eius obitus dies Martij Septimus, natalitius meus exstiterit, & in Divi Petri Æde Duacenâ sacris vndis tingendum me susceperit. Porrò verò; Pro sententiâ huius religiosi Chronologi nostri* MS. *quâ tradit; Sanctam Ecclesiam Romanam semper credidisse, & constanter custodivisse: Quòd aqua simul & vinum transsubstantiantur in Sanguinem IESV CHRISTI, produci possent testimonia item perplura; qualia sint Magistri Sententiarum, Alensis, Scoti, S. Bonaventuræ, Gersonis, Guillelmi Durandi, Petri à Soto, Iansenii, Salmeronis, Alani, Alfonsi à Castro, Toleti, Pesantij, R. Bellarmini, Didaci Tapiæ, Io. Bapt. Scorriæ, Ægidi de Coninck, & RR. Patrum Societatis IESV Collegij Romani. Sed in iustum volumen huiusmodi productio excresceret. Longùm, nè dicam tædiosum fortassis id foret ad alia festinanti & calamo nostro, & Philistori Lectori, cui, ad Autores recensitos recognoscendos, liberum sit & integrum se recipere per otia liberiora. Sed, vt saltim eà de re paucula dicamus: Quærimus intereà temporis, id modò.* Sanctæ *Ecclesiæ Romanæ* Sacramenta, *idne reverà efficiant,*

a. Sermone de Cœnâ Domini.
b. Homiliâ 4. In Pascha.
c. Libri 4. De Sacram. capp. 4. & 5. Et Libro de ijs qui initiâtur, cap. 9.
d. Sermone 28. De verbis Domini.
e. Libri 4. De orthodoxâ Fide capite 14.
f. In Levitic. Libri 6. cap. 22.
g. In caput 14. Marci.
h. in caput 6. Ioannis, & 26. Matthæi.
i. Sermone de Encæniis.
k. Et, in Liturgiâ.

ciant, quod significant? Prorsùs efficere necessariò respondenti; Subsumetur: *Atqui, Verba Consecrationis significant, totum id, quod est in Calice,* Sanguinem *esse Christi: non solùm itaque vinum, sed & aqua, quæ tunc reperitur in calice, IESV CHRISTI,* Sanguis *efficitur.*

Addatur huic Theologicæ rationi; Quod: Sancta *Romana Ecclesia, tamquàm sacrilegum quidpiam, vitet, proferre Eucharisticam formam super dubiam materiam, multòq; magis super ineptam.* Sed, *Si aqua non verteretur immediatè in sanguinem Christi, materia inepta esset, consequentérque* Sancta *Ecclesia Romana proferret semper formam Calicis sacri supra incertam materiam, quùm numquam certa sit, aquam esse in vinum physicè conversam; immò verò, & nonnunquam eamdem formam calicis super ineptam materiam proferret, Certissimum enim esse fatentur, vel huius Theseos ipsi impugnatores, aquam in vinum aliquandò non esse conuersam, cum forma calicis ab eo profertur, qui sacris operatur.*

Vt autem ab incertis, certa, & probabiliora à dubijs clariùs distinguamus: antequam procedamus ad vlteriorem probationem nostræ huius sententiæ, scilicet, Aquam posse, atque reapse, seu de facto, immediatè in sanguinem Christi converti, (quod certè Chronologum nostrum MS. *elucubraturi, tuëmur:) supponimus cum Angelico Doctore, * Aquam esse vino miscendam: tum, quia Christus in vino aquâ permixto creditur consecrâsse; tum, quia talis mixtio convenit repræsentationi passionis Dominicæ, & significationi effectuum Sacramenti. Quod verò Christus vinum aquâ mixtum consecraverit, constans est antiquorum sententia. Hinc est, quòd S. Iacobus, in suâ Liturgiâ scribebat:* Similiter postquàm cœnavit, accipiens calicem, & permiscens ex vino & aquâ, & aspiciens in cælum, ac ostendens tibi Deo, & Patri gratias agens, sanctificans, benedicens, implens Spiritu sancto, dedit nobis Discipulis suis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est sanguis meus novi testamenti; &c. *Allegat hæc verba Margarinus Tomo 6. Bibliothecæ Veterum Patrum, in principio. Basilius item in suâ Liturgiâ;* Similiter & calicem (*inquit*,) de genimine vitis accipiens, miscens, *&c. Et Clemens Lib. 8. Constitutionum, cap. 17.* Miscens (*aït*,) ex vino & aquâ, — — — Factâ vini & aquæ commixtione, &c. *Habeto & Liturgica verba S. Marci,* Suspiciens in cœlum ad te Patrem, Deúmque nostrum, & Deum vniversorum, gratias egit, benedixit, sanctificavit, implevit Spiritu Sancto, & tradidit; &c. *His verbis consentiunt Irenæus lib. 4. cap. 57. Cyprianus, Epistolâ 63. Damascenus lib. 4. cap. 14. Augustinus lib. 4. De Doctrinâ Christianâ, cap. 21. Concilium Carthaginense, (cui S. Augustinus interfuit,)*

* S. Thomas, 3. p. quæst 74. artic. 4.

fuit,) canone 24. Et communiter Scholastici, in 4. distinct. 11. Hinc quoque Concilium Florentinum: Aqua *(inquit,)* ideò admiſcetur; quoniam, iuxtà teſtimonium Sanctorum Patrum, creditur ipſum Dominum in vino aquâ permiſto, hoc inſtituiſſe Sacramentum. *Et Concilium Tridentinum Seſſione 22. cap. 7.* Monet deinde *(aiebat,)* Sancta Synodus, præceptum eſſe ab Eccleſiâ Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo, miſcerent, tùm, quòd Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur; &c. *Acerrimus etiam Orthodoxæ Fidei propugnator, Cardinalis R. Bellarminus libri 4. De Euchariſtiâ, capite decimo, aſſerit non minùs, certum eſſe, Chriſtum Dominum, aquam vino miſcuiſſe conſecrando; quàm, quòd vinum conſecràrit: & vtrumque haberi ex traditione; atque pro eà plurimos Patres citat, ſicut & Gullelmus Alanus libri primi de Euchariſtiâ cap. 13. Neque reverà quidquam in contrarium facit, quòd adverſarij in medium proferant S. Ioännem Chryſoſtomum, qui Hom. 83. in Matthæum videatur ſentire Chriſtum conſecràſſe vinum ſinè aquà: Solentq́ in eamdem rem produci Hieronymus, in caput 14. Marci; Auguſtinus, libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, cap. 75. & Innocentius 3. cap. In quâdam. Titulo De celebratione Miſſarum: vbi dicit non poſſe vero argumento oſtendi aquam eſſe vino miſcendam. Sed hæc, & quæ cætera futilia noſtri adverſarij allegare contendunt, contrariam noſtram nullo poſſunt modo labefactare ſententiam, quà certiſſimè aſſerimus Ieſu Chriſti Sacramentorum Conditoris exemplo, edocti, aquam vino in calice ſacro miſcendam eſſe. Inprimis enim, certo certiùs eſt Sanctum Ioännem Chryſoſtomum, loco ſuprà iam ab antagoniſtis noſtris malè, cavilloſi que citato,* adversùs Aquarios fortiter pugnare, qui ſolam aquam in Calice offerebant; ibidemq́ nervoſè contendere vt probet Chriſtum, non obtuliſſe aquam, ſcilicèt tamquam ſimpliciter neceſſariam materiam ad eſſentiam Miſſæ Sacrificij Sacro-ſancti: ſed vinum huiuſmodi materiam reverà eſſe. Vnde Paulus Areſius, Derthonenſis Epiſcopus, De aquæ tranſmutatione, Sectione Tertiâ.* Affirmat hæc *(ait)* Sententia, aquam non eſſe quidem per ſe materiam Euchariſtiæ, nec ſolam, nec æquè principalem ac vinum; ſed tamen ſimul cum vino, & ipſi vino, per miſtionem incorporatam, ſivè deindè ſit verſa in vinum, ſubſtantialiter & phyſicè, ſivè non, ſemper verti in ſanguinem Chriſti, ita vt potiùs dici debeat commateria, quàm materia Calicis Domini. Quarè falluntur, qui eam impugnant, quaſi velint, aquam non minùs principaliter, quàm vinum, eſſe materiam ſanguinis Domini: quod ipſa maximè averſatur. Hoc autem pacto ſententia hæc explicata, plurimos ſectatores,

* Chryſoſto. hom. 83. in Matthæum.

ctatores,& gravissimos patronos habet. *Videantur & Patres Concilij Trullani canone 32. qui longè aliter ac adversarij nostri, locum superiorem S. Io. Chrysostomi, ad mentem nostram appositè interpretentur. Sed & ijdem falsò sua erroneæ sententiæ D. Hieronymum sibi fabulantur suffragari. Commentarius enim ille superior in Marcum cap.14. productus, Hieronymi nequaquam est: & si eius esset; is tamen sententiæ catholicæ haud repugnat; sed illam potiùs exprimit & roborat. Ita namque de Christo is infit*: Formans sanguinem suum, in calicem vino & aquâ mixto. *Neque sanè, verèq; S. Patri ac Magistro nostro, Divo potest adscribi Augustino Liber ille de dogmatibus Ecclesiasticis, cuius illi caput 75. in medium adducunt, illud rati suis erroribus absurdissimis patrocinari. Durando attribui debet per omnia haud satis Catholico, ac proïndè cautè, circumspectèque semper legendo. Innocentius porrò 3. cap. In quâdam, quùm scripsit, non posse vero argumento ostendi aquam esse vino miscendam, intelligi debet, vt locutus de argumento solùmmodò expressè in Scripturis sacris commemorato, patentérque explicato: id quod, & nos libenter, vltroneèque admittimus, qui & ipsi pedibus spontaneè imus in eam sententiam, quâ Paschasius asseruit libro De Corpore & Sanguine Domini, cap.11.* Non legi in Scripturâ, Christum fuisse vsum aquâ. *Licèt enim id expressè non legatur: at certè colligitur ex Sacrâ Scripturâ, præsertimque illo ex loco Proverbiorum nono.* Bibite vinum, quod miscui vobis. *Quamvis enim iuxtà literalem sensum, Scripturam Sacram, per mensam hancce, pérque hocce vinum Iansenius intelligat; &, vinum miscere, profanos apud authores, idem persæpè sit, ac præparare, atque propinare: attamen SS. Patres, locum hunc eumdem Proverbiorum 9. communiter De Convivio Sacrosancti exponunt Altaris; in quod & idem ipsè Iansenius vult longè perfectiùs & excellentiùs competere, quadraréque, quæ hîc dicuntur. Additur, quòd Sanctus etiam Cyprianus Epistolâ 63. ad Cæcilium, hoc eodem ex loco probet, aquam certè vino miscendam in calice Domini esse. Sic enim litteris mandavit*: Sed & per Salomonem Spiritus Sanctus typum Dominici Sacrificij antè præmonstrat. *Et interpositis paucis*: Vinum mixtum Propheticâ voce pronunciat. *Idem omninò sensit Divus noster, & eximius ille Doctor, Hieronymus, Hæreticorum perpetuus malleüs; sivè, (vt nonnulli alij malunt,) Benedictinus Doctor noster, ac Venerabilis Presbyter Beda, in huius loci suo Commentario perdocto*: *Siquidem*, In pane corporis ipsius *(inquit,)* in vino mixto, Sanguinis Sacrosancti mysterium, quo in Altari, mensæ videlicet eius, satiamur, ostenditur. *Quid? Quòd & eodem de Sanctissimi Altaris Convivio non modò*

Divus Augustinus libri 17. *De Civitate Dei capite* 20. *hunc ipsum exposuit locum sanè intelligendum; sed ipsissimos etiam Iudæos eumdem quoque ipsum Proverbiorum locum, Rabbi Moyses Hadarsam in caput* 14. *Geneseôs refert interpretatos esse. Ex his itaque liquet exploratum haberi, in vino aquâ mixto Sanguinis sacrosancti mysterium, exemplo Christi, perficiundum, iuxtà sacram auctoritatem vel ipsius Concilij* 3. *Carthaginensis, Canone* 24. *præcipientis*. Vt, in Sacramento corporis & sanguinis Domini, nihil ampliùs offeratur, quàm ipse Dominus tradidit; hoc est, panis & vinum aquâ mixtum.

Mirum! Sed ecquid illud? Mirum, inquam; Audiri adhuc mussitanteis adversarios, qui objectione vanâ rursus suam à Baronio tanquam hæresim damnatam sententiam conentur firmare dictitanteis, vini cum aquâ permixtionem malâ significatione haud carere, iuxtà illud Isaiæ 1. *c*. Vinum tuum, mistum est aquâ. *At, ecquis ignoret vnam & eamdem rem, nunc malam, nunc sibi bonam admittere significationem? Exempli gratiâ, Fermentum hoc loco statuamus; cui bona, Matthæi capite* 13. *mala verò, primæ Corinthiorum, capite* 5. *significatio tribuatur. Anne leo, Geneseos cap.* 49. *bonâ suâ significatione gaudet; & malâ turpatur, Apocalypsis capite* 5. *psalmo* 90. *primaq́; Petri capite quinto? Prorsùs ità. Pari exemplo, sibi deteriorem admittit, vini cum aquâ mistio; quoties ducitur similitudo à Cauponibus, qui adulterina sua vina, & aquâ nimia diluta, meri loco, suis in diverticulis vendant. Verum-enim-vero, quùm accipitur à purè illud bibentibus, in bonam sumitur partem, quòd temperantiam tunc denotet, significétque omni laude dignam sobrietatem Christianam. Vndè habetur illud quod suprà memoravimus Proverbiorum nono.* Bibite vinum, quod miscui vobis.

Porrò verò, nè quis omninò superesse possit ambigendi locus: Aquam in Sancto Missæ Sacrificio admiscendam vino; de Fide dicimus esse. Clarè, ac apertè id docet Vincentius Filiucius Senensis, è Societate Iesu, Tractatu 40. *de Eucharistiâ, capite tertio, articulo* 88. *assertionem hanc confirmans, & fortissimis muniens propugnaculis auctoritatum sanctorum Conciliorum, Trullensis, canone* 32. *Florentini, Tridentini, & aliorum; de quibus latè differit Franciscus Suârez, disputatione* 45. *sectione* 2. *Neque reverà defuêre Viri graveis & perdocti, qui & hanc aquæ cum vino mistionem de Iure divino affirmârint esse: in queis exstitit Alensis, cum alijs, quos Franciscus Suârez loco iam recensito diffusiùs producit: Et, quamvis Aqua non sit de necessitate Sacramenti: qui tamen eam omitteret admiscere; gravissimè profectò peccaret.* *

* V. Dominicus Sotus, in 4. dist. 19 qu 1. sub finē.

Cæterùm,

Cæterùm, opera-pretium videmur facturi, si hisce addamus, aquam modicam vino misceri debere: Ita siquidem docet S. Thomas Aquinas * *citatâ superiùs quæstione, articulo octavo. Estque hæc communis doctrina Scoti, Bonaventuræ, aliorúmque, in 9. distinct.* II. *Immò verò, modicissimam aquam apponi debere, nos edocuit Concilium Florentinum, & alij quoque Patres. Dixit autem Concilium Florentinum,* modicissimam aquam: *propterea quòd supponeret, valdè modicum etiam vinum infundi Calici sacro, uti rectè fieri solet: Vt igitur aquæ quantitas minor esset, quàm vini; adiunxit,* modicissimam. *Dixisse prætereà censetur,* modicissimam aquam: *quòd hæc ita sufficiat apposita; neque plus apponere teneamur; idque tutiùs sit; præsertim si vinum debile sit. Attamen nonnihil major quantitas prohibita non censetur,* dummodò saporem ea retineat vini; sive, quod perindè est, eadem, moraliter transeat in vinum. *Ita tradit Innocentius libro quarto de Mysterijs Missæ.*

* S. Thomas 3. p. q. 74. art. 8.

Honorius autem Tertius, cap. Perniciosus, *De celebratione Missarum, præter Ecclesiæ consuetudinem, nullam adducit rationem, ob quam, quantitas aquæ, minor quam vini debeat esse. Ibi tamen Iuris Pontificij interpretes rationes habent, quas observavimus nonnullas; quarum prima hæc esto: Quòd, hoc Augustissimum Eucharisticum Sacramentum Christus Dominus IESVS CHRISTVS instituere voluerit in potu, qui maximè in vsu esset: vsus vero is frequentatissimus existit; vt minor aquæ quantitas vino apponatur. Secunda ratio sit: quia vinum, necessaria materia est: aqua verò, (vti dictum est) non item: modica proinde aqua est apponenda. Si enim aquæ quantitas major existeret; periculum, vel saltim dubium posset suboriri, vinúmne ab aquâ corruptum fuisset, incertáque consequenter materia foret. Hæc & ratio à compluribus Doctoribus solet afferri; vti etiam à Doctore Angelico, in 3. p. quæst. 74. art. 8. Habéntque ijdem omneis, pro inconvenienti, vinum ab aquâ corrumpi; aquam autem non conversam in vinum remanere, tamquam inconveniens minimè deducunt, cum maximè id oportuisset deductum, quia existimant planè absurdum, post consecrationem, aquam remanere, nisi eam in sanguinem converti certè supposuissent.*

Tertia ratio adsignatur; Quòd, tametsi necesse haud sit, vt aqua substantialiter seu physicè in vinum conversa sit; accidentaliter tamen, vel moraliter converti debet, ita vt à vino illa minimè discernatur, & iuxtà loquendi communem vsum, illud quod est in calice sacro, totum possit dici moraliter vinum esse.

Concilium Triburiense, capite 19. quartam vult rationem esse: quòd Majestas Dominici sanguinis, qui per vinum designetur, longè major & præstantior existat, quàm fragilitas populi, qui per aquam significetur.

Quinta demum & postrema eorum ratio, tradit vinum sanè Christi Iesu sanguinem repræsentare; aquam verò, quæ sit infusa calici Eucharistico, solam illam aquam consignare, quæ eiusdem ex Christi Domini latere effluxerit sacro. At fuit autem quantitas sanguinis pretiosi quam Iesus Christus effudit, longè major, & copiosior, quàm aqua eius è latere sacrosancto manantis. Ergò:

His denique ita suppositis, & ordine suo constitutis, superesse nobis videtur, vt, posito; Quod, antè consecrationem, aqua in vinum haud fuerit conversa; clarè, ac disertè probare pergamus eam in sanguinem Christi immediatè converti, sivè transubstantiari. Nulla namque nobis est ratio relicta dubitandi, quin aqua in vinum versa, per consecrationis verba sacrosancta in sanguinem Domini nostri Iesu Christi convertatur. Docet enim expressis verbis Oecumenicum Concilium Tridentinum, fieri conversionem totius substantiæ vini in sanguinem. Verba Sessionis 13. *can.* 2. *reddo*:

Si quis negaverit mirabilem illam, & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini, anathema sit. *Quibus ex verbis in hunc possumus modum rectè argumentari.*

Manent in calice post consecrationem, species duntaxat vini: Aqua igitur substantia non manet: Aqua itaque in sanguinem conversa est. Vrgebunt forsitan adversarij dicturi; Concilium Trident. supponere aquam in vinum antè consecrationem conversam fuisse. Sed contra primò à nobis respondetur; quia quandoque constat aquam minimè conversam in vinum esse, quùm nempe calici sacro immediatè antè consecrationem infunditur aqua, prout Rubrica Missalis Romani, si anteà non fuerit admista, faciendum vult. Si forsitan dicere pergant, Concilium de eo quod frequentiùs contingit, agere, non autem, de eo quod per accidens, loqui: responsuri sumus, eodem modo agere Sanctam hîc Synodum Tridentinam de vini in sanguinem conversione, & de speciebus vini duntaxat permanentibus. Sicut itaque, si assereret quispiam, vinum in Christi sanguinem nequaquam semper converti, hæreticus esset; ità nec potest affirmari, quòd verba hacce, remanentibus duntaxat Speciebus Vini, *vera semper nequaquam sint.* Hæc Arcsius.

Adde, quòd, vt certum evadat, post consecrationis verba ritè pronunciata, infusam aquam sacro in calicè minimè permanere; oportet aquam,

quam, vel in vinum, vel in sanguinem versam esse. Sancta igitur Synodus Trident. alterutrum definivit: sed definivisse prius, probabile non est, quùm res hæc philosophica sit definita. Resq́; philosophicas S. Mater Ecclesia determinat nunquam, nisi necessaria illis intercedat connexio cum Sanctæ Fidei rebus, cuiusmodi non intercedere conversioni aquæ in vinum, vel hinc perspicuum ac notum est, quòd, quandòq́; non converti liquidò constat. Neque sanè hinc efficitur, perfectum vt non sit Ecclesiæ Sacramentum. Sancta igitur Synodus Tridentina, posterius definivit; aquam nimirum in sanguinem Iesu Christi converti, seu transubstantiari.

Sed & superiora sacri Concilij Trident. verba quæ reddidimus, notiora iam esse subteximus, quàm vt plura in ipsa sint verba sumenda. Nomine siquidem vini, aquam etiam vino mistam intellexisse ambigit nemo. Totum siquidem hoc ex aquâ & vino mistum, solius vini nomine censeri solet. De aquâ verò hic mentionem non egit peculiarem, quòd de ipsâ testimonium Concilij Florentini clarissimum exstaret: neque adversus Armenos duntaxat, qui illam respuebant; sed & adversus alios hæreticos, disputationem suam instituebat: Sessione attamen 22. eam non omisit. Sic enim ibi: Monet deinde sancta Synodus præceptum esse ab Ecclesiâ Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miscerent &c. *Et clariùs canone 9.* Si quis dixerit aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eò quòd sit contrà Christi institutionem, anathema sit. *Anathema verò nequaquàm proferret Concilium contra eos qui hoc esse dicerent contrà institutionem Christi; nisi exploratum certè contrarium haberet.*

Ex ijs autem quæ superiùs iam diximus, vel cæcis ipsis, & Cymmerijs in tenebris natis, liceat conspicari, quàm leve adversariorum argumentum sit, qui, ex eo quod asserat Concilium Trid. remanere duntaxat species vini: species aquæ haud remanere; & consequenter, aquam in sanguinem Christi non converti argumententur. Diximus argumentum leve, addamus & futile: quùm sub vini nomine, aqua etiam vino admista intelligenda sit: aliàs enim, si species aquæ remanere, pro inconvenienti habent, qui fit, vt & ijdem absurdum non ducant, & substantiam, & ipsas aquæ species remanere? Immò etiam quinam fieri potest vt astruant etiam post aquæ corruptionem, vinum remanere qualitatibus aquæ affectum; quas & proinde superesse post consecrationem necesse est, si Concilium omninò species solummodo vini strictim sumti doceat remanere?

Ad hæc Canon 3. Si quis (*ait*,) negaverit in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquâque specie, & sub singulis speciei parti-

bus separatione factâ, totum Christum contineri, anathema sit. *Quibus ex verbis id eruimus argumenti. Totum illud, quod, post consecrationem est in calice per modum potus, sanguinis Domini species censetur: hanc enim ob causam fit, vt, si qualibet gutta effundatur, circà illam ea diligentia adhibeatur, qua Domini Iesu Christi sanguinem condecet. Si autem in sanguinem Domini Iesu Christi aqua non converteretur, sub illis speciebus plures essent gutta, qua Domini Iesu Christi sanguinem non continerent: Malè igitur crederet Ecclesia sub singulis partibus cuiusque speciei totum Christum Dominum nostrum contineri. Idq; probamus: Quia, si post consecrationem, aqua immediatè in sanguinem Christi Domini nostri transubstantiatur, vti nonnunquam vsu evenire nostri quoque adversary neutiquam inficiantur; non modò cum speciebus vini, verùm etiam sub ipsis vini speciebus, à Christi Domini substantia, alia substantia contineretur; id quod ab Ecclesia Catholica sensu prorsùs alienum est. Ideóq; capite quoque quarto Sessionis supradicta asserit Sacra Synodus Tridentina fieri conversionem vini totius in substantiam sanguinis Christi.*

A Conciliis Generalibus ad Pontifices Summos transeamus. In iisq; prior prodeat Iulius Primus, qui ad Episcopos per Ægyptum degenteis, hac scripserit, qua Gratianus refert 2. de Consecrat. cap. Cùm omne: Quæ copulatio & conjunctio aquę & vini sic miscetur in calice Domini, vt mistio illa non possit separari. Nam si vinum tātùm quis offerat, sanguis Christi incipit esse sinè nobis: si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sinè Christo: Ergò quandò botrus solus offertur, in quo vini tantùm efficientia designatur, Sacramentum nostræ salutis negligitur, quod per aquam designatur. *His Iuli Pontificis Max. verbis docemur vinum & aquam offerri, hoc est, consecrari debere. Hoc enim verbo, ita Patres vti solent, prout & Suárez fatetur.* * *Addita quoque verba:* Quæ copulatio & conjunctio sic misceatur, vt non possit separari. *Ostendunt copulationem & conjunctionem appellari, aqua mistionem cum vino; ad quod satis est, vt vino mista sit: non autem exigitur vt corrumpatur; imò ineptè dictum esset, à vino aquam separari non posse, si adesse neutiquam suppositum fuisset. Etenim, quod non existit, frustrà dicitur non posse separari.*

* Franciscus Suárez disputatione 45. sect. 4.

Sed, quia Iulius PP. hoc capite dixit: Manifestum & evidens Evangelicæ veritatis exemplum illuxit, quod præter panem & vinum, aliud offerri non licet: *obiicitur nobis ab Adversariis. Si præter panem & vinum, aliud offerre non licet, Ergò, Neque aquam. Rectè quidem; si tamen aqua à vino aliud sit. Si namque aqua vino admisceatur,* vnum

vnum quid cum ipso efficit vino, comprehenditúrque sub ipso nomine vini: aliàs námque nimis apertè sibi Iulius contradixisset, cùm paulò post, eodemque capite, aquam & vinum subiunxerit offerenda, hoc est, consecranda esse. Hoc proïndè certiùs ex loco colligimus, nihil omninò nobis officere, si quandò Concilia, vel SS. Patres solius meminère vini; cùm hoc ex capite palam evadat, etiam quùm vino particula adjungitur exclusiva, non debere tamen aquam excludi.

Obÿciuntur & ab ÿsdem hæc Pontificis IulI verba: Vt mistio illa non possit separari. *Si namque* (aiunt,) *tantùm facta esset mistio per iuxtàpositionem tunc, (proüt ipsa probant experimenta,) posset separari. Iulium Papam sua per hacce verba respõdemus numquàm somniàsse separationem excludere quæ aliquod per artificium physicũ esset: (cùm physicis enim negocium illi erat prorsus nullum:) at verò ipsum voluisse duntaxat, vt eodem in calice aqua, vinumq́ miscerentur, ita vt modo cõmuni neutiquam valerent separari, nè quispiam persuasum haberet satis esse, si botrus immergeretur. Ad quos enim per Ægyptum scripsit Iulius PP. botrum Episcopi offerebant: háncque IulI mentem fuisse, vel ipsius indicant, immediatè subsequentia verba* : Nam si vinum tantùm quis offerat, &c. *Hâc siquidem ratione docet Iulius PP. idcircò se aquam à vino nolle separari, nè quis alterum sinè altero præsumeret offerre. De separatione igitur quæ commodè ipso in altari fieri posset, ibi agit Pontifex, non autem de eâ quæ per artificium à physicis fieri valeret.*

Addendum, quòd per Adversarios nostros tunc solùm non potest aqua separari, cùm est in vinum conversa; sed semper conversa in vinum non est, (proüt vel ipsi fateri coguntur,) & tamen Iulius Pontifex Max. sic aquam ait esse permiscendam, vt nequeat separari, rationémque subnectit, quòd, alioqui sinè nobis Christus esset*: Itaque, vel quùm in vinum aqua non est conversa, sequitur absurdum, quod Iulius PP. infert; vel certè illâ de separatione quæ per conversionem aquæ in vinum tantummodò excluditur, haud est locutus; id quod potiùs & intelligendum, & est dicendum. Vel denique scripserit Pontifex hoc capite,* non posse, *id est, non nisi difficillimè, posse: Hoc siquidem sæpè sæpiùs vtimur loquendi modo: vti & intelligendum voluit Glossarius, De celebratione Missarum, capite, Cum Martha. in hacce verba:* Licèt physici contrarium asserant.

Quod autem hoc caput proximè sequitur, est Innocentÿ Tertÿ Summi Pontificis; illudque eiusmodi, quod sententiæ nostræ re verâ suffragetur, si modò rectè intelligatur. Eius verba reddo.

Quæsivisti etiam, vtrùm aqua cum vino in sanguinem conver-

tatur. Super hoc autem, opiniones apud Scholasticos variantur. A liquibus enim videtur, quòd cùm de latere Christi duo præcipua fluxerint Sacramenta; redemptionis, in sanguine; ac regenerationis, in aquâ: in illa duo, vinum & aqua, quæ commiscentur in calice, divinâ virtute mutantur, vt in hoc Sacramento plenè sit veritas & figura. Alij verò tenent, quòd aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cùm in vinum transeat mista vino, licèt physici contrarium asseverent, qui aquam à vino, per artificium, posse asserunt separari.

Præterea potest dici, quòd aqua non transit in sanguinem, sed remanet, prioris vini accidentibus circumfusa, ita quod vini saporem assumit. Quod indè convincitur, quia, si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commistum, corpori, quod sub eis latet, vndique circumfunditur, non madidans circumfusum, ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere, quia, si aqua fuerit apposita, vini saporem * assumit. Contingit igitur accidentia mutare subjectum, sicut & subjectum contingit accidentia, permutare. Cedit quippe natura miraculo, & virtus suprà consuëtudinem operatur: sed, nec inconveniens creditur, aut absurdum, si aqua in Corpore Christi esse credatur, cùm legatur de ipsius latere processisse. *Et infrà.*

* Id est vim, & naturam vini, quod ex sapore judicatur.

☞ Verùm, inter opiniones prædictas, illa probabilior judicatur, quæ asserit aquam cum vino in sanguinem transmutari, vt expressiùs eluceat proprietas Sacramenti. Nam, cùm aquæ multæ, sint populi multi, iuxtà quòd alibi legitur: Beati, qui seminatis super aquas; ideò vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur, &c. *De his Innocentij III. verbis, maxima nobis posset cum Sententiæ contrariæ Sectatoribus haberi concertatio, cùm illi sibi totum Innocentium vendicent, præcipuámque instituant adversus nos controversiam circà hæc eius verba.*

Verùm inter opiniones prædictas, illa probabilior iudicatur, quæ asserit aquam cum vino in sanguinem transmutari. *Hic enim (inquiunt illi;) Innocentius præfert reliquis secundam opinionem relatam; atqui volebat illa in vinum aquam primùm transmutari, ac deindè in sanguinem; Id igitur & Innocentius nobis approbat; Et consequenter, (subjiciebant ijdem,) si non sit in vinum transmutata; neque poterit eadem in sanguinem*

ſanguinem converti. Nos verò è contrà aſſeveranter cenſemus à nobis hîc Innocentium plane ſtetiſſe, ſuiſque illis verbis iiſdem noſtram ſaniorem ſententiam verè approbâſſe: Id quod, vel ex contextu ipſius Innocentij 3. (vt Patrum & Doctorum cæteras prætermittam auctoritates) probamus. Primò, quia ſuo contextu Innocentius hîc noſter, vinum & aquam aſſerit abſolutè in ſanguinem transmutari: qui certè, ſi voluiſſet neceſſariò priùs aquam in vinum converti debere, numquid adeò fuiſſet Innocentius infantulus, vt hoc ipſum tanti ponderis effari neſciſſet? vel eidem, vti puerulo, verbis potiùs fuerit parcendum, quàm tanti momenti periculum vitandum, nè integrè, perfectèque is idem ab omnibus intelligeretur? Omiſit itaque Innocentius hîc partem illam, eò quòd eam, tamquàm neceſſariam, non voluit approbare.

Addatur; Quod is, qui opinionem aliquam ſuſcipit tuendam, ex eo quòd is eam amplectatur, nequaquam proptereà ſequitur vt eius etiam comprobet rationem: ſæpè ſæpiùs namque opinionem compluretis eamdem ſequi contingit, ſed neutiquam eaſdem omninò ob rationes. Itaque opinionem hîc ſecundam Pontifex Innocentius approbavit, quam conſtat ex contextu fuiſſe, Aquam in ſanguinem Chriſti tranſubſtantiari: Quod autem adjectum erat; Cùm in vinum tranſeat miſta vino: *illius ſententiæ ratio erat; non autem pars. Id enim & particula,* Cùm, *quæ rationem reddit; & dictorum vel ipſa ſeries, certúſque ordo clarè ſatis oſtendit: quia, quùm aquam in vinum verti mediatè, prius ſit, quàm in ſanguinem, poſterior tamen ponitur loco, tamquam ratio præcedentis. Cùm ergo duo ſint diverſa, vt, qui ſententiam approbârit, approbet quoque rationem, neceſſariò non ſequitur; immò verò, cùm ſententiæ ſolius meminerit hoc loco Pontifex Innocentius, vel illo elicitur & indicio ſatis aperto, rationem probare noluiſſe.*

Hinc verò firmatur argumentum; quia iam Innocentius incertam reddiderat rationem Phyſicorum argumento: Innocentij autem PP. non exſtitiſſe mentem phyſicorum vt opinionem hîc refelleret, ſuperiori noſtrâ ratione probamus, quâ reſpondimus Sanctam Matrem Eccleſiam Catholicam non conſueviſſe res phyſicas determinare, niſi tantam omninò illæ cum Fidei Orthodoxæ rebus habeant connexionem, vt abſque illis, hæ nequeant defendi; quod ſanè huic nequaquam contingit: longè verò minùs, quùm experimenta contraria, & auctoritates accedunt Doctorum. Perpendat prætereà ſanioris ſententiæ Sectator, quòd, cùm paulò poſt non recipit Innocentius Philoſophicum illud; quòd nempè accidentia non mutent ſubjectum, ſtatim ab eo hæc ratio reddatur: Cedit quippè natura miraculo, & vir-

Dddddd 3 tus.

tus suprà consuetudinem operatur. *Plura in sententiam nostram hanc saniorem, quam haud dubiè pertuëatur Innocentius PP. videto apud Paulum Aresium Episcopum Derthonensem, qui ex professo controversiam diremerit opinionis contrariæ Sectatorum, Operis sui De aqua transubstantiatione sectione quartâ, quam ita perstringo, ut tamen eumdem perdoctum Antistitem inter cætera, observem hoc aptissimo loco eruditissimè adnotâsse. Quòd Ostiensis, Zabarella, & Ioännes Andreäs, ut aqua in sanguinem vertatur iuxtà mentem Innocentij 3. prætereà exigant nihil, quàm ut vino mista sit. Itaque, iuxtà mentem Innocentij non oportet necessariò in vinum esse conversam. Horum verba Doctorum sic habeto.* Vinum & aqua simul transubstantiantur secundùm Innocentium: intelligas tamen, quòd aqua non transubstantiatur per se, sed tantùm in quantum est mista vino. Nisi autem hoc exponeres dictum; error esset. *Ex his verò, & superioribus verbis id resultat, non esse ista ab Innocentio dicta, sed à tribus hisce Doctoribus allata esse, tamquàm expositionem, non tamquàm Innocentij dictum, tam longè abest ut crediderint ipsum clarè asseruisse aquam in vinum substantialiter converti debere ad hoc ut in sanguinem vertatur.*

Accedat; Quòd, cùm ait Glossa: Cum vino, id est, vinum aquaticum; non enim transeunt duo in sanguinem, sed vinum, quod sibi aquam incorporavit. Et ita expone aquam cum vino: id est; compactum, vel compositum ex eis. *Hæc Glossa, si rectè consideretur, nobiscum, omni procul dubio, sentit, uti & Innocentius Quartus, Abbas, & alij, qui simpliciter dicunt vinum & aquam simul in sanguinem transmutari, nullâ factâ mentione de aqua in vinum transmutatione. At verò si aqua in vinum convertatur, dici non potest, quòd ex aquâ & vino aliquid componatur, sicut ex lignis & igne non componitur aliquod tertium. Itaque, suprà iam egit Glossa de incorporatione, & unione accidentali.*

Sed, quæres forsitan ex me, ecquid tandem futurum sit, si ex aquâ & vino commixtis, detur fieri unum tertium? Respondetur; Quòd, cùm hoc nomine tertij compositum quoddam ex vino & aqua, quod certè, neque aqua, neque sit vinum, occurrat intelligendum; consecrationem penitùs futuram nullam, eò quòd defutura tunc sit materia Calicis sacri, quæ sit, vinum aquâ modicâ mistum; (quod auctoritate primò Conciliorum à Petri Sede approbatorum, quæ re verâ in Fidei rebus decernendis, haud auctoritate minori, quàm ipsa Evangelia, meritò prædita esse existimentur,) probari potest.

Primùm

Primùm igitur si placeat Concilium Florentinum superiùs à nobis productum, sub Eugenio 4. PP. habitum, consulere; in quo fuerit diffusè actum de Sacramentorum materiâ & formâ: ex ipsius EugenI 4. decreto, sub Concilij finem, hæc sumus verba consecuturi. Tertium est Eucharistiæ Sacramentum, cuius materia est panis triticeus, & vinum de vite, cui antè consecrationem aqua modicissima admisceri debet. *Quibus ex verbis hocce efficitur argumentum. Aqua est pars materiæ Sacramenti Eucharistici; ergò vertitur immediatè in sanguinem Christi. Cùm autem evidens consequentia existat; antecedens probamus; Quià, Pontifex hic Eucharistiæ explicans materiam, simul cum vino mentionem & de aquâ facit, tametsi de aquâ & vino diversimodè agat: de hoc scilicèt, materiam asserens esse absolutè, quod materia id necessaria sit: de illâ verò, apponi oportere, quia non sit necessaria materia, sed debita duntaxat & congrua, quàmvis ex præcepto etiam necessariò apponenda.*

Contrariæ sententiæ Sectator obijcit Pontificem hìc meminisse aquæ, tamquàm certæ cuiusdam cæremoniæ, quam oporteat in materia observatam esse; at, non tamquàm materiæ certæ. Verùm, id haud difficilè falsum esse probamus; quià ibi Pontifex nihil minùs quàm intendebat huius cæremonias Sacramenti augustissimi explicare, sed materiam duntaxat, eiusdémque formam. Si namque cæremonias explicare cupiebat, quorsum tot alias prætermiserit, dicat Adversarius. Dicat idem & quorsum hanc ipsam non explicârit perfectè, ad verba sua adijciens: Cui multò ante consecrationem, aqua modicissima admisceri debet: *& non solùm,* Cui antè consecrationem &c. *Dicat rursus, in cæteris Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis quorsùm materiam tantummodò aperuerit & formam, de cæremonijs verò ipsorum verbum adiunxerit nullum? Dicat denique, (si quâ valet arte, aut ratione,) quorsum hìc Pontifex, Vir profectò eruditissimus, agens de materiâ, transierit adeò festinanter ad cæremonias, distinctione nullâ, nullâ prorsus præmonitione factâ, nè quisquam, cùm de materiâ loqueretur, aquam quoquè ad materiam spectare arbitraretur? Cùm certè Sacramenti Pœnitentiæ formam explicat Concilium Tridentinum sessione 14. cap. 3. in illis subdit positam verbis esse.* Ego te absolvo, &c. *quibus quidem,* de Ecclesiæ Sanctæ more preces * *a.* quædam laudabiliter adjunguntur. * *a. Observa,* preces quædam &c. *Eas siquidem Concilium hìc Tridentinum circùmspectè admonet ad formam Sacramenti Pœnitentiæ nequaquam pertinere. Concilia itaque Sacro-sancta, cum Sacramentorum essentialibus partibus cæremonias confundere minimè consuëvêre, sed vtrásque tradere distinctè: vndè effectum vt cùm ageret idem hoc Concilium*

Floren-

Florentinum sub Eugenio IV. de hujus Sacramenti Pœnitentiæ formâ, prætermiserit illa verba, quæ instar precum ei adjunguntur: idémque haud dubiè peracturum fuit, de aquâ, si ad Calicis Dominici materiam neutiquam spectare, sed certæ cæremoniæ duntaxat causâ persuasum habuisset adhiberi.

Sed & quid vetat, quò minus & nos dicere audeâmus, cùm Eugenius IV. Corporis Christi materiam esse panem triticeum pronunciavit: panem quidem, ad materiam; triticeum verò, ad cæremonias spectare, si nostro pro nutu & arbitrio, Pontificis Summi dividere verba, liceat, & alia quidem ad materiam, alia verò ad cæremonias liberiùs quàm veriùs referre?

Extorta proïndè, violentáque hæcce Adversariorum expositio censetor, quæ reverà contrà mentem Eugenij Pontif. Max. sit, quippe, qui materiam, non autem cæremonias Sacramenti Eucharistici intenderit nobis explicare. Etenim si Calici sacro aquam sic appositam contingat, vt non sit in vinum ante consecrationem conversa, (quod non inficiantur Adversarij quandoque vsu evenire,) necessariò sequetur, vt ipsa verborum formæ tamquàm materia supponenda sit, quòd formæ verba totum illud significent, quod est in calice per modum potus: ibi verò aqua est; aqua igitur materia est. Si ergò aquam à materiâ exclusam Pontifex voluisset; ab eodem oportuisset dictum. Aqua sic admisceatur, vt & in vinum eadem convertatur. At verò id ab eo dictum non est: inde igitur argumentum elicimus, quo dicamus Pontificem ipsam aquam ceu ipsius Sacramenti materiam habuisse. Idque ipsum videtur nobis Cathecismi Auctor voluisse intelligendum. Is enim cum calicis Domini materiam explicat, sic infit: Est autem vinum ex vitis fructu expressum, cui modicum aquæ permixtum sit. *Hæc verò verba tam apertè (inquit Paulus Aresius Derthonensis Episcopus, De Aquæ transmutatione, sectione quartâ) significant aquam ad materiam spectare, vt potiùs ex illis colligi possit, aquam esse materiam necessariam, quàm non esse materiam. Qui namque dicit, vinum illud esse materiam calicis, cui modicum aquæ sit permistum, illud videtur innuëre non esse materiam, cui non sit aqua permista. Idque à simili contendit exemplo verum esse probare, subnectens: Sicuti si dicerem: Do tibi vinum in cellâ meâ vinariâ existens, cui aqua sit admista; omnes (ait) intelligerent me illud donare velle tantùm cui aqua esset admista. Similiter, si dicerem, materiam corporis Christi esse panem qui ex tritico sit confectus, nemo me reprehenderet tamquàm malè locutum: omnes enim intelligerent, verba illa,* qui ex tritico sit confectus, *materiam determinare, non autem ad cæremonias spectare. Sed hæc propositio,* vinum cui aqua sit admista,

nullo

nullo pacto differt, quoäd formam enunciationis, ab hàc aliâ propositione, Panis, qui ex tritico fit confectus: *Sicut ergò totum hoc ad materiam spectat; ita etiam totum illud. Subjungitque idem Antistes Derthonensis: Vir acerrimi iudicij, eruditionisque permagnæ: Prætereà, hæc duo,* Vinum aqua mistum, &, Vinum cui aqua mista sit, *nullo pacto differunt: quia verbum, Sum, es, est, habet tantùm vim copulæ, vt aiunt Dialectici, quarè, conjungit prædicatum cum subjecto; nihilque prætereà facit: & idcircò apud plures Doctores reperies, vinum aquà mistum Eucharistiæ materiam esse, vt, apud Petrum Gregorium, in suo Syntagmate Iuris lib. 2. c 6. & Lælium Zechium c. 2. De Eucharistiâ. Sed neque etiam differunt, quoäd modum enunciandi, hæc duo;* Vinum aquâ mistum, &, Panis triticeüs; *quià, totum illud, aquà mistum, fungitur munere vnius adjectivi, quo quidem latina caret lingua, at verò græca, non item: Vndè fit, vt, dum Græci Patres äiunt Christum Dominum consecràsse vinum aquà mistum, eo vtantur. Sicut itaque, qui asserit, panem triticeum materiam Corporis Christi esse, significat non solummodò panem, vt sic, sed & quatenus is triticeus est, materiam esse: ita, qui dicit, vinum aquà mistum, sive vinum cui aqua sit admixta, significat non modo vinum, sed etiam vt mixtum aquà, Calicis sacri materiam esse.*

At, si hæc ita sese habent, erit ergò (inquiet fortassis quispiam,) aquæ commistio, de necessitate Sacramenti, & vinum purum, materia sufficiens neutiquam erit, proüt non est panis non triticeus. Respondetur, vinum purum non esse quidem materiam perfectam, qualémque Christus & Ecclesia voluêre: materiam attamen sufficientem esse. Vndè & Catechismus meritò loquitur ità, vt omne vinum aliud, quod aquà non fuerit permistum, excludere à materiâ, scilicet perfectâ, videatur. Neque sanè ipsum minùs clarè oportuit fuisse locutum, nè forsitan in partem contrariam ab Adversarijs pertraheretur.

Denique ad Florentinum nobis Concilium est redeundum, quod idem sensisse probetur rationibus ab Eugenio PP. productis, Cur aqua debeat admisceri. Aqua autem (*aït Eugenius PP.*) ideò admiscetur quoniam iuxtà testimonia Sanctorum Patrum, & Doctorum Ecclesiæ, creditur ipsum Dominum in vino aquâ permisto hoc instituisse Sacramentum. *Quo loco observandum occurrit, Pontificem non dixisse, antè institutionem, fuisse aquam vino permistam à Christo; sed illud instituisse Christum in vino aquâ permisto. Hæc autem verba non valebant clariùs designare, vinum ipsum, vt permistum aquâ, huius Sacramenti materiam exstitisse. Id siquidem in quo instituitur Sacramentum, illius verè*

materia censetur; cæremonia verò, non item. Aqua proindè nequaquàm ad cæremonias, at, ad materiam existimatur spectare.

Præter hæc, subiungitur statim à Concilio: Inquit B. Alexander PP. quintus à B. Petro, In Sacramentorum oblationibus, quæ intrà Missarum solemnia Domino offeruntur, panis tantùm & vinum aquâ permistum in Sacrificium offerantur. Et paulò post, Iulius Papa citatur dicens: Calix Dominicus iuxtà Canonum præceptum, vino & aquâ permistus debet offerri. *Hos autem Pontifices Summos de materiâ Eucharistiæ agere manifestum est. Et offerri siquidem aiunt, & Calicem Domini appellant; quæ, nisi de materiâ, dici non possunt.*

Anne persimili fermè modo Ecclesia loqui solet, quùm suos ordinat Acolythos? Certe. Tunc enim; Accipe *(inquit)* vrceolum, ad suggerendum vinum & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi? *Prorsus ita, Et in oratione iisdem pro Acolythis, ait:* Ad suggerendum vinum & aquam ad conficiendum sanguinem Christi. *Obserua, Lector! & hîc aquam esse positam loco proximiori, quàm vinum, ante verba ista:* ad conficiendum sanguinem Christi; *nè mediante vino aquam assereres converti: hoc est, ita ● priùs aqua in vinum conversa esset.*

His accedat; Quòd dùm Presbyter quoque ordinatur; ab Episcopo illi tradatur Calix cum vino & aquâ. Atqui scitum, & omnibus planè notum est, sacros Ordines, per traditionem materiæ suæ, & non alterius vllius rei, ab Episcopo conferri: Itaque, nulla prorsus ratio subest, cur suspicère, ipsam aquam, ad materiam minimè spectare; sed ad cæremoniam pertinere.

Hisce quoque suffragatur Gregorius Hieromonachus, qui Marco Ephesino respondens, pro defensione Concilij Florentini, & materiam Calicis Domini exponens, eam asserit esse, Vinum & aquam: *Deindè subdit,* Semper panem, vinum & aquam transmutari in Corpus & sanguinem Christi. *Ita enim habent verba græca, (vti suprà monuimus,) licèt vtrobique, vinum cum aqua, id est,* Vinum & aquam, *traduxerit Interpres; non quòd sic vertens senserit vir doctissimus, aquam immediatè vnquam in sanguinem converti; sed vt indicaret materiam præcipuam esse vinum, & majori quantitate aquæ modicæ apponendum, prout consultus & ipse legitur respondisse. Videatur hæc ipsius Epistola, haud ita pridem, velut ex abyssis antiquitatis extracta, & publica effecta, cùm nuperrimè, in editione Romanâ Conciliorum generalium, Concilio est Florentino adjecta. Gregorius hic Hieromonachus, Patriarcha postmodò exstitisse, miraculorúmque gloriâ inclaruisse ibidem refertur.*

Cæterum, ex DN. Francisci SylvI à Braniâ Comitis. S. Theologiæ Do-

ctoris, & in Academiâ Duacenâ Professoris ordinarij Commentario in Tertiam Partem S.Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici & Communis, Quæstione 74. Articulo octavo, Antiquorum habetur sententia communis, quæ fuerit; Aquam in sanguinem non converti. Probaturque, Primò, Quia non aqua (inquit) sed vinum est calicis consecrandi materia. Idque compluribus rationibus confirmat, quas eodem liceat articulo legere. Est enim DN. Franciscus Sylvius, eodem cognomento, quo noster Marcianensis Archiprior, Domnus Andreas du Bois, Synopseos huius Franco-Merovingicæ Autor; Vir certè cui neque ad pietatem, & probitatem, aliquid desit, neq; ad eruditionem, neq; ad splendorem nominis Sylviorum, neque ad id omne, quod benè apud mortaleis in pretio esse solet: Subtilis sanè, ac eximius Theölogus, & cuius autoritas meritò debeat apud recentiores Theölogos & Scriptores Scholasticos esse permagna; cùm sit scientissimus Thomista. Sed, cùm sit in id argumenti eius perbrevis, tametsi reconditè, solidèque doctus Commentarius; relinquens eius Sententiæ suam probabilitatem, & ipsius, & omnium exoratâ pace, ad Illustrem quoque Virum & Reverendissimum Antistitem Derthonensem, Paulum Aresium me recipio, qui, ex professo hanc, & reliquam controversiam, De aquæ Transmutatione; hoc est; An in Sacrificio Missæ, aqua mista vino, in suâ substantiâ permaneat; vel, in quid aliud, si non maneat, convertatur: prolixâ disputatione, atque ad eamdem Appendice doctissimâ contenderit dirimere, atque in nostram sententiam diffusè; disertèq; ac solidè disceptârit: quam, & idem, vtramque, Anno Iesu Christi 1628. excusam Antuerpiæ, apud Martinum Nutium, Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, DN. Ludovico Ludovisio, S. R. E. Cardinali Amplissimo dicatam consecrârit.

Missos denique facio Theölogos pietate, doctrinâq; insigneis, & Fidei catholicæ inclytos propugnatores, qui, & à partibus steterint nostris, & Superiorum Pontificum, & Innocentij Tertij verba perdoctè sint interpretati, & hoc argumentum, De aquæ transmutatione in Sacrificio Missæ, iuxtà nostram assertionem fuerint prosecuti. Tu igitur, cùm per otium licuerit & lubuerit, legito verba Paschasij Abbatis, qui floruit anno Christi 805. & lib. edito de Corpore, & Sanguine Domini, (qui Tomo sexto Bibliothecæ Veterum Patrum habetur, scripserit: Quàm benè in hoc mysterio nostra figura admittitur per aquam, vt vnusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat; & in meliùs transmutatum: vndè &c. Et paulò post: Aqua consecratur; non quòd aqua permaneat, sed vertatur in sanguinem, &c. *Fuit hic Abbas, vir eruditissimus in Scri-*

pturis divinis, & Sacularium etiam non ignarus litterarum: eloquio latino, gracóque nobiliter instructus. Ita enim Trithemius.

Sed & B. Samona, Archipræsul Gaza videatur in disceptatione cum Saraceno, qua item reperiri possit Tomo eodem 6. Bibliotheca Vet. Patrum, in hac verba: Sed quare Christus sub specie panis, vini, & aquæ abditum suum corpus & sanguinem assumendum potiùs tradidit, quàm sub aliâ materiâ? *Pauloque infrà*: His igitur pane, inquam, vino & aquâ nobis assuefactis, Dominus, conjunctâ suâ divinitate, virtute sui verbi, quâ omnia, vt essent, ex nihilo produxit, in proprium suum corpus & sanguinem ea transfert. *Adeò verò clarum hoc testimonium est, vt ampliùs etiam, quàm cupiamus, videatur probare: aquam, videlicet, etiam separatam à vino, posse materiam sanguinis esse: id quod certè verba superiora videntur satis indicare:* Sub specie aquæ; *quasi non solùm quando à vino aqua est absorpta ita, vt sub vini nomine moraliter comprehendatur, (vti censetur,) materia sanguinis esse possit; sed & quùm species ipsiusmet aqua, vt solius aqua, evidenter apparent. Hinc & quòd in margine glossula ei apposita fuit, quâ moneretur Lector, Samonam esse de aquâ in vinum conversâ, scilicet moraliter, intelligendum: eâ namque adnotatiunculâ nihil prætereà indicari, vel ex eo clarè satis elici possit, quòd glossa nulla prorsùs Algero, (de quo videto Possevinum, In suo Apparatu,) nulla etiam adnotatio apposita Paschasio fuit Abbati; tametsi in eodem Tomo 6. antè B. Samonam legantur, nec minùs ijdem perspicuè asserant aquam in sanguinem verti; quia nimirùm illi ipsi vino admistam aquam esse supponunt, quod in B. Samonâ ita non apparet. Prætereo Hildebertum Cenomanensem, ac subinde Turonensem, cuius operâ Tomos treis Bibliotheca Veterum Patrum habeantur: Honorium Augustodunensem, Gemma anima, (vt creditur,) autorem, qui floruit anno 1120.*

Alfonsum à Castro. Ver. Eucharistia, hare. 7. Paulum Aresium Episcopum Derthonensem, libro toto, & Appendice philosophicà iuxtà ac Theologicà, De aqua Transmutatione in Sacrificio Missa; R. P. Hyacinthum Choquetium, Lilanum, Ordinis Prædicatorum, S. Theologia Doctorem, eiusque Lovanij & Duaci olim Professorem, Cuius exstet Opusculum Theologicum De mistione aqua in Calice Eucharistico, eiúsque in Christi sanguinem conversione, quod accesserit huius eximij Doctoris libris de Origine gratia sanctificantis, &c. typis excusis Duaci, in officinâ typographicâ Balthazaris Belleri, sub circino aureo Anno Domini M. DC. XXVIII. Prætermitto & alios eâ de re Scriptores doctrinâ & pietate celebreis complureis, ex quibus conclusio nostra hacce diffusiùs colligi possit, & quos subindicàsse

indicâsse satis sit, nè Lectorem nostrum potiùs onerare, quàm sententiam nostram confirmare, & numero magis, quàm robore nostrorum niti argumentorum velle videamur.

Neque verò physicorum illorum sententiæ volumus inhærere, qui asseruerint aquam in vinum converti non posse. Posse siquidem eam in vinum verti, notiùs est, quàm vt multis debeat exprimi. Etenim, si naturæ Genio, philosopho (inquam,) teste, libri primi de generatione, Capite 10. *textu 88. gutta vini in magnam aquæ amphoram missa, convertatur in aquam : Cur non item & aquæ gutta in vinum verti queat, præsertim si multo injiciatur vino, cùm certè vinum majoris longè sit activitatis?*

Sed, quia, in vinum aqua non videtur posse naturaliter converti adeò exiguo temporis spatiolo, quòd à mixtione ad consecrationem vsque interfluxerit, præsertim si vinum non fuerit generosum, sed debile; vel aquæ plusculum sit infusum: hoc posito casu, aquam necdum conversam in vinum, dicere superiùs cœpimus, in sanguinem immediatè converti. Ad quam positionem probandam & confirmandam accedit Doctor Angelicus, qui conformiter Innocentio 3. eorum reprobat opinionem, qui asserere audeant aquam, per se, *manere; vino in sanguinem transubstantiato, juxtà hæc Divi Thomæ verba, in 9. distinct.* 11. *quæst. 2. art. 4. quæstiuncula* 1. *ad* 2. Si aqua in propriâ naturâ remaneret, sic calix consecratus, non esset tantùm potus Spiritualis, sed etiam corporalis; & ità non liceret post primam, sumptionem sanguinis iterùm sumere : quod esse contrà Ecclesiæ consuëtudinem, patet ex die Natali Domini, & alijs casibus jure concessis: *vt, si quis haberet duos Pastoratus coädministrandos. Et, si nostra hæcce sententia suffulta veritate non inniteretur; forma calicis falsa foret. Etenim, Pronomen,* hic, *potum, seu liquorem totum designat; qui scilicet,* per se, *in calice continetur. Itaque, si liquor ille totus, sanguis non sit, falsum significari necesse est. Etquis autem nesciat, aquam vino mixtam, fidelis populi vnionem cum capite Christo Iesu repræsentare, ita vt vnum corpus mysticum constituant? Ad hanc igitur vnionem significandam, aquam simul cum vino in Christi sanguinem oportet transubstantiari. Alias namque, qui per aquam designatur Populus, à Christo divisus remaneret, atque sejunctus. Compingamus Innocentium 3. Pontif. Max. quem iam Capite, Cum Martha, de celebratione Missarum, diffusè intellexerimus differentem, & apertè judicantem, eam opinionem esse probabiliorem, quæ assereret aquam cum vino in sanguinem transmutari, vt expressiùs eluceret proprietas Sacramenti. Atqui, si aqua mixta vino non posset immediatè in sanguinem Christi converti; proprietas Sacramenti*

cramenti expreſsè non eluceret, eò quod populus Christianus apertè non ſignificaretur incorporari: Ergò: Poſito porrò caſu ſuprà dicto, aquam immediatè in ſanguinem Chriſti diximus vi verborum conſecrationis converti. Deum enim omnipotentem, per ſe, poſſe aquam in ſanguinem immediatè convertere ecquis Chriſtianus & Orthodoxus auſit inficiari, cùm is cottidie ſe profiteatur, Credere in Deum Patrem omnipotentem: *& certiſsimum, omnibúſque in confeſſo ſit, Deum, quicquid non implicat, poſſe? At verò, hîc quænam repugnantia, quave contradictio, aut implicantia reperiri poteſt? Penitùs ſanè nulla. Vndè, Petrus Bleſenſis Divi Bernardi contemporaneus, doctrinâq; , atque ſanctitate ſuo celeberrimus ævo, in Tractatu ſuo de SS. Euchariſtiâ metricè edito noſtræ huic aſſertioni accinens, ſic pangebat.*

Sed licèt in menſâ Domini tria conſtituantur Munera: ſunt tamen duo, poſtquàm ſacrificantur. Eſt aqua miſta priùs, ſed vino quandò ſacratur, Non niſi ſanguis erit, quo ſpiritus intùs alatur. Myſtica res dat aquam; Chriſti cruor ebibit illam. *Perpendenda hîc potiſsimum verba ſunt iſta poſtrema:* Chriſti cruor ebibit illam; *Si namque, ſanguis Ieſu Chriſti ebibit illam; priùs ergo aqua in vinum verſa non erat; ſed immediatè in ſanguinem Ieſu Chriſti tranſubſtantiatur. Id planè perſpexit R. P. Ioännes Buſæüs Presbyter è Societate Ieſu, cuius operà P. Bleſenſis nunc aſpicit lucem. Is enim huic, quod iam produximus, Capiti, argumentum præfixit huiuſmodi:* Licèt vinum & aqua, antè conſecrationem, in altari typicè miſceantur; pòſt, non niſi ſanguis bibitur; quia in ſanguinem demutatur aqua. *Cúmque in ſua præfatione Buſæüs fuiſſet profeſſus, ſe P. Bleſenſi quaſdam appoſuiſſe notationes, vt quædam ipſius P. Bleſenſis dogmata, quæ licèt Fidei Orthodoxæ non adverſarentur, non ſatis tamen cum doctrinâ hoc tempore in Eccleſiâ magis probatâ, & vſu receptâ conſpirarent; apertiùs indicaret: huic ſanè capiti nullam ſubtexuit notationem; quòd ipſe ſentiret eiuſdem hîc doctrinam ab eâ haud diſcedere, quam Eccleſia Catholica reciperet, ac magis probaret.*

Quam deníque hoc loco tuemur aquæ immediatam converſionem in ſanguinem Ieſu Chriſti, verborum conſecrationis virtute, nullam admittere implicantiam, Deus ipſe ter Max. vel illo perſpicuè comprobavit inſigni miraculo, quod refert eiuſdem ſæculi auctor, Helmondus Abbas, in Sclavorum hiſtoriâ, quódque ſuis contexuit Annalibus Eccleſiaſticis Cæſar Baronius, anno nobis à Chriſto Domino aſſertæ ſalutis 1192. hunc in modum.

☞ † His fermè diebus, puella quædam, in partibus Thuringiæ, propè Civi-

Civitatem Erpisfordiam, * ægrotavit. Cùm *autem* Sacerdos post datum ei ex more viaticum, ablutionem digitorum faciens in calice vitreo, vt illam aquam puellæ bibendam traderet, insciencer portiunculam sanctissimæ Eucharistiæ in eam excussisset: confestim tota aqua mutata est in sanguinem, & portiuncula formam accipiens digituli, versa est in cruentam carnem. Sed & interim, dum mittitur pro tanto prodigio ad Archiepiscopum Moguntinum, calice super altari reverenter posito, videntibus cunctis, columba venit super labrum calicis, & diu sedit, non sinè admiratione cunctorum, quòd mole corporis ipsum non everrisset; quippè, qui parte inferiori longè angustior esset, quàm in superiori: vndè creditum est, non corporalem, sed spiritualem esse columbam. Adveniens autem Archiepiscopus cum omnibus Prælatis suis, & vniverso Clero, ac multo populo, post apportatum cum supplicationibus & processionibus sanguinem in prædictam civitatem ad Ecclesiam B. M. Virginis, hortatus est omnes orare, vt divina clementia, quæ ad evacuàndum errorem infidelium, vel corroborandam fidem suorum, Sacramentum, quod sub specie panis & vini sanctificatur, verè suam carnem & sanguinem evidentissimis indicijs demonstrâsset, ad laudem & gloriam nominis sui; similiter etiam ad jucunditatem & exaltationem Ecclesiæ suæ sanctæ, rursus in priorem substantiam panis & vini transformare dignaretur. Quod, cùm post multam orationem demùm factum esset, Archiepiscopus, egregio habito in laudem tanti Sacramenti sermone, in gratiarum actionem novi illius miraculi, injunxit omnibus in suâ Diœcesi consistentibus, à minimo vsquè ad maximum, ab infantulis vsquè ad decrepitos, vt incurvati adorarent Dominum Iesum, cui omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Idque adeò factum est, vt etiam qui in cunabulis jacebant, incurvati gratias agerent. Denique, Archiepiscopus ipsam aquam transubstantiatam in alio vasculo pretioso, ad posteritatis memoriam, in eâdem Ecclesiâ honorificè reposuit: priorem verò calicem, Moguntiam detulit, vbi exindè maximæ venerationi est habitus. *Hæc ibi de transubstantiatione aquæ in sanguinem Iesu Christi Domini nostri. Post cuius relationem, subdidit Cæsar Baronius, antiquitatis & Ecclesiæ rituum peritissimus.* Confutavit idem miraculum, hæresim hoc sæculo obortam, negantium aquam vino mistam in sanguinem mutari. *Hæc Cardinalis Baronius, agens & ipse fortissimè ibidem de transubstan-*

* *Quidam scribunt, Erpisfordiam.*

ſubſtantiatione aquæ in ſanguinem Chriſti, per commixtionem divini & vivifici corporis Ieſu Chriſti ſuperphyſice, immediatè, divinitúſque peractâ.
☞ * a. *Quod ſemper in vino fieri, quum intercedit miſtio; antiquitas Orthodoxa exiſtimavit. Vndè nobis illud fluxit eccum Ordinis Romani.* Vinum
† ☞ etiam non conſecratum, ſed ſanguini Domini commixtum, ſanctificatur per omnem modum.

Sed, neque huic demùm adeò memorabili & ingenti miraculo ceſsêre, neque adverſarÿ huic etiam adeò præclaro Viro pepercêre, contrà miraculum quoque hoc futili modo argumentati.

Si àquæ immediatam converſionem inde argumentari liceret: poſſemus (aiunt illi,) etiam dicere, hanc fieri converſionem abſque verborum virtute, ſtatim ac eſt in calice aqua vino commixta, ſicut ibi miraculosè, abſque verbis vllis, eſt ſanguis effecta. Verùm, hæc certè ipſorum argumentatio, nè hilum quidem argumenti Baronici vim obtundit, potiùs illi robur addit. Cur enim hæc ipſorum futilis conſequentia pernegetur, ratio ſit: Quià, tunc temporis, cùm deſcriberet miraculum Gaufredus de Claravalle, circà verborum virtutem controverſia vigebat prorſus nulla, vti neque vllus erat, qui aquam aſſereret ſinè verbis ſanguinem fieri, vt proindè miraculum patrari oporteret, quo lis hæcce dirimeretur; aquam tamen in ſanguinem verti permulti negabant, qui & ÿdem ſubſtantiam aquæ ſimul permanere cum Sacroſanctæ Euchariſtiæ Auguſtiſſimo Sacramento volebant. Id quod revera inconveniens eſſe maximo hocce miraculo DEVS OPT. MAX. evidentiſſimè oſtendit, dùm per immiſsionem Euchariſtiæ Sanctiſsimæ in aquam, hæc ipſa in ſanguinem extemplò converſa eſt. Quod ſi per admixtionem vini, hoc factum obtigiſſet, Antagoniſtarum tunc noſtrorum argumentum vim ſibi aliquam conſecutum fuiſſet. At, ſi hic certè vinum omninò nullum in calice adfuit, quonam inferre poſſunt modo, ſtatim ac miſcetur vino, aquam fieri ſanguinem debere, ſi proportio eſt omninò ſervanda? Hæc quidem, (vt ingenuè faſſus ſum,) diſſertationem ſibi exigerent longè prolixiorem; ſed pro inſtituti noſtri hiſtorici ratione, ſatis, ſuperque abundè eſto, refertiſſima tot Theologorum, & Virorum doctiſsimorum promtuaria indicata exſtare, vndè quæ hic deſint, perfacilè poſsint depromi.

☞ *Verba porrò iſta ſuperiùs paullò ex Baronio deſumta;* * a. Quod ſemper fieri in vino, cùm miſtio intercederet, &c. *intelligenda ſunt, de aquâ accidentaliter tantùm vino admixtâ, non autem de aquâ mediatè, hoc eſt, priùs in vinum verſâ. Neque enim dixit ibi Baronius: Cùm aqua verſa in vinum eſſet: Tunc enim; eam in ſanguinem Chriſti verti, eſſet*

esset de fide: non autem solummodò, ex antiquorum opinione.

Coronidem autem huic Appendici hæc eadem verba Cardinalis Baronij sic imponant, vt ex ijsdem parvo negotio item assequamur, Gaufredi Claravallis Ascetæ sæculo communissimam opinionem exstitisse, aquam in calice sacro admixtam vino immediatè in sanguinem Christi converti. Immò etiam testatur Gaufredus Claræ-Vallis Asceta bene doctus & pius, omneis Patres, Doctoréſque omneis, aquam in Christi sanguinem converti, pro comperto habuisse. Id, iubare meridiano lucidius fit, ex Gaufredi epistolâ subsequenti. Atqui hoc intelligi non potuit de conversione mediatâ, quia opinio communissima istius erat ævi, aquam in vinum haud converti. In sanguinem igitur Iesu Christi eam ijdem immediatè converti *censebant. Cùm autem eâ in opinione omneis convenirent, quòd aqua in vinum nequaquam verteretur; & multi quoquè in veteri persisterent sententiâ; nempè: Quòd hæc nihilominùs aqua in sanguinem Christi converteretur; aliorum nonnullorum erronea sententia id pernegantium, exorta est. Vndè, Chronologus hic noster* M S. *(ad cujus verba, hanc adtexiumus Appendicem,) monimentis suis hæc commendabat*: Per hæc tempora, ventilatur in Galliâ Quæstio, De aquâ vino mixtâ in Sacrificio Missæ. Gaufredus Monachus Cistercienſis,* vnus ex discipulis S. Bernardi, consulit Ecclesiam Romanam, Columnam veritatis, & piam Matrem, per supradictum Episcopum Albanensem, quid debeat sentire de istâ controversiâ, &c.

* Sup. Ordinis, Claræ-Vallis apud alios lego Scriptores historicos.

Exstat huius Gaufredi epistola, apud Cardinalem Baronium, ad annum Christi 1188. relata: quam & nos huc ex nostro Codice M S. *erutam transferendam eò duximus, quòd & pulcherrima sit, & quæ nihil aliud, quàm præsentem disputationem complectatur; & mirum eadem in modum sententiæ faveat nostræ.*

Amantissimo Domino, & Patri A, Dei gratiâ Albanensi Episcopo, & Domni Papæ Vicario.

Fr. Gaufredus de Clara-Valle, minimum id quod est.

QVIA semel cœpi, loquar ad Dominum meum super verbo etiam altero; cùm nobis opportunum fuerit, vestrum desi-

 derans

derans obtinere responsum. Ad partes enim Galliæ, sicut nôstis, hoc anno, cum vestrà benedictione reversus, novam, & mihi hactenus inauditam ventilari inter aliquos reperi quæstionem de substantià aquæ, quæ vino mista in calice similiter offertur, &, an ipsa similiter cum eodem vino in sanguinem Domini convertatur. Nec mediocris inter modernos Theologos est super eàdem quæstione dissensio, negantibus alijs, alijs affirmantibus, totius liquoris misti, sicut panis, qui ex similà & aquà similiter conficitur, vnam fieri transubstantiationem. Et affirmantium quædam assertio est, nullatenus esse credendum, quòd in calice Domini purum fuerit vinum, præsertim cùm in regione illà sic habeatur in vsu commistio aquæ, vt de Sapientià quoque legatur; quia miscuit vinum: nec nisi mistum in illis maximè regionibus facilè soleat propinari. Aiunt etiam, quòd, dum substantia aquæ, quæ ad conficiendum panem miscetur similæ, post consecrationem, aqua non remaneat; incongruum fore videtur, vt mista vino, similiter in consecratione non mutetur.

Postremò, cùm elementa quatuor, ignis, aëris, aquæ, & terræ Supernus Artifex sic conjunxerit, vt non tam elementa simplicia, quòd ex eis elementata sunt, quæ videntur, si ab illà mutatione excipere cœperit, alius ignem, alius aërem, alius terram, sicut isti aquam excipiunt, non mediocris indè confusio consequitur. Igitur, circà hoc, & huiusmodi affirmantium conversionem totius misti liquoris, qui in calice continetur, in sanguinem Domini ratiocinatio studiosa versatur. Auctoritates etiam quasdam protulêre; quas præsentis scripturæ consummationi duximus reservandas. Nam, qui eis super hoc adversantur, ex nullis antiquorum, sive etiam modernorum scriptis, tam evidentia testimonia protulêre suæ assertionis. Cæterùm, innituntur potissimùm vni verbo, quòd principales Sancti in duabus speciebus panis & vini consecrationem perfici perhibentes, nullam in verbo illo alicuius diversæ speciei, nullam aquæ fecerint mentionem. Ad quod respondetur eis; quòd non consuevêre homines misturam vini & aquæ, nec si quantitas aquæ prævaleat, aquam nuncupare, sed vinum.

Præter-ea calicem Dominus legitur accepisse, non vinum, quamvis continens Evangelista posuerit pro contento. Sacerdos quoque cùm Missam celebrat, quod dicere soleat, attendendum: Similiter postquàm cœnatum est, accipiens & hunc Sacrosanctum calicem

calicem (in quo, videlicet, continetur vinum mistum aquà, benedixit, & dedit discipulis suis dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes: Hic est sanguis meus,&c.

Dicunt aliqui, qui sub Magistro Petro Lombardo, (dum adhuc viveret,) studuêre; quòd nunquàm docuërit eos aquæ mutationem;sed,quòd eam negaverit,neminem reperio profitentem.Nam & in lib. Sententiarum eius,super eodem Sacramento,auctoritates plurimæ continentur, quarum aliquæ(aiunt) stât pro parte suà:sed nec soluta, nec saltem proposita in eius Codice quæstio eadem reperitur. Opponunt ijdem auctoritates, in quibus nihil legitur de mutatione aquæ in sanguinem, & huic verbo potissimùm innituntur; quoniam per Apostolos ad significandam plebem vniendam Christo, misceri iussa est aqua vino. Et respondetur eis, quòd auctores, qui non astruunt commutationem, non tamen negant, & proferunt testimonia de Scripturis, in quibus & ijdem ipsi, sivè alibi reticent, sivè etiam alibi vini misti mutationem evidentiùs asseverant: &c. *Gravissima præter-ea testimonia Cypriani, Hieronymi, Ambrosi, Augustini, Paschasi, Hildeberti Cœnomanensis & Algeri à nobis etiam superiùs relata doctissimus Vir Gaufredus adfert: deindèque subjungit*: Cæterùm, pars adversa, auctoritates priores admittit vtcunque, dicens, vinum, quod aquà mistum est, sed non propterea aquam mutari. Testimonium verò Paschasij, quod evidens est,eadem pars contemnit, licèt magnum ipsius B. P. Gregorius in lib. Diälogorum perhibeat testimonium sanctitati sicut Hildebertum aiunt versificatorem fuisse,non Ecclesiasticorum dogmatum assertorem. De Algero, dicunt: Noscimus hominem; ipsius tamen nullum adhuc comperi librum,& Sancti,vel cuiusque Doctoris auctoritatem similiter suffragari. Ac proindè placeat vestræ dignationi cum Dominis nostris, Fratribus vestris, super hoc verbo, cùm opportunum affuerit tempus, diligenti collatione tractare, vt auctoritas S. R. Ecclesiæ definiat, quid super hoc credi debeat, vel doceri.

Hæc quidem scitè, benéque doctè Gaufredus: Sed quidnam ad hanc expetitam consultationem responderit A. Episcopus Albanensis, & Vicarius Domni PaPæ, non reperitur. Attamen certum est, Cardinalem hunc nihil aliud potuisse respondisse, quàm, quod & credidit, & semper custodivit Sancta Ecclesia Romana: nimirùm; aquam simul & vinum transubstantiari in sanguinem Iesu Christi. *Verba sunt Chronologi nostri: quibus*

 confor-

conformiter scripsit & Cardinalis Baronius ad præfatum Christi annum 1188.

Anno autem Domini M. C. LXXXIX. *(inquit Chronologus noster* MS.*)* ingens fit motio: & de diversis regionibus, per mare, & per terras, partes adeunt transmarinas.

Ravennensis, & Pisanus, Archipresules, cum magno apparatu de Italiâ transfretantes, appulsi Tyrum, Tyrensibus ferunt non modicum adjumentum: Et Fredericus Imperator, cum vno ex Filijs suis, Duce Suäviæ, in Festo Sancti Georgij, peregrinationis iter arripiens, Imperij sui fines egreditur, comitante pariter multitudine infinitâ, rerum omnium apparatibus affluënter instructâ. De Frisiâ, & Daciâ, L. naves pariter fœderatæ, eamdem peregrinationem arripiunt.

De Flandriâ quoque, XXXVII. rates, cum grandi apparatu, secutæ sunt.

De Franciâ & Campaniâ, Viri illustres, & militiæ titulis gloriosi, eunt Ierusalem.

Per hos dies, Luneburgum, Civitas Germaniæ, & Berna Helvetiorum, * *a.* hodiè Vchtlandiæ Vrbs ædificatur * *a. Veronam vocat Chronicon Helvetiorum, vulgò, Berne; Vrbs in Rhetijs, cuius equidem initia putem referenda in annum Christi* 1191.

* Hoc nomine primus.

Henricus * Rex Angliæ moritur, nimio (vt aïunt) dolore absorptus, quòd videret se à Rege Franciæ sic oppressum, & à suo quoque Filio, qui ad Regem Franciæ confugerat, derelictum. Sepultúsque est in Cœnobio Virginum, quod Fons-Ebraudi dicitur, & quod à se multis reditibus, & muneribus habebat ampliatum. Regnavit autem XXXVI. annis, Vir prudens, gestísque famosus, lætis florens successibus, & qui Tyrannos semper oppresserat, perpetuâ dignus memoriâ, nisi quòd nimis aversatus est Sanctum Thomam Cantuäriensem, qui Marcianis, * famoso *a.* & nobili Monasterio *b.* commoratus fuerat. In cuius vindictam sanguinis, (vt creditur,) bis à filijs impetitus, domesticâ diu clade non caruit.

* *a. b.* Observa.

Dum autem mansionem exulis faceret Domnus Thomas Cantuäriensis, Marcianis in Ostrebanno Regio; erant cum eo Coëxules eius, Ioännes de Saresberi; Thomæ à secretis; Richardus, Prior Ecclesiæ Cantuäriensis; Rothbertus de Bosebech; Lumbardus de Placentiâ; Alexander Galensis; Gaufridus, Prior de Plateneïa; Ioännes,

Ioánnes, Cantor; Gilbertus, Garinus, Rothbertus, Canonici; Heribertus de Boseham; Herrikus, Richardus & Alanus, Domini Thomæ Cantuāriensis Capellani; & alij multi.

OBSERVATIO.

PAullò quidem tardiùs, quàm ordini temporum appositè, historicéq; servando congruat, quæ seria subtexuntur, accepimus maximo beneficio nonnullorum amicorum, quorum & virtus, & eximia eruditio perspecta sit. Ea tamen, velut ex abyssis antiquitatis membranea extracta, iusta Appendicis hoc potiùs, quàm nullo loco, & tempore, adiecimus, sub prælum emittenda, & publica efficiunda; quòd hæcce, permultam superiori historicæ narrationi de Sanctissimo, Inclytóque Iesu Christi Martyre, Thomâ Becquetio, ortu Londinensi, & Archiepiscopo Cantuariensi, lucem collatura sint; & eidem ipsi fidem majorem additura. Ea verò excerpsimus ex Codice membraneo M S. *cuius character vetus satis indicat antiquitatem ævi; & de quo verè possimus effari, quod & Aulus olim Gellius de Fabij Annalibus: Esse bonæ, atque sinceræ vetustatis. Hunc nobis penitiùs apud se reconditum perhumaniter vtendum concessêre viri magni, Venerandíque Patres, Dominus Matthæus Kellisonus, Sacræ Theologiæ Doctor, Vir certè eximius, quíque non minus sit pius quàm humanus, idémque moribus insignis, Collegij Anglorum Duaceni dignissimus Præses, natione Anglus, rerúmque arduarum pertractandarum vsu multo bene firmatus: & Venerabilis Dominus, DN. Milo Carraüs, Presbyter, Vir & ipse planè honestus, probus, officij plenus, bene doctus, publici commodi studiosissimus, idem & Anglus, & præfati Collegij Anglicani prudentissimus ac vigilantissimus Procurator. Codicis autem huiusce manu exarati, quod tale sit initium, pro tempore habeto.*

*HÆc est actio, quæ celebrata est inter Dominum Cantuäriensem & Regem Anglorum, inter Gisortium * & Tryam,* vulgò, Tryëres, *in præsentiâ Cardinalium, VVillelmi de Papiâ, Cardinalis Presbyteri Sancti Petri ad Vincula, & Odonis, Diaconi Cardinalis Sancti Nicolaï de Carcere Tulliano.*

* *Vernaculè*. Gisois.

DOminus Cantuariensis, in Octavis Beati Martini, advenit de Burgundiâ in regionem * Wlcassinam, ad Tryam Oppidum, ad colloquium Cardinalium, qui à Rege Anglorum, à Cadomo, * occurrerunt Archiëpiscopo ad Gisortium.

* Au Vecsin F ãçois.
* *Vernaculè*. à Caem en Normandie.

C*ONSEDERVNT pariter inter Gisortium * & Tryam, duo illi Cardinales, cum Archiepiscopo Rotomagensi, Rotoco, & multi alij, ex parte Regis; Archiëpiscopus quoque Cantuäriensis; Sedis Apostolicæ tum nunciatus Legatus, & cum eo exules eius; Ioännes de Sareberi, cum Roberto de Bosebech, Lumbardus de Placentiâ, Alexander Galensis; Gaufridus, Prior de Penteneiâ, & Guarinus, Canonicus; Robertus & Gilbertus, Canonici, Capellani Cantuäriensis: Ioännes Cantor, Alanus, Ricardus, Henricus, Herbertus de Bosehan, & multi alij.*

* *Vernaculè*, A Gisois pres Montlavou, Monslouis. haud procul ab Vrbe Magnia co, *vernaculè*, Maigny.

Cœperunt Cardinales *multa proponere de charitate Domni PaPæ, & sollicitudine multâ, quâ cruciabantur cottidie pro procurandâ pace, & securitate Domni PaPæ, Cantuariensis, & suorum. Indè, de suo adventu de Vrbe Romanâ, & laboribus, & periculis itineris sui, quod fecerant, exeuntes ab Vrbe, mense Martio medíante, & pervenientes in Normanniam mense Novembrio. Deindè, de magnitudine Regis Anglorum, & de necessitate Ecclesiæ Romanæ, quæ multa beneficia habere solebat de Rege, & Regno eius. Demùm, de amore & beneficijs, quibus Rex Angliæ prævenerat * Cantuariensem, & de honore quem ei semper exhibuit.*

* *Fortè, deest* hic, Dominum,

His

His subjunxerunt querelas & injurias, quibus Rex à Cantuariensi se lesum esse conquerebatur; imponens ei, inter cætera, quòd ei excitaverit guerram Regis Francorum.

Ad ultimum, quæsierunt consilium, quomodo indignationem tanti Principis placare possent; quia, sinè multâ (inquiunt,) humilitate & moderatione, & magni honoris exhibitione, remedium tantis periculis adhiberi non poterit.

Hæc autem dicebant consultò, ut animam eius terroribus frangerent, vel ad indignationem provocarent; quo, vel minus sapienter, vel minùs humiliter responderet.

Dominus verò Cantuariensis, in omni humilitate, & mansuetudine spiritus, sereno vultu, radiantibus oculis, & roseâ facie, linguâ latinâ, facundissimè, & disertissimè gratias primùm egit Domno Papæ de caritate & sollicitudine, quam habebat erga se, & coexules suos, mirante omni multitudine quæ aderat, super prudentiâ, & responsis eius. Ad singula enim quæ illi proposuerant, seriatim, & eodem ordine respondit, rationibus veris, & probabilibus querelas Regis evacuans, & injurias Ecclesiæ, & damna intolerabilia exponens.

Et, quia humilitatem, & delationem honoris ab eo exigebant; respondit se libentissimè omnem humilitatem exhibiturum & honoris & reverentiæ Domino suo Regi, quantumcúmque posset, salvo honore Dei, & libertate Ecclesiæ, & honestate personæ suæ, & possessionibus Ecclesiarum. Et, si eis videretur adÿciendum aliquid, rogavit Cardinales ut consilium darent, dicens, se habere propositum acquiescendi, salvâ libertate conditionis, professionis, & ordinis.

Responderunt illi, se non venisse, ut ei, sed ut eum consulerent, & reconciliationis tentarent viam.

Quæsiverunt dehinc Cardinales ab Archiepiscopo; An in suâ Provinciâ vellet permittere observantiam consuetudinum de Clarenduno, & Cleri-Damni, quibus, (secundùm quod Rex eis persuaserat, muneribus magnis datis, & maioribus promissis,) Reges Anglorum audierant usos fuisse Antecessorum suorum temporibus: & sic, sopitis omnibus querelis, in gratiam redire, & recipere Sedem suam, & administrationem & pacem, sibi & suis. Ad hæc respondit Archiepiscopus; Nullum Prædecessorum suorum ab aliquo Regum ad hanc professionem fuisse arctatum: neque se, Deo auctore, permissurum umquàm ut observet Consuetudines quæ Legi Dei patenter adversentur; quæ, Sedis Apostolicæ privilegium convellant; quæ Ecclesiæ perimant libertatem; quas Domnus PaPa, Senonis, in illorum, & multorum

multorum præsentià, condemnavit. Et ego, (inquit,) Domni PaPæ secutus auctoritatem, quasdam earumdem consuetudinum cum observatoribus suis anathematiZavi, sicut in multis iam Concilijs Catholica Ecclesia fecisse dignoscitur. Ideo, ipsum Scriptum Regiarum Constitutionum, quas apud Cleri Damnum statuisse dignoscitur, cum pravitatibus quæ in eo continentur, in irritum duxi, atque cassavi: præsertim in his; Quòd non appellatur ad Sedem Apostolicam super caussâ aliquâ, sinè licentiâ Regis: quod, non liceat Archiepiscopo, vel Episcopo, exire de Regno, & venire ad vocationem Domni PaPæ, sinè licentia Regis: quod, non liceat Episcopo excommunicate aliquem, qui teneat de Rege in Capite, sinè licentiâ Regis; nec terram ipsius, vel officialium suorum, sub interdicto ponere: Quod non liceat Episcopo, coërcere aliquem, de perjurio, vel fide læsâ: Quod, Clerici trahantur ad secularia Iudicia: Quod, Laïci, seu Rex, seu alij, tractarent Caussas, De Ecclesijs, vel Decimis, & alia in hunc modum. Contra quod Impertinens perniciosum, & prorsùs damnabile; Vide Appendicem nostram, ad verba, Decimas &c. In Carolo nostro Martello.

Quæsierunt dehinc Cardinales, An, si, non confirmationem, saltim dissimulationem, & tolerantiam consuetudinum Cleri-Damni vellet repromittere Archipresul; vel certè, non factâ altrinsecus mentione Consuetudinum illarum, recipere Sedem suam, & pacem? Respondit Archiepiscopus. Nostræ Gentis *proverbium est: Quod, Taciturnus prætendit speciem consitentis. Et, Cùm Rex sibi videatur in possessione Consuetudinum illarum esse, & ad eas conservandas, injustè & violenter cogat Ecclesiam; si sic, taciturnitate meâ impetrata cessaret concussio, auctoritate maximè Legatorum Domni PaPæ interveniente, statim, sibi & alijs videretur obtinuisse in Causâ istâ. Ego quoque vt verum fatear, Deo teste; magis eligo exulare perpetuò; proscribi etiam; & si disposuit ita Dominus, pro Iustitiæ defensione mori, quàm in salutis meæ dispendium & præjudicium caussæ Ecclesiasticæ libertatis, hanc, quam vos persuadetis, meam pacem. Dominus enim est, qui in talitate prohibet Sacerdotes; * dissimulantibus, gehennam præparavit, vbi nulla erit dissimulatio pœnæ.*

* F. dissimulare.

Lectus est & libellus abominationum illarum, Et quæsitum à Cardinalibus; An à Christianis liceat observari? nedum à Pastoribus dissimulari.

Progressi sunt ad aliam quæstionem, sciscitantes: An vellet eorum judicio stare, super ijs quæ inter eum, & Regem versantur? Ille autem, De Caussæ sinceritate confidere respondit: &, cùm ipse, & sui, qui multo tempore destituti sunt, plenè fuerint ad omnia restituti, habitâ ratione rerum & temporum, Iuri libenter pariturum, & se, nec velle, nec posse declinare, quin,

quin, vbi, & quando, & quomodo debebit, subeat Iudicium, vel illorum, Cuius, vel quorum iudicio Dominus PaPa eum stare debere decreverit.

Iterùm se, & suos ad litigandum vrgeri non posse, nec paupertatem suam ad hoc sufficere posse, cui etiam victualia desunt, vbi Christianissimi Regis Francorum vivat expensis. Noluit enim, primà facie, declinare iudicium, etsi aliquem illorum iure optimo posset habere suspectum, ne Causam Regis iustificare videretur, nec liti se immergere, antequàm ad omnia sit restitutus, vt possit Causam sufficienter instruere, vbi quàmlibet divitem adversarium non formidet, innitens gratia Dei.

Procedentes, hinc, quæsierunt: An stabis eius Iudicibus? An vellet respondere Episcopis, qui contrà eum appellaverant, quia præsentes erant.

Archiepiscopus verò, memor litterarum, quibus ei præsentata est aliqualis, vel potiùs nulla appellatio concepta; (vt ibi perhibetur:) Stabis, &c? *nomine omnium Comprovincialium Episcoporum, & Abbatum, & personarum Regni, in Provincià Cantuaria degentium; Et est, quòd non convenerant Rotomagensi; &, plurimi illorum huius fuerant appellationis ignari; &, multis qui noverant, displicebat, vtpote Iustitiæ, quantum in eius auctoribus, erat potiùs illusio, quàm appellatio: Respondit, super hoc nullum Domini PaPæ recepisse mandatum; & quùm illud receperit, consulto responsurum, & facturum quod ratio dictaverit. Cæterùm, paupertatem suam; & suorum, ad itinera, sumptus, & lites non esse idoneam: & clementiam Christianissimi Regis hoc sinè molestià pati non posse, vt liberalitas eius, qua exulantes Episcopos decrevit humanissimè consolari, eum, & Coëxules suos sæpè, & diu exhibere cogatur, in domibus alienis. Nam, vbi est copia victualium, faciliùs est procurare expensas.*

Die autem sequenti, Christianissimus Rex Legatos admittens ad colloquium, sub religione iuramenti, purgavit innocentiam Domini Cantuariensis, perhibens ei testimonium, quòd ei consilium semper dederat, vt pax salvaretur, salvo honore vtriùsque Regis; & Populi, vtrinque debità quiete gauderent.

Rogavit Archiepiscopus Legatos, vt aliquod Ecclesiæ consilium darent: &, (si alicui exstarent,) rectiorem ostenderent viam. Illi autem, Zelum, quem haberet in Domino, approbantes, ei compassi sunt: sed, de proposito eius, non dixerunt aliquid immutandum. Sic, datâ benedictione, ad invicem, ab invicem discesserunt: & statum est, &, (auctore Deo,) stabitur

 in finibus

in finibus istis, donec Ecclesia convalescat, & persecutores eius, aut convertantur, aut pereant.

Illa rogavit pro te, & rogare non cessat, ut non deficiat fides tua, & tu, quandocunque oportunitas fuerit, conversus ad illos, confirma fratres tuos. Hac illis ostendens, ad quos missus es; lapsos erige: stantes robora, ut firmi sint. Plures enim sunt Patroni, & Defensores Ecclesia, quàm impugnatores. Eam non deseret in tribulatione, qui pro liberatione eius, posuit animam suam. Causam, Sancti non deserent, prò quâ veriti non sunt sanguinem suum fundere. Hanc, omnium cœlestium Virtutum tuëtur exercitus, & Majestas, qua Satanam conterit sub pedibus suis. De membris eius, ministris nequitia, ut spes fidelium est, promissio Patrum, Pater citò, facilè, & feliciter triumphabit. Túmque, statim sequitur; Epistola Cardinalium præfatorum VVillelmi & Odonis.

Alexandro Papæ, Willelmus & Odo, Cardinales Romanæ Ecclesiæ.

VEnientes ad terram Illustrissimi Regis Anglorum, *Controversiam, qua inter ipsum, & Cantuariensem Archiepiscopum vertitur, vehementius, quàm vellemus, invenimus aggravatam. Asserebat enim Rex, & suorum pars melior; Quòd idem Archiepiscopus Serenissimum Regem Francia in eum graviter incitaverat, & Comitem Flandria, Consanguineum suum, qui nullum priùs gerebat rancorem, ad ipsum subitò dissidendo, & guerram pro posse induxerat faciendam, sicut, pro certo sibi constabat, & evidentibus apparebat indicijs. Siquidem quùm Comes ab ipso Rege amicabiliter discessisset; Archiepiscopus in propriâ personâ, ad loca guerrarum accedens, tam Regem Francia, quàm Comitem animavit. Quùm igitur, apud Cadomum, * primò, iam dicti Regis Anglorum colloquio frueremur, Paternitatis vestra litteras, sicut decuit, manibus illius reddidimus. Quibus diligenter consideratis, & perlectis in medio: Cùm ab alijs, quas pro eodem negotio priùs à vobis receperat, minùs continentes, & aliquatenus nudissona viderentur: Rèx cœpit acri indignatione perurì, & eò graviùs, quo se proculdubio scire dicebat, prafatum Archiepiscopum, postquàm à vobis divertimus, litteras recepisse, quibus à nostro penitùs exemptus fuerat judicio, ut in nullo cogeretur respondere antè nos. Asserebat insuper, quòd ea qua vobis de antiquis Consuetudinibus Anglia fuerant intimata, pro maximâ parte, falsitati subjacebant, quàm veritati possent*

* Vernaculè, A Caem en Normandie.

poſſent inniti. Quod vivâ voce præſentialiter atteſtabantur Epiſcopi. Offerens etiam, quod; Si qua, tempore ſuo, Conſuetudines, in Regno Angliæ viderentur addicta, quæ ſtatutis Eccleſiaſticis obviarent; veſtro libenter arbitrio in irritum revocaret.

Nos verò, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus terræ ſuæ nobis adjunctis, cum omni diligentiâ ſtuduimus facere, nè Rex nobis ſpem pacis omninò ſubtraheret; ſed ad id potiùs permitteret inclinari, vt cum Archiepiſcopo memorato, tam de pace, quàm de judicio loqueremur.

Sic ergò proprios Clericos noſtros ad eum cum litteris dirigentes; certum ſibi locum, & tutum indiximus, vbi, in feſto Sancti Martini ſibi poſſemus commiſcere ſermonem. Ipſe tamen, quaſdam excuſationes prætendens, diem feſti tranſtulit ad Octavas. Quod vtique, in cor Regis altiùs quàm crederemus aſcendit. Quùm autem ſæpedictus Archiepiſcopus, licèt ei tutum nos offerremus ducatum, in exitu terræ Regis Angliæ versùs Franciam; nullatenus nobis vellet occurrere; nos, deferre cupientes in terram Regis Franciæ, ad locum, quem ipſe mandavit, acceſſimus, nè per nos ſtaret, quod in ſuum redundaret profectum.

Cùm iam eſſet initiatum colloquutum; imprimis ei cum multâ ſedulitate cœpimus ſuâdere, & attentiùs exhortari, quatenus ergà Dominum Regem, (quippè, qui multa in eum congeſſerat beneficia,) eam humilitatis oſtenderet ſpeciem, quæ nobis oportunam quærendæ pacis materiam miniſtraret.

Ad hæc, ipſe cum ſuis in partem ſecedens, habito tandem conſilio, nobis propoſuit. Quòd ſe ſatis Regi humiliaret, ſalvo honore Dei, & Eccleſiæ libertate; ſalvâ etiam honeſtate perſonæ ſuæ, & poſſeſſionibus Eccleſiarum, & ampliùs ſuâ, & ſuorum; & in omnibus ſalvâ Iuſtitiâ.

Quibus taliter enumeratis: Nos ei diligentiùs ſuâdentes, quòd ad hoc, vt pax reformaretur; oportebat ad ſpecialia deſcendere, cum ipſe, nec certum aliquid, nec ſpeciale proferret; ſubſequenter ab eo quæſivimus: Si, ſuper omnibus quæ veſtris litteris erant, vel annotata, vel comprehenſa, noſtrum vellet ſubire iudicium, ſicut Rex, & Epiſcopi ſæpiùs dixerant facturos? Ad quæ, ipſe nobis quærentibus in promptu reſpondit, ſe non à nobis recepiſſe mandatum. Si priùs ipſe, cum ſuis integrè reſtitueretur; tunc, ſecundum quod à Sede Apoſtolicâ reciperet in mandatis; in hâc parte procederet.

Sic ergò à colloquio redeuntes; Cùm verba ipſius, nec ad Iudicium provenirent, nec ad concordiam, nec aliquâ ratione Cauſam vellet intrare; ea quæ nobis innotuerant, curavimus Regi aperire; plura ſiquidem, proüt decuit, reticentes, & temperantes audita. Cœpit itaque Rex, & magni viri

qui secum erant, asseverare, quòd ampliùs absolutus esset, ex quo Archiepiscopus iudicium recusabat.

Quùm verò post multam Regis turbationem Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Regni Angliæ, cum multis pariter Clericis à nobis instanter perquirerent, vtrùm prænominatum Archiepiscopum, seu ex speciali mandato, seu ratione Legationis, ad Iudicium possemus distringere, & in hac parte, facultatem nobis deesse cognoscerent: timentes ne prætextatus Archiepiscopus, abiecto iudiciario ordine, sicut aliâ vice fecerat, aliquibus regni personis gravamen inferret, quoniam sibi taliter inutilis præsentia, & ad tutelam, contrà Archiepiscopum minimè sufficiens : vnanimi sumpto consilio, ad vestram communem audientiam appellaverunt; appellationi terminum præfigentes.*

* f. erat.

Sequitur *Epistola Præsulum Anglorum hortatu Regis Angli appellantium ad Pontificem Summum Alexandrum. Cùm enim multa Rex adversus Ecclesiam Cantuariensem, & contrà ipsius etiam Pontificis Max. expressa quædam mandata perpetrâsset. S. Thomas, videns Regem, neque beneficijs, neque admonitionibus ad meliorem frugem converti posse; immò verò in deterius cottidie, cùm apud eumdem Regem, tum & apud ipsius ministros, & male adhærenteis Præsules omnia dilabi; vti iam paullo antea, Consuetudines, seu potiùs pravitates, (vt est dictum,) quibus Ecclesiæ Anglicanæ dignitas confunderetur, publicè condemnârat, & vniversos earumdem defensores, consiliarios, observatores, exactores excommunicarat: ita Regem ipsum, (cuius diu satis & frustra correctionem expectasset,) execrari, seu excommunicare personaliter erat comminatus, nisi celeriter resipiscere festinaret. Erat hic dolor Regi acerbior, ob metum sententiæ anathematis in personam suam Summi Pontificis mandato iaculandæ. Dum igitur Rex Legatos Pontificis in suam sententiam omnibus suis artibus perducit, idémque, non tam ab Alexandro, Catholicorúmque disiungi communione quærit, quam sua prætextibus varijs varia facinora excusare, adeóque & ipsum Pontificem Max. circumvenire : tum alij, tum verò vel maximè Lexoviensis & Sagiensis Episcopi, vnum protestantur Regi remedium superesse; obstaculo nempe præsentis appellationis ad Sedem Apostolicam, Sententiam imminentem præpedire. Hâc enim interpositâ fore dicebant; vt, & Sententiâ suspenderetur; & ipsi, cùm suis adiunctis, à reatu interim inobedientiæ liberarentur. Agebat tunc fortè temporis apud Suessioncnses D. Thomas; agonémque suum Virgini Christiparæ; Beatissimóque Christi Confessori Dransio, & fundatori Ecclesiæ Anglicana*

cana Gregorio, qui apud Medardinos Benedictinos quiescebat, in orationibus triduanis pernoctans, & lacrymans commendabat, quùm, quæ subduntur, scripsisse referuntur Episcopi Anglicani ad Alexandrum PP. id nominis Tertium; appellanteis ipsum adversus omneis Thomæ Cantuariensis conatus: &, tam Regem, quam seipsos, & eos, qui ab eodem D. Thomâ anathematis sententiâ obstricti, aut essent suspensi, cavillosè excusanteis. Anno fortassis 1168.

Alexandro Papæ, Anglicana Ecclesia. Ex manu exarato Codice.

Sublimitati vestræ, Pater Reverende, gratias affectuosè referimus, Quòd, ad petitionem Filij vestri devotissimi, Dominique nostri dilectissimi, Illustris Anglorum Regis, Filios vestros karissimos, summéque nobis in eâ quæ ad præsens est tempestate necessarios, ad ipsum curatis longinquiùs transmittere, affectúque paterno eorumdem laboribus nostris parcere, & gravaminibus nostra piè gravamina sublevare. Habentes itaque mittenti gratias, Missos honore debito, totáque cordium alacritate suscepimus, sperantes eorum adventu finem malis diu iam quidem tractis imponi, & quæ turbata sunt apud nos, in pacis pristinæ serenitatem, cooperante gratiâ Dei reformari. Indè est, quòd tanquàm Iudicibus ad hoc à Sanctitate vestrâ directis, nostram vnà cum Domino nostro Rege præsentiam reverenter exhibuimus, optantes pariter & expectantes omnia quæ inter Dominum nostrum Regem, & Dominum Cantuariensem vertuntur, & nos, in eorum præsentia, palam fierent, & iuxtà vestri formam mandati, diffinitivâ eorum sententiâ plenissimè terminari. Ipsis, in modum hunc, reverentiam Iudiciariæ potestatis exhibentes astitimus. Et eccè sinistro confusi nuncio, à priùs conceptâ spe gaudij in desperationis foveam lapsi, audito, satis nequivimus admirari. Audito enim, & ipsâ Legatorum vestrorum confessione cognitâ, eos ad iudicandam Causam hanc, ob quam mittebantur, potestatem omninò non habere, &, quòd à Sanctitate vestrâ Domino nostro Regi concessum, scriptóque firmatum fuerat, id non tenere; Dominus noster Rex, vltrà quàm dici possit, irâ totus incanduit; in tantùm quidem, vt ad solitam ergà vos animi mansuetudinem, vix eum nostra, & communis supplicatio revocare iam possit. Totum itaque, quod in adventu Legatorum vestrorum conceperamus gaudij, cœpit ilicò tristitiæ nubilo superduci.

Ad iram hanc fortius inflammandam, incentiva prabebant ipsa Nobilium Regni colloquia, id Domino Regi inculcantia, sibi, Regno suo, nulla iam adversus Domnum Cantuariensem superesse subsidia; cum appellatio Regis dudum ad vos facta, iam exspiraverit, & ei Legatorum vestrorum in nullo subvenerit cura.

Hinc, apud Principes tanta exorta est turbatio, vt, nisi iuxtà datam vobis sapientiam, pericula iam erumpentia pracluseritis, Christi vestem scindi miserrimè, de proximo doleatis: Totis enim studijs Domnus Cantuariensis insudat, vt Dominum nostrum Regem anathemate, Regnúmque eius Interdicti pænâ constringat. Potestatem, quam in adificationem, & non in destructionem Ecclesia suscepisse oportuerat, sic exercet in subditos, vt omnes in Regis odium, & totius Regni Nobilium tentet inducere, & eorum substantijs, direptionem; cervicibus, gladium; aut corporibus exilium intentè studeat procurare. Crebris litteris graves eis mandatorum imponit sarcinas, quas præsens ipse digito movere non voluit; nèdum humeris sustinere. Ad mortem nos invitat; & sanguinis effusionem, quam nemo sibi * dignabatur, aut minabatur inferre; cùm eam summo studio declinaverit; &, suum sanguinem illibatum conservando, eius adhuc nec guttam effundi voluerit. Pro Christo quippe mori; gloriosum est: sicut, in mortem imprudenter irrumpere, Christo scimus non placere. Libertatem Ecclesia pradicat, quam, se Ecclesia Cantuäriensis Iuribus intrudendo, sibi constat ademisse. Regni Consuëtudines frequenter improperat, quas longè aliter quàm se res habeat, suis scriptis vestra Celsitudini manifestat.*

* f. exitium.

* f. ipsi.

De catero, Sanctorum Canonum auctoritatem ergà vos non observat; cùm appellantes ad vos, post appellationem excommunicet; alios, sinè omni citatione, aut excommunicatione suspendat: Notoria, qua nec nota, nec veritate subnixa sunt, asserat: & in hunc modum, plurima, — — — potestate confundat.

Ad hac, quadraginta marcharum millia, vel ampliùs, (vt sui asserunt,) bona sua fidei commissa, Domino nostro Regi solvere, vel, (quod iustum est,) exhibere detrectat; &, suo Regi negat & Domino, quod nec Ethnico denegare debuerat, aut Publicano. Vndè, nè ligent nos iam dicta gravamina; nè taciturnitate nostrâ, & indiscretâ quâdam conniventiâ permittamus id fieri, vndè Dominum nostrum Regem, & Regnum eius, ipsúmque etiam sequentes populos, à vestrâ obedientiâ contingat averti: adversùs suspectas nobis Domni Cantuäriensis sententias, adversùs mandata eius omnia, Domino Regi nostro, & Regno eius, & personis nostris, & commissis nobis Ecclesijs, & Parrochijs gravamen aliquod importantia, vestro nos per omnia

*omnia committentes consilio, & protectioni subdentes, ad audientiam vestram appellamus: & Appellationi terminum, diem Beati Martini * constituimus. Valete.*

* Anni proximè venturi 1169.

*Ex hac Appellationis formula, & ex Superiori Legatorum Apostolicorum rescripto, manifestaria res est, Legatum à latere VVillelmum Papiensem Cardinalem, Presbyterum tituli S. Petri ad Vincula, S. Thomæ adversarium, amicitià verò conjunctissimum Regi Angliæ fuisse. Scribitque Ioannes Saresberiensis, eum simul ac in Gallias pervenit, in partem Regis amici continuò declinasse, nec solùm consilio Anglum Regem adversus Regem Francorum qui Thomæ faveret iuvisse, sed & falsis obreptionibus rescriptum ab Alexandro 3. pro suspensione auctoritatis S. Thomæ surripuisse, unde grave scandalum apud Regem Christianissimum, & omnes Filios Ecclesiæ ita emersit, ut eam ob causam, & Rex Francus, & S. Thomas Nuntios quoque suos ad Pontificem Romanum misere. Immò etiam scripsit gravissimam D. Thomas Epistolam ad sacrum S. R. E. Collegium, quà carpsit eorum negligentiam in Ecclesiæ injurià vindicandà, inseruítque fini epistolæ gravem sententiam, quà doceret: Ecclesiam, non esse regendam simulatione, neque ingenio, (id est, prudentià carnis, quæ est inimica Deo *) sed, iustitià & veritate, quæ se observantem liberat ab omni periculo. Cùm itaque VVillelmus hìc Papiensis, in damnum exulis Divi Thomæ, & coëxulum eius, & in Ecclesiæ perniciem, in omnibus, Anglo Regi, & Complicibus Anglis apertè studeret; Oddóque, sive Otto Brixiensis, Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, ageret & remissiùs omninò, quàm tanti nominis virum deceret, rémque totam planè compertam Pontifex habuisset Alexander 3. omni auctoritate prænominatos nudans Legatos quantocyus ad se revocatos curavit. Túmque cœpere Legati cum Rege ac Episcopis Angliæ multa seriò tractare, de ipsorum nempe ad Papam Appellatione, atque, de absolutione illorum quos S. Thomas excommunicationis vinculo innodàsset, perperam à se factà: demúmque, re infectà Legati Apostolici VVillelmus & Oddo ex Galliis iussi recessère. Eccum nobis ob ocellos productum exemplum, ex quo D. Thomæ, Sanctissimorúmque virorum iustæ apud Pontificem delatæ querimoniæ manàrint de accepto auro Anglico, quo Rex se triumphàsse de Romanà Ecclesià gloriaretur. Certè, qui eo capiuntur, plumbei, & conscientiæ pondere graveis efficiuntur. Itáque, majorum id genus errata, cautelà major Successorum sunto.*

* Roman. 8.

Porrò verò, cùm, qui appellàssent iam, ad diem Appellationis quam sibi certam spontaneè præstituissent, non comparerent: probè cognitis improbitatibus & tergiversationibus Regis Angli cum Episcopis, & Clero suæ factionis,

*HÆc est actio, quæ celebrata est inter Dominum Cantuäriensem & Regem Anglorum, inter Gisortium * & Tryam*, vulgò, Tryëres, *in præsentiâ Cardinalium, VVillelmi de Papiâ, Cardinalis Presbyteri Sancti Petri ad Vincula, & Odonis, Dïaconi Cardinalis Sancti Nicolaï de Carcere Tulliano.*

* *Vernaculè*. Gisors.

DOminus Cantuariensis, in Octavis Beati Martini, advenit de Burgundiâ in regionem * Wlcassinam, ad Tryam Oppidum, ad colloquium Cardinalium, qui à Rege Anglorum, à Cadomo, * occurrerunt Archiëpiscopo ad Gisortium.

* Au Vecsin Frâçois.

* *Vernaculè*. à Caem en Normandie.

C*ONSEDERVNT pariter inter Gisortium * & Tryam, duo illi Cardinales, cum Archiepiscopo Rotomagensi, Rotoco, & multi alij, ex parte Regis; Archiëpiscopus quoque Cantuäriensis, Sedis Apostolicæ tum nunciatus Legatus, & cum eo exules eius; Ioännes de Sareberi, cum Roberto de Bosebech, Lumbardus de Placentiâ, Alexander Galensis; Gaufridus, Prior de Penteneiâ, & Guarinus, Canonicus; Robertus & Gilebertus, Canonici, Capellani Cantuäriensis: Ioännes Cantor, Alanus, Ricardus, Henricus, Herbertus de Boschan, & multi alij.*

* *Vernaculè*, A Gisois pres Mont-Iavou, Mons-Iouis, haud procul ab Vrbe Magniaco, *vernaculè*, Maigny.

Cœperunt Cardinales *multa proponere de charitate Domni PaPæ, & sollicitudine multâ, quâ cruciabantur cottidie pro procurandâ pace, & securitate Domni PaPæ, Cantuariensis, & suorum. Indè, de suo adventu de Vrbe Romanâ, & laboribus, & periculis itineris sui, quod fecerant, exeuntes ab Vrbe, mense Martio mediante, & pervenientes in Normanniam mense Novembrio. Deïndè, de magnitudine Regis Anglorum, & de necessitate Ecclesiæ Romanæ, quæ multa beneficia habere solebat de Rege, & Regno eius. Demùm, de amore & beneficijs, quibus Rex Angliæ prævenerat * Cantuariensem, & de honore quem eî semper exhibuit.*

* *Fortè, deest hîc*, Dominum,

His

His subjunxerunt querelas & injurias, quibus Rex à Cantuariensi se læsum esse conquerebatur; imponens ei, inter cætera, quòd ei excitaverit guerram Regis Francorum.

Ad vltimum, quæsierunt consilium, quomodo indignationem tanti Principis placare possent; quia, sinè multâ (inquiunt,) humilitate & moderatione, & magni honoris exhibitione, remedium tantis periculis adhiberi non poterit.

Hæc autem dicebant consultò, vt animam eius terroribus frangerent, vel ad indignationem provocarent; quo, vel minus sapienter, vel minùs humiliter responderet.

Dominus verò Cantuariensis, in omni humilitate, & mansuetudine spiritus, sereno vultu, radiantibus oculis, & roseâ facie, linguâ latinâ, facundissimè, & disertissimè gratias primùm egit Domno Papæ de caritate & sollicitudine, quam habebat erga se, & coëxules suos, mirante omni multitudine quæ aderat, super prudentiâ, & responsis eius. Ad singula enim quæ illi proposuerant, seriatim, & eodem ordine respondit, rationibus veris, & probabilibus querelas Regis evacuans, & injurias Ecclesiæ, & damna intolerabilia exponens.

Et, quia humilitatem, & delationem honoris ab eo exigebant; respondit se libentissimè omnem humilitatem exhibiturum & honoris & reverentiæ Domino suo Regi, quantumcúmque posset, salvo honore Dei, & libertate Ecclesiæ, & honestate personæ suæ, & possessionibus Ecclesiarum. Et, si eis videretur adyciendum aliquid, rogavit Cardinales vt consilium darent, dicens, se habere propositum acquiescendi, salvâ libertate conditionis, professionis, & ordinis.

Responderunt illi, se non venisse, vt ei, sed vt eum consulerent, & reconciliationis tentarent viam.

Quæsiverunt dehinc Cardinales ab Archiepiscopo; An in suà Provinciâ vellet permittere observantiam consuetudinum de Clarenduno, & Cleri-Damni, quibus, (secundùm quod Rex eis persuaserat, muneribus magnis datis, & maioribus promissis,) Reges Anglorum audierant vsos fuisse Antecessorum suorum temporibus: & sic, sopitis omnibus querelis, in gratiam redire, & recipere Sedem suam, & administrationem & pacem, sibi & suis. Ad hæc respondit Archiepiscopus; Nullum Prædecessorum suorum ab aliquo Regum ad hanc professionem fuisse arctatum: neque se, Deo auctore, permissurum vmquàm vt observet Consuetudines quæ Legi Dei patenter adversentur; quæ, Sedis Apostolicæ privilegium convellant; quæ Ecclesiæ perimant libertatem; quas Domnus PaPa, Senonis, in illorum, & multorum

multorum præsentiâ, condemnavit. Et ego, (inquit,) Domni PaPæ secutus auctoritatem, quasdam earumdem consuetudinum cum observatoribus suis anathematiZavi, sicut in multis iam Concilijs Catholica Ecclesia fecisse dignoscitur. Ideò, ipsum Scriptum Regiarum Constitutionum, quas apud Cleri Damnum statuisse dignoscitur, cum pravitatibus quæ in eo continentur, in irritum duxi, atque cassavi: præsertim in his; Quòd non appellatur ad Sedem Apostolicam super caussâ aliquâ, sinè licentia Regis: quod, non liceat Archiepiscopo, vel Episcopo, exire de Regno, & venire ad vocationem Domni PaPæ, sinè licentia Regis: quod, non liceat Episcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in Capite, sinè licentiâ Regis; nec terram ipsius, vel officialium suorum, sub interdicto ponere: Quod non liceat Episcopo, coërcere aliquem, de perjurio, vel fide læsâ: Quod, Clerici trahantur ad secularia Iudicia: Quod, Laïci, seu Rex, seu alij, tractarent Caussas, De Ecclesijs, vel Decimis, & alia in hunc modum. Contra quod Impertinens perniciosum, & prorsùs damnabile; Vide Appendicem nostram, ad verba, Decimas &c. In Carolo nostro Martello.

Quæsierunt dehinc Cardinales, An, si, non confirmationem, saltim dissimulationem; & tolerantiam consuetudinum Cleri-Damni vellet repromittere Archipresul; vel certè, non factâ altrinsecus mentione Consuetudinum illarum, recipere Sedem suam, & pacem? Respondit Archiepiscopus. Nostræ Gentis *proverbium est: Quod, Taciturnus prætendit speciem consitentis. Et, Cùm Rex sibi videatur in possessione Consuetudinum illarum esse, & ad eas conservandas, injustè & violenter cogat Ecclesiam; si sic, taciturnitate meâ impetrata cessaret concussio, auctoritate maximè Legatorum Domni PaPæ interveniente, statim, sibi & alijs videretur obtinuisse in Causâ istâ. Ego quoque vt verum fatear, Deo teste; magis eligo exulare perpetuò; proscribi etiam; & si disposuit ita Dominus, pro Iustitia defensione mori, quàm in salutis meæ dispendium & præjudicium caussæ Ecclesiasticæ libertatis, hanc, quam vos persuadetis, meam pacem. Dominus enim est, qui in talitate prohibet Sacerdotes; * dissimulantibus, gehennam præparavit, vbi nulla erit dissimulatio pœna.*

* F. dissimulare.

Lectus est & libellus abominationum illarum, Et quæsitum à Cardinalibus; An à Christianis liceat observari? nedum à Pastoribus dissimulari.

Progressi sunt ad aliam quæstionem, sciscitantes: An vellet eorum judicio stare, super ijs quæ inter eum, & Regem versantur? Ille autem, De Caussæ sinceritate confidere respondit: &, cùm ipse, & sui, qui multo tempore destituti sunt, plenè fuerint ad omnia restituti, habitâ ratione rerum & temporum, Iuri libenter pariturum, & se, nec velle, nec posse declinare, quin,

quin, vbi, & quando, & quomodo debebit, subeat Iudicium, vel illorum, Cuius, vel quorum iudicio Dominus PaPa eum stare debere decreverit.

Iterùm se, & suos ad litigandum vrgeri non posse, nec paupertatem suam ad hoc sufficere posse, cui etiam victualia desunt, vbi Christianissimi Regis Francorum vivat expensis. Noluit enim, primà facie, declinare iudicium, etsi aliquem illorum iure optimo posset habere suspectum, ne Causam Regis iustificare videretur, nec liti se immergere, antequàm ad omnia sit restitutus, vt posit Causam sufficienter instruere, vbi quàmlibet divitem adversarium non formidet, innitens gratia Dei.

Procedentes, hinc, quæsierunt : An stabis eius Iudicibus ? An vellet respondere Episcopis, qui contrà eum appellaverant, quia præsentes erant.

Archiepiscopus verò, memor litterarum, quibus ei præsentata est aliqualis, vel potiùs nulla appellatio concepta; (vt ibi perhibetur :) Stabis, &c? *nomine omnium Comprovincialium Episcoporum, & Abbatum, & personarum Regni, in Provincià Cantuariæ degentium; Et est, quòd non convenerant Rotomagensi; &, plurimi illorum huius fuerant appellationis ignari; &, multis qui noverant, displicebat, vtpote Iustitia, quantum in eius auctoribus, erat potiùs illusio, quàm appellatio : Respondit, super hoc nullum Domini PaPæ recepisse mandatum; & quùm illud receperit, consulto responsurum, & facturum quod ratio dictaverit. Cæterùm, paupertatem suam; & suorum, ad itinera, sumptus, & lites non esse idoneam : & clementiam Christianissimi Regis hoc sinè molestià pati non posse, vt liberalitas eius, quæ exulantes Episcopos decrevit humanissimè consolari, eum, & Coëxules suos sæpè, & diu exhibere cogatur, in domibus alienis. Nam, vbi est copia victualium, faciliùs est procurare expensas.*

Die autem sequenti, Christianissimus Rex Legatos admittens ad colloquium, sub religione iuramenti, purgavit innocentiam Domini Cantuariensis, perhibens ei testimonium, quòd ei consilium semper dederat, vt pax salvaretur, salvo honore vtriúsque Regis; & Populi, vtrinque debità quiete gauderent.

Rogavit Archiepiscopus Legatos, vt aliquod Ecclesiæ consilium darent: &, (si alicui exstarent,) rectiorem ostenderent viam. Illi autem, Zelum, quem haberet in Domino, approbantes, ei compassi sunt : sed, de proposito eius, non dixerunt aliquid immutandum. Sic, datà benedictione, ad invicem, ab invicem discesserunt : & statum est, &, (auctore Deo,) stabitur

infinibus istis, donec Ecclesia convalescat, & persecutores eius, aut convertantur, aut pereant.

Illa rogavit pro te, & rogare non cessat, vt non deficiat fides tua, & tu, quandocunque oportunitas fuerit, conversus ad illos, confirma fratres tuos. Hæc illis ostendens, ad quos missus es; lapsos erige: stantes robora, vt firmi sint. Plures enim sunt Patroni, & Defensores Ecclesiæ, quàm impugnatores. Eam non deseret in tribulatione, qui pro liberatione eius, posuit animam suam. Causam, Sancti non deserent, prò quâ veriti non sunt sanguinem suum fundere. Hanc, omnium cælestium Virtutum tuëtur exercitus, & Majestas, quæ Satanam conterit sub pedibus suis. De membris eius, ministris nequitiæ, vt spes fidelium est, promissio Patrum, Pater citò, facilè, & feliciter triumphabit. Túmque, statim sequitur; Epistola Cardinalium præfatorum VVillelmi & Odonis.

Alexandro Papæ, Willelmus & Odo, Cardinales Romanæ Ecclesiæ.

VEnientes ad terram Illustrissimi Regis Anglorum, *Controversiam, quæ inter ipsum, & Cantuariensem Archiepiscopum vertitur, vehementius, quàm vellemus, invenimus aggravatam. Asserebat enim Rex, & suorum pars melior; Quòd idem Archiepiscopus Serenissimum Regem Franciæ in eum graviter incitaverat, & Comitem Flandriæ, Consanguineum suum, qui nullum priùs gerebat rancorem, ad ipsum subitò dissidendo, & guerram pro posse induxerat faciendam, sicut, pro certo sibi constabat, & evidentibus apparebat indicijs. Siquidem quum Comes ab ipso Rege amicabiliter discessisset; Archiepiscopus in propriâ personâ, ad loca guerrarum accedens, tam Regem Franciæ, quàm Comitem animavit. Quum igitur, apud Cadomum,* * *primò, iam dicti Regis Anglorum colloquio fueremur, Paternitatis vestræ litteras, sicut decuit, manibus illius reddidimus. Quibus diligenter consideratis, & perlectis in medio: Cùm ab alijs, quas pro eodem negotio priùs à vobis receperat, minùs continentes, & aliquatenus nudissona viderentur: Rèx cœpit acri indignatione perveri, & eò graviùs, quo se proculdubio scire dicebat, præfatum Archiepiscopum, postquàm à vobis divertimus, litteras recepisse, quibus à nostro penitus exemptus fuerat judicio, vt in nullo cogeretur respondere antè nos. Asserebat insuper, quòd ea quæ vobis de antiquis Consuetudinibus Angliæ fuerant intimata, pro maximâ parte, falsitati subjacebant, quàm veritati*

* Vernaculè, A Caem en Normandie.

possent

possent inniti. Quod vivâ voce præsentialiter attestabantur Episcopi. Offerens etiam, quod; Si qua, tempore suo, Consuetudines, in Regno Angliæ viderentur addicta, quæ statutis Ecclesiasticis obviarent; vestro libenter arbitrio in irritum revocaret.

Nos verò, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus terræ suæ nobis adjunctis, cum omni diligentiâ studuimus facere, nè Rex nobis spem pacis omninò subtraheret; sed ad id potiùs permitteret inclinari, vt cum Archiepiscopo memorato, tam de pace, quàm de judicio loqueremur.

Sic ergò proprios Clericos nostros ad eum cum litteris dirigentes; certum sibi locum, & tutum indiximus, vbi, in festo Sancti Martini sibi possemus commiscere sermonem. Ipse tamen, quasdam excusationes prætendens, diem festi transtulit ad Octavas. Quod vtique, in cor Regis altiùs quàm crederemus ascendit. Quùm autem sæpedictus Archiepiscopus, licèt ei tutum nos offerremus ducatum, in exitu terræ Regis Angliæ versùs Franciam, nullatenus nobis vellet occurrere; nos, deferre cupientes in terram Regis Franciæ, ad locum, quem ipse mandavit, accessimus, nè per nos staret, quod in suum redundaret profectum.

Cùm iam esset initiatum colloquium; imprimis ei cum multâ sedulitate cœpimus suâdere, & attentiùs exhortari, quatenus ergà Dominum Regem, (quippè, qui multa in eum congesserat beneficia,) eam humilitatis ostenderet speciem, quæ nobis oportunam quærendæ pacis materiam ministraret.

Ad hæc, ipse cum suis in partem secedens, habito tandem consilio, nobis proposuit. Quod se satis Regi humiliaret, salvo honore Dei, & Ecclesiæ libertate; salva etiam honestate personæ suæ, & possessionibus Ecclesiarum, & ampliùs suâ, & suorum; & in omnibus salvâ Iustitiâ.

Quibus taliter enumeratis: Nos ei diligentiùs suâdentes, quòd ad hoc, vt pax reformaretur; oportebat ad specialia descendere, cum ipse, nec certum aliquid, nec speciale proferret; subsequenter ab eo quæsivimus: Si, super omnibus quæ vestris litteris erant, vel annotata, vel comprehensa, nostrum vellet subire iudicium, sicut Rex, & Episcopi sæpiùs dixerant facturos? Ad quæ, ipse nobis quærentibus in promptu respondit, se non à nobis recepisse mandatum. Si priùs ipse, cum suis integrè restitueretur; tunc, secundum quod à Sede Apostolicâ reciperet in mandatis; in hâc parte procederet.

Sic ergò à colloquio redeuntes; Cùm verba ipsius, nec ad Iudicium provenirent, nec ad concordiam, nec aliquâ ratione Causam vellet intrare; ea quæ nobis innotuerant, curavimus Regi aperire; plura siquidem, proüt decuit, reticentes, & temperantes audita. Cœpit itaque Rex, & magni viri

qui secum erant, asseverare, quòd ampliùs absolutus esset, ex quo Archiepiscopus iudicium recusabat.

Quùm verò post multam Regis turbationem Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Regni Angliæ, cum multis pariter Clericis à nobis instanter perquirerent, vtrùm prænominatum Archiepiscopum, seu ex speciali mandato, seu ratione Legationis, ad Iudicium possemus distringere, & in hâc parte, facultatem nobis deesse cognoscerent: timentes ne prætextatus Archiepiscopus, abiecto iudiciario ordine, sicut aliâ vice fecerat, aliquibus regni personis gravamen inferret, quoniam sibi taliter inutilis præsentia, & ad tutelam, contrà Archiepiscopum minimè sufficiens : * *vnanimi sumpto consilio, ad vestram communem audientiam appellaverunt; appellationi terminum præfigentes.*

* f. erat.

Sequitur *Epistola Præsulum Anglorum hortatu Regis Angli appellantium ad Pontificem Summum Alexandrum. Cùm enim multa Rex adversus Ecclesiam Cantuariensem, & contrà ipsius etiam Pontificis Max. expressa quædam mandata perpetrâsset. S. Thomas, videns Regem, neque beneficijs, neque admonitionibus ad meliorem frugem converti posse; immò verò in deterius cottidie, cùm apud eumdem Regem, tum & apud ipsius ministros, & male adhærenteis Præsules omnia dilabi; vti iam paullo antea, Consuetudines, seu potiùs pravitates, (vt est dictum,) quibus Ecclesiæ Anglicanæ dignitas confunderetur, publicè condemnârat, & universos earumdem defensores, cônsiliarios, observatores, exactores excommunicârat: ita Regem ipsum, (cuius diu satis & frustra correctionem expectasset,) execrari, seu excommunicare personaliter erat comminatus, nisi celeriter resipiscere festinaret. Erat hic dolor Regi acerbior, ob metum sententiæ anathematis in personam suam Summi Pontificis mandato iaculandæ. Dum igitur Rex Legatos Pontificis in suam sententiam omnibus suis artibus perducit, idémque, non tam ab Alexandro, Catholicorúmque disiungi communione quærit, quam sua prætextibus varijs varia facinora excusare, adeóque & ipsum Pontificem Max. circumvenire: tum alij, tum verò vel maximè Lexoviensis & Sagiensis Episcopi, vnum protestantur Regi remedium superesse; obstaculo nempe præsentis appellationis ad Sedem Apostolicam, Sententiam imminentem præpedire. Hâc enim interpositâ fore dicebant; vt, & Sententiâ suspenderetur; & ipsi, cùm suis adiunctis, à reatu interim inobedientiæ liberarentur. Agebat tunc fortè temporis apud Suessionenses D. Thomas; agonémque suum Virgini Christiparæ, Beatissimóque Christi Confessori Dransio, & fundatori Ecclesiæ Anglicana*

cana

cana Gregorio, qui apud Medardinos Benedictinos quiëscebat, in orationibus triduanis pernoctans, & lacrymans commendabat, quùm, quæ subduntur, scripsisse referuntur Episcopi Anglicani ad Alexandrum PP. id nominis Tertium; appellanteis ipsum adversus omneis Thomæ Cantuariensis conatus: &, tam Regem, quam seipsos, & eos, qui ab eodem D. Thomâ anathematis sententiâ obstricti, aut essent suspensi, cavillosè excusanteis. Anno fortassis 1168.

Alexandro Papæ, Anglicana Ecclesia. Ex manu exarato Codice.

Sublimitati vestræ, Pater Reverende, gratias affectuosè referimus, Quòd, ad petitionem Filij vestri devotissimi, Dominique nostri dilectissimi, Illustris Anglorum Regis, Filios vestros karissimos, summèque nobis in eâ quæ ad præsens est tempestate necessarios, ad ipsum curatis longinquiùs transmittere, affectúque paterno eorumdem laboribus nostris parcere, & gravaminibus nostra piè gravamina sublevare. Habentes itaque mittenti gratias, Missos honore debito, totáque cordium alacritate suscepimus, sperantes eorum adventu finem malis diu iam quidem tractis imponi, & quæ turbata sunt apud nos, in pacis pristinæ serenitatem, cooperante gratiâ Dei reformari. Indè est, quòd tanquàm Iudicibus ad hoc à Sanctitate vestrâ directis, nostram vnà cum Domino nostro Rege præsentiam reverenter exhibuimus, optantes pariter & expectantes omnia quæ inter Dominum nostrum Regem, & Dominum Cantuariensem vertuntur, & nos, in eorum præsentia, palam fierent, & iuxtà vestri formam mandati, diffinitivâ eorum sententià plenissimè terminari. Ipsis, in modum hunc, reverentiam Iudiciariæ potestatis exhibentes astitimus. Et ecce sinistro confusi nuncio, à priùs conceptâ spe gaudij in desperationis foveam lapsi, audito, satis nequivimus admirari. Audito enim, & ipsâ Legatorum vestrorum confessione cognitâ, eos ad iudicandam Causam hanc, ob quam mittebantur, potestatem omninò non habere, &, quòd à Sanctitate vestrâ Domino nostro Regi concessum, scriptóque firmatum fuerat, id non tenere; Dominus noster Rex, vltrà quàm dici possit, irâ totus incanduit; in tantùm quidem, vt ad solitam ergà vos animi mansuetudinem, vix eum nostra, & communis supplicatio revocare iam possit. Totum itaque, quod in adventu Legatorum vestrorum conceperamus gaudij, cœpit ilicò tristitia nubilo superduci.

Ad iram hanc fortius inflammandam, incentiva præbebant ipsa Nobilium Regni colloquia, id Domino Regi inculcantia, sibi, Regno suo, nulla iam adversus Domnum Cantuariensem superesse subsidia; cum appellatio Regis dudum ad vos facta, iam exspiraverit, & ei Legatorum vestrorum in nullo subvenerit cura.

*Hinc, apud Principes tanta exorta est turbatio, vt, nisi iuxtà datam vobis sapientiam, pericula iam erumpentia prȩcluseritis, Christi vestem scindi miserrimè, de proximo doleatis: Totis enim studijs Domnus Cantuariensis insudat, vt Dominum nostrum Regem anathemate, Regnúmque eius Interdicti pœnâ constringat. Potestatem, quam in ædificationem, & non in destructionem Ecclesiæ suscepisse oportuerat, sic exercet in subditos, vt omnes in Regis odium, & totius Regni Nobilium tentet inducere, & eorum substantijs, direptionem; cervicibus, gladium; aut corporibus * exilium intentè studeat procurare. Crebris litteris graves eis mandatorum imponit sarcinas, quas præsens ipse digito movere non voluit; nèdum humeris sustinere. Ad mortem nos invitat; & sanguinis effusionem, quam nemo sibi * dignabatur, aut minabatur inferre; cùm eam summo studio declinaverit; &, suum sanguinem illibatum conservando, eius adhuc nec guttam effundi voluerit. Pro Christo quippe mori; gloriosum est: sicut, in mortem imprudenter irrumpere, Christo scimus non placere. Libertatem Ecclesiæ prædicat, quam, se Ecclesiæ Cantuäriensis Iuribus intrudendo, sibi constat ademisse. Regni Consuëtudines frequenter improperat, quas longè aliter quàm se res habeat, suis scriptis vestræ Celsitudini manifestat.*

* f. exitium.

* f. ipsi.

De cætero, Sanctorum Canonum auctoritatem ergà vos non observat; cùm appellantes ad vos, post appellationem excommunicet; alios, sine omni citatione, aut excommunicatione suspendat: Notoria, quæ nec nota, nec veritate subnixa sunt, asserat: & in hunc modum, plurima, — — — potestate confundat.

Ad hæc, quadraginta marcharum millia, vel ampliùs, (vt sui asserunt,) bonæ suæ fidei commissa, Domino nostro Regi solvere, vel, (quod iustum est,) exhibere detrectat; &, suo Regi negat & Domino, quod nec Ethnico denegare debuerat, aut Publicano. Vndè, nè ligent nos iam dicta gravamina; nè taciturnitate nostrâ, & indiscretâ quàdam conniventiâ permittamus id fieri, vndè Dominum nostrum Regem, & Regnum eius, ipsúmque etiam sequentes populos, à vestrâ obedientiâ contingat averti: adversùs suspectas nobis Domni Cantuäriensis sententias, adversùs mandata eius omnia, Domino Regi nostro, & Regno eius, & personis nostris, & commissis nobis Ecclesijs, & Parrochijs gravamen aliquod importantia, vestro nos per omnia

*omnia committentes consilio, & protectioni subdentes, ad audientiam vestram appellamus: & Appellationi terminum, diem Beati Martini * constituimus. Valete.*

* Anni proxime venturi 1169.

*Ex hac Appellationis formula, & ex Superiori Legatorum Apostolicorum rescripto, manifestaria res est, Legatum à latere VVillelmum Papiensem Cardinalem, Presbyterum tituli S. Petri ad Vincula, S. Thomæ adversarium, amicitià verò conjunctissimum Regi Angliæ fuisse. Scribítque Ioännes Saresberiensis, eum simul ac in Gallias pervenit, in partem Regis amici continuò declinasse, nec solùm consilio Anglum Regem adversus Regem Francorum qui Thomæ faveret iuvisse; sed & falsis obreptionibus rescriptum ab Alexandro 3. pro suspensione auctoritatis S. Thomæ surripuisse, vnde grave scandalum apud Regem Christianissimum, & omnes Filios Ecclesiæ ita emersit; vt eam ob causam, & Rex Francus, & S. Thomas Nuntios quoque suos ad Pontificem Romanum misêre. Immò etiam scripsit gravissimam D. Thomas Epistolam ad sacrum S. R. E. Collegium, quà carpsit eorum negligentiam in Ecclesiæ injurià vindicandà, inseruítque fini epistolæ gravem sententiam, quà doceret: Ecclesiam, non esse regendam simulatione, neque ingenio; (id est, prudentià carnis, quæ est inimica Deo *) sed, iustitià & veritate, quæ se observantem liberat ab omni periculo. Cùm itaque VVillelmus hîc Papiensis, in damnum exulis Divi Thomæ, & coëxulum eius, & in Ecclesiæ perniciem, in omnibus, Anglo Regi, & Complicibus Anglis apertè studeret; Oddóque, sive Otto Brixiensis, Diäconus Cardinalis Sancti Nicolaï in Carcere Tulliano, ageret & remissiùs omninò, quàm tanti nominis virum deceret, rémque totam planè compertam Pontifex habuisset Alexander 3. omni auctoritate prænominatos nudans Legatos quantocyus ad se revocatos curavit. Túmque cœpêre Legati cum Rege ac Episcopis Angliæ multa seriò tractare, de ipsorum nempe ad Papam Appellatione, atque, de absolutione illorum quos S. Thomas excommunicationis vinculo innodàsset, perperam à se factà: demúmque, re infectà Legati Apostolici VVillelmus & Oddo ex Gallijs iussi recessêre Eccum nobis ob ocellos productum exemplum, ex quo D. Thomæ, Sanctissimorúmque virorum iustæ apud Pontificem delatæ querimoniæ manàrint de accepto auro Anglico, quo Rex se triumphàsse de Romanà Ecclesià gloriaretur. Certè, qui eo capiuntur, plumbei, & conscientiæ pondere graveis efficiuntur. Itáque, majorum id genus errata, cautelà major Successorum sunto.*

* Roman. 8.

Porrò verò, cùm, qui appellàssent iam, ad diem Appellationis quam sibi certam spontaneè præstituissent, non comparerent: probè cognitis improbitatibus & tergiversationibus Regis Angli cum Episcopis, & Clero suæ factionis,

ctionis, Pontifex Max. Alexander 3. Litteras huiusmodi, ad Ecclesiæ Cantuariensis Suffraganeos, in favorem Sanctissimi Archipresulis Thomæ destinavit: quas ex MS. Codice deprompsi.

Alexander PaPa, Suffraganeis Ecclesiæ Cantuariensis.

SVper indiscretione vestrâ satis compellimur admirari. Quòd, quùm Viri prudentes, & providi sitis, in officij vestri executione ita negligentes existitis, quod vix eius reminisci videmini, sicut in operibus vestris pleniùs comprobatur. Illud etiam specialiter in vehementem nos admirationem adducit: Quod, de obedientiâ, quam Ecclesia Cantuariensi debetis, parum, aut nihil curatis: sed ita eius immemores apparetis, quasi, quid Deo, quid hominibus exhiberi debeat, penitùs ignoretis. Quæ vtique ita nuda Pastore existit, vt illud sibi meritò valeat adaptare. Quo modo sedet sola Civitas plena populo: facta est quasi vidua Domina Gentium.

Verumtamen, quicquid hactenus huiusmodi negligentiâ, nè dicam inobedientiâ deliqueritis; nos, Paternæ dilectionis nequaquàm immemores circà vos obliti; benignitate potiùs quàm severitate duximus vtendum. Et vobis, sicut venerabilibus Fratribus nostris, longè vltrà quàm meruistis, deferendum.

Indè siquidem est; Quod karissimi Filij nostri Henrici, Illustris Anglorum Regis obtentu, & instantiâ Nunciorum suorum, & prece inducti, & expensis, & laboribus parcere cupientes; Appellationem, quam adversùs Venerabilem Fratrem nostrum Thomam Cantuariensem Archiepiscopum fecistis, nè iam dictum Regem, aut vos, vel Regnum Angliæ in aliquo gravaret; vobis auctoritate Apostolicâ relaxamus. Ita quod, eam, per vos, vel per Nuncios vestros responsales exequi nullatenus teneamini. Valete.

Quas autem subdimus Literas, scripsit S. Thomas Cantuariensis ad Robertum Episcopum Herefordiensem; anno vt videtur 1169.

Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, Roberto Herefordiensi Episcopo.

☞ *SI litteræ nostra, Fraternitatis tuæ excitavêre sollicitudinem, vtinam, nec affectu desidem reperissem; nec circà officij suscepti debitum effectum minùs vigilem.*

Elegi

Elegi ego abjectus, esse anathema pro omnibus vobis, obprobrium hominum, & abjectio plebis; ne viderem mala Sanctorum, & dissimularem injuriam Gentis nostræ, expectans fortè, si quis ex vobis Zelans legem Dei, Ecclesiæ libertatem saltim affectans, exiret post me, ut non daremus cornua peccantibus: Et eccè, tu! quem credebam mihi à Domino datum esse, ut mecum ædificares, evelleres, & plantares, propinas mihi stimulum in ruinam; solatium, in desolationem, prædicans humiliationem, immò objectionem; annuncians bonum, cùm ubique sit turbatio, in perniciem Ecclesiæ Dei & Clericorum: &, cùm deberes animi vacillantis firmare constantiam; sustinere mecum congressum, ad defendendum patrimonium Crucifixi, ad reprimendos & expugnandos hostes Ecclesiæ; instillare auribus meis, inspirare animo meo, ut obsecrarem instantiùs; arguerem acriùs; increparem duriùs. Quod si me non audissent, exclamare certè debueras contra me; exurge; quarè obdormis? exerce gladium Beati Petri; vindica sanguinem Servorum Christi; qui effusus est, injurias Ecclesiæ quæ in nobis, & nostris fiunt totâ die. Excidítne à memoriâ tuâ, quantis sim iniuriis afflictus? quibus affectus contumeliis, cum in personâ meà, contrà auctoritatem universam, contra omnem iuris formam iterum iudicaretur Christus antè Præsidis Tribunal? Non revoco ad animum propriæ personæ iniuriam, etsi Ecclesiæ. Attende diligentiùs, altiùs in corde tuo repone, quid ageretur antè exitum meum; quid, in exitu; quid posteà; quid etiam agatur singulis diebus, in terrà illà, circà Dei Ecclesiam, & eius ministros. Quà animi conscientià dissimulare potes, tu! de quo sperabatur; quod esses redempturus Israël; liberaturus Ecclesiam à servitute? Et nunc, quia tanto tempore tacuisti; doleo super te, Fili mi primogenite! Timeo, nè succedat tibi, qui tollat primogenita tua, & primogeniti auferat benedictionem: Quod absit à te. Verumtamen etsi hactenus nimirum siluisti; resume vires, Fili karissime! Clama, nè cesses; exalta vocem tuam contrà eos; immitte eis timorem; incute contritionem; excute satisfactionem; nè ira Dei descendat super eos, & tota gens pereat, (quod absit;) propter Majores in Gente. Ultio enim divina immanis est. Hæc tibi scribo, non ad confusionem tuam; sed ad cautelam: ut fultus auctoritate divinâ, & nostrâ; de cætero valeas, & velis officii tui necessitates fortiùs & validius exercere, non extorquebitur à me Ecclesiæ confusio. Hoc unum, in summâ, scire te volo. Per misericordiam DEI.

Præter-ea, gratias tibi ago; quòd, vel nunc visitasti me; & consolatione tuâ, confortâsti. Quid plura? Unum est, quod sinè multâ animi amaritudine non valeo sustinere.

Hhhhhh *Fleo*

Fleo super dilectißimo equidem Domino nostro Rege. Venerunt super me timor & tremor, & contexerunt me tenebræ, eò quòd videam Domino meo Regi tribulationem imminere & angustiam. Nec mirum. Commovit enim Ecclesiam Dei, & conturbavit eam: ostendit Dominus Clero suo dura, potans eum vino mœroris. Propterea dicit ei Dominus: Vbi sunt nunc sapientes consiliarij tui, qui dederunt tibi consilium insipiens? qui dicebant: Filius Sapientium, tu es: Filius Regum antiquorum; quorum consuëtudines observandæ sunt in Angliâ: quas, qui non observaverit; non est amicus Cæsaris: hostis est Coronæ: reus est iudicio. Sed, certè est amicus Crucis Christi; quoniam: Væ his qui condunt Leges iniquas, & scribentes scripserunt iniustitias, vt opprimerent pauperes in iudicio, & vim facerent causæ humilium populi Dei: vt essent, & Ecclesia, & Vidua, præda eorum; & Clericorum, aliorúmque diriperent bona.

Quid facient in die visitationis, & calamitatis venientis? Ad cuius confugient auxilium? & vbi derelinquent glorias suas, ne curventur sub iudicio, & cadant cum interfectis? Vbi sunt nunc Sapientes eius? Procedant, & annuncient, & dicant; quid cogitaverit Dominus exercituum super Angliam. Stulti facti sunt Sapientes eius: emarcuërunt principes eius: deceperunt Angliam, angulum populorum: Dominus immiscuit in medio eius spiritum vertiginis: & rarè-fecerunt Angliam in opere suo, sicut errat ebrius, vomens, treménsque: & non erit Angliæ opus quod faciat caput ad caudam: quia comederunt Iacob, & locum eius desolaverunt; & dixerunt: hæreditate possideamus Sanctuarium Dei, exprobrando Sacerdotibus, & Principibus eorum. Quò confugietis è manibus nostris? aut, in quo est vobis fiducia? Quarè obstitistis, & recessistis à præceptis meis? O, quàm inanes cogitationes istæ? quàm peßima operationes in conspectu Dei? Videt quidem quòd vana sint. Ipse enim irridebit sic cogitantem; sic operantem; prospiciens quòd propè veniat dies eius; & iam in ianuis sit; & dicet: Eccè homines qui non posuerunt Deum adiutorem suum, sed speraverunt in multitudine divitiarum suarum; & prævaluerunt in vanitate suâ. Sed, frustrà hoc faciunt. Non derelinquet Dominus Ecclesiam suam, Clerum suum sinè defensore; sine vltione gravißimâ: fundata est enim suprà firmam petram. Petra autem ipse est Christus, qui eam proprio sanguine fundavit.

Certè, si ista non emendaverint; non ferent impunè: quoniam conculcaverunt Sancta Sanctorum; Domum Domini; Sacerdotes iniurijs afficiendo, verbísque probrosis. Hi sunt, quibus ipse Deus etiam ait: Dijestis; & Fily

& Filij excelsi omnes. Et alibi: Qui vos audit, me audit & qui vos spernit, me spernit: Qui tangit vos; tangit pupillam oculi mei.

Revertantur igitur ad cor: abijciant ista mala à se. Agant pœnitentiam cum summâ humilitate. Alioquin verendum est, (quod absit,) nè citò veniat Deus noster, adducens super eos, & terram eorum, grandem retributionis vltionem, & gravissimam. Eccè veniet Dominus noster, & non tardabit, & salvabit nos. Ipse enim numquam derelinquet sperantes in se. Propheta enim dicit: Spera in Domino, & fac bonum: & pasceris in divitijs eius. Et alibi: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum: citóque liberaberis de laqueo venantium, & à verbis asperis.

Et, vt cætera debito fine concludam: Quoniam ostendit nobis Dominus, quæ & quanta oportet nos pati pro nomine suo, & pro defensione Ecclesiæ: necesse habemus, vt ores tu, & tota Ecclesia tibi commissa, instanter pro nobis; vt quod nostris meritis non valemus, tuâ, & Sanctorum virorum intercessione, qui in tuâ ditione sunt, sustinere valeamus: & ob id, gratiam sempiternam consequi mereamur. Vale; & confortare. Valeat & tota Anglicana Ecclesia; & confortetur in Domino; vt & nos bene valeamus.

Sed, dùm eiusmodi varijs cum Anglia præcipui nominis Antistitibus per epistolas, (quas brevitatis ergò prætermitto) à Sancto Thomâ tractantur, Rex Anglus peccata peccatis sic addere pergit, vt etiam eius error novissimus in amentiam versus assereretur; quùm ipse, suæ cum factionis Præsulibus, nullum non movere pergeret lapidem adversùs insontem D. Thomam, licèt exulem, vt eum ab Archiepiscopatu æternùm deturbaret. Hincque, ad Italos missis Nuntijs, marcharum millia tria Mediolanensibus; duo, Cremonensibus; Parmensibus, mille; totidémque Bononiensibus pollicetur, si Thomæ ipsi à Pontifice Max. & à Romanâ Ecclesiâ deturbationem, vel, à Cantuariensi Sede, in aliam extrà Regni Anglici sui ditionem, impetrarent translationem. Pernegante se facturum quod iniquissimè postularet; furore percitus Rex, Alexander. Pontifici iubet nunciatum, se Mahumetani Norandini errores, consortiúmque priùs profanæ secuturum religionis, quàm residere diutiùs in Archipræsulatu suo Cantuariensi exulem Thomam passurum. Perstitit Pontifex ex adverso, fortitérque respondit, Regem suæ cum factionis hominibus, posse, (vti pridem occœperant,) facilè, gratiâ, Deíque longâ patientiâ æterno suo damno spretâ, infelicissimè seligere viam pereuntium ineundam: se verò, à viâ rectâ, & solâ salutari, auxilio accedente divino, recessurum numquam.

qui secum erant, asseverare, quòd ampliùs absolutus esset, ex quo Archiepiscopus iudicium recusabat.

Quùm verò post multam Regis turbationem Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Regni Angliæ, cum multis pariter Clericis à nobis instanter perquirerent, vtrùm prænominatum Archiepiscopum, seu ex speciali mandato, seu ratione Legationis, ad Iudicium possemus distringere, & in hâc parte, facultatem nobis deesse cognoscerent: timentes ne prætextatus Archiepiscopus, abiecto iudiciario ordine, sicut aliâ vice fecerat, aliquibus regni personis gravamen inferret, quoniam sibi taliter inutilis præsentia, & ad tutelam, contrà Archiepiscopum minimè sufficiens: vnanimi sumpto consilio, ad vestram communem audientiam appellaverunt; appellationi terminum præfigentes.*

* f. erat.

Sequitur *Epistola Præsulum Anglorum hortatu Regis Angli appellantium ad Pontificem Summum Alexandrum. Cùm enim multa Rex adversus Ecclesiam Cantuariensem, & contrà ipsius etiam Pontificis Max. expressa quædam mandata perpetrâsset. S. Thomas, videns Regem, neque beneficijs, neque admonitionibus ad meliorem frugem converti posse; immò verò in deterius cottidie, cùm apud eumdem Regem, tum & apud ipsius ministros, & male adhærenteis Præsules omnia dilabi; vti iam paullo antea, Consuetudines, seu potiùs pravitates, (vt est dictum,) quibus Ecclesiæ Anglicanæ dignitas confunderetur, publicè condemnârat, & vniversos earumdem defensores, consiliarios, observatores, exactores excommunicarat: ita Regem ipsum, (cuius diu satis & frustra correctionem expectasset,) execrari, seu excommunicare personaliter erat comminatus, nisi celeriter resipiscere festinaret. Erat hic dolor Regi acerbior, ob metum sententiæ anathematis in personam suam Summi Pontificis mandato iaculandæ. Dum igitur Rex Legatos Pontificis in suam sententiam omnibus suis artibus perducit, idémque, non tam ab Alexandro, Catholicorúmque disiungi communione quærit, quam sua prætextibus varijs varia facinora excusare, adeóque & ipsum Pontificem Max. circumvenire: tum alij, tum verò vel maximè Lexoviensis & Sagiensis Episcopi, vnum protestantur Regi remedium superesse; obstaculo nempe præsentis appellationis ad Sedem Apostolicam, Sententiam imminentem præpedire. Hâc enim interpositâ fore dicebant; vt, & Sententiâ suspenderetur; & ipsi, cùm suis adiunctis, à reatu interim inobedientiæ liberarentur. Agebat tunc fortè temporis apud Suessionenses D. Thomas; agonémque suum Virgini Christiparæ; Beatissimóque Christi Confessori Dransio, & fundatori Ecclesiæ Anglicanæ*

cana Gregorio, qui apud Medardinos Benedictinos quiëscebat, in orationibus triduanis pernoctans, & lacrymans commendabat, quùm, quæ subduntur, scripsisse referuntur Episcopi Anglicani ad Alexandrum PP. id nominis Tertium; appellanteis ipsum adversus omneis Thomæ Cantuariensis conatus: &, tam Regem, quam seipsos, & eos, qui ab eodem D. Thomâ anathematis sententiâ obstricti, aut essent suspensi, cavillosè excusanteis. Anno fortaßis 1168.

Alexandro Papæ, Anglicana Ecclesia. Ex manu exarato Codice.

Sublimitati vestræ, Pater Reverende, gratias affectuosè referimus, Quòd, ad petitionem Filij vestri devotißimi, Dominique nostri dilectißimi, Illustris Anglorum Regis, Filios vestros karißimos, summéque nobis in eâ quæ ad præsens est tempestate necessarios, ad ipsum curatis longinquiùs transmittere, affectúque paterno eorumdem laboribus nostris parcere, & gravaminibus nostra piè gravamina sublevare. Habentes itaque mittenti gratias, Missos honore debito, totâque cordium alacritate suscepimus, sperantes eorum adventu finem malis diu iam quidem tractis imponi, & quæ turbata sunt apud nos, in pacis pristinæ serenitatem, cooperante gratiâ Dei reformari. Indè est, quòd tanquàm Iudicibus ad hoc à Sanctitate vestrâ directis, nostram vnà cum Domino nostro Rege præsentiam reverenter exhibuimus, optantes pariter & expectantes omnia quæ inter Dominum nostrum Regem, & Dominum Cantuariensem vertuntur, & nos, in eorum præsentia, palam fierent, & iuxtà vestri formam mandati, diffinitivâ eorum sententiâ plenißimè terminari. Ipsis, in modum hunc, reverentiam Iudiciariæ potestatis exhibentes astitimus. Et eccè sinistro confusi nuncio; à priùs conceptâ spe gaudij in desperationis foveam lapsi, audito, satis nequivimus admirari. Audito enim, & ipsâ Legatorum vestrorum confeßione cognitâ, eos ad iudicandam Causam hanc, ob quam mittebantur, potestatem omninò non habere, &, quòd à Sanctitate vestrâ Domino nostro Regi concessum, scriptóque firmatum fuerat, id non tenere; Dominus noster Rex, vltrà quàm dici posßit, irà totus incanduit; in tantùm quidem, vt ad solitam ergà vos animi mansuetudinem, vix eum nostra, & communis supplicatio revocare iam posßit. Totum itaque, quod in adventu Legatorum vestrorum conceperamus gaudij, cœpit ilicò tristitiæ nubilo superduci.

Ad iram hanc fortius inflammandam, incentiva præbebant ipsa Nobilium Regni colloquia, id Domino Regi inculcantia, sibi, Regno suo, nulla iam adversus Domnum Cantuariensem superesse subsidia; cùm appellatio Regis dudum ad vos facta, iam exspiraverit, & ei Legatorum vestrorum in nullo subvenerit cura.

*Hinc, apud Principes tanta exorta est turbatio, vt, nisi iuxtà datam vobis sapientiam, pericula iam erumpentia præcluseritis, Christi vestem scindi miserrimè, de proximo doleatis: Totis enim studijs Domnus Cantuariensis insudat, vt Dominum nostrum Regem anathemate, Regnúmque eius Interdicti pœnâ constringat. Potestatem, quam in ædificationem, & non in destructionem Ecclesiæ suscepisse oportuerat, sic exercet in subditos, vt omnes in Regis odium, & totius Regni Nobilium tentet inducere, & eorum substantijs, direptionem; cervicibus, gladium; aut corporibus * exilium intentè studeat procurare. Crebris litteris graves eis mandatorum imponit sarcinas, quas præsens ipse digito movere non voluit; nèdum humeris sustinere. Ad mortem nos invitat; & sanguinis effusionem, quam nemo sibi * dignabatur, aut minabatur inferre; cùm eam summo studio declinaverit; &, suum sanguinem illibatum conservando, eius adhuc nec guttam effundi voluerit. Pro Christo quippe mori; gloriosum est: sicut, in mortem imprudenter irrumpere, Christo scimus non placere. Libertatem Ecclesiæ prædicat, quam, se Ecclesiæ Cantuäriensis Iuribus intrudendo, sibi constat ademisse. Regni Consuëtudines frequenter improperat, quas longè aliter quàm se res habeat, suis scriptis vestræ Celsitudini manifestat.*

* f. exitium.

* f. ipsi.

De cætero, Sanctorum Canonum auctoritatem ergà vos non observat; cùm appellantes ad vos, post appellationem excommunicet; alios, sinè omni citatione, aut excommunicatione suspendat: Notoria, quæ nec nota, nec veritate subnixa sunt, asserat: & in hunc modum, plurima, — — — potestate confundat.

Ad hæc, quadraginta marcharum millia, vel ampliùs, (vt sui asserunt,) bonæ suæ fidei commissa, Domino nostro Regi solvere, vel, (quod iustum est,) exhibere detrectat; &, suo Regi negat & Domino, quod nec Ethnico denegare debuerat, aut Publicano. Vndè, nè ligent nos iam dicta gravamina; nè taciturnitate nostrâ, & indiscretâ quàdam conniventiâ permittamus id fieri, vndè Dominum nostrum Regem, & Regnum eius, ipsúmque etiam sequentes populos, à vestrâ obedientiâ contingat averti: adversùs suspectas nobis Domni Cantuäriensis sententias, adversùs mandata eius omnia, Domino Regi nostro, & Regno eius, & personis nostris, & commissis nobis Ecclesijs, & Parrochijs gravamen aliquod importantia, vestro nos per omnia

*omnia committentes consilio, & protectioni subdentes, ad audientiam vestram appellamus: & Appellationi terminum, diem Beati Martini * constituimus. Valete.*

* Anni proxim è ventuii 1169.

*Ex hac Appellationis formula, & ex Superiori Legatorum Apostolicorum rescripto, manifestaria res est, Legatum à latere VVillelmum Papiensem Cardinalem, Presbyterum tituli S. Petri ad Vincula, S. Thomæ adversarium, amicitiâ verò conjunctissimum Regi Angliæ fuisse. Scribitque Ioannes Saresberiensis, eum simul ac in Gallias pervenit, in partem Regis amici continuò declinasse, nec solùm consilio Anglum Regem adversus Regem Francorum qui Thomæ faveret iuvisse; sed & falsis obreptionibus rescriptum ab Alexandro 3. pro suspensione auctoritatis S. Thomæ surripuisse, vnde grave scandalum apud Regem Christianissimum, & omnes Filios Ecclesiæ ita emersit; vt eam ob causam, & Rex Francus, & S. Thomas Nuntios quoque suos ad Pontificem Romanum misêre. Immò etiam scripsit gravissimam D. Thomas Epistolam ad sacrum S. R. E. Collegium, quâ carpsit eorum negligentiam in Ecclesiæ injuriâ vindicandâ, inseruítque fini epistolæ gravem sententiam, quâ doceret: Ecclesiam, non esse regendam simulatione, neque ingenio; (id est, prudentiâ carnis, quæ est inimica Deo *) sed, iustitiâ & veritate, quæ se observantem liberat ab omni periculo. Cùm itaque VVillelmus hic Papiensis, in damnum exulis Divi Thomæ, & coëxulum eius, & in Ecclesiæ perniciem, in omnibus, Anglo Regi, & Complicibus Anglis apertè studeret; Oddóque, sive Otto Brixiensis, Diaconus Cardinalis Sancti Nicolaï in Carcere Tulliano, ageret & remissiùs omninò, quàm tanti nominis virum deceret, rémque totam planè compertam Pontifex habuisset Alexander 3. omni auctoritate prænominatos nudans Legatos quantocyus ad se revocatos curavit. Túmque cœpêre Legati cum Rege ac Episcopis Angliæ multa seriò tractare, de ipsorum nempe ad Papam Appellatione, atque, de absolutione illorum quos S. Thomas excommunicationis vinculo innodâsset, perperam à se factâ: demúmque, re infectâ Legati Apostolici VVillelmus & Oddo ex Gallijs iussi recessêre. Eccum nobis ob ocellos productum exemplum, ex quo D. Thomæ, Sanctissimorúmque virorum iustæ apud Pontificem delatæ querimoniæ manârint de accepto auro Anglico, quo Rex se triumphâsse de Romanâ Ecclesiâ gloriaretur. Certè, qui eo capiuntur, plumbei, & conscientiæ pondere graveis efficiuntur. Itáque, majorum id genus errata, cautelâ major Successorum sunto.*

* Roman. 8.

Porrò verò, cùm, qui appellâssent iam, ad diem Appellationis quam sibi certam spontaneè præstituissent, non comparerent: probè cognitis improbitatibus & tergiversationibus Regis Angli cum Episcopis, & Clero suæ factionis,

ctionis, Pontifex Max. Alexander 3. Litteras huiusmodi, ad Ecclesiæ Cantuariensis Suffraganeos, in favorem Sanctissimi Archipresulis Thomæ destinavit: quas ex MS. *Codice deprompsi.*

Alexander PaPa, Suffraganeis Ecclesiæ Cantuariensis.

SVper indiscretione vestrâ satis compellimur admirari. Quòd, quùm Viri prudentes, & providi sitis, in officij vestri executione ita negligentes existitis, quod vix eius reminisci videmini, sicut in operibus vestris pleniùs comprobatur. Illud etiam specialiter in vehementem nos admirationem adducit: Quod, de obedientiâ, quam Ecclesiæ Cantuariensi debetis, parum, aut nihil curatis: sed ita eius immemores apparetis, quasi, quid Deo, quid hominibus exhiberi debeat, penitùs ignoretis. Quæ vtique ita nuda Pastore existit, vt illud sibi meritò valeat adaptare. Quo modo sedet sola Civitas plena populo: facta est quasi vidua Domina Gentium.

Verumtamen, quicquid hactenus huiusmodi negligentiâ, nè dicam inobedientiâ deliqueritis; nos, Paternæ dilectionis nequaquàm immemores circà vos obliti; benignitate potiùs quàm severitate duximus vtendum. Et vobis, sicut venerabilibus Fratribus nostris, longè vltrà quàm meruistis, deferendum.

Indè siquidem est; Quod karissimi Filij nostri Henrici, Illustris Anglorum Regis obtentu, & instantiâ Nunciorum suorum, & prece inducti, & expensis, & laboribus parcere cupientes; Appellationem, quam adversùs Venerabilem Fratrem nostrum Thomam Cantuariensem Archiepiscopum fecistis, nè iam dictum Regem, aut vos, vel Regnum Angliæ in aliquo gravaret; vobis auctoritate Apostolicâ relaxamus. Ita quod, eam, per vos, vel per Nuncios vestros responsales exequi nullatenus teneamini. Valete.

Quas autem subdimus Literas, scripsit S. Thomas Cantuariensis ad Robertum Episcopum Herefordiensem; anno vt videtur 1169.

Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, Roberto Herefordiensi Episcopo.

☞ *SI litteræ nostræ, Fraternitatis tuæ excitavêre sollicitudinem, vtinam, nec affectu desidem reperissem; nec circà officij suscepti debitum effectum minùs vigilem.*

Elegi

Elegi ego abiectus, esse anathema pro omnibus vobis, obprobrium hominum, & abiectio plebis; ne viderem mala Sanctorum, & dissimularem injuriam Gentis nostræ, expectans fortè, si quis ex vobis Zelans legem Dei, Ecclesiæ libertatem saltim affectans, exiret post me, vt non daremus cornua peccantibus: Et eccè, tu! quem credebam mihi à Domino datum esse, vt mecum ædificares, evelleres, & plantares, propinas mihi stimulum in ruinam; solatium, in desolationem, prædicans humiliationem, immò obiectionem; annuncians bonum, cùm vbique sit turbatio, in perniciem Ecclesiæ Dei & Clericorum: &, cùm deberes animi vacillantis firmare constantiam; sustinere mecum congressum, ad defendendum patrimonium Crucifixi, ad reprimendos & expugnandos hostes Ecclesiæ; instillare auribus meis, inspirare animo meo, vt obsecrarem instantiùs; arguerem acriùs; increparem duriùs. Quod si me non audissent, exclamare certè debueras contra me; exurge; quarè obdormis? exerce gladium Beati Petri; vindica sanguinem Servorum Christi; qui effusus est, injurias Ecclesiæ quæ in nobis, & nostris fiunt totâ die. Excidítne à memoriâ tuâ, quantis sim iniurijs afflictus? quibus affectus contumelijs, cum in personâ meà, contrà auctoritatem vniversam, contra omnem iuris formam iterum iudicaretur Christus antè Præsidis Tribunal? Non revoco ad animum propriæ personæ iniuriam, etsi Ecclesiæ. Attende diligentiùs, altiùs in corde tuo repone, quid ageretur antè exitum meum; quid, in exitu; quid posteà; quid etiam agatur singulis diebus, in terrà illà, circà Dei Ecclesiam, & eius ministros. Quà animi conscientià dissimulare potes, tu! de quo sperabatur; quod esses redempturus Israël; liberaturus Ecclesiam à servitute? Et nunc, quia tanto tempore tacuisti; doleo super te, Fili mi primogenite! Timeo, nè succedat tibi, qui tollat primogenita tua, & primogeniti auferat benedictionem: Quod absit à te. Verumtamen etsi hactenus nimirum silvisti; resume vires, Fili karissime! Clama, nè cesses; exalta vocem tuam contrà eos; immitte eis timorem; incute contritionem; excute satisfactionem; nè ira Dei descendat super eos, & tota gens pereat, (quod absit;) propter Majores in Gente. Vltio enim divina immanis est. Hæc tibi scribo, non ad confusionem tuam; sed ad cautelam: vt fultus auctoritate divinâ, & nostrâ; de cætero valeas, & velis officij tui necessitates fortiùs & validius exercere, non extorquebitur à me Ecclesiæ confusio. Hoc vnum, in summâ, scire te volo. Per misericordiam DEI.

Præter-ea, gratias tibi ago; quòd, vel nunc visitasti me; & consolatione tuâ, confortâsti. Quid plura? Vnum est, quod sinè multâ animi amaritudine non valeo sustinere.

 Fleo

Fleo super dilectissimo equidem Domino nostro Rege. Venerunt super me timor & tremor, & contexerunt me tenebræ, eò quòd videam Domino meo Regi tribulationem imminere & angustiam. Nec mirum. Commovit enim Ecclesiam Dei, & conturbavit eam: ostendit Dominus Clero suo dura, potans eum vino mœroris. Propterea dicit ei Dominus: Vbi sunt nunc sapientes consiliarij tui, qui dederunt tibi consilium insipiens? qui dicebant: Filius Sapientium, tu es: Filius Regum antiquorum; quorum consuëtudines observandæ sunt in Angliâ; quas, qui non observaverit; non est amicus Cæsaris: hostis est Coronæ: reus est iudicio. Sed, certè est amicus Crucis Christi; quoniam: Væ his qui condunt Leges iniquas, & scribentes scripserunt iniustitias, vt opprimerent pauperes in iudicio, & vim facerent causæ humilium populi Dei: vt essent, & Ecclesia, & Vidua, præda eorum; & Clericorum, aliorúmque diriperent bona.

Quid facient in die visitationis, & calamitatis venientis? Ad cuius confugient auxilium? & vbi derelinquent glorias suas, ne curventur sub iudicio, & cadant cum interfectis? Vbi sunt nunc Sapientes eius? Procedant, & annuncient, & dicant; quid cogitaverit Dominus exercituum super Angliam. Stulti facti sunt Sapientes eius: emarcuërunt principes eius: deceperunt Angliam, angulum populorum: Dominus immiscuit in medio eius spiritum vertiginis: & rarè-fecerunt Angliam in opere suo, sicut errat ebrius, vomens, treménsque: & non erit Angliæ opus quod faciat caput ad caudam: quia comederunt Iacob, & locum eius desolaverunt; & dixerunt: hæreditate possideamus Sanctuarium Dei, exprobrando Sacerdotibus, & Principibus eorum. Quò confugietis è manibus nostris? aut, in quo est vobis fiducia? Quarè obstitistis, & recessistis à præcepti[s] meis? O, quàm inanes cogitationes istæ? quàm pessimæ operationes in conspectu Dei? Videt quidem quòd vanæ sint. Ipse enim irridebit sic cogitantem; sic operantem; prospiciens quòd propè veniat dies eius; & iam in ianuis sit; & dicet: Eccè homines qui non posuerunt Deum adiutorem suum, sed speraverunt in multitudine divitiarum suarum; & prævaluerunt in vanitate suâ. Sed, frustrà hoc faciunt. Non derelinquet Dominus Ecclesiam suam; Clerum suum sinè defensore; sine vltione gravissimâ: fundata est enim suprà firmam petram. Petra autem ipse est Christus, qui eam proprio sanguine fundavit.

Certè, si ista non emendaverint; non ferent impunè: quoniam conculcaverunt Sancta Sanctorum; Domum Domini; Sacerdotes iniurijs afficiendo, verbisque probrosis. Hi sunt, quibus ipse Deus etiam ait: Dij estis; & Filij

& Filij excelsi omnes. Et alibi: Qui vos audit, me audit & qui vos spernit, me spernit: Qui tangit vos; tangit pupillam oculi mei.

Revertantur igitur ad cor: abijciant ista mala à se. Agant pœnitentiam cum summâ humilitate. Alioquin verendum est, (quod absit,) nè citò veniat Deus noster, adducens super eos, & terram eorum, grandem retributionis vltionem, & gravißimam. Eccè veniet Dominus noster, & non tardabit, & salvabit nos. Ipse enim numquam derelinquet sperantes in se. Propheta enim dicit: Spera in Domino, & fac bonum: & pasceris in divitijs eius. Et alibi: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum: citòque liberaberis de laqueo venantium, & à verbis asperis.

Et, vt cætera debito fine concludam: Quoniam ostendit nobis Dominus, quæ & quanta oportet nos pati pro nomine suo, & pro defensione Ecclesiæ: necesse habemus, vt ores tu, & tota Ecclesia tibi commissa, instanter pro nobis; vt quod nostris meritis non valemus, tuâ, & Sanctorum virorum intercessione, qui in tuâ ditione sunt, sustinere valeamus: & ob id, gratiam sempiternam consequi mereamur. Vale; & confortare. Valeat & tota Anglicana Ecclesia; & confortetur in Domino; vt & nos bene valeamus.

Sed, dùm eiusmodi varijs cum Anglia præcipui nominis Antistitibus per epistolas, (quas brevitatis ergò prætermitto) à Sancto Thomâ tractantur, Rex Anglus peccata peccatis sic addere pergit, vt etiam eius error novißimus in amentiam versus assereretur; quùm ipse, suæ cum factionis Præsulibus, nullum non movere pergeret lapidem adversùs insontem D. Thomam, licèt exulem, vt eum ab Archiepiscopatu æternùm deturbaret. Hincque, ad Italos mißis Nuntijs, marcharum millia tria Mediolanensibus; duo, Cremonensibus; Parmensibus, mille; totidémque Bononiensibus pollicetur, si Thomæ ipsi à Pontifice Max. & à Romanâ Ecclesiâ deturbationem, vel, à Cantuariensi Sede, in aliam extrà Regni Anglici sui ditionem, impetrarent translationem. Pernegantí se facturum quod iniquißimè postularet; furore percitus Rex, Alexander. Pontifici iubet nunciatum, se Mahumetani Norandini errores, consortiúmque priùs profanæ secuturum religionis, quàm residere diutiùs in Archipræsulatu suo Cantuariensi exulem Thomam passurum. Perstitit Pontifex ex adverso, fortitérque respondit, Regem sua cum factionis hominibus, posse, (vti pridem occœperant,) facilè, gratiâ, Deíque longâ patientiâ æterno suo damno spretâ, infelicißimè seligere viam pereuntium ineundam: se verò, à viâ rectâ, & solâ salutari, auxilio accedente divino, recessurum numquam.

 Itáque,

multorum præsentiâ, condemnavit. Et ego, (inquit,) Domni PaPæ secutus auctoritatem, quasdam earumdem consuetudinum cum observatoribus suis anathematizavi, sicut in multis iam Concilijs Catholica Ecclesia fecisse dignoscitur. Ideò, ipsum Scriptum Regiarum Constitutionum, quas apud Cleri Damnum statuisse dignoscitur, cum pravitatibus quæ in eo continentur, in irritum duxi, atque cassavi: præsertim in his; Quòd non appellatur ad Sedem Apostolicam super caussâ aliquâ, sinè licentiâ Regis: quod, non liceat Archiepiscopo, vel Episcopo, exire de Regno, & venire ad vocationem Domni PaPæ, sinè licentiâ Regis: quod, non liceat Episcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in Capite, sinè licentiâ Regis; nec terram ipsius, vel officialium suorum, sub interdicto ponere: Quod non liceat Episcopo, coërcere aliquem, de perjurio, vel fide læsâ: Quod, Clerici trahantur ad secularia Iudicia: Quod, Laïci, seu Rex, seu alij, tractarent Caussas, De Ecclesijs, vel Decimis, & alia in hunc modum. Contra quod Impertinens perniciosum, & prorsùs damnabile; Vide Appendicem nostram, ad verba, Decimas &c. In Carolo nostro Martello.

Quæsierunt dehinc Cardinales, An, si, non confirmationem, saltim dissimulationem; & tolerantiam consuetudinum Cleri-Damni vellet repromittere Archipræsul; vel certè, non factâ altrinsecus mentione Consuetudinum illarum, recipere Sedem suam, & pacem? Respondit Archiepiscopus. Nostræ Gentis *proverbium est: Quod, Taciturnus prætendit speciem consitentis. Et, Cùm Rex sibi videatur in possessione Consuetudinum illarum esse, & ad eas conservandas, injustè & violenter cogat Ecclesiam; si sic, taciturnitate meâ impetrata cessaret concussio, auctoritate maximè Legatorum Domni PaPæ interveniente, statim, sibi & alijs videretur obtinuisse in Causâ istâ. Ego quoque vt verum fatear, Deo teste; magis eligo exulare perpetuò; proscribi etiam; & si disposuit ita Dominus, pro Iustitiâ defensione mori, quàm in salutis meæ dispendium & præjudicium caussæ Ecclesiasticæ libertatis, hanc, quam vos persuadetis, meam pacem. Dominus enim est, qui in talitate prohibet Sacerdotes; * dissimulantibus, gehennam præparavit, vbi nulla erit dissimulatio pœnæ.*

* F. dissimulare.

Lectus est & libellus abominationum illarum, Et quæsitum à Cardinalibus; An à Christianis liceat observari? nedum à Pastoribus dissimulari.

Progressi sunt ad aliam quæstionem, sciscitantes: An vellet eorum judicio stare, super ijs quæ inter eum, & Regem versantur? Ille autem, De Caussæ sinceritate confidere respondit: &, cùm ipse, & sui, qui multo tempore destituti sunt, plenè fuerint ad omnia restituti, habitâ ratione rerum & temporum, Iuri libenter pariturum, & se, nec velle, nec posse declinare,

quin,

quin, vbi, & quando, & quomodo debebit, subeat Iudicium, vel illorum, Cuius, vel quorum iudicio Dominus PaPa eum stare debere decreverit.

Iterùm se, & suos ad litigandum vrgeri non posse, nec paupertatem suam ad hoc sufficere posse, cui etiam victualia desunt, vbi Christianissimi Regis Francorum vivat expensis. Noluit enim, primà facie, declinare iudicium, etsi aliquem illorum iure optimo posset habere suspectum, ne Causam Regis iustificare videretur, nec liti se immergere, antequàm ad omnia sit restitutus, vt posiit Causam sufficienter instruere, vbi quàmlibet divitem adversarium non formidet, innitens gratia Dei.

Procedentes, hinc, quæsierunt: An stabis eius Iudicibus? An vellet respondere Episcopis, qui contrà eum appellaverant, quia præsentes erant.

Archiepiscopus verò, memor litterarum, quibus ei præsentata est aliqualis, vel potiùs nulla appellatio concepta; (vt ibi perhibetur:) Stabis, &c? *nomine omnium Comprovincialium Episcoporum, & Abbatum, & personarum Regni, in Provincià Cantuariæ degentium; Et est, quòd non convenerant Rotomagensi; &, plurimi illorum huius fuerant appellationis ignari; &, multis qui noverant, displicebat, vtpote Iustitia, quantum in eius auctoribus, erat potiùs illusio, quàm appellatio: Respondit, super hoc nullum Domini PaPæ recepisse mandatum; & quùm illud receperit, consulto responsurum, & facturum quod ratio dictaverit. Caterùm, paupertatem suam; & suorum, ad itinera, sumptus, & lites non esse idoneam: & clementiam Christianissimi Regis hoc sinè molestià pati non posse, vt liberalitas eius, quæ exulantes Episcopos decrevit humanissimè consolari, eum, & Coëxules suos sæpè, & diu exhibere cogatur, in domibus alienis. Nam, vbi est copia victualium, faciliùs est procurare expensas.*

Die autem sequenti, Christianissimus Rex Legatos admittens ad colloquium, sub religione iuramenti, purgavit innocentiam Domini Cantuariensis, perhibens ei testimonium, quòd ei consilium semper dederat, vt pax salvaretur, salvo honore vtriúsque Regis; & Populi, vtrinque debità quiete gauderent.

Rogavit Archiepiscopus Legatos, vt aliquod Ecclesiæ consilium darent: &, (si alicui exstarent,) rectiorem ostenderent viam. Illi autem, Zelum, quem haberet in Domino, approbantes, ei compassi sunt: sed, de proposito eius, non dixerunt aliquid immutandum. Sic, datâ benedictione, ad invicem, ab invicem discesserunt: & statum est, &, (auctore Deo,) stabitur

Gggggg *in finibus*

in finibus istis, donec Ecclesia convalescat, & persecutores eius, aut convertantur, aut pereant.

Illa rogavit pro te, & rogare non cessat, ut non deficiat fides tua, & tu, quandocunque oportunitas fuerit, conversus ad illos, confirma fratres tuos. Hac illis ostendens, ad quos missus es; lapsos erige: stantes robora, ut firmi sint. Plures enim sunt Patroni, & Defensores Ecclesia, quàm impugnatores. Eam non deseret in tribulatione, qui pro liberatione eius, posuit animam suam. Causam, Sancti non deserent, prò quâ veriti non sunt sanguinem suum fundere. Hanc, omnium cælestium Virtutum tuëtur exercitus, & Majestas, qua Satanam conterit sub pedibus suis. De membris eius, ministris nequitia, ut spes fidelium est, promissio Patrum, Pater cito, facilè, & feliciter triumphabit. Túmque, statim sequitur; Epistola Cardinalium præfatorum VVillelmi & Odonis.

Alexandro Papæ, Willelmus & Odo, Cardinales Romanæ Ecclesiæ.

VEnientes ad terram Illustrissimi Regis Anglorum, *Controversiam, qua inter ipsum, & Cantuariensem Archiepiscopum vertitur, vehementius, quàm vellemus, invenimus aggravatam. Asserebat enim Rex, & suorum pars melior; Quòd idem Archiepiscopus Serenissimum Regem Francia in eum graviter incitaverat, & Comitem Flandria, Consanguineum suum, qui nullum priùs gerebat rancorem, ad ipsum subito dissidendo, & guerram pro posse induxerat faciendam, sicut, pro certo sibi constabat, & evidentibus apparebat indicijs. Siquidem quum Comes ab ipso Rege amicabiliter discessisset; Archiepiscopus in propriâ personâ, ad loca guerrarum accedens, tam Regem Francia, quàm Comitem animavit. Quum igitur, apud Cadomum,* * *primò, iam dicti Regis Anglorum colloquio frueremur, Paternitatis vestra litteras, sicut decuit, manibus illius reddidimus. Quibus diligenter consideratis, & perlectis in medio: Cùm ab alijs, quas pro eodem negotio priùs à vobis receperat, minùs continentes, & aliquatenus nudissona viderentur: Rex cœpit acri indignatione perurі, & eò graviùs, quo se proculdubio scire dicebat, præfatum Archiepiscopum, postquàm à vobis divertimus, litteras recepisse, quibus à nostro penitùs exemptus fuerat judicio, ut in nullo cogeretur respondere antè nos. Asserebat insuper, quòd ea qua vobis de antiquis Consuetudinibus Anglia fuerant intimata, pro maximâ parte, falsitati subjacebant, quàm veritati possent*

* *Vernaculè,* A Caem en Normandie.

possent inniti. Quod vivâ voce præsentialiter attestabantur Episcopi. Offerens etiam, quod; Si quæ, tempore suo, Consuetudines, in Regno Angliæ viderentur addictæ, quæ statutis Ecclesiasticis obviarent; vestro libenter arbitrio in irritum revocaret.

Nos verò, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus terræ suæ nobis adjunctis, cum omni diligentiâ studuimus facere, nè Rex nobis spem pacis omninò subtraheret; sed ad id potiùs permitteret inclinari, vt cum Archiepiscopo memorato, tam de pace, quàm de judicio loqueremur.

Sic ergò proprios Clericos nostros ad eum cum litteris dirigentes; certum sibi locum, & tutum indiximus, vbi, in festo Sancti Martini sibi possemus commiscere sermonem. Ipse tamen, quasdam excusationes prætendens, diem festi transtulit ad Octavas. Quod vtique, in cor Regis altiùs quàm crederemus ascendit. Quùm autem sæpedictus Archiepiscopus, licèt ei tutum nos offerremus ducatum, in exitu terræ Regis Angliæ versùs Franciam; nullatenus nobis vellet occurrere; nos, deferre cupientes in terram Regis Franciæ, ad locum, quem ipse mandavit, accessimus, nè per nos staret, quod in suum redundaret profectum.

Cùm iam esset initiatum colloquium; imprimis ei cum multâ sedulitate cæpimus suadere, & attentiùs exhortari, quatenus ergà Dominum Regem, (quippè, qui multa in eum congesserat beneficia,) eam humilitatis ostenderet speciem, quæ nobis oportunam quærendæ pacis materiam ministraret.

Ad hæc, ipse cum suis in partem secedens, habito tandem consilio, nobis proposuit. Quòd se satis Regi humiliaret, salvo honore Dei, & Ecclesiæ libertate; salvâ etiam honestate personæ suæ, & possessionibus Ecclesiarum, & ampliùs suâ, & suorum; & in omnibus salvâ Iustitiâ.

Quibus taliter enumeratis: Nos ei diligentiùs suadentes, quòd ad hoc, vt pax reformaretur; oportebat ad specialia descendere, cum ipse, nec certum aliquid, nec speciale proferret; subsequenter ab eo quæsivimus: Si, super omnibus quæ vestris litteris erant, vel annotata, vel comprehensa, nostrum vellet subire iudicium, sicut Rex, & Episcopi sæpiùs dixerant facturos? Ad quæ, ipse nobis quærentibus in promptu respondit, se non à nobis recepisse mandatum. Si priùs ipse, cum suis integrè restitueretur; tunc, secundum quod à Sede Apostolicâ reciperet in mandatis; in hâc parte procederet.

Sic ergò à colloquio redeuntes; Cùm verba ipsius, nec ad Iudicium provenirent, nec ad concordiam, nec aliquâ ratione Causam vellet intrare; ea quæ nobis innotuerant, curavimus Regi aperire; plura siquidem, proüt decuit, reticentes, & temperantes audita. Cæpit itaque Rex, & magni viri qui

qui secum erant, asseverare, quòd ampliùs absolutus esset, ex quo Archiepiscopus iudicium recusabat.

Quùm verò post multam Regis turbationem Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Regni Angliæ, cum multis pariter Clericis à nobis instanter perquirerent, vtrùm prænominatum Archiepiscopum, seu ex speciali mandato, seu ratione Legationis, ad Iudicium possemus distringere, & in hâc parte, facultatem nobis deesse cognoscerent: timentes ne prætextatus Archiepiscopus, abiecto iudiciario ordine, sicut aliâ vice fecerat, aliquibus regni personis gravamen inferret, quoniam sibi taliter inutilis præsentia, & ad tutelam, contrà Archiepiscopum minimè sufficiens : * *vnanimi sumpto consilio, ad vestram communem audientiam appellaverunt; appellationi terminum præfigentes.*

* f. erat.

Sequitur *Epistola Præsulum Anglorum hortatu Regis Angli appellantium ad Pontificem Summum Alexandrum. Cùm enim multa Rex adversus Ecclesiam Cantuariensem, & contrà ipsius etiam Pontificis Max. expressa quædam mandata perpetrâsset. S. Thomas, videns Regem, neque beneficijs, neque admonitionibus ad meliorem frugem converti posse; immò verò in deterius cottidie, cùm apud eumdem Regem, tum & apud ipsius ministros, & male adhærenteis Præsules omnia delabi; vti iam paullo antea, Consuetudines, seu potiùs pravitates, (vt est dictum,) quibus Ecclesiæ Anglicanæ dignitas confunderetur, publicè condemnârat, & vniversos earumdem defensores, cônsiliarios, observatores, exactores excommunicarat: ita Regem ipsum, (cuius diu satis & frustra correctionem expectasset,) execrari, seu excommunicare personaliter erat comminatus, nisi celeriter resipiscere festinaret. Erat hic dolor Regi acerbior, ob metum sententiæ anathematis in personam suam Summi Pontificis mandato iaculandæ. Dum igitur Rex Legatos Pontificis in suam sententiam omnibus suis artibus perducit, idémque, non tam ab Alexandro, Catholicorúmque disiungi communione quærit, quam sua prætextibus varijs varia facinora excusare, adeóque & ipsum Pontificem Max. circumvenire : tum alij, tum verò vel maximè Lexoviensis & Sagiensis Episcopi, vnum protestantur Regi remedium superesse; obstaculo nempe præsentis appellationis ad Sedem Apostolicam, Sententiam imminentem præpedire. Hâc enim interpositâ fore dicebant; vt, & Sententiâ suspenderetur; & ipsi, cùm suis adiunctis, à reatu interim inobedientiæ liberarentur. Agebat tunc fortè temporis apud Suessionenses D. Thomas; agonémque suum Virgini Christiparæ; Beatissimóque Christi Confessori Dransio, & fundatori Ecclesiæ Anglicana*

cana

cana Gregorio, qui apud Medardinos Benedictinos quiëscebat, in orationibus triduanis pernoctans, & lacrymans commendabat, quùm, quæ subduntur, scripsisse referuntur Episcopi Anglicani ad Alexandrum PP. id nominis Tertium; appellanteis ipsum adversus omneis Thomæ Cantuariensis conatus: &, tam Regem, quam seipsos, & eos, qui ab eodem D. Thomâ anathematis sententiâ obstricti, aut essent suspensi, cavillosè excusanteis. Anno fortassis 1168.

Alexandro Papæ, Anglicana Ecclesia. Ex manu exarato Codice.

Sublimitati vestræ, Pater Reverende, gratias affectuosè referimus, Quòd, ad petitionem Filij vestri devotissimi, Dominique nostri dilectissimi, Illustris Anglorum Regis, Filios vestros karissimos, summéque nobis in eâ quæ ad præsens est tempestate necessarios, ad ipsum curatis longinquiùs transmittere, affectúque paterno eorumdem laboribus nostris parcere, & gravaminibus nostra piè gravamina sublevare. Habentes itaque mittenti gratias, Missos honore debito, totáque cordium alacritate suscepimus, sperantes eorum adventu finem malis diu iam quidem tractis imponi, & quæ turbata sunt apud nos, in pacis pristinæ serenitatem, cooperante gratiâ Dei reformari. Indè est, quòd tanquàm Iudicibus ad hoc à Sanctitate vestrâ directis, nostram vnà cum Domino nostro Rege præsentiam reverenter exhibuimus, optantes pariter & expectantes omnia quæ inter Dominum nostrum Regem, & Dominum Cantuariensem vertuntur, & nos, in eorum præsentia, palam fierent, & iuxtà vestri formam mandati, diffinitivâ eorum sententiâ plenissimè terminari. Ipsis, in modum hunc, reverentiam Iudiciariæ potestatis exhibentes astitimus. Et ecce sinistro confusi nuncio; à priùs conceptâ spe gaudij in desperationis foveam lapsi, audito, satis nequivimus admirari. Audito enim, & ipsâ Legatorum vestrorum confessione cognitâ, eos ad iudicandam Causam hanc, ob quam mittebantur, potestatem omninò non habere, &, quòd à Sanctitate vestrâ Domino nostro Regi concessum, scriptóque firmatum fuerat, id non tenere; Dominus noster Rex, vltrà quàm dici possit, irâ totus incanduit; in tantùm quidem, vt ad solitam ergà vos animi mansuetudinem, vix eum nostra, & communis supplicatio revocare iam possit. Totum itaque, quod in adventu Legatorum vestrorum conceperamus gaudij, cœpit ilicò tristitiæ nubilo superduci.

Ad iram hanc fortius inflammandam, incentiva prabebant ipsa Nobilium Regni colloquia, id Domino Regi inculcantia, sibi, Regno suo, nulla iam adversus Domnum Cantuariensem superesse subsidia; cum appellatio Regis dudum ad vos facta, iam exspiraverit, & ei Legatorum vestrorum in nullo subvenerit cura.

*Hinc, apud Principes tanta exorta est turbatio, vt, nisi iuxtà datam vobis sapientiam, pericula iam erumpentia praecluseritis, Christi vestem scindi miserrimè, de proximo doleatis: Totis enim studijs Domnus Cantuariensis insudat, vt Dominum nostrum Regem anathemate, Regnúmque eius Interdicti pœnâ constringat. Potestatem, quam in ædificationem, & non in destructionem Ecclesiæ suscepisse oportuerat, sic exercet in subditos, vt omnes in Regis odium, & totius Regni Nobilium tentet inducere, & eorum substantijs, direptionem; cervicibus, gladium; aut corporibus * exilium intentè studeat procurare. Crebris litteris graves eis mandatorum imponit sarcinas, quas præsens ipse digito movere non voluit; nèdum humeris sustinere. Ad mortem nos invitat; & sanguinis effusionem, quam nemo sibi * dignabatur, aut minabatur inferre; cùm eam summo studio declinaverit; &, suum sanguinem illibatum conservando, eius adhuc nec guttam effundi voluerit. Pro Christo quippe mori; gloriosum est: sicut, in mortem imprudenter irrumpere, Christo scimus non placere. Libertatem Ecclesiæ prædicat, quam, se Ecclesiæ Cantuäriensis Iuribus intrudendo, sibi constat ademisse. Regni Consuëtudines frequenter improperat, quas longè aliter quàm se res habeat, suis scriptis vestræ Celsitudini manifestat.*

* f. exitium.

* f. ipsi.

De cætero, Sanctorum Canonum auctoritatem ergà vos non observat; cùm appellantes ad vos, post appellationem excommunicet; alios, sinè omni citatione, aut excommunicatione suspendat: Notoria, quæ nec nota, nec veritate subnixa sunt, asserat: & in hunc modum, plurima, — — — potestate confundat.

Ad hæc, quadraginta marcharum millia, vel ampliùs, (vt sui asserunt,) bonæ suæ fidei commissa, Domino nostro Regi solvere, vel, (quod iustum est,) exhibere detrectat; &, suo Regi negat & Domino, quod nec Ethnico denegare debuerat, aut Publicano. Vndè, nè ligent nos iam dicta gravamina; nè taciturnitate nostrâ, & indiscretâ quàdam conniventiâ permittamus id fieri, vndè Dominum nostrum Regem, & Regnum eius, ipsúmque etiam sequentes populos, à vestrâ obedientiâ contingat averti: adversùs suspectas nobis Domni Cantuäriensis sententias, adversùs mandata eius omnia, Domino Regi nostro, & Regno eius, & personis nostris, & commissis nobis Ecclesijs, & Parrochijs gravamen aliquod importantia, vestro nos per omnia

*omnia committentes consilio, & protectioni subdentes, ad audientiam vestram appellamus: & Appellationi terminum, diem Beati Martini * constituimus. Valete.*

* Anni proximè venturi 1169.

*Ex hâc Appellationis formula, & ex Superiori Legatorum Apostolicorum rescripto, manifestaria res est, Legatum à latere VVillelmum Papiensem Cardinalem, Presbyterum tituli S. Petri ad Vincula, S. Thomæ adversarium, amicitià verò conjunctissimum Regi Angliæ fuisse. Scribitque Ioânnes Saresberiensis, eum simul ac in Gallias pervenit, in partem Regis amici continuò declinasse, nec solùm consilio Anglum Regem adversus Regem Francorum qui Thomæ faveret iuvisse; sed & falsis obreptionibus rescriptum ab Alexandro 3. pro suspensione auctoritatis S. Thomæ surripuisse, vnde grave scandalum apud Regem Christianissimum, & omnes Filios Ecclesiæ ita emersit; vt eam ob causam, & Rex Francus, & S. Thomas Nuntios quoque suos ad Pontificem Romanum misère. Immò etiam scripsit gravissimam D. Thomas Epistolam ad sacrum S. R. E. Collegium, quà carpsit eorum negligentiam in Ecclesiæ injurià vindicandà, inseruítque fini epistolæ gravem sententiam, quà doceret: Ecclesiam, non esse regendam simulatione, neque ingenio; (id est, prudentià carnis, quæ est inimica Deo *) sed, iustitià & veritate, quæ se observantem liberat ab omni periculo. Cùm itaque VVillelmus hîc Papiensis, in damnum exulis Divi Thomæ, & coëxulum eius, & in Ecclesiæ perniciem, in omnibus, Anglo Regi, & Complicibus Anglis apertè studeret; Oddóque, sive Otto Brixiensis, Diäconus Cardinalis Sancti Nicolaï in Carcere Tulliano, ageret & remissiùs omninò, quàm tanti nominis virum deceret, rémque totam planè compertam Pontifex habuisset Alexander 3. omni auctoritate prænominatos nudans Legatos quantocyus ad se revocatos curavit. Túmque cœpère Legati cum Rege ac Episcopis Angliæ multa seriò tractare, de ipsorum nempe ad Papam Appellatione, atque, de absolutione illorum quos S. Thomas excommunicationis vinculo innodâsset, perperam à se factà: demúmque, re infectà Legati Apostolici VVillelmus & Oddo ex Galliis iussi recessère. Eccum nobis ob ocellos productum exemplum, ex quo D. Thomæ, Sanctissimorúmque virorum iustæ apud Pontificem delatæ querimoniæ manârint de accepto auro Anglico, quo Rex se triumphâsse de Romanà Ecclesià gloriaretur. Certè, qui eo capiuntur, plumbei, & conscientiæ pondere graveis efficiuntur. Itáque, majorum id genus errata, cautelà major Successorum sunto.*

* Roman. 8.

Porrò verò, cùm, qui appellâssent iam, ad diem Appellationis quam sibi certam spontaneè præstituissent, non comparerent: probè cognitis improbitatibus & tergiversationibus Regis Angli cum Episcopis, & Clero suæ factienis,

conformiter scripsit & Cardinalis Baronius ad præfatum Christi annum 1188.

Anno autem Domini M. C. LXXXIX. *(inquit Chronologus noster* MS.) ingens fit motio: & de diversis regionibus, per mare, & per terras, partes adeunt transmarinas.

Ravennensis, & Pisanus, Archipresules, cum magno apparatu de Italià transfretantes, appulsi Tyrum, Tyrensibus ferunt non modicum adjumentum: Et Fredericus Imperator, cum vno ex Filijs suis, Duce Suäviæ, in Festo Sancti Georgij, peregrinationis iter arripiens, Imperij sui fines egreditur, comitante pariter multitudine infinità, rerum omnium apparatibus affluënter instructà. De Frisià, & Dacià, L. naves pariter fœderatæ, eamdem peregrinationem arripiunt.

De Flandrià quoque, XXXVII. rates, cum grandi apparatu, secutæ sunt.

De Francià & Campanià, Viri illustres, & militiæ titulis gloriosi, eunt Ierusalem.

Per hos dies, Luneburgum, Civitas Germaniæ, & Berna Helvetiorum, * *a.* hodiè Vchtlandiæ Vrbs ædificatur * *a. Veronam vocat Chronicon Helvetiorum, vulgò, Berne; Vrbs in Rhetijs, cuius equidem initia putem referenda in annum Christi* 1191.

* Hoc nomine primus.

Henricus * Rex Angliæ moritur, nimio (vt aïunt) dolore absorptus, quòd videret se à Rege Franciæ sic oppressum, & à suo quoque Filio, qui ad Regem Franciæ confugerat, derelictum. Sepultúsque est in Cœnobio Virginum, quod Fons-Ebraudi dicitur, & quod à se multis reditibus, & muneribus habebat ampliatum. Regnavit autem XXXVI. annis, Vir prudens, gestísque famosus, lætis florens successibus, & qui Tyrannos semper oppresserat, perpetuâ dignus memoriâ, nisi quòd nimis aversatus est Sanctum Thomam Cantuäriensem, qui Marcianis, * famoso *a.* & nobili Monasterio *b.* commoratus fuerat. In cuius vindictam sanguinis, (vt creditur,) bis à filijs impetitus, domesticà diu clade non caruit.

* *a. b.* Observa.

Dum autem mansionem exulis faceret Domnus Thomas Cantuäriensis, Marcianis in Ostrebanno Regio; erant cum eo Coëxules eius, Ioännes de Saresberi; Thomæ à secretis; Richardus, Prior Ecclesiæ Cantuäriensis; Rothbertus de Bosebech; Lumbardus de Placentià; Alexander Galensis; Gaufridus, Prior de Platencia; Ioännes,

Ioännes, Cantor; Gilbertus, Garinus, Rothbertus, Canonici; Heribertus de Boſeham; Herrikus, Richardus & Alanus, Domini Thomæ Cantuärienſis Capellani; & alij multi.

OBSERVATIO.

PAullò quidem tardiùs, quàm ordini temporum appoſitè, hiſtoricèq; ſervando congruat, quæ ſeria ſubtexuntur, accepimus maximo beneficio nonnullorum amicorum, quorum & virtus, & eximia eruditio perſpecta ſit. Ea tamen, velut ex abyſſis antiquitatis membranea extracta, iuſtæ Appendicis hoc potiùs, quàm nullo loco, & tempore, adiecimus, ſub prælum emittenda, & publica efficiunda; quòd hacce, permultam ſuperiori hiſtoricæ narrationi de Sanctiſſimo, Inclytóque Ieſu Chriſti Martyre, Thomâ Becquetio, ortu Londinenſi, & Archiepiſcopo Cantuarienſi, lucem collatura ſint; & eidem ipſi fidem majorem additura. Ea verò excerpſimus ex Codice membranco MS. *cuius character vetus ſatis indicat antiquitatem avi; & de quo verè poſſimus effari, quod & Aulus olim Gellius de Fabij Annalibus: Eſſe bonæ, atque ſinceræ vetuſtatis. Hunc nobis penitiùs apud ſe reconditum perhumaniter vtendum conceſſére viri magni, Venerandíque Patres, Dominus Matthæus Kelliſonus, Sacræ Theologiæ Doctor, Vir certè eximius, quíque non minus ſit pius quàm humanus, idémque moribus inſignis, Collegij Anglorum Duaceni digniſſimus Præſes, natione Anglus, rerúmque arduarum pertractandarum vſu multo bene firmatus: & Venerabilis Dominus, DN. Milo Carraüs, Presbyter, Vir & ipſe planè honeſtus, probus, officij plenus, bene doctus, publici commodi ſtudioſiſſimus, idem & Anglus, & præfati Collegij Anglicani prudentiſſimus ac vigilantiſſimus Procurator. Codicis autem huiuſce manu exarati, quod tale ſit initium, pro tempore habeto.*

*HÆc est actio, quæ celebrata est inter Dominum Cantuäriensem & Regem Anglorum, inter Gisortium * & Tryam,* vulgò, Tryëres, *in præsentiâ Cardinalium, VVillelmi de Papiâ, Cardinalis Presbyteri Sancti Petri ad Vincula, & Odonis, Diaconi Cardinalis Sancti Nicolaï de Carcere Tulliano.*

* Vernaculè, Gisors.

DOminus Cantuariensis, in Octavis Beati Martini, advenit de Burgundiâ in regionem * Wlcassinam, ad Tryam Oppidum, ad colloquium Cardinalium, qui à Rege Anglorum, à Cadomo, * occurrerunt Archiëpiscopo ad Gisortium.

* Au Vecsin François.

* Vernaculè, à Caem en Normandie.

*CONSEDERVNT pariter inter Gisortium * & Tryam, duo illi Cardinales, cum Archiepiscopo Rotomagensi, Rotoco, & multi alij, ex parte Regis; Archiëpiscopus quoque Cantuäriensis, Sedis Apostolicæ tum nunciatus Legatus, & cum eo exules eius; Ioännes de Sareberi, cum Roberto de Bosebech, Lumbardus de Placentiâ, Alexander Galensis: Gaufridus, Prior de Penteneiâ, & Guarinus, Canonicus; Robertus & Gilbertus, Canonici, Capellani Cantuäriensis: Ioännes Cantor, Alanus, Ricardus, Henricus, Herbertus de Bosehan, & multi alij.*

* Vernaculè, A Gisors pres Mont-Iavou, Mons-Iouis, haud procul ab Vrbe Magnia co, vernaculè, Maigny.

Cœperunt Cardinales *multa proponere de charitate Domni PaPæ, & sollicitudine multâ, quâ cruciabantur cottidie pro procurandâ pace, & securitate Domni PaPæ, Cantuariensis, & suorum. Indè, de suo adventu de Vrbe Romanâ, & laboribus, & periculis itineris sui, quod fecerant, exeuntes ab Vrbe, mense Martio medtante, & pervenientes in Normanniam mense Novembrio. Deindè, de magnitudine Regis Anglorum, & de necessitate Ecclesiæ Romanæ, quæ multa beneficia habere solebat de Rege, & Regno eius. Demùm, de amore & beneficijs, quibus Rex Angliæ prævenerat * Cantuariensem, & de honore quem eî semper exhibuit.*

* Fortè, deest hîc, Dominum,

His

His subjunxerunt querelas & injurias, quibus Rex à Cantuariensi se læsum esse conquerebatur; imponens ei, inter cætera, quòd ei excitaverit guerram Regis Francorum.

Ad vltimum, quæsierunt consilium, quomodo indignationem tanti Principis placare possent; quia, sinè multâ (inquiunt,) humilitate & moderatione, & magni honoris exhibitione, remedium tantis periculis adhiberi non poterit.

Hæc autem dicebant consultò, vt animam eius terroribus frangerent, vel ad indignationem provocarent; quo, vel minus sapienter, vel minùs humiliter responderet.

Dominus verò Cantuariensis, in omni humilitate, & mansuetudine spiritus, sereno vultu, radiantibus oculis, & roseâ facie, linguâ latinâ, facundissimè, & disertissimè gratias primùm egit Domno Papæ de caritate & sollicitudine, quam habebat erga se, & coëxules suos, mirante omni multitudine quæ aderat, super prudentiâ, & responsis eius. Ad singula enim quæ illi proposuerant, seriatim, & eodem ordine respondit, rationibus veris, & probabilibus querelas Regis evacuans, & injurias Ecclesiæ, & damna intolerabilia exponens.

Et, quia humilitatem, & delationem honoris ab eo exigebant; respondit se libentissimè omnem humilitatem exhibiturum & honoris & reverentiæ Domino suo Regi, quantumcúmque posset, salvo honore Dei, & libertate Ecclesiæ, & honestate personæ suæ, & possessionibus Ecclesiarum. Et, si eis videretur adijciendum aliquid, rogavit Cardinales vt consilium darent, dicens, se habere propositum acquiescendi, salvâ libertate conditionis, professionis, & ordinis.

Responderunt illi, se non venisse, vt ei, sed vt eum consulerent, & reconciliationis tentarent viam.

Quæsiverunt dehinc Cardinales ab Archiepiscopo; An in suà Provinciâ vellet permittere observantiam consuetudinum de Clarenduno, & Cleri-Damni, quibus, (secundùm quod Rex eis persuaserat, muneribus magnis datis, & maioribus promissis,) Reges Anglorum audierant vsos fuisse Antecessorum suorum temporibus: & sic, sopitis omnibus querelis, in gratiam redire, & recipere Sedem suam, & administrationem & pacem, sibi & suis. Ad hæc respondit Archiepiscopus; Nullum Prædecessorum suorum ab aliquo Regum ad hanc professionem fuisse arctatum: neque se, Deo auctore, permissurum vmquàm vt observet Consuetudines quæ Legi Dei patenter adversentur; quæ, Sedis Apostolicæ privilegium convellant; quæ Ecclesiæ perimant libertatem; quas Domnus PaPa, Senonis, in illorum, & multorum

multorum præsentià, condemnavit. Et ego, (inquit,) Domni PaPæ secutus auctoritatem, quasdam earumdem consuetudinum cum observatoribus suis anathematizavi, sicut in multis iam Concilijs Catholica Ecclesia fecisse dignoscitur. Ideo, ipsum Scriptum Regiarum Constitutionum, quas apud Cleri Damnum statuisse dignoscitur, cum pravitatibus quæ in eo continentur, in irritum duxi, atque cassavi: præsertim in his; Quòd non appellatur ad Sedem Apostolicam super causâ aliquâ, sinè licentia Regis: quod, non liceat Archiepiscopo, vel Episcopo, exire de Regno, & venire ad vocationem Domni PaPæ, sinè licentia Regis: quod, non liceat Episcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in Capite, sinè licentià Regis; nec terram ipsius, vel officialium suorum, sub interdicto ponere: Quod non liceat Episcopo, coërcere aliquem, de perjurio, vel fide læsâ: Quod, Clerici trahantur ad secularia Iudicia: Quod, Laici, seu Rex, seu alij, tractarent Caussas, De Ecclesijs, vel Decimis, & alia in hunc modum. Contra quod Impertinens perniciosum, & prorsùs damnabile; Vide Appendicem nostram, ad verba, Decimas &c. In Carolo nostro Martello.

Quæsierunt dehinc Cardinales, An, si, non confirmationem, saltim dissimulationem; & tolerantiam consuetudinum Cleri-Damni vellet repromittere Archipresul; vel certè, non factâ altrinsecus mentione Consuetudinum illarum, recipere Sedem suam, & pacem? Respondit Archiepiscopus. Nostræ Gentis *proverbium est: Quod, Taciturnus prætendit speciem confitentis. Et, Cùm Rex sibi videatur in possessione Consuetudinum illarum esse, & ad eas conservandas, injustè & violenter cogat Ecclesiam; si sic, taciturnitate meâ impetrata cessaret concussio, auctoritate maximè Legatorum Domni PaPæ interveniente, statim, sibi & alijs videretur obtinuisse in Causâ istâ. Ego quoque vt verum fatear, Deo teste; magis eligo exulare perpetuò; proscribi etiam; & si disposuit ita Dominus, pro Iustitia defensione mori, quàm in salutis meæ dispendium & præjudicium caussæ Ecclesiasticæ libertatis, hanc, quam vos persuadetis, meam pacem. Dominus enim est, qui in talitate prohibet Sacerdotes; * dissimulantibus, gehennam præparavit, vbi nulla erit dissimulatio pœnæ.*

* F. dissimulare.

Lectus est & libellus abominationum illarum, Et quæsitum à Cardinalibus; An à Christianis liceat observari? nedum à Pastoribus dissimulari.

Progressi sunt ad aliam quæstionem, sciscitantes: An vellet eorum judicio stare, super ijs quæ inter eum, & Regem versantur? Ille autem, De Caussæ sinceritate confidere respondit: &, cùm ipse, & sui, qui multo tempore destituti sunt, plenè fuerint ad omnia restituti, habitâ ratione rerum & temporum, Iuri libenter pariturum, & se, nec velle, nec posse declinare,

quin,

quin, vbi, & quando, & quomodo debebit, subeat Iudicium, vel illorum, Cuius, vel quorum iudicio Dominus PaPa eum stare debere decreverit.

Iterùm se, & suos ad litigandum vrgeri non posse, nec paupertatem suam ad hoc sufficere posse, cui etiam victualia desunt, vbi Christianissimi Regis Francorum vivat expensis. Noluit enim, primà facie, declinare iudicium, etsi aliquem illorum iure optimo posset habere suspectum, ne Causam Regis iustificare videretur, nec liti se immergere, antequàm ad omnia sit restitutus, vt possit Causam sufficienter instruere, vbi quàmlibet divitem adversarium non formidet, innitens gratia Dei.

Procedentes, hinc, quæsierunt: An stabis eius Indicibus? An vellet respondere Episcopis, qui contrà eum appellaverant, quia præsentes erant.

Archiepiscopus verò, memor litterarum, quibus ei præsentata est aliqualis, vel potiùs nulla appellatio concepta; (vt ibi perhibetur:) Stabis, &c? *nomine omnium Comprovincialium Episcoporum, & Abbatum, & personarum Regni, in Provinciâ Cantuariæ degentium; Et est, quòd non convenerant Rotomagensi; &, plurimi illorum huius fuerant appellationis ignari; &, multis qui noverant, displicebat, vtpote Iustitiæ, quantum in eius auctoribus, erat potiùs illusio, quàm appellatio: Respondit, super hoc nullum Domini PaPæ recepisse mandatum; & quùm illud receperit, consulto responsurum, & facturum quod ratio dictaverit. Cæterùm, paupertatem suam; & suorum, ad itinera, sumptus, & lites non esse idoneam: & clementiam Christianissimi Regis hoc sinè molestiâ pati non posse, vt liberalitas eius, quæ exulantes Episcopos decrevit humanissimè consolari, eum, & Coëxules suos sæpè, & diu exhibere cogatur, in domibus alienis. Nam, vbi est copia victualium, faciliùs est procurare expensas.*

Die autem sequenti, Christianissimus Rex Legatos admittens ad colloquium, sub religione iuramenti, purgavit innocentiam Domini Cantuariensis, perhibens ei testimonium, quòd ei consilium semper dederat, vt pax salvaretur, salvo honore vtriúsque Regis; & Populi, vtrinque debitâ quiete gauderent.

Rogavit Archiepiscopus Legatos, vt aliquod Ecclesiæ consilium darent: &, (si alicui exstarent,) rectiorem ostenderent viam. Illi autem, Zelum, quem haberet in Domino, approbantes, ei compassi sunt: sed, de proposito eius, non dixerunt aliquid immutandum. Sic, datâ benedictione, ad invicem, ab invicem discesserunt: & statum est, &, (auctore Deo,) stabitur

 in finibus

in finibus istis, donec Ecclesia convalescat, & , persecutores eius, aut convertantur, aut pereant.

Illa rogavit pro te, & rogare non cessat, vt non deficiat fides tua, & tu, quandocunque oportunitas fuerit, conversus ad illos, confirma fratres tuos. Hæc illis ostendens, ad quos missus es; lapsos erige: stantes robora, vt firmi sint. Plures enim sunt Patroni, & Defensores Ecclesiæ, quàm impugnatores. Eam non deseret in tribulatione, qui pro liberatione eius, posuit animam suam. Causam, Sancti non deserent, prò quâ veriti non sunt sanguinem suum fundere. Hanc, omnium cælestium Virtutum tuëtur exercitus, & Majestas, quæ Satanam conterit sub pedibus suis. De membris eius, ministris nequitiæ, vt spes fidelium est, promissio Patrum, Pater cito, facilè, & feliciter triumphabit. Túmque, statim sequitur; Epistola Cardinalium præfatorum VVillelmi & Odonis.

Alexandro Papæ, Willelmus & Odo, Cardinales Romanæ Ecclesiæ.

VEnientes ad terram Illustrissimi Regis Anglorum, *Controversiam, quæ inter ipsum, & Cantuariensem Archiepiscopum vertitur, vehementius, quàm vellemus, invenimus aggravatam. Asserebat enim Rex, & suorum pars melior; Quòd idem Archiepiscopus Serenissimum Regem Franciæ in eum graviter incitaverat, & Comitem Flandriæ, Consanguineum suum, qui nullum priùs gerebat rancorem, ad ipsum subitò dissidendo, & guerram pro posse induxerat faciendam, sicut, pro certo sibi constabat, & evidentibus apparebat indicijs. Siquidem quum Comes ab ipso Rege amicabiliter discessisset; Archiepiscopus in propriâ personâ, ad loca guerrarum accedens, tam Regem Franciæ, quàm Comitem animavit. Quum igitur, apud Cadomum,* * *primò, iam dicti Regis Anglorum colloquio frueremur, Paternitatis vestræ litteras, sicut decuit, manibus illius reddidimus. Quibus diligenter consideratis, & perlectis in medio: Cùm ab alijs, quas pro eodem negotio priùs à vobis receperat, minùs continentes, & aliquatenus nudissona viderentur: Rex cæpit acri indignatione perurî, & eò graviùs, quo se proculdubio scire dicebat, præfatum Archiepiscopum, postquàm à vobis divertimus, litteras recepisse, quibus à nostro penitùs exemptus fuerat judicio, vt in nullo cogeretur respondere antè nos. Asserebat insuper, quòd ea quæ vobis de antiquis Consuetudinibus Angliæ fuerant intimata, pro maximâ parte, falsitati subjacebant, quàm veritati possent*

* Vernaculè, A Caem en Normandie.

possent inniti. Quod vivâ voce præsentialiter attestabantur Episcopi. Offerens etiam, quod; Si quæ, tempore suo, Consuetudines, in Regno Angliæ viderentur addictæ, quæ statutis Ecclesiasticis obviarent; vestro libenter arbitrio in irritum revocaret.

Nos verò, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus terræ suæ nobis adjunctis, cum omni diligentiâ studuimus facere, nè Rex nobis spem pacis omninò subtraheret; sed ad id potiùs permitteret inclinari, vt cum Archiepiscopo memorato, tam de pace, quàm de iudicio loqueremur.

Sic ergò proprios Clericos nostros ad eum cum litteris dirigentes; certum sibi locum, & tutum indiximus, vbi, in festo Sancti Martini sibi possemus commiscere sermonem. Ipse tamen, quasdam excusationes prætendens, diem festi transtulit ad Octavas. Quod vtique, in cor Regis altiùs quàm crederemus ascendit. Quùm autem sæpedictus Archiepiscopus, licèt ei tutum nos offerremus ducatum, in exitu terræ Regis Angliæ versùs Franciam; nullatenus nobis vellet occurrere; nos, deferre cupientes in terram Regis Franciæ, ad locum, quem ipse mandavit, accessimus, nè per nos staret, quod in suum redundaret profectum.

Cùm iam esset initiatum colloquium; imprimis ei cum multâ sedulitate cœpimus suädere, & attentiùs exhortari, quatenus ergà Dominum Regem, (quippè, qui multa in eum congesserat beneficia,) eam humilitatis ostenderet speciem, quæ nobis oportunam quærendæ pacis materiam ministraret.

Ad hæc, ipse cum suis in partem secedens, habito tandem consilio, nobis proposuit. Quòd se satis Regi humiliaret, salvo honore Dei, & Ecclesiæ libertate; salva etiam honestate personæ suæ, & possessionibus Ecclesiarum, & ampliùs suâ, & suorum; & in omnibus salvâ Iustitiâ.

Quibus taliter enumeratis: Nos ei diligentiùs suädentes, quòd ad hoc, vt pax reformaretur; oportebat ad specialia descendere, cum ipse, nec certum aliquid, nec speciale proferret; subsequenter ab eo quæsivimus: Si, super omnibus quæ vestris litteris erant, vel annotata, vel comprehensa, nostrum vellet subire iudicium, sicut Rex, & Episcopi sæpiùs dixerant facturos? Ad quæ, ipse nobis quærentibus in promptu respondit, se non à nobis recepisse mandatum. Si priùs ipse, cum suis integrè restitueretur; tunc, secundum quod à Sede Apostolicâ reciperet in mandatis; in hâc parte procederet.

Sic ergò à colloquio redeuntes; Cùm verba ipsius, nec ad Iudicium provenirent, nec ad concordiam, nec aliquâ ratione Causam vellet intrare; ea quæ nobis innotuerant, curavimus Regi aperire; plura siquidem, proüt decuit, reticentes, & temperantes audita. Cœpit itaque Rex, & magni viri

qui secum erant, asseverare, quòd ampliùs absolutus esset, ex quo Archiepiscopus iudicium recusabat.

Quùm verò post multam Regis turbationem Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Regni Angliæ, cum multis pariter Clericis à nobis instanter perquirerent, vtrùm prænominatum Archiepiscopum, seu ex speciali mandato, seu ratione Legationis, ad Iudicium possemus distringere, & in hâc parte, facultatem nobis deesse cognoscerent: timentes ne prætextatus Archiepiscopus, abiecto iudiciario ordine, sicut aliâ vice fecerat, aliquibus regni personis gravamen inferret, quoniam sibi taliter inutilis præsentia, & ad tutelam, contrà Archiepiscopum minimè sufficiens : vnanimi sumpto consilio, ad vestram communem audientiam appellaverunt; appellationi terminum præfigentes.*

* f. erat.

Sequitur *Epistola Præsulum Anglorum hortatu Regis Angli appellantium ad Pontificem Summum Alexandrum. Cùm enim multa Rex adversus Ecclesiam Cantuariensem, & contrà ipsius etiam Pontificis Max. expressa quædam mandata perpetrâsset. S. Thomas, videns Regem, neque beneficijs, neque admonitionibus ad meliorem frugem converti posse; immò verò in deterius cottidie, cùm apud eumdem Regem, tum & apud ipsius ministros, & male adhærenteis Præsules omnia dilabi; vti iam paullò antea, Consuetudines, seu potiùs pravitates, (vt est dictum,) quibus Ecclesiæ Anglicanæ dignitas confunderetur, publicè condemnârat, & vniversos earumdem defensores, consiliarios, observatores, exactores excommunicarat: ita Regem ipsum, (cuius diu satis & frustra correctionem expectasset,) execrari, seu excommunicare personaliter erat comminatus, nisi celeriter resipiscere festinaret. Erat hic dolor Regi acerbior, ob metum sententiæ anathematis in personam suam Summi Pontificis mandato iaculandæ. Dum igitur Rex Legatos Pontificis in suam sententiam omnibus suis artibus perducit, idémque, non tam ab Alexandro, Catholicorúmque disiungi communione quærit, quam sua prætextibus varijs varia facinora excusare, adeóque & ipsum Pontificem Max. circumvenire : tum alij, tum verò vel maximè Lexoviensis & Sagiensis Episcopi, vnum protestantur Regi remedium superesse; obstaculo nempe præsentis appellationis ad Sedem Apostolicam, Sententiam imminentem præpedire. Hâc enim interpositâ fore dicebant; vt, & Sententiâ suspenderetur; & ipsi, cùm suis adiunctis, à reatu interim inobedientiæ liberarentur. Agebat tunc fortè temporis apud Suessionenses D. Thomas; agonémque suum Virgini Christiparæ; Beatissimóque Christi Confessori Dransio, & fundatori Ecclesiæ Anglicana*

cana

cana Gregorio, qui apud Medardinos Benedictinos quiëscebat, in orationibus triduanis pernoctans, & lacrymans commendabat, quùm, quæ subduntur, scripsisse referuntur Episcopi Anglicani ad Alexandrum PP. id nominis Tertium; appellanteis ipsum adversus omneis Thomæ Cantuariensis conatus: &, tam Regem, quam seipsos, & eos, qui ab eodem D. Thomâ anathematis sententiâ obstricti, aut essent suspensi, cavillosè excusanteis. Anno fortassis 1168.

Alexandro PaPæ, Anglicana Ecclesia. Ex manu exarato Codice.

SVblimitati vestræ, Pater Reverende, gratias affectuosè referimus, Quòd, ad petitionem Filij vestri devotissimi, Dominíque nostri dilectissimi, Illustris Anglorum Regis, Filios vestros karissimos, summèque nobis in eâ quæ ad præsens est tempestate necessarios, ad ipsum curatis longinquiùs transmittere, affectúque paterno eorumdem laboribus nostris parcere, & gravaminibus nostra piè gravamina sublevare. Habentes itaque mittenti gratias, Missos honore debito, totáque cordium alacritate suscepimus, sperantes eorum adventu finem malis diu iam quidem tractis imponi, & quæ turbata sunt apud nos, in pacis pristinæ serenitatem, cooperante gratiâ Dei reformari. Indè est, quòd tanquàm Iudicibus ad hoc à Sanctitate vestrâ directis, nostram vnà cum Domino nostro Rege præsentiam reverenter exhibuimus, optantes pariter & expectantes omnia quæ inter Dominum nostrum Regem, & Dominum Cantuariensem vertuntur, & nos, in eorum præsentia, palam fierent, & iuxtà vestri formam mandati, diffinitivâ eorum sententiâ plenissimè terminari. Ipsis, in modum hunc, reverentiam Iudiciariæ potestatis exhibentes astitimus. Et ecce sinistro confusi nuncio, à priùs conceptâ spe gaudij in desperationis foveam lapsi, audito, satis nequivimus admirari. Audito enim, & ipsâ Legatorum vestrorum confessione cognitâ, eos ad iudicandam Causam hanc, ob quam mittebantur, potestatem omninò non habere, &, quòd à Sanctitate vestrâ Domino nostro Regi concessum, scriptóque firmatum fuerat, id non tenere; Dominus noster Rex, vltrà quàm dici possit, irâ totus incanduit; in tantùm quidem, vt ad solitam ergà vos animi mansuetudinem, vix eum nostra, & communis supplicatio revocare iam possit. Totum itaque, quod in adventu Legatorum vestrorum conceperamus gaudij, cœpit ilicò tristitiæ nubilo superduci.

Ad iram hanc fortius inflammandam, incentiva prabebant ipsa Nobilium Regni colloquia, id Domino Regi inculcantia, sibi, Regno suo, nulla iam adversus Domnum Cantuariensem superesse subsidia; cum appellatio Regis dudum ad vos facta, iam exspiraverit, & ei Legatorum vestrorum in nullo subvenerit cura.

*Hinc, apud Principes tanta exorta est turbatio, vt, nisi iuxtà datam vobis sapientiam, pericula iam erumpentia praclu seritis, Christi vestem scindi miserrimè, de proximo doleatis: Totis enim studÿs Domnus Cantuariensis insudat, vt Dominum nostrum Regem anathemate, Regnúmque eius Interdicti pœnâ constringat. Potestatem, quam in adificationem, & non in destructionem Ecclesia suscepisse oportuerat, sic exercet in subditos, vt omnes in Regis odium, & totius Regni Nobilium tentet inducere, & eorum substantiÿs, direptionem; cervicibus, gladium; aut corporibus * exilium intentè studeat procurare. Crebris litteris graves eis mandatorum imponit sarcinas, quas præsens ipse digito movere non voluit; nèdum humeris sustinere. Ad mortem nos invitat; & sanguinis effusionem, quam nemo sibi * dignabatur, aut minabatur inferre; cùm eam summo studio declinaverit; &, suum sanguinem illibatum conservando, eius adhuc nec guttam effundi voluerit. Pro Christo quippe mori; gloriosum est: sicut, in mortem imprudenter irrumpere, Christo scimus non placere. Libertatem Ecclesia prædicat, quam, se Ecclesiæ Cantuäriensis Iuribus intrudendo, sibi constat ademisse. Regni Consuëtudines frequenter improperat, quas longè aliter quàm se res habeat, suis scriptis vestræ Celsitudini manifestat.*

* f. exitium.

* f. ipsi.

De cætero, Sanctorum Canonum auctoritatem ergà vos non observat; cùm appellantes ad vos, post appellationem excommunicet; aliòs, sinè omni citatione, aut excommunicatione suspendat: Notoria, quæ nec nota, nec veritate subnixa sunt, asserat: & in hunc modum, plurima, — — — potestate confundat.

Ad hæc, quadraginta marcharum millia, vel ampliùs, (vt sui asserunt,) bona sua fidei commissa, Domino nostro Regi solvere, vel, (quod iustum est,) exhibere detrectat; &, suo Regi negat & Domino, quod nec Ethnico denegare debuerat, aut Publicano. Vndè, nè ligent nos iam dicta gravamina, nè taciturnitate nostrâ, & indiscretâ quàdam conniventià permittamus id fieri, vndè Dominum nostrum Regem, & Regnum eius, ipsúmque etiam sequentes populos, à vestrà obedientià contingat averti: adversùs suspectas nobis Domni Cantuäriensis sententias, adversùs mandata eius omnia, Domino Regi nostro, & Regno eius, & personis nostris, & commissis nobis Ecclesÿs, & Parrochÿs gravamen aliquod importantia, vestro nos per omnia

*omnia committentes consilio, & protectioni subdentes, ad audientiam vestram appellamus: & Appellationi terminum, diem Beati Martini * constituimus. Valete.*

* Anni proxime venturi 1169.

*Ex hac Appellationis formula, & ex Superiori Legatorum Apostolicorum rescripto, manifestaria res est, Legatum à latere VVillelmum Papiensem Cardinalem, Presbyterum tituli S. Petri ad Vincula, S. Thomæ adversarium, amicitià verò conjunctissimum Regi Angliæ fuisse. Scribitque Ioannes Saresberiensis, eum simul ac in Gallias pervenit, in partem Regis amici continuò declinasse, nec solùm consilio Anglum Regem adversus Regem Francorum qui Thomæ faveret iuvisse, sed & falsis obreptionibus rescriptum ab Alexandro 3. pro suspensione auctoritatis S. Thomæ surripuisse, vnde grave scandalum apud Regem Christianissimum, & omnes Filios Ecclesiæ ita emersit, vt eam ob causam, & Rex Francus, & S. Thomas Nuntios quoque suos ad Pontificem Romanum misêre. Immò etiam scripsit gravissimam D. Thomas Epistolam ad sacrum S. R. E. Collegium, quà carpsit eorum negligentiam in Ecclesiæ injurià vindicandà, inseruítque fini epistolæ gravem sententiam, quà doceret: Ecclesiam, non esse regendam simulatione, neque ingenio; (id est, prudentià carnis, quæ est inimica Deo *) sed, iustitià & veritate, quæ se observantem liberat ab omni periculo. Cùm itaque VVillelmus hic Papiensis, in damnum exulis Divi Thomæ, & coëxulum eius, & in Ecclesiæ perniciem, in omnibus, Anglo Regi, & Complicibus Anglis apertè studeret; Oddóque, sive Otto Brixiensis, Diäconus Cardinalis Sancti Nicolaï in Carcere Tulliano, ageret & remissiùs omninò, quàm tanti nominis virum deceret, rémque totam planè compertam Pontifex habuisset Alexander 3. omni auctoritate prænominatos nudans Legatos quantocyus ad se revocatos curavit. Túmque cœpêre Legati cum Rege ac Episcopis Angliæ multa seriò tractare, de ipsorum nempe ad Papam Appellatione, atque, de absolutione illorum quos S. Thomas excommunicationis vinculo innodàsset, perperam à se factà: demúmque, re infectà Legati Apostolici VVillelmus & Oddo ex Gallijs iussi recessêre Eccum nobis ob ocellos productum exemplum, ex quo D. Thomæ, Sanctissimorúmque virorum iustæ apud Pontificem delatæ querimoniæ manàrint de accepto auro Anglico, quo Rex se triumphàsse de Romanà Ecclesià gloriaretur. Certè, qui eo capiuntur, plumbei, & conscientiæ pondere graveis efficiuntur. Itáque, majorum id genus errata, cautelà major Successorum sunto.*

* Roman. 8.

Porrò verò, cùm, qui appellàssent iam, ad diem Appellationis quam sibi certam spontaneè præstituissent, non comparerent: probè cognitis improbitatibus & tergiversationibus Regis Angli cum Episcopis, & Clero suæ factionis,

ctionis, Pontifex Max. Alexander 3. Litteras huiusmodi, ad Ecclesiæ Cantuariensis Suffraganeos, in favorem Sanctissimi Archipresulis Thomæ destinavit: quas ex MS. *Codice deprompsi.*

Alexander PaPa, Suffraganeis Ecclesiæ Cantuariensis.

SVper indiscretione vestrâ satis compellimur admirari. Quòd, quùm Viri prudentes, & providi sitis, in officij vestri executione ita negligentes existitis, quod vix eius reminisci videmini, sicut in operibus vestris pleniùs comprobatur. Illud etiam specialiter in vehementem nos admirationem adducit: Quod, de obedientiâ, quam Ecclesiæ Cantuariensi debetis, parum, aut nihil curatis: sed ita eius immemores apparetis, quasi, quid Deo, quid hominibus exhiberi debeat, penitùs ignoretis. Quæ vtique ita nuda Pastore existit, vt illud sibi meritò valeat adaptare. Quo modo sedet sola Civitas plena populo: facta est quasi vidua Domina Gentium.

Verumtamen, quicquid hactenus huiusmodi negligentiâ, nè dicam inobedientiâ deliqueritis; nos, Paternæ dilectionis nequaquàm immemores circà vos obliti; benignitate potiùs quàm severitate duximus vtendum. Et vobis, sicut venerabilibus Fratribus nostris, longè vltrà quàm meruistis, deferendum.

Indè siquidem est; Quod karissimi Filij nostri Henrici, Illustris Anglorum Regis obtentu, & instantiâ Nunciorum suorum, & prece inducti, & expensis, & laboribus parcere cupientes; Appellationem, quam adversùs Venerabilem Fratrem nostrum Thomam Cantuariensem Archiepiscopum fecistis, nè iam dictum Regem, aut vos, vel Regnum Angliæ in aliquo gravaret; vobis auctoritate Apostolicâ relaxamus. Ita quod, eam, per vos, vel per Nuncios vestros responsales exequi nullatenus teneamini. Valete.

Quas autem subdimus Literas, scripsit S. Thomas Cantuariensis ad Robertum Episcopum Herefordiensem; anno vt videtur 1169.

Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, Roberto Herefordiensi Episcopo.

☞ *SI litteræ nostræ, Fraternitatis tuæ excitavêre sollicitudinem, vtinam, nec affectu desidem reperissem; nec circà officij suscepti debitum effectum minùs vigilem.*

Elegi

Elegi ego abiectus, esse anathema pro omnibus vobis, obprobrium hominum, & abiectio plebis; ne viderem mala Sanctorum, & dissimularem iniuriam Gentis nostræ, expectans fortè, si quis ex vobis Zelans legem Dei, Ecclesiæ libertatem saltim affectans, exiret post me, vt non daremus cornua peccantibus: Et eccè, tu! quem credebam mihi à Domino datum esse, vt mecum ædificares, evelleres, & plantares, propinas mihi stimulum in ruinam; solatium, in desolationem, prædicans humiliationem, immò obiectionem; annuncians bonum, cùm vbique sit turbatio, in perniciem Ecclesiæ Dei & Clericorum: &, cùm deberes animi vacillantis firmare constantiam; sustinere mecum congressum, ad defendendum patrimonium Crucifixi, ad reprimendos & expugnandos hostes Ecclesiæ; instillare auribus meis, inspirare animo meo, vt obsecrarem instantiùs; arguerem acriùs; increparem duriùs. Quod si me non audissent, exclamare certè debueras contra me; exurge; quarè obdormis? exerce gladium Beati Petri; vindica sanguinem Servorum Christi; qui effusus est, iniurias Ecclesiæ quæ in nobis, & nostris fiunt totâ die. Excidítne à memoriâ tuâ, quantis sim iniuriis afflictus? quibus affectus contumeliis, cum in personâ meâ, contrà auctoritatem vniversam, contra omnem iuris formam iterum iudicaretur Christus antè Præsidis Tribunal? Non revoco ad animum propriæ personæ iniuriam, etsi Ecclesiæ. Attende diligentiùs, altiùs in corde tuo repone, quid ageretur antè exitum meum; quid, in exitu; quid posteà; quid etiam agatur singulis diebus, in terrà illà, circà Dei Ecclesiam, & eius ministros. Quà animi conscientià dissimulare potes, tu! de quo sperabatur; quod esses redempturus Israël; liberaturus Ecclesiam à servitute? Et nunc, quia tanto tempore tacuisti; doleo super te, Fili mi primogenite! Timeo, nè succedat tibi, qui tollat primogenita tua, & primogeniti auferat benedictionem: Quod absit à te. Verumtamen etsi hactenus nimirum siluisti; resume vires, Fili karissime! Clama, nè cesses; exalta vocem tuam contrà eos; immitte eis timorem; incute contritionem; excute satisfactionem; nè ira Dei descendat super eos, & tota gens pereat, (quod absit;) propter Maiores in Gente. Vltio enim divina immanis est. Hæc tibi scribo, non ad confusionem tuam; sed ad cautelam: vt fultus auctoritate divinâ, & nostrâ; de cætero valeas, & velis officii tui necessitates fortiùs & validius exercere, non extorquebitur à me Ecclesiæ confusio. Hoc vnum, in summâ, scire te volo. Per misericordiam DEI.

Præter-ea, gratias tibi ago; quòd, vel nunc visitasti me; & consolatione tuâ, confortâsti. Quid plura? Vnum est, quod sinè multâ animi amaritudine non valeo sustinere.

Hhhhhh *Fleo*

Fleo super dilectißimo equidem Domino nostro Rege. Venerunt super me timor & tremor, & contexerunt me tenebræ, eò quòd videam Domino meo Regi tribulationem imminere & angustiam. Nec mirum. Commovit enim Ecclesiam Dei, & conturbavit eam: ostendit Dominus Clero suo dura, potans eum vino mœroris. Propterea dicit ei Dominus: Vbi sunt nunc sapientes consiliarij tui, qui dederunt tibi consilium insipiens? qui dicebant: Filius Sapientium, tu es: Filius Regum antiquorum; quorum consuetudines observandæ sunt in Angliâ: quas, qui non observaverit; non est amicus Cæsaris: hostis est Coronæ: reus est iudicio. Sed, certè est amicus Crucis Christi; quoniam: Væ his qui condunt Leges iniquas, & scribentes scripserunt iniustitias, vt opprimerent pauperes in iudicio, & vim facerent causæ humilium populi Dei: vt essent, & Ecclesia, & Vidua, præda eorum; & Clericorum, aliorúmque diriperent bona.

Quid facient in die visitationis, & calamitatis venientis? Ad cuius confugient auxilium? & vbi derelinquent glorias suas, ne curventur sub iudicio, & cadant cum interfectis? Vbi sunt nunc Sapientes eius? Procedant, & annuncient, & dicant; quid cogitaverit Dominus exercituum super Angliam. Stulti facti sunt Sapientes eius: emarcuērunt principes eius: deceperunt Angliam, angulum populorum: Dominus immiscuit in medio eius spiritum vertiginis: & rarè-fecerunt Angliam in opere suo, sicut errat ebrius, vomens, treménsque: & non erit Angliæ opus quod faciat caput ad caudam: quia comederunt Iacob, & locum eius desolaverunt; & dixerunt: hæreditate possideamus Sanctuarium Dei, exprobrando Sacerdotibus, & Principibus eorum. Quò confugietis è manibus nostris? aut, in quo est vobis fiducia? Quarè obstitistis, & recessistis à præceptis meis? O, quàm inanes cogitationes istæ? quàm pessimæ operationes in conspectu Dei? Videt quidem quòd vanæ sint. Ipse enim irridebit sic cogitantem; sic operantem; prospiciens quòd propè veniat dies eius; & iam in ianuis sit; & dicet: Eccè homines qui non posuerunt Deum adiutorem suum, sed speraverunt in multitudine divitiarum suarum; & prævaluerunt in vanitate suâ. Sed, frustrà hoc faciunt. Non derelinquet Dominus Ecclesiam suam; Clerum suum sinè defensore; sinè vltione gravissimâ: fundata est enim suprà firmam petram. Petra autem ipse est Christus, qui eam proprio sanguine fundavit.

Certè, si ista non emendaverint; non ferent impunè: quoniam conculcaverunt Sancta Sanctorum; Domum Domini; Sacerdotes iniurijs afficiendo, verbísque probrosis. Hi sunt, quibus ipse Deus etiam ait: Dij estis; & Filij

& Filij excelsi omnes. Et alibi: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: Qui tangit vos; tangit pupillam oculi mei.

Revertantur igitur ad cor: abijciant ista mala à se. Agant pœnitentiam cum summâ humilitate. Alioquin verendum est, (quod absit,) nè citò veniat Deus noster, adducens super eos, & terram eorum, grandem retributionis vltionem, & gravissimam. Eccè veniet Dominus noster, & non tardabit, & salvabit nos. Ipse enim numquam derelinquet sperantes in se. Propheta enim dicit: Spera in Domino, & fac bonum: & pasceris in divitijs eius. Et alibi: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum: citóque liberaberis de laqueo venantium, & à verbis asperis.

Et, vt cætera debito fine concludam: Quoniam ostendit nobis Dominus, quæ & quanta oportet nos pati pro nomine suo, & pro defensione Ecclesiæ: necesse habemus, vt ores tu, & tota Ecclesia tibi commissa, instanter pro nobis; vt quod nostris meritis non valemus, tuâ, & Sanctorum virorum intercessione, qui in tuâ ditione sunt, sustinere valeamus: & ob id, gratiam sempiternam consequi mereamur. Vale; & confortare. Valeat & tota Anglicana Ecclesia; & confortetur in Domino; vt & nos bene valeamus.

Sed, dùm eiusmodi varijs cum Angliæ præcipui nominis Antistitibus per epistolas, (quas brevitatis ergò prætermitto) à Sancto Thomâ tractantur, Rex Anglus peccata peccatis sic addere pergit, vt etiam eius error novissimus in amentiam versus assereretur; quùm ipse, suæ cum factionis Præsulibus, nullum non movere pergeret lapidem adversùs insontem D. Thomam, licèt exulem, vt eum ab Archiepiscopatu æternùm deturbaret. Hîncque, ad Italos missis Nuntijs, marcharum millia tria Mediolanensibus; duo, Cremonensibus; Parmensibus, mille; totidémque Bononiensibus pollicetur, si Thomæ ipsi à Pontifice Max. & à Romanâ Ecclesiâ deturbationem, vel, à Cantuariensi Sede, in aliam extrà Regni Anglici sui ditionem, impetrarent translationem. Pernegant i se facturum quod iniquissimè postularet; furore percitus Rex, Alexander. Pontifici iubet nunciatum, se Mahumetani Norandini errores, consortiúmque priùs profanæ secuturum religionis, quàm residere diutiùs in Archipræsulatu suo Cantuariensi exulem Thomam passurum. Perstitit Pontifex ex adverso, fortitérque respondit, Regem sua cum factionis hominibus, posse, (vti pridem occœperant,) facilè, gratiâ, Deíque longâ patientiâ æterno suo damno spretâ, infelicissimè seligere viam pereuntium ineundam: se verò, à viâ rectâ, & solâ salutari, auxilio accedente divino, recessurum numquam.

Itáque, Nuntÿ abière impotes voti. Misit tamen perprudens Pontifex Nuntios & ipse suos in Gallias, Viros integritate vitæ, doctrinâq; celebres, Eugenÿ PaPæ Nepotem Gratianum, & Vivianum Archidiaconum Veteris Vrbis, pro concordiâ inter Thomam & Regem Anglum componenda: curavitque interim monitum Thomam, vt, quantum ordine & officio suo salvo fieri posset mitiùs iterum, postremùmq; ageret, dum pax rursus tentaretur ineunda. Quæ si iam demùm non sequeretur: liberè denique censuris agere posset, post pacis ineundæ tempus præteritum, quod Pontifex præscripsisset, festum diem Sancti Archangeli Michaëlis.

Sanctissimus itaque Antistes Thomas, tot adversis, & exilÿ angustÿs frangi, varÿsque Angli Regis concuti minitationibus nescius: immo verò, iuxtà illud Apostoli: Cùm infirmor, tunc potens, literas commonitorias, & salutaribus monitis plenas ad Regem Angliæ, hoc tenore scripsit, & suo gravi stilo. Anno (vti conÿcio) ex tempore Legationis Gratiani & Viviani 1169.

Henrico Regi, Thomas Cantuariensis Archiepiscopus.

☞ *Domino suo, & Amico Henrico, Dei gratiâ Illustri Anglorum Regi, Duci Normanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegaviæ, Thomas, eâdem gratiâ, Cantuariensis Ecclesiæ minister humilis suus, olim temporaliter; nunc autem magis, in Domino, salutem, & veram cum emendatione pœnitentiam.*

EXspectans exspectavi vt intenderet tibi Dominus, & conversus pœniteres, recedens à viâ perversa, & abscindens à te latera tua perversa & prava, quorum, (vt creditur,) instructu & consilio, iam ferè lapsus es in profundum. Sed vereor, (quod absit,) nè in profundum illud, de quo dicitur: Peccator, quùm venerit in profundum malorum contemnit. *Et licèt huc vsquè sustinuerimus taciti, considerantes, & exspectantes affectuosissimè, si veniret nuncius qui diceret: Filius tuus, & Dominus tuus Rex, iam diu dolo circumventus, tractus in perniciem Ecclesiæ, inspirante divinâ*

divinâ clementiâ, in abundantiâ humilitatis magnæ festinat ad liberationem Ecclesiæ; & ad omnem satisfactionem & emendationem. Nec tamen Omnipotentem Deum supplici devotione singulis diebus interpellare cessamus, ut, quod diu voto celebravimus, per te, & pro te celeri consequamur, & fructuoso effectu. Et ecce, unum est quod Ecclesiæ Cantuariensi, (cui Deus nostrum Sacerdotium, licèt indignum, te res humanas huius Regni agente, ad præsens deputavit,) nos curâ constringit, eò maximè, quod adhuc exilij incommoditate detinemur; Majestati tuæ commonitarias, exhortatorias, correptorias, & utinam ad plenum correctorias destinare, nè excessuum tuorum, si qui sunt, qui reverâ sunt; undè non minimùm dolemus: Illorum dico maximè, qui circà Ecclesiam Dei, & Ecclesiasticas personas, à te passim, nullâ habitâ dignitatis, seu personæ reverentiâ aguntur, nimius dissimulator existam, neu nimis negligens, in anima meæ discrimen appaream. Facientis, procul dubio, culpam habet; qui, quod debet corrigere, negligit emendare. Scriptum quippe est: Non solùm, qui mala faciunt, sed etiam qui consentiunt, participes iudicantur. *Consentiunt quidem, qui cùm possint & debeant; non resistunt, vel saltem redarguunt. Error enim cui non resistitur, approbatur: & veritas, cùm minimè defensatur; opprimitur. Nec caret occulto societatis scrupulo, qui desinit obviare facinori manifesto. Sicut enim, Serenissime Princeps! parva Civitas prærogativam non minuit Regni præsentis: sic Regia tua potestas, religiosæ dispensationis mensuram concutere minimè debet, vel mutare. Semper verò de Iure effectum est Sacerdotali Concilio; de Sacerdotibus judicia provenire. Nam, qualescumque Pontifices, etsi errore humanitatis accedente, non tamen contrà religionem fidei ullatenus extendentes; nullatenus videntur à potestate seculari posse, vel debere præcelli. Boni quidem & religiosi Principis est, Ecclesias contritas & concussas restaurare, novásque ædificare; Sacerdotes Dei honorare, & cum multâ reverentiâ tueri, ad instar felicissimæ recordationis, & pij Principis Constantini dicentis, cùm ad eum deferretur Clericorum quæstio:* Vos! à nemine secularium Iudicum potestis iudicari; qui solius Dei iudicio reservamini. *Et, quùm Sanctos Apostolos, eorúmque Successores, sub divinâ testatione constitutis, præcepisse legamus, non debere persecutiones fieri; nec fluctuationes; nec invidere in agro Domini laborantibus; nec à Sedibus suis, æterni Regis expelli debere dispensatores. Quis enim dubitet, Sacerdotes Christi, Regum, Principum, omniúmque fidelium Patres, & Magistros censeri?*

Nonnè miserabilis insaniæ esset cognoscitur, si Filius Patrem, discipulus Magistrum sibi subjugare conetur; & iniquis obligationibus illum potestati

suæ subijcere, à quo credere debet, non solùm in terrà, sed etiam in cœlo se ligari posse & solvi?

Si Rex bonus es, & Catholicus; & (vis esse quod credimus, quodque magis optamus, vt, salvà pace tuà dixerim,) Filius es Ecclesiæ, non autem Præsul: discere te convenit à Sacerdotibus; non eos docere. Sequi te oportet Sacerdotes in Ecclesiasticis; non præcedere. Habes potestatis tuæ privilegia, quæ, ad ministrandas leges publicas consecutus es à Deò, vt beneficijs eius non ingratus, contrà dispensationem cœlestis ordinis nihil vsurpes; sed, vt salubriori fruaris ingenio. His, quæ contrà eam malitioso ingenio, & consilio, magis, forsan, quàm animo tuo, minùs benè vsurpâsti, cum omni humilitate, & multimodà satisfactione citiſsimè cedas, nè manus altiſsimi adversùm te extenta, mittat ad te, quasi ad signum, sagittam. Tendit enim arcum suum altiſsimus, vt sagittet in aperto, nolentem se confiteri peccâsse. Nec erubescas, (quicquid suggerant tibi maligni, & quicquid submurmurent proditores, non tui tantum, sed & Dei,) humiliari sub potenti manu Dei. Ipse quidem est, qui exaltat humiles, & superbos deijcit: qui, in suam, & suorum vltionem, aufert spiritum Principum. Quàm terribilis est! Et quis resistet ei?

Non debuisset cecidisse à memorià tuà, in quo articulo te Deus repererit, quantum promoverit, honoraverit, sublimaverit, in liberorum susceptione beatificaverit, soliúmque Regni tui firmaverit, in invidiam inimicorum tuorum amplis possessionibus ditaverit, adeò vt hucvsque, cum admiratione ferè omnes proclamaverint: Hic est, quem elegit Deus. Et tu! Quid ei retribues, vel retribuëre poteris, pro his omnibus quæ fecit tibi? An ad eorum instinctum, & instantiam, qui circà te persequuntur Ecclesiam, & Ecclesiasticos Viros, & semper, (proiit potuerunt,) persecuti sunt, reddes mala pro bonis, & oppreſsiones, tribulationes, iniurias, afflictiones Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis? Nonne isti sunt, de quibus Dominus dicit: Qui vos audit, me audit: &, qui vos spernit, me spernit: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei? Certe. Relictis omnibus quæ poſsides, tolles crucem tuam, vt sequaris Deum tuum, Dominum nostrum Iesum Christum. Sed, vix erit, aut non erit, vt fidelis, & gratus acceptorum ab eo beneficiorum retributor appareas.

Inquire Scripturas à scientibus, & invenies: Quod Saül, (licèt à Domino electus fuerit,) perijt ipse, & domus eius tota, quoniam à vijs Dei receſsit. Oziæ quoque Regis Iudæ, (cuius latè nomen divulgatum est, & procul egressum,) propter crebras à Deo sibi collatas victorias, adeò cor elevatum est in suum interitum, eò quòd vbique auxiliaretur ei Dominus, & cor-

& corroboràſſet eum; vt ſpretâ Domini reverentiâ, vſurpare ſibi voluerit, quod ſui officij non erat, ſcilicet Sacerdotium; id eſt, adolere incenſum ſuper altare Domini: Et, ob hoc, à Deo percuſſus eſt leprâ, & ejectus eſt per manum Sacerdotum à Templo Domini; & ſic permanſit vſque in diem mortis ſuæ plenus leprâ, ob quam eiectus eſt de domo Domini. Multíque Reges, facti viri divitiarum immenſarum; quoniam ambulaverunt ſuper ſe, in mirabilibus mundi, præſumentes rebellare Deo in ſuis miniſterijs, perierunt; &, ad vltimum, nihil invenerunt in manibus ſuis, de divitijs ſuis. * *Rex quoque Acaz, quoniam Officium Sacerdotale vſurpavit: ſimiliter leprâ percuſſus eſt à Deo. Oza verò, etſi Rex non eſſet: quoniam Arcam Domini tetigit, & tenuit nutantem ad præcipitium, bobus recalcitrantibus, (quod ad eum non pertinebat, ſed ad Templi Miniſtros,) indignatione divinâ percuſſus, iuxtà Arcam corruit mortuus.*

* Ex pſalmo 71.

Rex! proverbialiter celebre eſt: Caſtigatus de alterius infortunio, meliùs ſibi proſpicit.

Nam ſua res agitur, paries cùm proximus ardet.

Ad Sacerdotes ſuos, Rex dilectiſſime! voluit Deus pertinere diſpendia diſponenda, ea, quæ Eccleſiæ ſunt; non ad poteſtates ſeculi: Quas, (ſi fideles ſunt,) Eccleſiæ ſuæ Sacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Non ergò tibi vendices Ius alienum, & miniſterium, quod alteri deputatum eſt: neque contrà eum contendas, à quo omnia conſtituta ſunt. Ne contrà eius beneficia pugnare videaris, à quo tuam conſecutus es poteſtatem. Non à legibus publicis, non à ſeculi poteſtatibus, ſed à Pontificibus & Sacerdotibus, Omnipotens Deus, Chriſtianæ religionis Clericos voluit ordinari & diſcuti. Chriſtiani Reges ſubdere debent executiones ſuas Eccleſiaſticis Præſulibus; non præferre. Scriptum quippe eſt: Numquam, de Pontificibus, niſi Eccleſiam, debere iudicare: nec eſſe humanarum legum, de talibus ſententiam ferre: Obſequi ſolere Principes Chriſtianos ſtatutis Eccleſiæ, non ſuam poteſtatem præponere: Epiſcopis caput ſubdere Principes, non de Epiſcopis iudicare. Duo quippe ſunt, quibus principaliter regitur mundus: Auctoritas Sacra Pontificum, & Regalis poteſtas. In quibus, tantò gravius eſt pondus Pontificum, quanto & de ipſis Regibus in divino examine ſunt reddituri rationem.

Nôſſe certè debueras, ex illorum te pendere Iudicio, non illos poſſe redigi ad tuam voluntatem. Plurimi námque Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicaverunt. Et, ſi ſpeciale aliquid de perſonis Principum inquiras:

* Anno Christi 407. apud Gennadum & Nicephorum.

inquiras: Beatus PaPa Innocentius, * *Arcadium Imperatorem excommunicavit; quia consensit Sanctum Ioannem Chrysostomum à Sede suâ expelli. Sanctus etiam Ambrosius, pro culpâ illa, quæ alijs Sacerdotibus non adeò videbatur gravis; Theodosium Magnum Imperatorem excommunicavit, & ab Ecclesiâ exclusit; qui tandem satisfactione condignâ meruit absolvi. Et multa in hunc modum.*

David etiam, quùm adulterium & homicidium commisisset; missus est à Deo ad eum Propheta Nathan, vt eum redargueret, atque corriperet. Correptus est; & citissimè correctus. Rex etiam, deposito diademate capitis sui, abiectâq; Majestate Imperiali, non erubuit humiliari antè faciem Prophetæ; peccatum suum confiteri; veniam postulare de commisso. Quid plura? Pœnitentiâ ductus, misericordiam petijt, & obtinuit veniam.

Et tu, Fili dilectissime! Serenissime Rex! Reverendissime Domine! ad exemplum excellentissimi, & pijssimi David Regis, de quo Dominus dixit: Inveni Virum secundùm cor meum: Corde contrito & humiliato convertere ad Dominum Deum tuum, exactámque de excessibus tuis age pœnitentiam. Corruisti enim, & erràsti in multis, quæ adhuc taceo, exspectans si forte inspiraverit Deus, vt dicas cum Prophetâ: * Miserere mei Deus! secundùm magnam misericordiam tuam: quoniam tibi multum peccavi, & malum coram te feci.

* Ps. 50.

Hæc, ad præsens, mi Domine! tibi scribo, cætera silentio præteriens, donec videam vtrùm sermo meus, capiat in te. Si reportaverit mihi à te fructus dignos pœnitentiæ; & audiam à nunciantibus, & congaudeam dicentibus: Filius tuus Rex, mortuus fuerat, & revixit; perierat, & inventus est. Quod si me non audieris, qui solitus sum antè Majestatem Corporis Christi, in abundantiâ lacrymarum, & gemitibus non minimis orare pro te: Certè, ibidem clamabo contrà te, & dicam: Exurge Domine! iudica causam tuam, improperiorum tuorum, & iniuriarum quæ à Rege Anglorum tibi, & tuis fiunt totâ die. Ne obliviscaris ignominiarum Ecclesiæ tuæ, quam tuo fundàsti sanguine. Vindica Domine! Servorum tuorum afflictiones, quarum infinitus est numerus. Superbia enim eorum qui te oderunt, & persequuntur, in tantùm ascendit, vt vlteriùs non valeamus eos sustinere.

Quicquid agant tui, hæc omnia de manibus tuis requirentur. Damnum enim dedisse videtur: qui causam damni dedit. Ipse reverà Filius altissimi, nisi resipueris; nisi cessaveris ab infestatione Ecclesiarum & Clericorum: &, nisi continueris manus ab infestatione hominum: ad voces clamantium ad se, ad gemitus compeditorum, veniet in virgâ furoris sui, quando iam tempus est iudicare adversùm iniustitias in æquitate, & severitate spiritus sui.

ſui. Ipſe enim novit auferre ſpiritum Principum: & terribilis eſt apud Reges terræ. Valeat mihi chara gratia tua; ſi in verâ humilitate, & feſtinatâ pœnitentiâ converſus fueris ad Dominum Deum tuum. Valeas ſic iterùm; & ſemper.

Cùm autem eſſet Divus Thomas mirâ prudentiâ & præcipuâ præditus diſcretionis gratiâ; ne Monaſterijs quibus honorificè fuiſſet hoſpitio exceptus, nimio coexulum ſuorum comitatu gravis & oneroſus foret: ſtuduit primùm eorum aliquot Viros honeſtiſſimos, apud familiares quoque ſuos elocare. Vndè, noſtræ Marcianenſis Eccleſiæ Vetuſtiores membranulæ, has nobis duas ſubminiſtrant epiſtolas; quæ S. Thomæ ſtilum ſic redoleant.

Epiſtola Beati Thomæ, Sancti Remigij Eccleſiæ Decano; totíque Capitulo.

Thomas, Dei gratiâ, Cantuarienſis Eccleſiæ miniſter humilis; Venerabili Fratri, & amico S. Remenſis Eccleſiæ Decano; Totíque Capitulo Salutem.

QVoniam in corpore, & de corpore Chriſti conſtituti, alter alterius membra ſumus, mutuis obſequijs nobis invicem deſervire, piáq; viciſſitudine alter alterius onera portare debemus, tantò nimirum affectuoſiùs, quantò firmiùs ad idem, præter catholicæ communionis vinculum, ſpeciali quoque Clericalis profeſſionis nexu, tenemur affectu. Vt præſertim quando nos adverſis diſpenſatio ſupernæ miſerationis erudire decreverit, caſibus ingruentibus occurramus. Fraternæ charitatis cum hilaritate ſolatia, tantò promptiùs atque gratantiùs exhibenda, quantò deprehenduntur eſſe & imminente neceſſitate magis debita, & fervente tribulatione opportuniora. Indè eſt, quòd poſſeſſionibus noſtris, pro voluntate Principis, atque Domini noſtri im-præſentiarum deſtituti, præſentium latorem Magiſtrum Philippum de Clavâ, Clericum noſtrum, morum converſatione, ac litterarum notitiâ commendabilem, qui, quoniam inter procellas quæ excanduerunt, nobis, (ſicut debuit,) adhæſit, rebus ſuis eſt exſpoliatus; ſerenitatis veſtræ Charitati tranſmittimus, attentiùs, obnixiùſque rogantes, quatenus, intuitu Dei, amoríſque noſtri, atque obſequiorum gratiâ, ei, dum inſtantis exilij neceſſitas ingruerit, in neceſſarijs, (proüt ipſum decet,) provideatis. Nos enim, quod ei boni feceritis, velut

nobis impensum feremus; & secundùm quod pro loco & tempore patuerit occasio, prono promptóque affectu pariter & effectu, mutuâ benedictionum exhibitione, debitâ cum devotione respondebimus. Valeat & vrgeat Charitatis vestræ fraternitas.

Subditur & alia eiusdem argumenti, inter schedas nostras reperta MS.

Magistro Fulconi, Epistola Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi.

Thomas, Dei gratiâ, Cantuariensis Ecclesiæ Minister humilis, Dilecto suo, Magistro Fulconi, Remensi Scolarum Magistro salutem.

AGgredimur rogare quæ non promeruimus: pensantes hinc charitatis vestræ (quia pro certo accepimus,) serenitatem; hinc nostræ, quis scimus, ergà vos sinceræ dilectionis affectionem. Quâ in re, licèt inter supplicandum sese rubor ingerat; impigrè tamen excutitur, vel inde potissimùm, quòd benivolentiæ vestræ saltem sic obnoxij esse volumus, vt pro emergente occasione ad recompensandum, largiente Domino, condignâ devotione, parati esse valeamus. Præsentium itaque latorem Magistrum Philippum de Clavâ, Clericum nostrum, rebus profectò suis vnà nobiscum hâc tempestate spoliatum, tanquam in scientiâ provectum, moribúsque industrium, charitati vestræ attentiùs commendamus, rogantes obnixiùs, quatenus eum amoris nostri gratiâ honoretis, diligatis, foveatis: eíque, in quibus opus habebit, consilij simul atque auxilij manum, consuetâ, (proüt fama clamat hilarior,) mansuetudinis benivolentiâ præbeatis; scituri, nos hæc nobis in ipso velut impensa accepturos; &, pro rependendâ vice, occasioni, (si quandò patuerit) promptâ cum satisfactione congratulaturos. Hæc sanè, eò fiducialiùs postulantes, quòd, pro memorati Philippi relatu, vos, super his, eum, non minùs offerentes promissione gratuitâ, quàm liberalitate, pro temporis ingruentiâ, maximè prædicandâ, prævenistis. Valeat charitatis vestræ dilectio.

Scripsit interea temporis ad S. Thomam Gillebertus Antistes Londoniensis, qui cum Eboracensi & Saresberiensi, ab Henrico Rege familiaritatis gratiâ, & beneficiorum collatione devinctus, à partibus Regis Angli staret; omniúmque fermè turbarum, ab ipso dissensionis exordio auctor extitisset

ſtitiſſet atque propagator: Protheúmque nihilominùs ſæpè ſæpiùs agens, & in varias ſe formas mutans; ſuâ hâcce poſtremâ epiſtolâ, finxit audaculus ſe à Thomâ petere, rogaréque, quæ ad pacem eſſent. Ad eius igitur Epiſtolam argutè, ſolidè q; reſpondentis Thomæ mentem, ita paucis habeto.

Thomas Cantuarienſis Eccleſiæ Miniſter, Gilleberto Lundonienſi Epiſcopo, quod ſemel hic iterum; ſic tranſire per bona temporalia, vt non amittat æterna.

Mirandum, & vehementer ſtupendum! Virum prudentem, ſacris litteris eruditum, præſertim religionem habitu præferentem; adeò manifeſtè, nè dicam irreverenter, & timore Dei poſtpoſito adverſari veritati, Iuſtitiæ reſiſtere, & ad omne fas, nefáſque confundendum, ſtatum Eccleſiæ Sanctæ, quam ipſe fundavit Altiſsimus, velle evertere. Veritas eſt quæ dicit: Portas inferi non prævalere adversus eam. Non ergò ſani capitis eſſe dignoſcitur, qui intentat ei ruinam; ſed homini ſimilis, montem magnum fune circumligatum tentanti deÿcere. Sed, nunquid, irà, vel odio deferbui, vt exacerbatus jaculari compellar huiuſmodi verba in fratrem meum & Collegam, Coëpiſcopum meum? Abſit. Sed, de litteris tuis, quas michi per Archidiaconum tuum deſtinandas accepi, talia collegi. Neque enim de ſpinis vvas, aut ficus de tribulis, colligere potui. Vt clareat an ita ſit: proponamus eas, & continentiam earum in lucem proferamus.

Finis collatus principio; ſimilitudinem ſcorpionis confirmat. Illud blandiens, ad nos ingreditur: ille pungens acerbè, ſilentium nobis imponere machinatur. Quid enim eſt aliud, recognoſcere primò debitam nobis ſubjectionem, & ſubjectioni cohærentem obedientiam promittere: deinde, ne obedire debeas, ad appellationem convolare? — — — — — Neceſſariò acceperunt Diſcipuli à Deo poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones. Habitat enim Ezechiël & hodie cum ſcorpionibus. Et illud, vide quo ſenſu dixeris: Ad appellationis remedium confugimus. Chriſti ſequelam te dicis in hoc dicto inveniſſe. Omnium enim malorum noſtrorum efficax, immò efficaciſsimum remedium commendavit nobis Chriſtus, obedientiam, non ſolo verbo, ſed evidentiſsimo exemplo, factus obediens Patri vſque ad mortem. Et tu! Quâ fronte appellas remedium, obedientiæ impedimentum; quod, non remedium, ſed detrimentum rectiùs debet nominari?

Sed & quà fiduciâ hoc præsumis? Speráſne habiturum te defenſorem ad non obediendum, illum, qui vindicandi in omnem inobedientiam, & Officium accepit, & præceptum? Malè hoc eſt ſperare de eo; & in ipſum graviter offendere. Poterant te retardare ab huiuſmodi præſumptione, quas iam paſſus es, prima, & repulſio ſecunda. Vivâ quippe voce tuâ primò, & deindè litteræ tuæ ad perſuadendum compoſitæ, expertæ ſunt, quàm firmiter ſtet; quàm ſit Vicarius Petri, quem, non precibus, non donis, non comminationibus, vel promiſſis movere potuiſti. Sed, tertio adtentandus eſt, vt Domini ſui exemplo, tertiâ attentatione triumphum reportet.

Porrò, vt nihil deeſſet gravitudinis; defixiſti terminum tuæ appellationis, ferè anni ſpatium; nec miſertus es exilij noſtri, vel laboris Sanctæ Sponſæ Chriſti, quam ipſe ſuo ſibi ſanguine adquiſivit. Et, vt hæc omittam, non omittenda tamen; providere debueras, (cui favere te dicis,) Domino noſtro Regi, qui quandiu ſic ageret in nos, vel Eccleſiam Dei; nec ad bella procedere, nec in pace degere, ſinè periculo animæ ſuæ poterit.

Ad reliqua tranſeamus. Quædam commemoras in diſceſſu noſtro turbata eſſe. Timeant huius turbationis authores, & conſiliarij; nè & ipſi turbentur. Magnis me laudibus extollis, quaſi de bono principio, peregrinationis meæ. Et quidem ſapientis eſt, formam non negligere: ſed & diſcreti eſt, nulli magis, de ſe, quàm ſibi credere.

De iniurijs inſimulor, quaſi illatis Domino noſtro Regi: ſed, quià nullam deſignas ex nomine, nec ego ſcio cui reſpondere debeam, quia ego ſuperficietenus accuſor; ſuperficietenus in hàc parte me excuſo. Hoc tamen interim accipe reſponſum: Quià nullius mihi conſcius ſum; nec propterea iuſtificatus ſum.

De comminatorio miraris, quod nos in eum emiſimus. Quis Pater videt aberrare Filium, & tacet? Quis virgà non percutit; nè gladium incurrat? Deſperat Pater de Filio, quem comminatione non corripit, vel flagello. Abſit autem, vt tecum ſentiamus, Dominum noſtrum Regem impatientem correptionis, ad exterminationem Apoſtaſiæ lapſurum. Non enim Patris cæleſtis plantatio eradicabitur. Navem concutit ſæviſſima tempeſtas: Clavum teneo; & ad ſomnum me vocas?

Congeris, & ſtatuis antè oculos meos beneficia nobis à Domino noſtro Rege collata; &, de exili, commemoras ad ſumma provectum. Vt autem

— — — — —

Cætera, quæ ad hæc reſponderit appoſitè, (haud dubiè,) Divus Thomas, plurimùm doleo deſiderari, quæ plagiarius forſitan aliquis, & ter nequam veterum

veterum Codicum mastix abripuerit, membraneâ indè pagellâ proximè sequenti avulsâ. Caterùm, vtvt id contigerit factum; licèt intumescat Gilebertus Londoniensis Antistes longo genere maiorum; at miror certè ausum fuisse non sinè indignatione Sancto Thoma Archipræsuli suo generis obscuritatem obijcere; cui, si non acta Parentum, at revera propria virtus, certior nobilitas adesset. Anne longè rectiùs Iunius Iuvenalis, id genus hominum vanitatem carpit, & eos insectatur, qui, aut majorum gloriâ, aut falsis fortunæ bonis efferuntur, existimantes indè mortalium certam nobilitatem pendere? Prorsùs ita. Vide Satyram ipsius octavam, quâ eleganter doceat istiusmodi mutuatam nobilitatem hæreditariam haud esse, vti nec à parentibus testamento relinqui: sed vnumquemque nobilem effici meritis suarum virtutum, iuxtà illud Senecæ: Platonem non accepit nobilem philosophia; sed fecit. Optimè igitur, opportunéque occasionem nactus Iuvenalis, Ponticum, & in Pontico, Gilebertum, adeóque omneis suâ Satyrâ commonefacit, extitisse permultos, qui tametsi humili loco essent orti, tamen ad Summam ijdem dignitatem consurrexissent, & splendore virtutis se claros, vereq́ nobiles effecissent: contrà verò, multos, qui ex claris maioribus quum prodijssent, quòd ij turpiter actis se infamâssent, & nobileis avorum suorum vultus traductos improbis moribus suis deturpâssent, acceptam à Maioribus lucem in tenebras ignobilitatis probrosâ metamorphosi convertissent. Neque igitur longo ex genere maiorum, neque ex stemmatis, aut eorumdem exposito imaginum ordine longo vera homini generositas, nobilitasve paratur, sed certè præclarè gestis:

Nam genus & proävos, & quæ non fecimus ipsi;
Vix ea nostra puto: *testibus Ovidio, & Iuvenale, cuius hac eò spectant aliquot Satyrica metra.*

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri? pictósque ostendere vultus
Majorum; & stantes in curribus Æmilianos?
Et Curios iam dimidios? nasúmque minorem
Corvini, & Galbam auriculis, nasóque carentem?
Qui fructus generis tabulà jactare capaci
Fumosos equitum cum Dictatore Magistros,
Si coram Lepidis malè vivitur? Effigies quò
Tot bellatorum, si luditur alea pernox
Antè Numantinos? si dormire incipis ortu
Luciferi, quo signa Duces, & castra movebant?

 Et paullò

Et paullò infrà, vt quilibet magno animi ardore in studia, & artium elegantiorum, & virtutum incumbat, (quæ, tantùm abest, vt nobilitatem dedeceant, vt absque his vera nobilitas nulla sit,) eiusdem duos versus hæc Satyra 8. eósque decimum-octavum & nonum complectitur elegantiores, quos equidem, vt pleráque huius Satyrici præclara documenta, quemlibet semper in ore optàrim habere. Eccum tibi illos reddo:

Tota licèt veteres exornent vndique ceræ
Atria: Nobilitas Sola est, atque vnica virtus:

A profano quidem Poëtà, homine qui lynceïs fuerit oculis vsus, vt aliena vitia carperet, quæ clariùs observàsset: quique multa paucis verbis salsè admodum, & festivè commemoràrit, miro acumine omnia notàrit, & ad genuinum suum revocàrit; ad ter-Maximum illum Paulum Gentium transeo Doctorem, qui etiam ad Sacrum Antistitium ritè adeündum, & sanctè administrandum nos non docuerit optari, aut vsquàm gentium expectari militarem vllius gloriam, aut commendationem longi sanguinis majorum, vel fumosarum imaginum Atavorum, quarum speciem caligo quædam fumosa ex igne obduxerit contracta: verùm oportere tradit Paulus noster, Episcopum esse sinè crimine — — — hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit (inquit Apostolus) exhortari in doctrinâ sanâ, & eos qui contradicunt, arguere. *At verò fueritne Vir eiusmodi Thomas hic Becket, seu Becquet, (vtrumque lego eius hocce Cognomentum,) testentur hæ vel ipsius Epistolæ, vt eruditissimæ atque gravissimæ, ita & sanctissimæ. Testentur, &, in cæteris plerisque de ipso Scriptoribus, Rogerius Anglus, VVillelmus in Quadrilogo Vitæ Sancti Thomæ, atque inexcusus Herbertus de Boseham, natione Anglus, Thomæ (vt ipse fatetur) Discipulus; qui, quæ viderit, & certa audierit, de Venerando Magistro describens:*

Paul. Epist. 1. ad Timotheum.

O! *(inquit)* ineffabilia super te, Thoma! divinæ pietatis viscera. O incomprehensibilia divini arcana consilij! — — — Te quippe Thomam vidimus Lundoniâ ortum — — — Gilberto Patre, & à Matre Matillide carnaliter procreâtum. *Et post pauca*: Ipsius (*ait idem*,) reverâ opus hoc; qui suscitat de terrâ inopem, & de stercore erigit pauperem, vt sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat. *Inferiùsq. paullò addit*: Vnum est, quod ipsomet mihi referente didici; & hîc interserere curavi.

Puerum adhuc agens, dum aliquo tempore, febre corriperetur, & ipsâ invalescente ardens, iam sensim per omne corpusculum ex intimis

intimis ſudor erumperet; viſa eſt ei Domina quædam ſtaturà procera, vultu placido, & adſpectu decora, in lecto decumbenti aſtitiſſe, & puëro, de ſanitate pollicità confortato, duas claves aureas tradidiſſe ſibi in manus, in hæc verba: Thoma! (inquiens,) hæ ſunt claves Paradiſi, quarum tu adhuc habiturus es cuſtodiam. Et his dictis, diſparuit.

Nihil ergò eſt cur demiremur, Thomam à Cancellarij Anglorum Regni munere, ad Archiepiſcopatus Cantuarienſis, & Anglicanæ Eccleſiæ Primatus excelſum gradum denique, Virum Sanctiſſimum fuiſſe, (licèt multum renitentem,) evectum; quem, adhuc puerum, Chriſtipara Virgo referatur ſelegiſſe, digniſſimum, cui Claves Regni cœleſtis fideliſſimè cuſtodiendæ concrederentur. Cætera longè plurima hactenus inedita, ab Hagiologo noſtro Marcianenſi, ſinè hiſtorici ordinis interruptione alijs annis, ſuiſque locis de D. Thomà diſſerturis, dicentur. Vt igitur hæcce, de ipſo, præpoſtero poſita ordine, ac tempore, propter tarditatem nobis conceſſi Codicis MS. Appendix prolixa, finem hîc denique ſumat, poſtremíſque priora iungantur: Pontifex Alexander 3. cum mitiorem hactenus viam expertus, cum ſuo D. Thomà, nihil intentatum reliquiſſet, antequam Regem Anglum anathemate obſtringeret, Anglicanúmque ſubijceret Regnum interdicto: intelligens demum omnia incaſſum ingenti cum manſuetudine tentata eſſe, literas ad Regem Anglum acerbas, coäctus pro Iuſtitià contra Regem pugnare, ſcripſit; præcepitq́, ſtato termino temporis à Rege pacem plenam S. Thomæ dandam: Id, ſi ſæpè iam ſæpiùs manſuetè commonitus, perficere negligeret; eamdem excommunicationis ſententiam certiſſimè expectaret, quam in Imperatorem Fridericum latam fuiſſe haud ignoraret. Huius plenæ pacis nomine; iubebatur Regi, Sanctum Thomam in oſculo ſancto excipere in ſuam Sedem reſtituendum, ablatáſque omnes poſſeſſiones recepturum, ſimul cum alijs ſecum exulibus, cuncta pacifice recuperaturum. Si verò ad hæc ſingula non facilè poſſet adigi Rex, qui nunquam ſe facturum iuràſſet; (vt ea certà rurſus manſuetudine temperarentur,) per Filium ſaltim impleta imperaret. Hæc enim dederat in mandatis Alexander Legatis ſuis Rottocho, Archiepiſcopo Rothomagenſi, VVillelmo, Senonenſi, & Nivernenſi Epiſcopo Bernardo, anno 1170. His acceptis Rex, Friderici miſerrimo caſu perterrefactus: vrgere feſtinavit de pace ineundà Legatos, eorum arbitrio capitula pacis relinquens. Audit hæc Thomas, qui mores Regis optimè nôſſet; monétque Legatos, ipſius fucos haud facilè deprehendi. Itaq́, quæ diceret, quæ polliceretur, ſuſpecta omnia eſſe debere; niſi operis exhibitione ſingula comprobaret. Simulaturum illum furorem, iuraturum, dejeraturum

deieraturum si eorum fidem integram in cunctis experiretur: in quamlibet formam, vt Proteum revera sese transformaturum, si à proposito conspiceret ipsos flecti minimè posse; rediturum attamen exindè ad cor; ipsosque Regi semper in Deos Pharaönis futuros, si neque minitationibus deterreri; neque pollicitationibus corrumpi, si artibus suis fallaciæ plenis nihil prorsus ab eis cognosceret denique obtineri posse contra honestatem ipsorum, aut indemnitatem caussæ præsentis. Hæc Thomas; quæ observare liceat & ei, cui, cum Principibus, terraq. Regibus agendi munus demandatum contigerit.

*Demùm igitur Rex Henricus, quùm intellexisset Caussam Ecclesiæ, Thomæq., Viri iusti, Pontificis reverendi, qui pro libertate Ecclesiæ Catholicæ, atque Sedis Apostolicæ tuendà maiestate, cum suis exul viveret, ac iniquè proscriptus, fidelissimè pertractari: Thomam pariter accedentem ad se, die Festo S. Mariæ Magdalenæ honorificè, ingentiq., (vt apparebat) cum gaudio suscepit, * additis multis promissionibus obtinendæ restitutionis, cùm ipse Rex in Angliâ esset. Immò etiam aliquantò postea, (cùm & pro Thomâ supplicaret Rex ille reverà Christianissimus, Ludovicus 7. Iunior, & Lenis dictus, quo, eà tempestate, inter Reges atque Principes non existeret, qui promtiùs & humiliùs obsequeretur Pontificis Max. mandatis; quivè studiosiùs ac devotiùs veneraretur, Ecclesiasticósque Viros pertueretur; nec esset Ecclesia, quæ fide, charitate, devotione in cunctis angustijs Ecclesiæ Romanæ vtilior existeret, quàm Gallicana:) huiusmodi literas Henricus Rex, ad Filium Henricum dedit.*

* Anno Christi 1170.

Henricus Rex Anglorum, Henrico Filio suo Regi Anglorum Salutem.

Sciatis, Quod Thomas Archiepiscopus Cantuariensis pacem mecum fecerit, ad voluntatem meam. Et ideò, præcipio, vt ipse, & sui, pacem habeant: & faciatis habere ei, & suis, qui pro eo exierunt de Angliâ, omnes res suas, bene, & in pace, & honorificè, sicut habuerunt tribus mensibus antequàm ipse exiret de Angliâ. Et faciatis venire coram vobis, de melioribus & anti-

antiquioribus militibus de honore de Salute, undè & eorum sacramento faciatis recognosci, quid ibi haberetur de Feudo Archiepiscopatus Cantuariæ. Et, quod recognitum fuerit esse de Feudo eius, ipsi Archiepiscopo habere faciatis. Teste. R. * *Archiepiscopo Rotomagensi.*

* Lege Rottocho, Legato Sedis Apostolicæ, de quo superiùs dictum est.

Navem ergò conscendens Thomas, felici navigatione in Angliam pervenit anno 1170. in principio Dominici Adventus: vbi, cùm vix per mensem in Ecclesiâ suâ degisset; vespertinum officium persolvens cum Monachis, & Clericis suis, à quatuor nobilibus præsertim sicarijs ad necem petitus, ferales ictus inclinato capite constanter pro iustitiæ assertione, & Ecclesiæ libertate tuendâ, excipiens, gloriosi Martyrij promeruit palmam, * a. *quâ celeberrimus cum Iesu Christi Martyribus sit revera aquādus; nisi eos etiam prætergressus nobis videatur, vti tradidère Petrus Blesensis,* * *Ioannes Saresberiensis, qui ei à secretis fuit, Herbertus de Bosehan; & alij. Porrò verò, quanam formido, quis pavor irruerit in sacrilegos Neomartyris percussores, undique vltrice culpâ exagitatos, vbinam gentium, & quà morte secundo indè post anno miserrimam finierint vitam; legatur apud Cæs. Baronium, ad annum 1172. quo hæc habetur trium tumuli epigrapha, seu, inscriptio.* Hîc * *b.* jacent miseri, qui martyrizaverunt Beatum Thomam, Archiepiscopum Cantuariensem. *Quartus verò, ipsorum, primúsque Thomæ percussor, genere quidem nobilis, sed; qui sceleris enormi ausu stemmatis gloriam ignominiâ perpetuâ damnâsset, Cosentiæ in Calabriâ, turpissima vita diem infelici morte clausit, teste Quadripartitâ historiâ.*

* a. Ætatis suæ anno 53. 4. Cal. Ianua.

* Petrus Blel. epistolâ 46.

* *b* In Monte Nigro: pœnitentiæ loco à Pontifice Max. consignato.

Hic funestus exstitit percussorum Divi Thomæ exitus. At, qualeis & fuerint, & eius coexules evaserint, audiamus. Quadrilogus, omneis Viros insigneis scribit exstitisse, atque complureis ex ijs ad dignitates subindè sublimeis promotos. Placentiâ námque ortus, natione ac nomine Lombardus, ab exilio petitus, (cùm celebri eruditione fulgeret,) S. R. E. Cardinalis creatus, Beneventano Archiepiscopatu fuit adauctus. Martyrij laureolam posteaquàm fuisset Divus Thomas Becquetius adeptus, Vrbs Carnutum * *optavit, & perhonorificum Episcopum, doctrinâq; celeberrimum Ioannem Saresberiensem excepit: cuius & obitum celeriter perstrinxère Andreana Synopseos paralypomena, primo statim suo in limine, id est,*

* *Vulgò,* Chartres.

est, pagella secunda initio; & ad annum post Christi Domini ortum M. C. L X X X. cui haecce de Sancto Thomà Cantuariensi congruentiùs praetexuissem, si huius nobilis Codicis membranei, (vndè haec Appendix prolixa est depromta,) praestitum paullò temporiùs vsum accepissem.

Robertus & Gerardus, pietate ac eruditione praestantissimi, Episcopatus quoque titulos iure-meritò sunt consecuti, hic, Covenitensis, seu Conventrensis; ille, Herefordensis, seu Erfordensis; (ita namque legit Liber inscriptus, Taxæ Cancellariæ Apostolicæ, *Parisijs, operà Tossani Denis, ad Crucem ligneam, propè Sacellum Divi Ivonis excusus anno 1520;) in Archiepiscopatu Cantuariensi. Radulfo adhuc exulanti, nobilis obtigit Decanatus Remensis; Gileberto Anglo, Roffense Antistitium in Archiepiscopatu Cantuariensi collatum est. Alij varijs honoribus Ecclesiasticis sunt insigniti. At, prae caeteris, qui è praeclarà Sancti Thomae familià fuère, Hubertus primùm Archiepiscopus Mediolanensis, exindèque Pontifex Romanus creatus est, Vrbanúsque Tertius nuncupatus. Quo docemur argumento, sanctissimam Sancti Thomae familiam in laborum perpessione summà praeditam constantià exstitisse, Virósque omneis revera fuisse Apostolicos, gratijs Apostolicis decoros, qui in illam acciti, vel essent adoptati; ob quas & ijdem ad summa singuli munia, Deo Duce, fuerint evecti.*

Neque verò exulem, seu hospitem S. Thomam Becquetium ingratum Gallo-Flandria nostra experta est; quippe, qui vt sua apud nos benevolentia pignus quoddam superesset, gentis quoque suae Becquetios reliquerit, quorum dum multas & praeclaras virtutes intueor, totus addubito, sitne verum quod Horatius metricè occinere nobis sic fuerit ausus:

Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum pejor Avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Vtque multis ex Becquetijs illis, qui virtutis, & vitae rectissimis exemplis caeteris praeierint, & tanquam certa lumina praeluxerint, paucos commemorem; ex antiquis illis, aliquem saltim liceat advocàsse, qui nobiscum de veterum moribus, & vità, iucundè, verèque agat. In ijs verò lubet recensère, qui hodiéque, Nobile Duacum nostrum Oppidum illustret, Clarissimum Dominum, expertiss. Doctorem Medicum, DN. Philippum Becquetium, qui medicinae theoricam ita & practicam cognitionem sit assecutus, vt pauci. Quid? Quòd & idem Vir adeò magnà perstet ac antiquà religione; vt in ipso, eiusque familià honestissimà, tanquam in speculo,

ſpeculo, poſſint intueri, qui pietatem, qui religionem colunt. At, Avum hic habuit Iulianum Becquet, qui Bapalmenſibus N. N. Becquetijs Avis & Atavis Civitatis pridem participibus, cùm virtutibus, tum etiam fortunâ ſatis amplâ ornatis exortus eſſet, quique Duacum ſe demùm receperit; vbi, & antè annos plus minùs centum bonis cùm eſſet moribus, dictis & factis Iuſtitiæ tenax, & officij plenus, Civitate donatus eſt, idemque DN. Margaritam à Pariſis honeſtiſſimam Duacenatem ſponſavit, ſubindèq́, vt Civium numero ſuo adſcriptus promerito, ita & generalis Dominij Quæſtor creatus eſt. In Reginaldo etiam Becquetio, & eius Filio Ludovico Becquet, aliijſq́ eorumdem cognatis, & bene nominatis agnatis, poſteritatem Divi Thomæ Cantuarienſis, quæ ex Angliâ Bapalmas, indèq́ Duacum & Orciacum commigrârit, poſthumam quoque aliam exhibere poſſim, quæ in horum ingenuorum Virorum familiâ pietatis & avitæ virtutis æmulâ Marcianis etiam, & Laöduni in hunc vſque diem religiosè perennet. Siquidem, apud nos, Marcanis (aiebam,) etiamnunc Domnus Iacobus Becquet, Presbyter, & Benedictinus Aſceta Marcianenſis, Vir ſanè optimè nominatus claret; Vir ſanè, qui, vti & germanus eiuſdem Frater, Domnus Reginaldus Becquet, Sancti-Martinianus apud Nervios Aſceta, & apud Laödunenſeis pro tempore iure-meritò Prior, iam indè à puero rationem in vitâ ſemper optimam ducem ſecuti, annos iam permultos maximâ cum religione tranſmiſêre, atque ſuos apud Venerabiles Confratres regularis obſervantiæ atque Benedictinæ diſciplinæ faces prætulêre. Et verò Domnus Iacobus noſter Becquetius, qui Noëmo Patre, Viro probo, Scribâq́ Orciacenſi prognatus eſt, multis muneribus apud ſuos Coâſcetas Marcianenſeis egregiè perfunctus, moribus illibatis & inculpatis, egregio ad poſteros vixit exemplo, & iam in huius vitæ quaſi veſperâ valetudinarius & languidulus ſenex in ſacrâ ſuâ, ſolitudinéque tranquillâ cœlum, & in eo Benedictum Deum, & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis humiliter, patienter, amanter ſpectat, & exſpectat.

Has, & alias ob cauſſas, quas non eſt nunc ita vt optârim hîc opportunus ediſſerendi locus, Horatium alioqui Poëtam nobilem quidem, errore lapſum liquidò conſtat de poſteris ſuperiores verſus edidiſſe. Verùm ecquid agas? Ita quidem homines compoſitos vel hinc animadverto, vt quæ majorum ætate acta ſint, ſæpè ſæpiùs demirentur, quæ verò ſint præſentia parvipendant: cùmq́ præteritis malis haud tangantur, ab ijs nimiò procul aſpiciantur, immò etiam indignâ oblivione obruantur. Et verò præſentia cum longè nos fortiùs tangunt, & magis movent, efficitur vt de veteribus aliter ac de

nobis sententiam cæci feramus. Accedat; Quòd cùm præsenteis invidiâ laborent, careantque mortui; fit adhuc vt hi quidem meliores, illi verò deteriores censeantur: Vrit enim fulgore suo qui prægravat Artes infrà se positas; & extinctus ambitus idem. *Et vt idem bene monebat*: Virtutem incolumem odimus, sublatam ex oculis quærimus invidi. *Et quia nostri ævi nonnullos fortaßis conspicimus degeneres, Majorum suorum virtuti nequaquam respondere; idcircò & posteros nobis deteriores futuros existimamus. Sed toto cælo, (vt videtur,) aberramus. Si namque ita sese res haberet, iam tot annorum millibus retrò-actis, aut in belluas, aut alastoras, homines degenerâssemus, ità vt jus nullum, nulla fides, religio nulla, nullæ iam arteis bonæ excolerentur. At reverâ, vt in aliÿs compluribus, præclaris & ingenuis, ità & in hac Becquetiorum antiquâ, & perhonestâ quæ nobis residua sit familiâ, contrà perspeximus vsu venire, quæ & religione, & virtutibus, & bonis artibus perstet apud nos perutiliter exculta.*

Cur autem nonnulli perperam autumârint S. Thomam Becquetium, Cantuariensem Archipræsulem ortu Bapalmensem fuisse, indè fortaßis crediderim contigisse, quòd eà ipsà tempestate, quà nostro is in Belgio diversis exul in locis, suis cum coexulibus à multis Præsulibus & Viris principibus liberaliter habitus agitaret, móxque ab ipso etiam Rege Angloessent propinqui eius omnis ætatis, amici, fautores eiecti omneis; gentilis quispiam S. Thomæ, animi bona multa, nec fortunæ poßidens pauca, hospes primùm in Vrbe Bapalmà constitisset, exindéque totà cum perhonestà familià in societatem Civium Bapalmensium coÿsset. Vndè rectè monens DN. Arnoldus de Raisse, In Auctario suo ad Natales Sanctorum Belgÿ, 29. die Decembris scribebat.

☞ Nonnulli, (*in queis Fer. est Locrius,*) eum Bapalmæ ortum fuisse ferunt, verùm nullo suffulti testimonio. Certè, Quadrilogus, qui copiosè, & optimâ methodo, atque maximâ diligentiâ, & fide vitam, & martyrium Sancti Thomæ conscripsir, imò & Eduardus, eius contemporaneüs, qui eius vitam bonâ fide descripsit, natum asserunt Londini. Eum tamen inter Belgas adnumeramus, cùm propter varias eius sacras (quas obtinet Belgium) reliquias, tum quòd diversis in locis in Belgio exulaverit. *Et paullò post sua hæc verba, idem addidit.*

† ☞ Similiter Marcianis in Flandrià, ad Scarpum fluvium, Planetam & Crucem gemmis, variisque Sanctorum refertam reliquijs, in æternam sui memoriam erogavit.

Cæterùm,

Caterùm, Viri graveis, ipsiq; varij per Belgium nostrum Becquetij, iam-pridem nostri effecti, (quique Leodium, Regiacum Attrebatium, Tornacum Nerviorum, & nobilis nostræ Tripoleos Gallo-Flandricæ Vrbeis antiquißimas Duäcum, Orciäcum, adeòq; & ipsas Marcanas hodiéque illustrant,) Sanctum Thomam suum Becquetium ita certè Londini natum admittunt, vt nihilominus ipsum ijdem Gentilem præfati exstitisse Civis Bapalmensis N. Becquetij, viri haud dubiè ingenui, protestentur, à quo, suis cum agnatis compluribus, & genus, & nataleis honestißimos duxisse asseverent, qui & parmam trigonalem suam, cognomini suo aptè convenientem, in campo ceruleo, tigno argenteo, duabúsque stellis eiusdem metalli sursùm, & lucio, seu lupo pisce infrorsum insignitam ad hanc vsque memoriam gestent. His itaque probis authoribus, & fidis, sincerísque testibus, de Becquetiorum honestißimà origine nostrorum nullus dubito, quin à D. Thomæ familià, seu matrice quadam, ex Britannià majore sit in Orbem hunc nostrum Belgicum, & Bapalmà demùm in Vrbeis Duäcum, Orciäcum, Marcanásque traducta, in certum quoddam earum decus & ornamentum, inter quos, & generis affinitas, & intercesserit morum atque virtutis arctior amplexus. De quibus, pro tempore quidem, & occasione natà, satis dictum esto. De alijs Becquetijs in Francià, vide Navarri Antiquitates Anglicanas.

☞ *EFFIGIES CRATERIS SANCTÆ RICTRVDIS, ortu Tholozanæ, Principis illustrissimæ, Filiæ Arnoldi Cognomento Nobilis, VVasconum Ducis præclari, & Comitis Petrocoriensis, atque Luciæ, Ducis Cantabriæ, quæ nunc Navarra nuncupatur.*



ET,

Obſervatio poſtrema, ad characteres, *a*. *b*. Et ſuperiora verba Codicis MS. * MARCIANIS, famoſo, *a*. & Nobili Monaſterio. *b*.

I*Am nos disertissimè Iuvenalis, Satyrà suà 8. edocuit, frequentissimum apud Romanos, imò etiam apud exteras nationes, antiquitùs incaluiſſe ſtemmatum vſum; Cùm,*

Atria

Atria Pisonum stærent cum stemmate toto,
Et docti Senecæ ter veneranda domus.

Ex Martiale Poëtâ.

Et Imp. Galba stemma in atrio proponeret, quo paternam originem, ad Iovem; maternam, ad Pasiphaën Minoïs vxorem referret. Prisci ergo illi Romani, vti & exteræ nationes nonnullæ, longo Majorum ordine primùm nobilitatem generis sui designârunt, imagines eorum pictas, & nomina familiæ suæ in atrijs suis ordine longo in armarijs dispositas, & multis lineis ordine directo exponenteis illigatas, vt propter-ea sic de Gradibus scripserit Paulus Iurisconsultus. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur; quarum altera superior, inferior altera. Ex superiore autem primo & secundo gradu, transversæ lineæ pendent. Bartholomæus à Chasseneo, id pertractans argumenti; Tria fuisse apud antiquos nobiliora jura, Agnationis, Gentilitatis, & Stirpis; sed Nobiliorum (inquit,) *fuisse videtur Gentilitas, vt ex diffinitione Ciceronis apparet: eorum scilicet, qui sui generis imagines poterant proferre. Vndè in Vespasiano aïebat Tranquillus: Flavia gens, obscura illa quidem, ac sinè Majorum imaginibus; sed tamen Reipublicæ nequaquam pœnitenda. Quibus ex verbis, imagines pro generis nobilitate intelligimus accipi solitas fuisse. Tullius siquidem ipse novum se hominem & Arpinatem indicans, hoc est, nullâ generis commendabilem claritudine, sed tamen virtute suâ Consulem effectum: Quemadmodum (inquiebat,) cùm petebam* (Consulatum supple,) *nulli me vobis autores generis mei commendârunt, sic, si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Idémque, in Pisonem: Obrepsisti* (aïebat,) *ad honores, errore hominum, commendatione fumosarum, vel* fortassis, famosarum, *(variat enim apud varios Scriptores vocabulum hocce,* fumosum, *vel,* famosum,) *imaginum, quarum * simile nihil habes, præter colorem. Antiquissimi ergò generis stemmata, Imagines fumosæ, ab igne ac fumo obscuratæ,* seu famosæ, *à claritudine celebratæ, passímque vocitatæ temporibus Majorum exstitêre. At, id sibi juris ab Ædilitate bene gestâ quæsijsse M. T. Cicero testatur vltimâ in Verrem Actione, hisce verbis: Ob earum rerum laborem, ac solicitudinem, fructus illos datos; Antiquiorem in Senatu sententiæ dicendæ locum; togam prætextam; Sellam Curulem; jus Imaginum, ad memoriam, posteritatémque prodendam. Quibus, docemur, Imagines familiarum, ex honoribus, & rebus bene gestis comparari, ac retineri Majorum ætate solitas fuisse. Tullius proindè, * Et hoc* (aiebat,) *in more positum Quirites! institutóque Majorum; vt hi qui beneficio vestro Imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, quâ gratiam beneficij vestri cum suorum laude conjungant.*

Ex Tranquillo.

Primæ partis Catalogi gloriæ mundi Conclusione decimâ.

M. T. Cicero, ad Populũ Rom. pro Lege Agraria.

* Quare, ap alios legitur.

* Pro Lege Agrariâ.

Qui

Qui porrò jus hocce gentilitatis, Majorúmque nullas imagines, seu cerea simulachra picta, perque armaria disposita habebant nulla, filÿ terræ, à seséque orti, ac novi homines dicebantur, vt propter-ea scripserit Tullius episto. 7. Ironicè; Cornelius quidem tuus, summo genere natus, terra filius, &c. Et Poëta Persius.

Præsto est mihi Manius hæres, Progenies terræ.

Apud priscos verò illos Romanos, Majorum imagines in funeribus ducere, tota vt gentilitas exhiberetur, moris fuit, vt autor est M. T. Cicero, qui secundo De Oratore dixerit: Brute! Quid sedes? Quid Anum illam Patri nunciare vis tuo? Quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? Quid Majoribus tuis? Quo quidem Tullius loco, agit, de Anu Iuniâ Bruti agnata, quæ funere tunc efferretur, cuíque subsequens adesset cunctus eius familiæ qui vmquam populus exstitisset. Plura legito apud Plinium libri 35. capite 2. Ex quibus effectum observo, vt Barthol. Chassenæus Iurium humanorum Doctor j. parte Catal. Glor. Mundi: Romanorum hunc ritum perenniori quodam modo Francos asseruerit imitatos, hisce conceptis verbis.

Reges autem nostri faciunt sibi erigere statuas, & ex more cuique Regi post mortem erigitur statua in Palatio Parisiensi, & fit talis, quod per eam demonstratur qualis fuerit regiminis: quoniam, si fuerit bonus, prudens, & verus Rex, sic quod suo tempore Iustitiam administraverit, habet manus elevatas, & in altum tendentes; si verò malè; aut vnicam, vel ambas habet depressas, & bassè tendentes: & per hæc denotatur quod fuit malus administrator Iustitiæ. Quod timens Ludovicus Vndecimus, nè in statua eius, post mortem, fieret hæc depressio manuum, vel manus; eius vità durante, fecit fieri suam statuam. Et sunt numero, in dicto Palatio, LXII. vsque ad Franciscum Primum, qui hodie regnat. Et quilibet horum habet suum Epitaphium, per quod ostenditur quot annis vixerit, seu regnaverit: &c.

Vt autem missa faciamus antiquiora hæcce Stemmata, quæ lineis suis discurrebant ad imagines pictas, fumosas nonnunquàm, & nunquàm non famosas, & Tablina Pliniana, quæ Codicibus, & monimentis rerum in Magistratu præclare gestarum, implebantur: vtque tacitas relinquam denique animorum ingentium alias & imagines, quæ & in foribus, & circà illustrium ædium limina simul cum hostium spoliis devictorum solerent affigi, quas nec emtori quidem confringere liceret, vt etiam commutatis emtione Dominis, decora, & earum nobilia superessent ornamenta, Plinio autore.

autore: posteaquàm & imaginum, & id genus statuarum usus elanguisset, armorum insignia earum in locum maximis nobilium studijs cæpère multis retro iam ætatibus subrogari, tantâq; observatione haberi, ut, quemadmodum statuarum & imaginum virorum principum violator crimine læsæ Maiestatis obstrictus tenebatur, L. Qui statuas. ff. ad legem Iuliam Maiestatis. Lucas de penna, in l. Si qua. Col. j. Cap. De Spectaculis. lib. xj. & l. j. prædia. C. de locatio. prædiorum civilium, &c. Ita & violator Insignis armorum Principis. Subrogatum siquidem assumit illius naturam, in cuius locum subrogatur, uti plenè habetur per Doctores maximè, Do. meum Iasonem. in l. Si eum, §. quæ injuriarum. ff. Si quis &c.

Porrò-verò, prodeat & hisce antiquioribus imaginibus, seu stemmatis impositurus colophonem doctissimus Budeüs, qui loco imaginum huiusmodi pictarum, secula senserit posteriora subsumsisse Gentilitia Insignia, quæ Arma vulgò exhinc fuerint dicta. Quæ quidem & ipsa, (uti veri est simile,) virtutis præmia excellentioris, & decora fuerint rerum eximiâ quàdam cum laude peractarum. Quæ tamen gestantium nonnulli hodie, atque etiam plerique, moribus, ac vitæ instituto, hoc certè perficiunt, ut tantùm Maioribus eorum honoris debitum esse videatur: undè etiam quod posteris solveretur redundaret, ut Cicero dixit. Hæc Budeüs, in l. Si. ff. de orig. iuris.

Quibus profectò ex verbis, difficilis operæ non est, animadvertere suam undènam Insignia, seu Arma originem desumere occæperint, quorum & gratiâ solâ hæcce quæstio nata sit, & ex introspecto summæ antiquitatis argenteo Cratere Sanctæ Rictrudis Cognomento Nobilis, Principis Tolozanæ, Matris nostræ semper honorandæ, Marcianensiúmque Ter-Maximæ atque Pientissimæ Patronæ hæc postremùm fuerit iure-meritò Appendix de Stemmatis eius illustrissimis exorta.

Rem paullò hanc altius qui repetunt; Rege (aiunt,) Numâ Pompilio Parmam, seu breve, rotundúmque cœlo delapsum fuisse scutum, Vrbi quæ peste laboraret alexicacum foret, iuxtà illud Ovidî lib. 4. Fastorum.

Ecce levi scutum versatum leviter aurà,
Decidit: à populo clamor ad astra venit.

Et libro 5. de hoc ipso pangebat:

Atque ancile vocant, quod ab omni parte recisum est.
Quaque oculis spectes, angulus omnis abest.

Quidnam illud portenderet consulti Aruspices; Orbis Imperium eo loci concessurum responderunt, quo scutum servaretur. Exhinc alia duodecim

quæ hocce referrent cœleste, fabricari à Mamurio imperavit, quæ in Æde Martis recondita fuêre. Cúmque idem ex Patricijs assumtos iuvenes Marti Gradivo sacràsset, singulorum collo appensum voluit pectoris aneum tegmen, quod Ancile diceretur, pérque Vrbem totam ab ijs deferretur, seu Insigne cœleste, numinisque plenum. Sed, quòd hæc profana sint: sacra petantur, quæ ad rem propiùs accedant. Illúdque in-primis esto: Quid à Viris principibus assumta legantur multis statuta locis celebrioribus virtutis, & præstantioris insignia nobilitatis, quibus, seu monimentis amplissimis, sui memoriam nominis traderent immortalitati. Hinc, quid Machabæorum Capite 13. Simon excitavit supra Sepulchrum Patris sui, & Fratrum suorum, ædificium altum visu, lapide polito retrò & antè. Et statuit septem pyramidas, vnam contrà vnam, Patri & Matri; & quatuor Fratribus: & his circumposuit columnas magnas, & super columnas, arma, ad memoriam æternam; & iuxtà arma, naves sculptas, quæ viderentur ab hominibus navigantibus mare.

Primi quoquè Regum capite 30. Posuerunt Philistijm arma Saulis interfecti in Templo Astaroth. Corpus verò eius suspenderunt in muro Bethsan.

Verùm-enim-verò, ecquænam illa fuêre fortissimorum Machabæorum & præpotentum Arma, seu Insignia Regum, celebriorúmque Virorum olim aliorum? Eccum illa tibi subduntur. Hectoris antiquissima Insignia, in Ancili, scuto rubeo, (quòd oras, sivè extremitates haberet in similitudinem cubiti, in quo decens brachij flexura esset,) duos Leones aureos erectos, sese mutuo respicientes, repræsentabant. Lyram auream in campo rubenti gestavit Rex David. Virides psitacos treis in aureo scuto Iosue; Iudas Machabæus, vir ille fortissimus, in argenteo, coloris rubri Leonem; Alexander Magnus, Regem aureum splendentem, solióque insidentem, in campo ceruleo, prætulêre. C. Iulio Cæsari armorum Insigne primùm exstitisse Aquila refertur, quòd inter armatorum copias in ipsius advolàsset caput, & eodem consedisset, dum corvos duos, qui hinc & indè illi molestiam inferrent, morte affecisset, non sinè adstantium admiratione ingenti. Hanc vario colore alitem levis Poëtæ confabulati sunt. Aruspices verò id conspicati, C. Iulium Cæsarem, quâ vi, quâ dolo, bellísque ac astu regnaturum vaticinati feruntur. Exhinc verò Imperatores Romani, Aquilâ in campo aureo sub atro colore vsi fuêre. C. tamen Marius (vt author est Plinius, qui septimùm Consul fuit, cuiusque nepos exstitit C. Iul. Cæsar,) Aquilam Legionibus Romanis propriè dicavit suo in Consulatu secundo: tradítque ibidem Plinius,*

* Plinius lib. 10. cap. 4.

Plinius, non ferè vmquàm apud Legiones Romanorum in castris hybernatum esse, vbi Aquilarum non fuerit iugum. Vndè & conijcere fortassis liceat, Aquilam Imperatorum Romanorum ad hanc vsque memoriam Insigni armorum consignatam bicipitem adservari.

*Pars duodecima Catalogi Gloriæ Mundi, Consideratio, 80. Aquilæ, avis Regiæ varias significationes disertè ac eruditè describit: demúmque, Aquila (inquit,) etiam apud Theologos varia denotare reperitur. Quandoque siquidem terrenam significat potestatem, vti Ezechielis capite 17. Aquila grandis magnarum alarum, id est, Babylonius Rex, qui, (prout solent saltim Romanorum Reges,) in vexillis suis prætulerit militaribus Aquilam regiæ cæteras inter aves nobilitatis, & cuius longæva apud Vrbem Sestor, percelebris semper exstiterit gloria. * Hieroglyphica Niliaci Apollinis volunt, eà depictà, celsitudinem, sanguinem, victoriam invictissimorum Heroum designari.*

*Quid? Quod & ATHEVLA, Hunnorum Rex, quantumvis barbarus Insignis armorum decora neutiquam censuerit negligenda: quùm & ipse in scuto argenteo vulturem sibi voluerit insigniri * Philippum Flandriæ Comitem hæc etiam Synopsis Franco-Merovingica celebravit, qui & in peltà Leonem atrum in aureo campo expressum à Rege quoque barbaro prostrato in bello sacro abreptum, in posteros suos Flandriæ Comites transfuderit similiter insignitos.*

*Quæ autem diximus de Monarchis, Regibus, & Viris principibus, ac nobilibus, habentibus insignia sua, ex antiquâ prosapiâ, ratione familiæ suæ, atque nobilitatis antiquæ, ab alijs distincta, eadem & legimus varijs de regionibus, nationibus, & populis nominatioribus. Quemadmodum enim, regias vidimus Aquilas Romanorum; ita possumus & Scytharum spectare Fulmen; Filiorum Israël, Signum T. Ægyptiorum, Bovem; * Suem, Phrygum; Corallorum, geminas rotas; Martem, Thracum; Persarum, arcum & pharetras; Atrum Crucifixum cum flagellis duobus, in aureo campo, Pretojanni, Æthyopum Abyssinorum Regis. Ita rursus spectari queunt antiqua Eduorum Insignia, cùm eorum Civitas præcipua, caput esset Celtarum, ipsiq; principatum totius ferè Galliæ obtinerent. Tunc enim temporis, ipsorum Insignia fuére Leonum capita duo aurea, in ceruleo scuto, in cuius parte inferiori angues visebantur argentei treis, in rubro campo, instar annulorum, in gyrum revoluti, & colligati, extremásque caudas ore concludenteis. Vndè Apostrophe hæcce disticha nata:*

* Vide Plinium lib. 10. cap. 5.

* Vide Ioannem Ma[illegible]ium In Illustrationibus Galliis si ti[illegible] bi [illegible]cit.

* Apis & Serapis dicebatur, de quo Alexander ab Alex. lib 6 c. 2. Et Marcellinus lib. 22. Druidū religionem & mores vide ap. Cæsaris Cōment. lib. 6. Plinium lib. 16. cap. 44. Suetonium in Augusto & Claudio.

Nos Dryus Herculeo finxit pro pignore vinctas.
Hedua vincta stetit: vincula soluta, ruit.

Bibractenseis verò, in campo ceruleo duos gessère angues argenteos medio constrictos, viperinisque sese orbibus implicanteis in modum vincli amoris, quorumque capita sursum erecta, & à capitibus se mutuò respicientibus, collisque recurvis ad colligationem vsque, & ab ipsâ colligatione mediâ ad finem vsque campi partis infrà subiectæ caudas longiores, tenues, suspendulas, & extremò retortas, concircularitérque iunctas. Medio verò campo, duobus anguibus hunc in modum intortis collateralia leonum capita duo aurea sunt adiuncta.

Preterea Augustudunensium Druydum multis iam seculis insignia satis nota, quæ fuerint anguium & visci quercinei rami frondosi, azureo scuto, ad quos sit & distichon hocce vetus.

Quærimur in omnes Druydis insignia casus:
Anguium visco relligione subest.

Quid Alexienseis memorem, quibus Hercules Libycus Alexiæ conditor, ex autoritate Io. le Maire, libro 1. Illustrationum Gallic. cap. 11. & Io. Annij libri primi capite vndecimo suorum Commentariorum ad Berosum, non satis certè aureum bovem in spinolâ, seu scuto viridi, vernaculè, de Sinople, *è nube argenteâ exeuntem; sed fortaßis, leonem magnum colore rubro radentem & coronatum: vel etiam fortè certiùs serpentes pro Insigni armorum reliquisse videtur, qualibus fuerunt vsi cum Heduis (confœderati) Bibractenseis; vt propterea Hercules existimetur à Chassenæo dictus anguifer, serpentarius & anguitenens, seu Ophineus. Caterùm, Regio stemmate Princeps præclarus Leudisius, Errici & Leutsindæ Burgundæ Filius, Eduorum inter cætera Insigni armorum superiori illustratus fuisse legitur, ex autoritate Chronici Marcianensis* MS. *& apud suos Eduos Augustoduni honore conditus condigno.*

Brevitatis gratiâ, permultis omißis, hincque progressus, ad Pyreneos me confero montes, vbi gentium prolegomena nostra VVestergothos, & in radicibus montium Pyrenæorum, Vaccæorum, (qui exindè VVaccones, subindè VVascones, Guascones, Vasconésque dicti sunt) originem ostenderunt ex assertione multâ Codicum nostrorum membraneorum MSS. *Eò inquàm, celeri gressu pergo, nostros Divæ Rictrudis vtrumque Parentem transeunter salutaturus, eòdémque ferè gentium atque locorum ocyùs rediturus, Heroïnamque Luciam, Sanctißimæ Rictrudis Tolosanæ; castißimam*

Parentem,

Parentem, Ducis Vasconum, Comitisque Vesunæ Petrochoriorum, vernaculè Perigueux, *Arnaldi, seu Arnoldi Conjugem, apud Cantabros Insigni armorum repræsentaturus, posteaquàm Hispanica lustraverimus nonnulla; quæ hisce pauculis habeto.*

Aragoniæ Rex, Insigne habet palis rubris quatuor, aureisque totidem compositum. In Hispaniæ, Castelleq; Regnis VVestergothos vidêre nostra item prolegomena, rerum ovanter, feliciterque potitos. At ista Regna, multis iam seculis, argentei scuti duas habent partes leonibus ceruleis illustratas; aliàs item duas, in rubro campo, hinc sursum, & indè deòrsum tributas, turribus, seu aureis castellis insigneis. Veteri Lusitaniæ, seu Portugalliæ Regum Parmæ, quinque argentea scuta parvula, argentea, in campo azureo, circumpositis turribus ad rubentia labra; (termini sunt artis, hæ voces, tametsi parum latinæ) à devictis & cæsis barbaris Regibus quinque accessêre, quæ sibi victor Rex trophæa Lusitanus adaptârit, cùm illi ferro ignique vicinis Regnis internecionem minitarentur; uti Sylvianâ hacce synopsis, nostraq; ad eam Notationes prodiderunt. Granatenseis & Legionenseis Reges, nomini Regnorum suorum congruentem Leonem, hi; Batici illi; punica, seu granata mala, Insignium decora ferunt, suo fortaßis Regni vocabulo facetè alludenteis, ut nomina sint consonantia rebus; vulgato §. Est & aliud. instit. de donatio. Et, Siquidem data sunt ab antiquitate nomina, significativa, à parte rerum: ut Petrus, à petrâ, quia firmus ut petra. tex. & ibi glos. in autent. de Defensoribus Civitatum. in princ. colla. 3. Et Lucius, Lucilius, & Lucullus, à luce. Verbi gratiâ; si cuiuspiam cognomentum sit, A quercu; idémque Insignium suorum tesseram velit esse Quercum, proüt usu venit Iulio Secundo, Pontifici Maximo, cuius esset cognomen De Rouere, *proïndéque, Quercus Insignibus dignosci selegit: Rouere siquidem, & quercus, apud Italos, Synonima sunt. Perindè sese habuêre, qui lupum, qui Castellum Insignium loco sibi posuêre, quòd id cognominis sortiti essent. Itá-que sentiendum est de cæteris singulis copulativè enumerandis. Et licèt propria pro nutu & arbitrio nomina imponantur: appellativa tamen solent à proprietate certâ quâdam imponi. Sententia hæc Baldi est in Proœmio Institut. allegantis l. Si quis in fundi vocabulo. ff. de legatis primo.*

Ad Insignia Navarrici demùm Regni Appendicem hanc postremam contrahamus, quæ primâ parte Catalogi Gloriæ Mundi hisce à Bartholomæo à Chassenæo conceptis verbis depingantur.

Rex Navarræ, habet in campo rubeo Escarbunculum pometatum ex auro, &c. At hæc ipsa Navarræorum Regum gessit Lucia Cantabra Heroïna illu-

illustrissima Parens Sanctæ Matris nostræ Rictrudis, ortu Tolozanæ, tribus totis antè seculis, quàm Navarraum esset Regnum institutum. Licèt enim Vasæus initia Regni Navarrici referat in annum incarnatæ Deitatis 829. cùm vltimus Suptarbiæ Rex Sanctius Garsias è medio sublatus esset; Marianáque, aliquot etiam antè annis eiusdem exordia locârit: Martinus tamen Siculus, & Franciscus Tarafa, Chronologi accurati, atque periti, Anno post ortum Christi 912. hocce volunt Regnum cœpisse, in Asturiâ, & Cantabria Likiæ, seu Luciæ Principis nobilissimæ, Coniugis Arnaldi, seu Arnoldi Cognomento Nobilis natali, hæreditarióque solo, noménque, Navarræ Regno, loci situm indidisse, atque tum regendum suscepisse primùm Enecum Sanctium, cognomento Aristam asseverant. Horum Regium vtriusque Coniugum & genus, & proavos, & amplissimam potentiam atque ditionem longè latèq; olim patentem ex prolegomenis nostris sparsim descriptam, maximè verò ex VVestergothis seu Visigotis, Gothisve Occidẽtalibus copiosiùs habeto. Attamen hoc id loco additum oportet: Quòd antiquato denique stemmatum, seu cerearum Imaginum præfato vsu, apud veteres illos non modò Romanos, sed & exteras ferè omneis nationes moris fuit Insignia familiæ suæ, nobilisque generis, peristromatis, varijsque generis aulæis suis intexere, immò etiam celte insculpere silicibus, & numismatis certo addito symbolo infundere. Tanta etiam in omni memoriâ exindè cura fuit, & etiamnum hodie pergit Viris principibus & nobilibus Insignium huiusmodi esse, vt ea cognatis etiam, & affinibus non sit liberum assumere, vti neque ijs licet gerere Insignia Domus, seu familiæ illustris, qualis planè fuit Rictrudina, qui eius solâ cognatione gaudeant, aut affinitate; cùm ad solos agnatos pertineat ius, & libera facultas gerendorum Armorum, seu Insignium Domus, seu familiæ cuiusquam illustris. Istiusmodi namque videtur prorsùs esse textus In L. familiarum. C. de religiosis & sumptibus funerum. Id quod & Ioannes Sanxon allegat, & Bart. in Tractatu de Armis, vbi tuentur, quòd Arma non transeunt ad Cognatos & affines. Titulo verò de successionibus, §. 12. in glos. 1. Agnationis dignitatem salvam semper esse debere docetur; quia honos penes agnationem debet contineri. Cùmq; Armorum insignia, Domus, seu familiæ decus sint, & ornamentum, ad cognatos solummodò transire neutiquam debent. At, quónam tandem modo, & nomen, & Insignia Matris, vel alterius assumere liberum sit, & cuipiam integrum, nôsse cupienti, videndus est Guillelmus Benedicti In Repetitione. C. Raynutius, in verbo, Raynutius de Clerâ, numero 44. de Testamentis. Hisce addatur: Quòd, sicut identitas Cognominis, inducit præsumtionem agnationis. L. Cùm precum. Cap. de liberali causâ, *ita etiam iden-*

identitas armorum inducit præsumtionem agnationis Navarræorum Regum cum Cantabris & Asturibus Herœibus & Heroïnis. Sicut enim sunt reperta & nomina imposita homines ad cognoscendos, hoc est; ad singulos agnoscendos, nomina sunt comparata: C. *de ingenuis manu-missis.* & §. *Si quis in nomine. instit. de legatis. Ita & Arma, Signa, & Insignia adinventa existunt ad familias & agnationes celebriores quasque dignoscendas: quia per Signum, cognoscitur signatum.*

Porrò-verò, (vti dici cœptū est,) Armorum scuta, seu Insignia Virorum illustrium, Principumq. supremorum, (proüt doctè monent DN. Petrus Sainct-Fleur, Mons-peliensis, In historiâ rerum memorabilium, Petri Gregori Tolozani 1. *pars* SINTAXEΩN *artis mirabilis, & Barthol. à Chassæneo Parte* 1. *Catal. Gloriæ Mundi concl.* 59.) *antiquitùs permagno studio à Viris illustribus iubebantur exprimi are fuso, orbiculatis, triquetris variaque figura parmis, aureis & argenteis scutis, vasis, & summi pretij Crateribus efformari, insculpi, tesserisq. ac aulæis depingi, ac intexi, vt optimus quisq. maximè serviret posteritati, & iuxtà illud Tullianum* 1. *Tusculan. virtutis heroïca amorem in animos mortalium sui in ipsis memorum, instillaret, egregiamq. laudem à serà posteritate referret. Abijt verò in ora vulgi olim iam Christi bonum odorem fuisse in omni loco vtrumque perillustrem Parentem Divæ Matris nostræ Rictrudis Tolozanæ Principis præclaræ, cuius antiquissimi Crateris argentei effigiē hàc demùm Appendice genuinè curavimus expressum, & Philistoris aliquo fructu honesto circūspiciendum. Hunc nobis ipsa pientissima Mater Rictrudis, verè Vidua, summà induta modestià, (quæ purpura virtutum est, Ambrosio teste;) hunc, inquam, Serenissima Princeps Rictrudis, pridem à Maioribus acceptū, velut testamento, alumnis suis prædilectis, nobis mnemosyni loco reliquit adservandum. Hac Patrum est doctrina omni memorià tradita, & ad nos quasi per manus observanter transmissa; vt hunc propterea Rictrudinum Cratera, velut certis Maiorum sibi manibus ex fide concreditum, & suà pretiosà thecà reconditū maximà sēper curà iam indè ab eius ter-felicissimo adservàrit obitu Hierogazophylacium nostrum Marcianense. Ex eius concavi penitiore introspectione, id imprimis occurrit hoc deniq. observandùm loco, quod ritu Romano, immò verò & Gothico, nobiliter servatà natalium & stemmatum ratione; huic, (ex quo sobriè bibere soleret S. Mater nostra Rictrudis,) Crateri argenteo antiquissimo eminentiùs insculpta visantur & affabrè Insignia expressa inclyta Parentis ipsius Lykia, seu Lucia Cantabria Heroinæ, adsimilia regijs Navarræis, quæ sint, Carbunculus, pomis aureis, extremà parte circumquaque septus, in campo, seu rubro armorum scuto.*

Cùm

Cùm autem liquidò constet Serenissimam Principem Luciam ex Coniuge perillustri Arnaldo Vasconum Duce, Petrachoriorumque Comite felici partu Rictrudem cognomento Nobilem fudisse Toloꝫæ, anno incarnatæ Deïtatis 613. nullo prorsus potest modo Serenissima Princeps hæc Cantabra Lucia Carbunculi sui superioris gentilitia Insignia Navarrorum abs Regibus accepisse: at contrà Navarræi Reges tribus post seculis exorti, (vti superiùs dictum est) sua possint ad Cantabram hancce Serenissimam Heroïnam in se transfusa certiùs referre. Quod autem exstat eodem in Cratere Rictrudino huic Carbunculo illustri collaterale scutum dextrum, in suo ceruleo campo, cum suâ fasciâ, (terminus hic artis esto,) aurea lilia refert tria, nec ea certè qualia nostro hocce seculo formantur; sed quadrata, qualia olim fiebant in Armis Ducum Burgundiæ, vt verbis vtar Barthol. Chassenei, conclusione 49. partis primæ. At, sinistrum eiusdem, præter tignum suum aureum in aꝫureo campo, tribus quoque aureis besanis adornatur. Quod verò medium triquetrum est, seu trigonale, aut triangulare, in ceruleo campo, strictiores billettas septem aureas, transuersam autem oblongiorem, & latiorem ab imo sursum mediam velut fascam obsoletam ostentat. Hâcce quidem formâ visuntur composita scuta hæc Crateri Rictrudino impressa, quæ tamen figurari debuisse formâ orbiculari in scutellæ modum, quæ rotunda sit, & concava, cum Armoristis Chassenæus arbitratur. Vndè, videmus (inquit ille,) quòd aurea moneta, quæ rotunda est, in quâ imprimuntur arma Principis, dicitur, & vocatur Scutum aureum; vernaculè, vn Ecu d'or, *& rotundum est. Et olim, Arma, (vt etiam videre est hoc ipso in Cratere, præsertim medio circumcincto veteris formæ liliјs) nullibi fiebant, nisi priùs factâ rotunditate, in quâ intropingebantur: & scuta armigerorum, quibus se defendunt, fiebant antiquitùs, & adhuc, (vt plurimùm,) fiunt rotunda: ideóque, in gallico, dicuntur* Rondelles: *& sic fiunt orbiculata. Quandoque conflabantur etiam ovali figurâ deorsum fixà, & nonnihil exacutà, quale Scutum exstitisse legitur, seu Clipeus regius FL. Constantini Magni, cui erat Crux simplex impressa, quam Chassenaus vocat vernaculo idiomate,* Croix pattee. *Neque (ait idem,) iturus ad bellum Constantinus Mag. alio quàm Crucis signaculo vsus est. De quo, ad radicem inferiùs dixit Barthol. Chassenaüs, Conclusione 98. cuius omnia ferè verba ipsa hoc produximus loco docta & ad rem solidè tradita, tametsi parum tersa, & latinum haud satis redolentia nitorem.*

Sed quorsùm (fortassis obijcies,) Dracunculos ore hianteis, & exerenteis linguas bisulcas, capite cristato, collaque hirsutos, & caudas contortas, & tripomifer nobilis Crater hic Visigothicus inter sua scuta profert? In promtu

premtu causa est. Cùm pugnas suas adversus hostem Saracenum hinc, indè Francum Visigothi draconum instar ferocire. Et, uti ab Aquilâ, dicti sunt signiferi Romanâ in militiâ, Aquiliferi, qui signum, seu vexillum primæ legionis Romanæ præferebant, (ex autoritate Vegetij,) alij verò, Minotauriferi, Lupiferi, Equiferi, Apriferi, aliarum legionum vexilliferi Romanorum, Autore Plinio libro 10. cap. 4. ita Visigothorum vexilliferi, Draconarij dicebantur apud Vascones, à Draconibus, qui per singulas cohortes, (quarum Dux erat militari quoque laude præclarus Arnoldus Nobilis,) in bellicis ferebantur tesseris, & vexillis expressi. Franci verò, ex quo sacra Christiana tempore susceperunt, Cruce candidâ Francicâ utuntur; Burgundi, Cruce rubrâ S. Andreæ nomine dictâ: Scoti, albâ: Contrà Francos Angli, rubrâ: Contrà Scotos, Rosis insignire solent vexilla: Veneti, Leone: Urso, Suëvi: Senones olim Galli, Lupo: Asino clitellâ onerato, Neäpolitani.

Sed, quænam fuère Arnoldi, Ducis Vasconum, cognomento Nobilis gentilitia Insignia? Ex illustrissimæ Abbatiæ Marcianensis Sanctæ Rictrudis Insigni nobilissimo ea habeto. Carbunculus est extremis suis partibus sceptriferis liligeratus atro colore depictus in aureo scuto. Vel hinc evincimus Arnoldum Nobilẽ Sanctæ Rictrudis ter-Venerandæ Parentis nostræ inclytum Parentem Vasconiæ Ducem fuisse supremum. Per signum siquidem, (uti suprà dictum est,) cognoscitur signatum; Atqui Duacenus noster Domnus Arnoldus VVyon, Filius Amati VVyon, Duaceni Civis, & Procuratoris Civici apud suos Duäcenateis, cuius perhonorificè meminit R. P. Ioännes Buzelinus, in sua Gallo-Flandria Sacrâ & profanâ: Benedictinus (aiebam) hic Scriptor bene doctus, In suo Ligno Vitæ, agens de Sancto Abbone, instituti Sancti Patris nostri Benedicti Nursini perdigno Præsule, Christique Martyre glorioso; libro 5. capite 42. Tit. S. Albo Abbas, Vasconum Apostolus, & Martyr, quænam, & undè prodierint famosi & nobilis Monasterij Marcianensis Sanctæ Rictrudis Insignia, manifestè prodit in hæc verba.

Huic, (*supple S. VVicpetro Sorabum, & Frisiorum Apostolo, & Martyri,*) proximus est S. Albo, sivè Abbo, Floriacensis Abbas, qui post multos in prædicatione fidei apud Vascones perpessos labores, ibidem, pro eâdem fide martyrio coronatus est, anno Domini 1003. non autem à monachis suis occisus, ut quidam non rectè prodiderunt,) ad idque, illius Regionis arma antiqua, Carbunculum nigrum in aureâ Parmâ depictum, pro victoriæ suæ trophæo reportat, &c. *Ex hisce igitur, & suprà productis verbis de iure Insignium nobilium,*

lium, seu stemmatum, liquidò constat Parmam nostram Marcianensem auream, Carbunculo liligero inclytam, & ab Arnaldo, seu Arnoldo, cognomento Nobili, Vasconum Duce, Divæ Rictrudis Illustrissimo Parente partam, nobis fuisse, ceu testamento nobilissimæ Matris, & Dotatricis Rictrudis relictam. Neque prætermittendum illud hîc videtur, quòd & nobilitatem regiam Vasconicæ regionis demonstret: Sanctium nempè 2. Navarræ Regem, à Marianâ Vasconum Regem vocari, undè palam evadat, quàm longè, latèq; sese nomen, ac Vasconicum Regnum olim extenderit, quod & Tolozam fuisse complexum, sæpè sæpiùs ostenderint membranei Codices Marcianensis MSS. *in Vitâ S. Rictrudis Tolozanæ, quam iidem ex Vasconum regio stemmate, atque finibus Vasconicis Toloza natam prodiderint produsse, quámque Dux Adalbaldus, Nepos Regis Francorum Dagoberti I. ibidem legatur sibi connubio iunxisse, maximarum opum hæres.*

Videatur eâ de re Gordonus ad annum 1200.

Neque revera obest nobilitati Carbunculi huius Vasconici & regij, color ater adiectus, quùm & Cæsarum Aquila biceps atra, & Comitum Flandriæ Leo niger sit, & nobilitatem eò excellentiorem sibi adsciscant, quò potentior existit qui ea gerit Insignia Princeps: & quatuor alijs Insignium coloribus hic præstantior videatur Bartholomæo Chasseneo, ob potentiam & effectum. Licèt namque (verba reddo Chassenei, primæ partis Catal. Glor. Mundi, conclusione 17.) de omnibus alijs coloribus possit fieri nigrum, ita ut nigredo extinguat, & supprimat omnes colores: non tamen possunt alij colores, ita delere ac extinguere nigrum, sicut nigrum delet, obscurat, & extinguit alios colores; & sic videtur esse majoris potentiæ & effectus, quàm alij: ea-propter magis honorari, & major, seu dignior reputari debet. Vide plura in eam partem, apud hunc eumdem Iurium humanorum Doctorem Conclus. 66.

Sed & Carbunculum hunc liligerum, in aureâ Parma, Unicornis Rictrudina regiam collo coronam gestans, haud mediocriter illustrat: Et quæ eòdem ferè recidant, hæcce Barthol. à Chasseneo Conclusione 49. 1. par. Catal. Glor. Mundi tradere pergit, ipsissima verba.

*Imperator, tymbrat Galeam suam, ex Aquilâ: Rex Franciæ, ex Lilio: plures tamen, animalia diversa circumposuère. Nam, recitat Gaguinus in suâ Chronicâ super Francorum gestis: in vitâ Caroli Sexti; quòd acciderit quodam die, ut Silvanectum * Carolus venandi causâ se contulerit: Canum autem latratibus excitatus in fugam cervus, aneum torquem collo gerere visus est, quem venabulis, aut ferro appeti Rex prohibens, in casses, & retia compellit. Erat verò in torque latinis litteris inscriptum.*

* *Vernaculè.* A Senlis.

Hoc me Cæsar donavit. Ex eóque tempore, Carolus cervum alatum, auream coronam collo gestantem, pro Insigni habuit, & regijs Insignibus (quæ

Lilijs

Lilijs aureis tribus constant, vt sæpè dictum est,) hinc atque hinc cervi duo apponi consueverunt. Hæc ille.

Saltem, Carolus 7. Ludovicus 11. & Carolus 8. Reges Francorum, scutum regium duobus cervis lateraliter illud tenentibus circumdatum, & etiam vela regia eodem modo adornata gestàrunt: & meritò; Cùm cervus, Gallis Regibus præsertim, bona fortuna semper fuit; vt inquit G. Benedicti in suâ repetitione. C. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, numero 894. cum duobus sequẽtibus, extrà de testamentis. Ludovicus vero 12. Francorum Rex, scutum Regium hystricibus ab vtroque latere ornabat; vel scuto hystricen supponebat. Nam hystrix, animal est, habens pinnas aculeatas; & porcus pungens, seu spinosus appellatur. Vndè Calphurnius.

Venit & hirsutâ spinosior hystrice barbâ.

Franciscus verò Rex, nunc imperans, ex Salamandris duabus. Hactenus in hæc ipsa verba scripserit Barthol. à Chasseneo: Vndè nihil nuperum prodimus, nihilque insolitum, cùm Insignia Rictrudina, ab Heroïbus Vasconicis, ad nos regiè producimus transmissa; vt & propter-ea Chronologus fortasßis hic noster MS. *Monasterium Marcianense inscripserit* FAMOSVM & NOBILE. *Ad quæ verba, illud demùm accedat: Quòd, eruditorum nemini poßit obscurum esse, M. quidem Tullij Ciceronis seculo, vix quemquam hàc voce, Famosus, a, um: aliter quàm in deteriorem partem vsum-fuisse: at certè in bonam acceptum hocce quoque vocabulum observatur, præsertim apud Plinium Iuniorem, eiusque seculi Scriptores. Consulatur Plinius ille lib. 6. epistol. à quo impensè petatur, vt causam pulchram efficiat & famosam. Et Cornelius Tacitus, lib. 21. Quo, Vrbis famosæ, hoc est, celebris, diem supremam se traditurum scribat. Eodem quoque sensu legimus Scipionum, Camilli, Æneæ famam, (id est) laudem & celebritatem. Vndè Virgil. I. Æneïdos:*

Sum pius Æneas, famâ super æthera notus.

Ioännis quoque Britannici, aliorúmque in Iuvenalis Satyram octavam Scholia nequaquàm contemnenda, versu septimo, famosos *æquè ac* fumosos Equitum cum Dictatore Magistros, *legi posse senserunt: Hincque Ioannes Britannicus, & Commentarij aliorum nonnullorum, in hunc eumdem* fumosum & famosum *versum septimum Satyræ octavæ, scriptis mandàrunt*: Non ignoro tamen famosum capi etiam in laudem; de quo illic: Famosaque mœnia Lagi. *Cùm igitur antiquum, pium, & Nobile Asceterium Marcianense Sanctæ Rictrudis, famà super æthera notum esset, quòd illic omnium facta opinioni religiosißimè responderent, & esset hacce religiosißima fama in hominum opinione pridem firmata, divertit*

eodem loci denique Sanctissimus Archipræsul Thomas Cantuariensis, & à Reverendo Præsule, totoque Venerabili Cœtu Marcianensi liberaliter ita exceptus, & habitus est, vt proindè Chronologus noster MS. *pagellâ superiori 934. sub finem, monumentis suis sublimiter id commendarit in hæc verba*: Qui Marcianis, FAMOSO *a.* & NOBILI Monasterio *b.* commoratus fuerat. *Et, lineâ subindè tertiâ sequenti;* Dum autem mansionem exulis faceret Domnus Thomas Cantuariensis Marcianis in Ostrebanno Regio, &c.

Quæ Chronologi MS. *& anonymi verba, cur Marcianense Monasterium prædicarint* famosum, *vti nunc obiter declaratum est; ita & quas ob causas illud ipsum iusto nobilitatis regiæ nomine celebrârint, effecit & Genus perillustre, & stemmata prorsùs regia vtriusque Conjugum SS. Rictrudis & Adalbaldi Ducis & Martyris, qui, Divo Amando poscenti locum ædificando Asceterio concesserit opportunum in Alodio, seu fundo nobilissimo; quique pleno iure ad se Ducem pertineret Illustrissimum, & existeret, in* Ostrebanno Regio, *seu Regali agro, oppidò tunc magno, & cuius eâ tempestate Adalbaldus idem Comes in Veteribus Ecclesiæ Marcianensis Codicibus, & Chartis legatur inscriptus, vt propterea tota etiam, & omnimoda possessio nobilis ad eumdem spectaret, quo primùm consentiente quoque & adlaborante Sanctissimâ eiusdem Aviâ Gertrude Monasterij Benedictini Hamaticensis Conditrice, & Dotatrice fuit tempore Cœnobium nostrum hocce Martianense Anno incarnatæ Deitatis DC. XI. si non etiam X. excitari occœpit, proüt Prolegomena nostra, in ijsq. præsertim Tractatus noster, De antiquitate Marcianensi, & Appendix ad Duäcum clariùs, & fusiùs declarârunt.*

Sed & nobile Monasterium Marcianense verè dici ab hoc eodem potuit Chronologo inedito, quòd idem Dux & Martyr Adalbaldus sibi futuræ Conjugi Rictrudi Tolozæ natæ, (fortassis in Suburbio illo celebri, quod est instar Vrbeculæ, quodq. Garumnam Fluvium Vrbem Tolozanam indè ingressuris pontibus habeat adjunctam, & stratam tribus peregregijs,) Marcianas, (à quibus tunc temporis etiam penderet eiusdem nominis Monasterium Marcianense,) dotis nomine simul adtribuerit cum Castro nobili DuVVaco, & Bayërio, vernaculè nuncupato, Li Kastel Gaillart, *quod ad tempora Caroli V. Imperatoris Invictissimi, & Francisci Valesi, Francorum Regis magnanimi perstitit, hodiéque vocatur vulgò,* Boyerie Sainte Rictrude, *cum alijs præterea Villis, vt autores sunt, Gualbertus Marcianensis, & R. P. ac Domnus Andreas noster Silvius Cœnobij quondam*

dam huius nobilis ac famosi Magnus Prior, in suâ superiore Synopsi Franco-Merovingicâ.

Siquidem, tanti nominis Dux, & Comes Adalbaldus, ex Blitilde, seu Gerebertâ, Nepos Regis Dagoberti, Francorum Regis id nominis Primi, germanúsque Frater Serenissimorum Principum, Errici, seu Erchembaldi, Franciæ Ducis, & Domus Regiæ Majoris, Leutsindis Burgundionum Regis Filiæ Mariti, & Sigefridi Comitis Ponthivensis, & Palatini, atque Landonis Archiepiscopi Remensis, id numquam facturus fuit cum assensu Regis & Avunculi Dagoberti, nisi certè, Marcianæ, Villa in Ostrebanno Regio planè nobilis constituta, eâ ætate extitisset: Nobilissimam namque Heroinam, Regali stemmate natam apud Tolozates Rictrudem cognomento Nobilem, nobilissima certè condecuit & Dos conjugalis, tantóque Duce S. Adabaldo congrua, & condigna: iuxtà illud metricum:

Si quâ aptè cupias nubere; nube pari.

Nobilissimam aio Heroïnam Rictrudem, pientissimámque Parentem nostram Marcianensem, Inclyti Ducis Adalbaldi Conjugem, Cuius & nos, huic præfiximus iustæ Appendici effigiem antiquissimi Crateris, vel vndè etiam certam quamdam imaginem regiorum apud Cantabros, Astureis, Vascones, & Petrachorios Heroës, & Serenissimas Heroinas stemmatum præ oculis ex HierogaZophylacio Marcianensi productam liberiùs deinceps, frequentiúsque hoc loco spectare, atque recognoscere possemus. Idque vt equidem molirer, & perficerem; quasi manu eò perductus sum, audendum me sedulò commonente illo Ecclesiastico, Capitibus suis decimo nono, & vigesimo, quibus hæc monita pia, & vsu salutaria leguntur: Sapientia abscondita, & thesaurus invisus, quæ vtilitas in vtrisque? *nulla certè.*

Cùm itaque tanta fuerit nobilitas Generis Adalbaldini & Rictrudini, quantam ex hisce Insignibus armorum & Carbunculo eximij pretij lapillo, eóque frondoso, seu liligero in aureo campo, & ex tot Regibus & Heroïbus VVestergothicis, ac Francigenis, (vnde vterque ij prodière,) iam satis perspectam tenemus; ecquid porrò novum, seu demirandum hic observatum arbitramur, cùm Chronologus hicce noster MS. memoriæ posterorum commendavit Sanctissimum Archipræsulem Cantuäriensem Thomam Becquetium, Londini natum, & educatum, septennalis exilij sui calamitoso spatio, aliquanto etiam commoratum fuisse Marcianis famoso & Nobili Monasterio! nihil sane: nisi quòd & ita dictum potuit, & verè,

religioséque scriptum, propterea quòd, & ipse Sanctissimus Martyr Christi Thomas, illud ipsum magis celebrarit, cùm iam famosi, & alioqui etiam reverà Nobilis Monasterij, & ter-Venerandæ Abbatiæ Marcianensis S. Rictrudis famam iam-olim adeptam, sanctissimo, & memorabili eò quoque loci adventu, & venerabili cohabitatione adauxit; & idem haud mediocriter nobilitavit, vt sileam cæterorum quoque ipsius Coëxulum, & hospitum quondam nostrorum præfatorum nomen ac mores, moràsque suäveis, Marcianensi etiam Cœnobio, eà memorià, maximo splendori, & decori exstitisse; adeò, vt vel hoc solo nomine, dictitari rursus queat Famosum. *Ad nostros ergò iam-nunc horum Paralypomenon autores* MSS. *pedem referamus, & stylum nonnihil posteriorem; ijsdem è vestigio finem apposituri.*

Successit Henrico Angliæ Regi, (vt est dictum,) mortuo, Filius eius Rikardus, & apud Londoniam coronatur in Regem.

Per hos dies, nostri, qui transfretaverant, cùm multà cum militià, apud Tyrum exsisterent; Acchon Vrbem petunt, & obsident: & eccè Saladinus cum multis millibus accurrit, vt obsessis succurrat, & impetat obsessores. Cùmque nostri hostium assultus assiduos ferre non possent, valla & aggeres in gyro castrorùm exstruunt, & sic tutiores existunt. Post hoc pugnam acerrimam cum hostibus conferunt, multíque nostrorum occumbunt. Multis itaque diebus in Ptolemaïdis obsidione morantes, multas patiuntur calamitates, vel per incursus hostium, vel per aëris dementiam, vel per victualium maximam indigentiam. Siquidem, & à tergo, & à facie, hostilis imminebat stricta obsidio, & aëris tanta intemperies fuit, & inundatio continua pluviarum, vt præ nimis magna humectatione, corrupta cibaria omnia perirent, & innumeri morbo dysenterico laborantes obirent. Pestis hęc erat quædam, & fœda lues, quæ omnes fere passim abripiebat.

Admiranda demùm, ac perpetuò memoranda constantia Virorum illorum non defecit, tot etiamsi esset obsessa malis; sed infracta permansit.

Ipso anno Rex Siciliæ moritur; eiusque mors vniversis inæstimabile intulit detrimentum. Nam, cum hæredem ipse nullum haberet proprium: Herricus Imperatoris Frederici Filius dicebat se successorem fieri debere, & pacto promissionis mutuæ, & iure propinquitatis, quia Regis Siciliæ Sororem in conjugem duxisset.

Anno Domini M. C. XC. Philippus Rex Franciæ, & Rex Angliæ

Angliæ Rikardus, cum agmine infinito & valido, & cum incredibili apparatu; aderant enim illis vniversi fermè Regni sui Proceres. Odo, Dux Burgundiæ, Philippus Comes Flandriæ; Herricus, Comes Campaniæ; Theobaldus, Blesensis; Stephanus, Sacri-Cæsaris, cum Archiepiscopis, & quàm-plurimis Episcopis; & qui alicuius in militari arte, & virtute nominis æstimabantur; diverso quidem tempore, sed anno hoc eodem peregrinationis arripuerunt iter. Nulla Patrum ętas, nulla Majorum historia refert tantam vnquam plurimorum nobilium, & fortissimorum Virorum, motionem fuisse; qui diversos turmatim adierunt portus, & naves bene armatas & munitas conscenderunt.

Philippus, & Rikardus, Reges, apud Messanam Siciliæ Vrbem ægrè tandem sunt appulsi, vndè progredi non potuerunt, sed ibi hyëmaverunt. Venit autem ad ipsos Abbas Ioächim de suo Monasterio in Calabriâ constituto; qui ab ipsis tanquam aliquis Vates sciscitatus de futuris: respondit, quòd mare quidem essent transituri; sed, quòd ipsi, aut parùm, aut nichil essent feliciter perfecturi; quia sciebat quòd necdum adessent tempora, quibus Ierusalem, & regio transmarina liberanda foret.

Ipso anno, Fredericus Imperator, cùm Imperatore Græcorum Tursach qualicumque compositâ pace, Bosforo pertransito, Asiam perambulans, suorum damna perpessus est multa & magna, sive per victualium maximam penuriam, quia Soldanus ipsum circumvenit dolosè, cùm ipse Imperatori promisisset in dolo forum omnium venalium paraturum. Ob hócque, eumdem Soldanum persequens Imperator, vsque ad Iconium potenter penetravit, & circumjacentia quæque loca succendit. Dehinc, quùm ipse ad quasdam locorum angustias devenisset, offendit multitudinem infinitorum Turcorum, quibuscum fortiter congressus est, & eos viriliter debellavit. Tunc autem habito de hoste insigni triumpho, & spolijs distributis militibus suis, dum fluvium quemdam transire tentat sine vado, demergitur, & ex eo vix tandem extractus à suis, paullò post-ea moritur anno Imperij sui XXXVIII. Vir quidem magni animi, rebus gestis famosus, & fortis sibi rebellantium domitor; quique suum Imperium adeò dilatavit, vt post Karolum nostrum Magnum Imperatorem, & Francorum Regem, vix parem habuerit magnificentiâ rerum gestarum.

Exercitus verò ipsius multis bellorum laboribus nimis fatigatus, venit

venit Antiochiam,vbi dum fessa Corpora reficit, & in epulis se distendit,tot,tamque multi ex eo ægrotant, & moriuntur,vt de tanto exercitu vix pauca millia superessent.

Imperatoris Filius exhinc Patris corpus Tyrum vsque detulit: quo illic etiam sepulto cùm honore, ad Ptolemaïdis obsidionem repedavit, & paullò post-ea ipse quoque citiùs obijt. * Ibi etiam obierunt Philippus nobilis Comes Flandriæ, Theöbaldus Blesensis;Sacri-Cæsareus Stephanus;Procerúmque aliorum,& Nobilium turba quàm-plurima de diversis partibus ibidem aggregata.

* Fuit tamen Henricus 6. à Cœlestino 3. PP. Augustus nominatus, Anno 1190

Anno Domini M. C. XCI. Clemens PaPa defungitur; eíque Yacincthus Cardinalis, grandævus ac generosus Vir succedit, & dicitur Cœlestinus III.

Theodorus Balsamon, Antiochenus Patriarcha hoc vixit tempore, & Opus suum dicavit Georgio Xiphilino Constantinopolitano Patriarchæ,qui eodem hoc anno cœpit sedere: Sed dolẽdum est quòd iste Balsamon, qui scripsit librum Commentariorum in Novocanonem Phorij; & alterum suum in Canones variorum Conciliorum,& SS. Patrum,schismaticus,&,ipse non minùs quàm Photius fuerit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ infensus,& nomine-tenus Patriarcha Antiochenus; quia Latini Sedem Antiochenam tenebant anno Domini M. C.XCI. & manebat tunc Constantinopoli Theódorus Balsamon Scriptor inimicissimus Latinis,& qui in Romanam Ecclesiam virus suum turpiter evomuit.

Tertius Ordo, dictus Teutonicorum, Hospitalarijs & Templarijs additus est circiter hunc etiam annum, quo, mortuo in Syriâ Philippo, Margarita ipsius Soror cum marito Balduino, quarto Principe Hannoniæ,Comitatum Flandriæ tenere incœperunt.

Philippus, & Rikardus, Reges mare cum galæis & ratibus suis armatis intrant: sed Philippus II. Augustus, Francorum Rex magnanimus directo itinere Ptolemaidem appulit, & ibidem cum inæstimabili veneratione susceptus est.

Annus Domini M. C. XCII. IV. Nonas Martij Cœlestinus III. PP. inscripsit Catalogo Sanctorum Confessorum Vbaldum, Eugubij in Vmbriâ natum, & ex Canonico Regulari Ordinis S. Augustini Episcopum Eugubinum creätum ab Honorio II. PP. Præcipuè enituit virtus eius ad effugandos spiritus immundos.

Cencius, Cœlestini PaPæ Camerarius, Sanctæ Mariæ Majoris Canonicus, hoc eodem anno scripsit librum suum de vniverso

Sanctæ

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ censu, quem collegit ex libris diversis Regestorum Pontificum Romanorum, & alijs pluribus. Iste liber custoditur in bibliothecâ Vaticanâ.

Prodigia videntur in Franciâ; prægrandes de cœlo lapides decidentes, vineas, segetes, & fructiferas arbores, ex toto destruxerunt in multis locis. Solis eclipsis magna facta est.

Anno Domini M. C. X C I I I. Henricus Imperator, iussit sepulta corpora Tancredi, & Rogerij Filij eius effodi, & coronas eorum regias eripi, quia, (vt asserebat,) ipsi eas non legitimè acceperant. Reginam Matrem incarceravit cum puero, & eius filiabus duabus, & contrà fidem datam, puerum Reginæ relictæ Filium, crudeliter excæcavit.

Eodem anno, Henricus Imp. totam Apuliam, Calabriam, atque Siciliam, (quæ ex parte Vxoris suæ eum contingebat) Imperio suo subiugavit.

In principio Anni sequentis M. C. X C I V. datis obsidibus pro pecuniâ redemptionis pactâ, Rex Angliæ Rikardus liber abire ab Imperatore, & Leöpoldo Duce Austriæ relinquitur, post vnum captivitatis suæ annum, septimanas sex, & tres dies, vt quidam numeraverunt.

Infiniti Corvi, per aëra volitant: de loco ad locum, in rostris carbones ardentes visibiliter portant, & multas domus incendio cremant.

Sanctus Bernardus, Hildensheimensis Episcopus, à Cœlestino PP. I I I. huius nominis, refertur inter Sanctos honorandus; anno septimo post mortem ipsius.

Imperator Henricus, perjurus, abducit secum in Alemaniam vinctos Siciliæ nobiles Viros, Principesque simul cum Filio Tancredi Regis, adhuc puero excæcato, & cum Reginâ Matre ipsius, & puellis, atque thesauris vniversis. Qui omnes, cum Episcopis etiam aliquot, & Archiepiscopis, vsquè ad tempora Innocentij I I I. qui successit Cœlestino I I I. PP. miserabiliter fuerunt in Alemaniâ detenti.

Petrus Cantor, Parisiensis eximius Doctor, qui scripsit *Verbum Breviatum*, in magnâ devotione, & confessione sanctâ, migrat à corpore, in Monasterio Bernardinorum, quod dicitur Longus-Pons, non longè à Suëssione.

Cœlestinus PP. moritur. Succedit ei Lotharius, post-ea dictus

 Inno-

Innocentius III. *Huc vsque satis sit Chronologum nostrum* M S. *& (vti videtur,) natione Gallum, Paralypomena hæcce Synopseos Franco-Merovingicæ brevi etiam compendio, & stilo ævi sui nobiscum protraxisse: qui tamen, non rectè annum recensuerit, quo diem suum, senio & gravi morbo laborans clauserit Cælestinus Pontifex Summus, M. C. XCIV. Annus enim Christi millesimus centesimus nonagesimus octavuus, Cælestini 3. PP. obitum habuit, Indictione primâ, sexto Eidus IanuarI: Et Innocentius hic Tertius, Anagninus patriâ, ortus ex Comitibus Signiæ, pietatis eximiæque eruditionis Vir; Diaconus, & Cardinalis SS. SergI, & Bacchi, quâ die animam efflavit Cælestinus 3. Romanus Pontifex in ipsius est locum suffectus.*

Cæterùm, antèquam in lucem producatur Continuâtor Andreæ Marcianensis VVillelmus Abbas Andrensis, monendus hîc videtur aptiori loco lector noster, sibi deinceps correctè legendum esse, pagellæ 885. lineâ 14. verbo vltimo finijt, pro inijt, *pag. 888. lin. 1. verbis postremis*, Marcianensi servatâ, *sequentique*, auspicamur; *lineâ 15.* ter-Maximo; *lineâ 32.* succisivis: *pag. 889. lin. 9.* promtuarium: *pag. 880. lineâ 8.* vt, *pro* &: *pag. 894. lin. 11.* concubinarum, *pag. 913. lin. 20. delendum* Christus, *pag. 945. lin. 14.* miserint, *& pagina 971. lineis mendosis 29. & 30. reponendum*, Vrbi, quod, peste laboranti, Alexicacum foret; *lib. 3. fast.* leniter, *pro* leviter: *atque Distichis pagina sequentis 974.* vinctos, & vincla, *pro* vincula: anguinum, *pro* anguium. *Et; hæcce postremâ PARALYPOMENΩN historicâ serie, De Saladino, Regibúsque Franco & Anglo, aliisque Principibus nostratibus, & viris nobilibus, nos resumsisse nonnulla hoc ex Chronologo* MS. *(qui Gallus omninò videri potest,) quæ tamen superiùs fuissent paullò quidem dissimilibus verbis, at eodem pœnè sensu narrata. Ita nihilominùs agendum duximus, vt historiæ fides major penes autores ineditos esset duos: vtq; præter-ea nonnulla scitu digna, quæ noster Andreas non haberet, hæcce Synopseos ipsius Paralypomena, hunc sub finem, vnà complecterentur. Hîc igitur, in Anno Christi M. C. XCIV. (quo vitâ functus refertur, eximius ille Doctor, Petrus Cantor,) habeatur Paralypomenon Synopseos Franco-Merovingicæ*

FINIS.

APPENDIX

AD SYNOPSIN FRANCO-MEROVINGICAM R. P. AC DOMNI ANDREÆ SILVI, *Magni quondam Prioris Marcianensis, Eruta ex Nobili Codice* MS. *Abbatiæ Andrensis, ad Ardeam, & duobus inexcusis alijs Chronologis anonymis* MSS. *Quorum alter, Marcianensis fuit Asceta; Gallus, (vt videtur,) alter, idem qui supra hactenus à nobis sub nomine Anonymi productus* MS.

Epiſtola Abbatis, *Andrenſis*, Willelmi, Ad Fratres ſuos.

GVILLELMVS, Dei gratiâ, Andrenſis Monaſtery Servus, Dilectis Filÿs, & Fratribus, ſub eius regimine conſtitutis, ſalutem, quam ſibi. OPVS *præſcriptum vſque ad præſentem annum, Venerabilis Andreas Marcianenſis Eccleſiæ Prior, ſtilo luculento perduxit. Et nos, eius veſtigÿs inhærentes, ab anno fundationis Monaſtery noſtri, qui fuit Annus ab Incarnatione Domini M. octogeſimus IV. Geſta Abbatum, acquiſitiones eorum, eleemoſynas Principum, largitiones, & confirmationes Pontificum, verbis eius interſerere minimè puduit: immò, pro merito vitæ ipſius, quæ ab eo ſcripta ſunt, colore rubeo, ad honorem auctoris, in margine diſtinximus. Quæ autem à nobis ſunt appoſita, nè ſtilus eius deturpari videatur, eodem colore — — — nichilominùs annotavimus. Cætera, quæ ſecuntur, ex Chronicis Sancti Bertini, & vicinarum Eccleſiarum in vnam ſummam collegimus. Et quia tanti Viri exemplaria nobis deſunt: vſque ad noſtri temporis ſeriem ferè in eâ diſtinximus, vel quæ oculis vidimus, aut manibus tractavimus, vel quæ ab alÿs facta, & audita, lecta, vel inſpecta fideli relatione cognovimus. Valete in Domino.*

PIETATE IVXTA AC EXIMIA DOCTRINA SPECTATISSIMO SENI, Reverendóque Patri, Domno RAPHAELI DE BEAVCHAMPS, *Presbytero, ac Religioso, expressè antè annos quaterdenos professo monasticen in antiquissimo, & nobilissimo Cœnobio Sanctæ Rictrudis Marchianensi, Synopsin Franco-Merovingicam RR. PP. ac Domnorum Andreæ SilvI, & VVillelmi Abbatis Andrensis elucubranti, & concinnanti, Acrosticon duplex, Illust. DN.* CLAVDII DE CROY, *Rhodiani, &c.*

SI egum vitam cupias, & facta vide e,
F r ncorũq; Ducũ, gremio quos Flãdri fovit
Hoco us inspicias, BELLO ne despice cã um,
Nempe ex oc CAMPO medicas decerpseris erbas,
Quæ c pitis plagas, mentis contagi curent.
Si dolor st capitis, acced ; hic carpitur herba
Nominis Hel ebori, ma è sani vulnera sanans;
Sin mentis; io. me icamine pellitur iste.
Reddidit vt Thobia v terano lumina, Achates.
Nati; Sic RAPHAEL BEAVCHAMPS tibi lumina mentis
Restituet, si fort s c lus sub pectore, lectis
Ex libris, quodd m m nsit, cum gesta piorum.
Et scelerator m. Reg m complectitur, vnà
Mores, quos urat cœlesti stirpe reãtus:
Nam RAPHAEL medicina Dei est ere missa.
Dv Bois, r dices Operis; sed brachi CAMPVS,
Quæ succu pariunt: Florescit Sylva co ata
C A M o conjuncto, Diûs queis gaudet A ollo,
H o. Libros tractet, cupiat qui Divu haberi.

Pangebat Duaci Catuacorum, C. de C. Anno 1632.

HANC SYNOPSIN FRANCO-MERO-VINGICAM TOTAM DOCTISSIME' IN-TERPOLANTI, ET SVIS CVM PROLEGOMENIS eruditiſſimus in lucem nunc primùm emittenti Reverendo Patri, ac DN.

RAPHAELI DE BEAVCHAMPS,

REGII MONASTERII MARCHIANENSIS AD FLVVIVM SCARPVM RELIGIOSO,

Presbyteróque Rictrudino venerabili &c.

Carmen & votum, generoſi PHILIPPI DE CROY, Rhediani, &c.

BELCAMPE! *inſpirat genius cui cœlitùs arteis,*
Suadáque ſublimem ſuggerit vſquè animum.
Scande alacris Pindum, niveâ pie veste Sacerdos,
Mellifluі ſapidum funde Helicone melos.
Incœptis faveas Erato! potes omnia; nec tu
Nequicquàm æthereas incolis alta domos.
Annue, fac valeam BELCAMPO *dicere laudes,*
Scriptáque Pierijs nobilitare modis.
Astra favent; BELCAMPE! *iuvat, recto ordine veſtra*
Ritè Maronæis pingere ſcripta notis:
Nunc canis Italicam, Heſperiam, Martémque Latinum;
Florida liligeri nunc canis arma Ducis.

Sacráque ſcrutaris Rictrudæi ſtemmata Tecti;
Et canis arguto ſedulus ore Sophos.
Clio tibi plauſus hilares geminare videtur;
Cùm cantas varios, Hiſtoriarcha! modos.
Vrgeo lætus iò peän! iò dicito Peän!
Adveneror capitis Delphica ſerta tui.
Auſonios alius laudet, vel laudet Athenas,
Aut Romanorum tollat in aſtra libros:
Te, mea Muſa: tibi cedit BELCAMPE*! leporis*
Quicquid habet Latium; Græcia quidquid habet.
Inclyta Neſtoreis vigeant tua ſcripta per annos:
Delicias magni hæc credimus eſſe Iovis.
Cedite Romani Scriptores! cedite Græci!
Neſcio quid majus naſcitur hocce Libro.
BELCAMPVS *campo cantat bella; horrida geſta.*
Quid mirum! emeriti nominis omen habet.

E T

Chronographicon Anni 1632.

HIſTORIAS DV BOIS FRANCICAS, RAPHAEL CALLOPEDIVS,
VERO LABORE ILLVSTRAVIT.

PHILIPPVS DE CROY Rhodianus,
DD. conſecrabátque, Duäci Catuäcorum,
xxiij. Novembris, Anno M. DC. XXXII.

STATIM,

STATIM, POST WILLELMI ABBATIS Andrenſis hanc Epiſtolam præliminarem Appendicis huius ad Andreanam Synopſin, prætitularem hancce lego inſcriptionem.

Ea quæ ſecuntur, expletâ Venerabilis Andreæ Marcianenſis Chronicâ; ab Abbate VVillelmo ſunt compilata.

ANNO Domini M. C. XCIV. Domnus Hugo, Abbas Cluniacenſis, Avunculus Reinaldi, Comitis Bolonienſis, Idæ Comitiſſæ mariti, moram facit in Comitatu Bolonienſi, &c. *quæ ſpectant ad rem domeſticam Monaſterij de Andernes, non autem ad ſeriem noſtram hiſtoricam: Quam tamen, nunc Sectione ſubſequenti proſequimur, cum Venerando Præſule Andrenſi VVillelmo, hunc in modum.*

Anno Domini M. C. XCV. Henricus Imperator, ab Apuliâ victor cum triumpho revertitur, adducens ſecum Vxorem, & Filium Tangredi, & Principes, qui contrà eum conſpirationem fecerant, in cuſtodiâ: magnam etiam copiam auri & argenti, & aliarum etiam rerum ſecum abducit.

Ex Anonymo Continuatore Synopſeos Silvianæ, Monacho etiam Marcianenſi, numquam excuſo.

ANno Domini M. C. XCV. Ioannes Abbas Sancti Vedaſti, cùm in reædificandâ Eccleſiâ, & officinis, quæ tranſacto anno, in die feſtivitatis S. Aicadri fuerant combuſtæ, eſſet valdè intentus, ac ſolicitus, præ dolore, ſanguinis minutione, XV. Kal. Auguſti obit. Ioannes Præpoſitus Haprenenſis, ſucceſſit illi quartus Abbas huius nominis.

†

Eodem

Eodem anno, In Civitate Attrebatensi, quidam Clericus, & Soror eius, ob reatum homicidij, incendio sunt adjudicati. Accensus est in Balduini-Monte, *vulgò Baudimont*, ignis, astante innumerâ frequentiâ populi. Frater & Soror fortiter ad stipitem ligantur: & ignis in circuitu eorum copiosus accenditur. Mulier cum valido cordis clamore, & ineffabili contritione, & oris confessione, Sanctam Mariam Dei Genitricem invocans, & idem Fratrem facere admonens, illo in flammis mortuo, meritis Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ liberatur ab incendio. Mira res! Facies eius, & loquela non est immutata. Capillus eius, nec pilus adustus; nec etiam odor incendij remansit in eà. Cùm autem inquireretur ab eà salvationis modus, dicebat Speciosissimam Dominam secum fuisse, & ab igne abstraxisse. Post hæc, ad Ecclesiam Beatæ Mariæ, liberatricis suæ reducitur. Tota pœnè Civitas congregatur; & in præsentiâ Domni Petri Episcopi, & Cleri, laudes omnium attolluntur: & tam grande miraculum, nostris temporibus inauditum, à præfato Reverendo Episcopo auctorizatur. Actum fuit apud Attrebatum, in Solennitate Spiritus-Sancti.

Ex Chronicis VVillelmi Abbatis Andrensis.

EOdem anno, Mense Iulio, Sarraceni ex Africà venientes super Regem Hispaniæ, seu Regulum, (quem parvum vocant,) & super eius exercitum irruerunt, & ex eis magnam stragem fecerunt. Rex autem Hispaniæ, in crastino, viribus, per gratiam Dei, receptis, plusquam X X. M. eorum interfecit. In quo prælio, Archiepiscopus Sancti Iacobi occubuit.

Sexto Idus Octobris, ventus vehemens post noctem mediam ab Affrico veniens, domos evertit; turres destruxit; ruina domorum plurimos stravit; quercus annosas, & arbores fructiferas evulsit; & in multis locis nimis * damnosus fuit.

Philippus Rex Francorum, & Ricardus Rex Anglorum, post longam discordiam, tandem redeunt ad concordiam.

Obijt Balduinus Marchio Namurcensis, & Comes Haynoensis XVI. Kal. Ianuarij, & sepelitur apud Castri locum, * cum Patribus suis Succedit ei Balduinus, Comes Flandrensis, Filius eius. Sed, quia per superiora huius Chronicæ, parum declaratur, ex quà hi Comites Hainonenses oriundi fuerint stirpe; id breviter legentibus declarare

* Nimis, pro valdè.

* Hoc est, Montibus Hannoniæ.

Observa originẽ Comitũ Hannoniæ.

declarare dignum duximus. Originem enim ducunt ex ſanguine Imperiali Romanorum, & Regali Francorum.

Balduïnus Inſulanus, Comes Flandriæ, ortus de Genere Karoli Calvi, Imperatoris Romanorum, & Regis Francorum, duxit Vxorem Adelam, Filiam Roberti Regis Francorum, & genuit ex eà Balduinum Haſnonienſem, Comitem Flandrenſium, & Hainöenſium, & Robertum Caſletenſem, Fratrem eius. Balduinus Haſnonienſis, duxit Vxorem Riceldem, relictam Herimanni Comitis Montēſis, quę erat de ſanguine Imperiali, & Soror Sancti Leonis PaPæ Noni, & genuit ex eà Arnulfum Comitem Flandrēſem, quem Robertus, Patruus eius interfecit in bello Caſletenſi, & Balduinum Hieroſolymitanum, Comitem Hainöenſem, Fratrem eius. Balduinus Hieroſolymitanus duxit Vxorem Idam, Filiam Henrici Imperatoris Quarti, & genuit ex eà Balduinum, cui abſtulit Robertus, Comes Flandrenſis, Duäcum Caſtrum. Hic duxit Vxorem Ieſlendem, Filiam Gerardi Comitis de VVaſſembergà, & genuit ex eà Balduinum, qui Valencianenſes ſibi rebelles optimè retinuit, & alia vtilia Comitatui adauxit. Hic quoque duxit Vxorem Ermenſendem, Sororem Henrici Comitis Namurcenſis, ex quà genuit Balduinum Marchionem, cui etiam multoties acceſſerunt felices ſucceſſus. Hic duxit Vxorem Margaritam, Sororem Philippi Comitis Flandrēſis, quæ & genuit Balduinum Comitem Flandriæ, & Hainöenſium, Philippum quoque, & Henricum. Duxit autem Balduinus, adhuc vivente Patre Vxorē Mariam, Filiam Henrici Comitis Cāpanenſis, quam genuit ex Filià Ludovici Octavi, Francorum Regis Hēricus.

Anno Domini M. C. XCVI. Philippus Rex Francorum, Filiam cuiuſdam Comitis Alemannici Ingelburgem, Reginam ſuperinducit.

Pax inter Philippum Regem Francorum, & Rikardum Regem Anglorum interturbatur. Vndè Philippus Rex, collecto vndecunquè grandi exercitu, Caſtellum Regis Anglorum in Northmannià, quod Arbamarla vocatur, obſedit, & poſt ſex hebdomadas, cepit, & deſtruxit. Philippus Epiſcopus Beluacenſis, capitur à militibus Richardi Regis Anglorum, & apud Rothomagum gravi cuſtodiæ mancipatur.

Henricus Iunior, Dux Saxoniæ, & Henricus Dux Brabantiæ, cum alijs quibuſdam nobilibus, & Principibus terræ, Ieroſolymam proficiſcuntur.

Domnus Itterius Abbas Andrensis, quondam Eleemosynarius Ecclesiæ Karrofensis, Vir litteratus, natione Petracoricensis, Frater Germanus Domni Bernardi Abbatis Hamēsis, vernaculè de Ham, ordinis S. Benedicti, Domni Petri Abbæ successor, favore Regis Philippi Regis Francorum subrogatus, suo Monasterio Andrensi acquisivit parvam Decimam in Parrochiâ de Boesin de manu Roberti cognomento Vilain. Et ista Decima fuit acquisita de ærario Domni Abbatis Andrensis Petri nuper defuncti. Hanc acquisitionem Domnus Lambertus Morinensis Episcopus approbavit, & Ecclesiæ Andrensi in perpetuum confirmavit, in præsentiâ suâ constitutis partibus, Roberto, cognomento Vilains, Henrico, Filio Balduini de Menty, & Guidonis Militis de Elembom, Majoris Domini. Testes autem fuerunt, Balduinus Decanus, Arnulphus Capellanus, Arnulphus Presbyter, Ioannes Suessionensis, VValterus de Bruges, Diaconi, Canonici Morinenses; Gerbodo Abbas S. VVlmari in Nemore, & alij Clerici, & laici multi. Actum est istud Anno Incarnati Verbi M. C. X C V I. apud Tervannam, in domo Episcopali Mense Martio.

Eodem anno D. Itterius Abbas, & Conventus Andrensis in Causam traxit coram Ordinario Nobilem virum, probitate militiæ toto orbe famosum Dominum Arnulphum de Kaeu, & Dominam Adelidem de Bavelinghem, vxorem eius, asserentes Dominum Hugonem, Patrem ipsius Dominæ, antequam Filiam suam nuptijs traderet, de manu Domni Petri Abbatis Prędecessoris sui, habitum monasticum sponte suscepisse, & quicquid habebat apud Diependat, præter nemus, assensu Domini Balduini Comitis Gisnensis Ecclesiæ Andernensi dedisse, & ipsâ possessione Fratres Andernenseis per annos aliquot gavisos esse, & nunc tandem, per ipsum nobilem virum & vxorem eius spoliatos esse. Super quo, cum restitutionem peterent, & pars adversa rem sic se habere negaret, & etiam Curiam Morinensem sibi propitiam haberet; & præfatus Comes Gisnensis in Iure Andernensis Ecclesiæ deesset; Abbas Itterius & Conventus Andernensis, ad Curiam Romanam appellavit. Pars etiam adversa multiplici consilio Cleri & populi roborata, in vocem appellationis prorupit. Post multas ergò altercationes coram diversis Iudicibus habitas, & tandem per Venerabiles Viros H. de Longo-Villari, vernaculè, de Lon-Villiers, & Fr. Sancti VVlmari de Boloniâ, Abbates, sopitas & terminatas; pax inter partes est reformata,

mata, & ab eodem Arnulpho per Chartam suam confirmata in hunc modum.

Charta Domini Arnulphi de Caeu.

QVandoque fugientium temporum cursu solet elabi à memoriâ, quod piè actum est. Ob hoc admodum laudabiliter consuevit antiquitas, scribendo, ad multorum notitiam revocare, quæ coram paucis gesta sunt. Inde est, quod ego Arnulfus de Kaeu,* notum fieri volo tam præsentibus, quàm futuris, omnes querelas, quæ vertebantur inter me, & Ecclesiam Andernensem, tali compositione esse terminatas.

Dedi * siquidem eidem Ecclesiæ XX. marchas pro eleemosyna Hugonis de Bavelinghem Militis, * *a.* quam à me, & hæredibus meis sibi reddendam exigebat. Concessi etiam XXX. mensuras in Maresco de Ralinghem, quas de jure ab antiquo, & per confirmationem Domni Desiderij Episcopi Morinensis habuerant, liberè & quietè in perpetuum possidendas voluntate, & assensu Vxoris meæ Adeliz, & Filiorum meorum, Anselmi, VVillielmi, & aliorum hæredum meorum, ab omni calumniante acquietandas.

Præter-ea, concessi ego, & hæredes mei prædictæ Ecclesiæ quemdam mansionarium in Villâ de Morlinghem, Balduini de Hosthove, ex dono Hugonis Militis de Hesdin, quem de me tenebat in feodum, perpetuò habendum. Vt autem rata hæc semper, & inconcussa permaneant, præsentem schedulam sigilli mei impressione munire & confirmare curavi. Facta est hæc compositio apud Godeauvile, ex mandato Domni PaPæ Cœlestini III. per manum H. de Lungvilliers, & F. Sancti VVlmari de Boloniâ, Abbatum, Iudicum delegatorum, ad petitionem meam, Anno Verbi Incarnati M. C. XCVI. His testibus, VValtero, Capellano, Arnulpho de Hesdingnol, Anselmo de Sancte-Marievillâ, VVidone de Berkenesem, Everardo de Hodich, Roberto, famulo Abbatis, & alijs. Hoc autem Instrumentum Rescripti & Sigilli sui autoritate confirmavit & corroboravit Domnus Lambertus Episcopus Morinensis, Anno Iesu Christi 1097. Mense Aprili, testibus adhibitis, Iosepho Archidiacono Flandrensi, Hugone Abbate de Capellâ, Salomone, Capellano suo, Magistro Philippo Attrebatensi, Magistro VValtero Morinensi, Canonicis: Radulfo de Andernes,

* Kaïeu alias lego.

* Dedi, pro, reddidi.

* *a.* Militis nomen pro Equite aurato sumitur. Vide Catalog. Glor. Mundi partis primæ consider. 49.

VVidone de Elembon, Militibus, (hoc eſt, equitibus auratis, vti paulò ſuperiùs in margine annotavimus, ex Bartholomæo Chaſſeneo, parte primâ Catalogi gloriæ Mundi, Conſideratione 49.) & multis alijs tam Clericis, quàm alijs.

Ex Anonymi Galli Chronologiâ MS.

ANno Domini M. C. XCVI. in Martio Menſe, ſubitâ, & nimiâ aquarum, fluminúmque inundatio facta, in pluribus locis deſtruxit Villas, oppida diruit, & in eis habitantes magnâ ex parte extinxit.

Filippus Deodatus, Auguſtus, Francorum Rex, vxorem duxit Mariam, Filiam Ducis Maroviæ, Bohemiæ, & Hiſtriæ Marchionis.

Henricus Leo, Brunſuicenſis atque Luneburgenſis Dux obijt in die S. Sixti. Succeſſit ei Filius eius Herrikus, qui etiam Comes Palatini fuit.

Filippus & Rickardus Reges, à priſtinâ interim ſimultate non quieſcunt; ſed implacabiles ſe invicem perſecuntur, & maximè in regionum ſuarum finibus, multas, gravéſque faciunt direptiones, & frequentes incurſus. *Dimicantibúſque inter ſe Francis & Anglis, Bellovacenſis quoque Epiſcopus, præter fas, & jus Eccleſiaſticum, armatus dum adversùs Anglos audet progredi, capitur ab ÿs, & in carcerem detruditur. Audit hæc Cæleſtinus Pontif. Max. & quàmvis eumdem Epiſcopum acriter de armorum tractatione redarguerit; litteris Epiſcopi ſcribere rogatus, egit nihilominùs ſolicitè apud Regem Anglum pro eius liberatione. Anglus verò Rex, Epiſcopi ad Pontif. Cæleſtinum loricâ miſſâ:* Vide, *(ait,)* An Tunica Filij tui ſit, an non. *Cui Pontifex Cæleſtinus:* Filius *(reſpondet,)* meus non eſt, vel Eccleſiæ. Ad Regis itaque voluntatem redimatur; quia potiùs Martis, quàm Chriſti miles judicatur. *Hæc pluribus proſequuntur Rogerius & Matthæus Paris.*

Regina Hungariæ, Philippi * Regis Franciæ Soror, quum poſt mortem viri ſui, multo apparatu, partes peteret tranſmarinas, iámque Ptolemaïdem appuliſſet, paulò poſt obijt.

* Secundi.

† In eâdem quoque Vrbe, eiſdem diebus, Henricus * Comes, Nepos eius, dum in ſuperiori cœnaculo palatij ſui, cuidam feneſtræ ſe apodiabat, miſerabili præcipitio colliſus expirat. Cuius Mater, Maria nomine, quæ Comitatum Campaniæ ſatis ſtrenuè, viriliterque regebat, quùm de morte Filij ſui, ac Sororis ſuæ, Reginæ Hun-

Hungariæ nuntium accepiſſet, nimis condoluit, nec multo poſt obijt. Theobaldus, Filius eius, egregiæ indolis, in Comitatu ſuccedit. *Henrici verò Comitis Campaniæ deplorandum caſum, (de quo paulò ſuperiùs egit Chronologus Gallus* MS.) *his verbis VVillelmus Andrenſis Abba, deſcripſit ad annum Chriſti M. C. X C V I I.* Lacrymabilis fortuna accidit in Vrbe Achrà, Nam, Henricus Comes Campanenſis, & Princeps tranſmarinæ Chriſtianitatis, cùm quàdam die, apud eamdem Vrbem, in ſolario cuiuſdam Domus feneſtram aperire voluiſſet, per eam, ad terram corruit, & cervice confractà, proh dolor! expiravit vij. anno principatus ſui. Cuius mors ineffabilem Chriſtianis dolorem, & magnam Saracenis præbuit lætitiam. *hæc ille.*

Exortæ tempeſtatis violentià, lapides cùm pluvià deciderunt de cœlo, anno Domini M. C. XCVII.

Bellum inter Conradum Ducem Suëviæ, & Bertholdum Ducem Zeringenſem exortum eſt graviſſimum, in quo Conradus obijt. Procurante Imperatore Henrico, Filius eius Fridericus in cunis adhuc vagiens, Rex Romanorum conſtituitur.

Ex VVillelmi Andrenſis Abbatis Chronicis MSS.

ANno Domini M. C. X C V I I. Inter Philippum Regem Francorum, & Balduinum Comitem Flandriæ, pax turbatur, inſtinctu Richardi Regis Anglorum. In menſe Iulio, Balduinus Comes, contracto vndècumque copioſo exercitu contrà Regem Francorum, per pagum Tornacenſem, & Cameracenſem vadit; & omnia eiuſdem Pagi Caſtella cepit. Vrbs Marcianæ tunc eſt vaſtata: ſicque ad Civitatem Attrebatenſem tendens, eam à parte Orientali obſedit. Secundo obſidionis die ſubitò indè receſſit.

Philippus Rex Francorum hoc audiens, & indignè ferens, ſatis feſtinanter, in medio ſcilicet Auguſto, cum innumerabili exercitu Flandriam intravit, & vſque ad montem Cati, inter Ypram & Belliolum Oppida ſitum, vt Ypram obſideret, eſt progreſſus. Ibi, cùm Regi nunciaretur quod exercitus ſuus circumquaque ab indigenis cæderetur, & via, multis qui in auxilium ſuum veniebant, maximè ijs qui victualia afferebant, intercluſa eſſet, intercurrentibus ſuis,

& Comitis Nuncijs, res eò vſque deducta eſt, quòd ſub ſpe pacis & concordiæ, omnes ad propria remearent. Verùm, Nuncijs & muneribus Regis Angliæ, Comitem Flandriæ, & Barones contra Regem Franciæ frequenter incitantibus, pax prædicta parum durauit.

Inter duos Reges induciæ per annum iurantur.

Henricus Imperator, in Apuliâ moritur. Hic, ſtaturâ perſonalis non fuit: ſed litteraturâ eius, magnanimitas, Iuſtitia,& prudentia, pulchritudinem Abſalonis ſuperavit. Luget mundus mortem eius: Syria, Sicilia, Apulia, Calabria, Affrica, Italia, Alemania, Saxonia, Bajoäria, Suävia, Friſia, Auſtria, Lotharingia. Nam de morte eius omnes ſunt turbatæ. Filius eius, puer parvulus, à Siculis in Regem jure paterno ſuſcipitur. Porrò, Philippus, Frater Henrici Imperatoris, Tutor pueri conſtituitur.

Chronologus noſter Gallus (vt videtur,) de obitu eiuſdem Imperatoris ſcripſit in hunc modum. Anno Domini M. C. XCVIII. obijt Henricus Imperator: Cuius Fratrem Philippum electum, Innocentius PP. excommunicat: & Ottonem Ducem Aquitaniæ, Filium Ducis Saxoniæ, in Regem Alemaniæ conſecrari fecit. *Quid verò de hocce Principe, déque ipſius vita periodo poſtremâ ſentiendum cenſuerit Cæſar Baronius, de Romanâ Eccleſiâ optimè meritus, videto apud ipſius Annaleis Eccleſiaſticos ad annum Chriſti 119.*

De obſidione Caſtri Sancti Audomari, ex VVillelmi Andrenſis Abbatis Chronicis MSS. *nunquam excuſis.*

PRædictus Comes Flandriæ, collecto exercitu, primò Arcæ Oppidum, quià immunitum erat, ſibi ſubjugans, deindè Caſtrum Sancti Audomari obſedit VIII. Eidus Septembris. Burgenſes verò Sancti Audomari, cùm iam per duas hebdomadas, & ampliùs, munitionem ſuam viriliter defendiſſent, quia cernebant Comitis vires cottidie creſcere, de Domini Regis auxilio quaſi iam deſperati,fœdus cum Comite conditionaliter inierunt: Quod, niſi ſcilicet infrà terminum inter eos condictum Rex eis ſuccurreret; Villam * Comiti redderent. Miſſiſque ad Regem Nuncijs & litteris,cùm Burgenſes hæc ei nunciâſſent, quia Regis Angliæ infeſtationa

* Villa, pro Vrbe; vetus eſt ſcriptio.

ſtatione nimis gravabatur: reſpondit; Quod ad præſens eis ſuccurrere non poſſet;& hoc quod factum fuerat, donec corrigere poſſet, ſuſtineret. Reverſis itaque qui ad Regem miſſi fuerant, redditum eſt Comiti, ſecundùm conventionem prædictam, Caſtrum Sancti Audomari IV. Nonas Octobris.

Rex intereà Angliæ Richardus, cottidianos adversùs Regem Franciæ inſultus faciens, quâdam die, congreſſu bellico multos nobiles milites cepit, ipſúmque Regem, qui bello intererat, potenter vſque portas Caſtelli Giſors inſequens, intrà munitionem fugere coëgit. Cum itaque ipſum Regem Richardum Angliæ, ferè totus, vel timeret, vel prędicaret Orbis, ſubitò de hâc vitâ raptus eſt. Nam, in obſidione cuiuſdam Caſtelli, * a. in territorio Leviomenſi, telo baliſtarij graviter vulneratus, in brevi poſtmodum eſt defunctus. Priùs tamen, per Dei gratiam, tamquam Fidelis Chriſtianus, peccatum confeſſus, eſt Eccleſiaſticis munitus Sacramentis.

* a. *Anonymus noſter Chronologus* MS. *& omninò (vt reor) Gallus: interitum Regis Richardi ſuo hocce ſtylo recenſet.*

Richardus Rex Angliæ, dum Caſtrum quoddam Vicecomitis Limovicenſis, * *(Caletum vocant,)* expugnat, ſagittâ transfigitur, nec longè poſt moritur : Vir quidem animoſus, & bellicoſus, in armis ſtrenuiſſimus, & in militari negotio circumſpectus; à militibus verò valdè dilectus, nec-non à Summo Pontifice cum omni Clero & populo honoratus. Hic Eccleſiæ Patronus fuit: Cuius bella quæ fecit,& facta eius, in Libro dierum Regum Anglorum, ſcripta ſunt pleniùs. Succeſſit ei Ioannes Frater eius, juvenis quidem, remiſſioris animi, amánſque quietem: ac per hoc, cum Rege Franciæ pacem quàmtocyùs ſtuduit reformare . * *Lemovices, Regis Richardi erant beneficiarij; ſed à Franco ſtabant, cum eò factâ excurſione, vt eos in ordinem redigeret, Rex Anglus ſagittâ vulneratus obijt ſexto Aprilis, annò, non quidem 1197. vt videtur ſentire VVillelmus Andrenſis Abba, ſed 1199. ex autoritate Chronologicâ Matthæi Paris, Roger I in Ioanne, Polydori, P. Æmilij, & Appendicis ad Sigeber. atque Anonymi noſtri* MS. *Ioannes itaque, Comes Morentonius Richardo Fratri ſucceſſit, cùm Britanniæ Dux Arthurus, ex Gothofredo natus, Regni ſe diceret hæredem, qui Fratrem ætate antecederet Ioannem: ſed ocyùs feſtinans Ioannes, Arthurum Fratrem priùs oppreſſit, quam ei ſuppetiæ Franci ferre valerent: ex autoritate ſuperiorum Scriptorum hiſtoricorum.*

* Les Ville, & pays de Limoges.

Ex

Ex VVillelmo Andrensi Abbate.

ANno M. C. XCVIII. Fulco Venerabilis Presbyter Parisiensis, auctoritate Apostolicà per totam Franciam publicè prædicat. Cùm in sermone suo omnia carperet vitia, tamen omnis vis eius prædicationis contrà vsurarios, avaros, & cupidos, contrà Prælatos negligentes, & Presbyteros incontinentes maximè intonabat. Tota pœnè patria in melius, eius prædicatione mutata est. Maximam quoque mulierum publicarum convertit multitudinem. Innumerabilis etiam populi multitudo ad eum audiendum — — — vndecumque confluebat.

Chronicon MS. *Anonymi nostri Galli.*

MIchaël, Archiepiscopus Senonensis obit.

Obijt Mauricius Parisiensis; Qui super pectus suum scribi iussit. *Credo quòd Redemptor meus vivit: &c.*

Hic Mauricius, cùm esset pauper Clericus, recusavit sumere eleemosynas panis, vt numquàm esset Episcopus.

Sanctus VVillielmus Bituricensis Primas, & Archiepiscopus claret.

Chronicon VVillelmi Abbatis Andrensis.

POst mortem Henrici Imperatoris, Optimates Regni Teutonici de Rege substituendo diffidentes, Suävij, Bajoärij, Alemani, Apulienses, vel Sicilienses, Philippum Ducem * Francorum, Fratrem Henrici Imperatoris, quem supra diximus Tutorem pueri, (*annorum trium, Friderici, huius nominis Secundi, de cuius natalibus, & ætate, lege Baronium, numero 7.*) constitutum, elegerunt. Saxones autem, & Lotharingi, Othonem 4. Comitem Pictaviensem, Filium Henrici Ducis Saxonum in Aquensi Palatio, in Regem sublimaverunt. Hic prodierat ex Sorore Richardi Regis Anglorum, cuius consilio & auxilio, & Balduini Comitis Flandriæ, assentientibus eis, Archiepiscopo Coloniensi, & Optimatibus Lotharingis, Aquense Palatium obsedit contra VValerannum Filium Ducis Lemburgensis, qui Oppidum Aquense cum validà manu militum Philippo

* Ducem Suëviæ, ap. Chronic. Germa. & ex Suëviæ familiâ

Philippo Duci Suávorum * custodiebat. Qui, sextâ obsidionis septimanâ, labore multiplici fatigati, nullum ab eo cui palatium custodiebant, habentes succursum, Otthoni, salvo in omnibus honore, Castrum reddiderunt. Quem statim Coloniensis Archiepiscopus cum Suffraganeis suis, oleo sacro inunctum, in Solio regni sedere fecerunt. A diebus enim Karoli Magni, Sedes Regni est Aquisgrani, vbi idem requiescit.

* F. Suevorum,

Duxit autem Ottho Rex vxorem, Filiam Godefridi Comitis Lovaniensis, ac Ducis Lotharingiæ. *Negant Historici permulti, Otthonem hunc Quartum Saxoniæ Ducem, legitimè regnâsse. De quo, pluribus qui egerint, consulito Sigonium, Vrspergensem, Antoninum, & alios.*

Philippus Dux *Suéviæ*, & Ottho Rex, de Imperio contendentes, Fluvium Rhenum, qui Lotharingiam & Saxoniam dividit, transire non potuerunt: Philippus, ab Oriente in Occidentem; Ottho, ab Occidente in Orientem.

Comes Flandrensis Balduinus, & Hannoniensis, Castrum Sancti Audomari quinque hebdomadarum obsidione clausit; & Rege Francorum Philippo nullum ferente præsidium, cepit & obtinuit. Arienses autem, se iam sponte reddiderant in manus ipsius.

Scribam stylo Conradi Lycosthenis Rubeaquensis. Cuius Prodigiorum ac ostentorum Chronicon hoc anno 1198. asserat pleraque prodigia hâc tempestate in annaleis relata esse. Ac primùm; Terræ *(hic aït,)* tremor 4. Nonas Maij Orbem terrarum afflixit: Vrbes, casas, Ædes, Templa subvertit. Apud Longionas, pagum Bojoäriæ, qui, cum Hercinio jugo, ad Bohemiam pertinet, annum & sex menses continuatus est. Incolæ, relictis ædificijs, sub dio, atque Iove frigido manere coäcti sunt.

†

Apud Rossetum, dum Sacrificulus solito more Missam celebraret, vinum, in hominum conspectu, mutatum est in sanguinem, & panis in carnem. Sic olim, Augustæ Rhetorum, hostia sacra in carnem cruentam versa est.

In Vermendesio, Miles quidam, qui mortuus fuerat, revixit, multáque futura, multis prædixit; & postea etiam sinè cibo & potu, longo tempore vixit.

In Galliâ, circà festum S. Ioännis Baptistæ, ros in nocte de cœlo cadens, mellis dulcedinem superabat. Mense autem Iulio, orta est tempestas valida, tantæque magnitudinis lapides de cœlo deciderunt, vt suo impetu à Tremblaco, * vsque ad Monasterium Chalæ,

* *Vernacule*, Du Trébiay, pres Condé.

vernaculè, Chelle, & loca adiacentia, non segetes modò, & vineas, sed ipsa etiam nemora, & hominum pretiosa ædificia destruxerunt. Et eodem anno, Mense Iulio, Philippus Augustus, Deo-Datus, Franciæ Rex, contrà omnium opinionem, ipsiúsque Regis Edictum, Iudæos Parisijs restituit, &c.

Philippus, Barbarossæ Filius, contrà quem electus est, & à Papà confirmatus Otho, Dux Saxoniæ; regnàrunt magnà discordià annis decem: & Ottho, ad Mosellam demùm fugatus est.

Siciliæ Regem instituerat Innocentius Pontifex, Filium Constantiæ adhuc puerum, Mense Novembri: at brevi exindè moriens Mater inclyta Constantia, cogitur Filium relinquere sub Innocentij PP. tutelà. Fovet interim Parteis Germaniæ duas. Stat ab Othone altera, quem priorem Aquisgranum viderat regio diademate redimitum: altera pro Fratre Henrici Philippo Suëviæ Duce stabat. Hic generosus Princeps, ex Familià Suëvia, excepto Monte Flascone, Innocentij Pontificis favorem comparaturus, Romanæ Sedi Tusciæ dimittit nobilem Ducatum, & regio animo Siculos omneis obsides libertate donat. Vide quæ huc diffusius spectent, apud Sigonium, Vrspergensem, Antoninum, & alios complureis insigneis historicos scriptores.

Hæc dum peraguntur in Italià, ingens in Polonia, vicinisque regionibus, meridiano tempore terræmotus excitatur, & ædificia diruit permulta. Id rerum hisce in regionibus novum, ac propemòdum inauditum, prodigij loco habetur.

Eodem anno (*ait autor idem*) Constantinopolis à Gallis & Venetis capta est. Imperator Constantinopolitanus Alexius, Regno pulsus, Haliciam ad Romanum confugit. Alsatiam vastavit Philippus Imperator, Barbarossæ Filius, ac munitiones quasdam expugnavit Rubeaquensium, ac Perriburgi arcis, quæ in ipso oppido est, muros fregit, ferróque ac flammis omnia infestavit, vt copiosè in Vrbis Rubeäquensis, dulcissimæ patriæ descriptione alibi annotavimus.

Ex VVillelmi Abbatis Andrensis Chronico MS.

ANno Domini M. C. X C I X. Diebus Nativitatis Dominicæ transactis, venit in Galliam Petrus Cardinalis Diaconus Sanctæ Mariæ de vià latà, ab Innocentio PP. transmissus Legatus, litteras

litteras Philippo Francorum Regi deferens, in quibus præceptum continebatur Apostolicum, vt Ingelburgem venerabilem Reginam falso consanguinitatis iuramento disiunctam, legitimè sibi resociaret. Quod si acquiescere nollet, tam Rex, quàm omnis terra ei subiecta anathematis vinculo subiaceret.

Magister Petrus de Corboïolo, consecratus est Cameracensis Episcopus.

Petrus Cardinalis, per menses decem in Franciâ commanens, negotium de divortio Reginæ sibi iniunctum tepidè exequitur.

Balduinus Comes, terram Regis Francorum, in pago Adartensi, vel Tervanensi, & Aridagamantiâ vastat rapinis, & incendio.

Philippus, Comes Namurcensis, Frater eius, cum alijs quibusdam militibus capitur; qui vincti ferro, Regi in Franciam diriguntur.

Maria, Flandriæ Comitissa, pro pace inter Regem & Comitem componendâ Parisius vadit. Quam Rex honorificè suscipiens, letam, & de pace securam, cum quibusdam captivis, in pignus pacis, ad propria remisit.

In diebus adventus Dominici, Petrus Cardinalis, apud Divionem, Burgundiæ Castrum, cum personis Ecclesiasticis tenuit Concilium.

Eodem tempore, Nobilis Vir VVillelmus Castellanus Sancti Audomari, & Castellani VVillelmi Filius, per totum territorium Sancti Audomari quasi solus dominans, & ideo tyrannidem suam vicinis, & remotis in suâ iurisdictione possessiones habentibus ostentans, Andernensem locum cœpit multipliciter inquietare, volens ab Andernensibus more vsitato aliquid extorquere. Nam, antequam Regis dominium Castellaniam Sancti Audomari occuparet, non erat qui eidem Castellano in aliquo resistere auderet. Domnus autem Abbas Andernensis Iterius, insatiabilem eius esuriem magno numero bladij & argenti compescuit, & ea quæ in suâ Castellaniâ habebant Andernenses, pro eo maximè quòd de feodo eius esse dicebantur, confirmari sic impetravit.

Charta VVillelmi Castellani.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Ego VVillelmus Sancti Audomari Castellanus, scire volo præsentes, & futuros, me, pro salute animæ meæ, confirmasse ea quæ Andrensis Ecclesia iustè & legitimè possidet in Castellariâ Sancti Audomari. Imprimis, donationi Patris mei, *VVillelmi*, fideliter assensum præbeo, de foragio videlicet totius vini, quod ad vsus proprios Andrensis Ecclesia in castro Sancti Audomari comparavit. Confirmo etiam eidem Andrensi Ecclesiæ Decimam de Elcekâ, quæ quondam per multorum partes divisa, nunc vniformiter Andrensi Ecclesiæ in eleemosynam est collata. Partem videlicet cuiusdam Adelaïdis, quam, accepta charitate duodecim marcharum & dimidiæ in eleemosynam contulit. Partem quoque Huberti, & Filiæ suæ Gertrudis, quam, vnà cum Drogone Marito suo, pretio quinque marcharum, & dimidiæ — — in eleemosynam dedit in generalibus placitis Sancti Audomari, & per manum Ioannis de Morbekâ, qui præsidebat Mallis firmavit.

Alteram nichilominùs partem confirmo, quam Marcilius in eleemosynam contulit, acceptâ karitate sex marcharum, & dimidiæ. Item, partem VVidonis de Gardino, & Vxoris suæ Adelidis, pro karitate novem marcharum, & dimidiæ in eleemosynam collatam; partemque Roberti de Aqua, & Lamberti Fratris sui, & Nepotum, & Neptum suarum de VVlfhuis, in eleemosynam Andrenensi Ecclesiæ datam, acceptâ caritate quinque marcharum & dimidiæ. Partem quoque Manassis de Monekahona, & participum eius, quam dederunt in eleemosynam, acceptâ caritate septem marcharum. Confirmo etiam eidem Ecclesiæ Andrenensi partem decimæ quam habebant in Villâ de Elcekâ, Adam, & Vxor sua Christiana, concedentibus liberis eorum VValtero, Henrico & Dedala in eleemosynam collatæ, pretio circiter xxxv. marcharum. VVillelmus etiam Callard, concedentibus liberis suis, dedit in eleemosynam partem suam, acceptâ caritate decem marcharum, & partem molendini, quod Andernensis Ecclesiæ fuit, qui fidejussores dedit, Balduinum scilicet Senescalcum, & VValterum VVrede, quòd ad hoc concedendum, Sorores suas, Nepotes, & Neptes, & vniversos propinquos suos, coram Scabinis adduceret, & de

& de aſſenſu propinquorum ſuorum Andrenenſi Eccleſiæ ſatisfaceret. Quod ſi facere nequiverit, partem molendini illius cum decem marchis Eccleſiæ reſtituet, & decimam ſuam ex integro recipiet. VValVVainus quoque de Suävacas partem ſuam coram Scabinis, & ipſe Scabinus, in eleemoſynam contulit. In Villâ quoque de Moulâ VII. menſuras terræ, quas quidam Nicolaüs pro Filio ſuo G. monachando contulit in eleemoſynam, & ſuper hoc, Euſtachium Canonicum Eccleſiæ advocatum conſtituit concedentibus filijs ſuis, Hugone, Roberto, Ioanne, Davide, & Hogivâ filià eius. Sed & tres menſuras terræ in eàdem villà. Hæc omnia diverſis temporibus facta Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. coram nobis, & Francis Scabinis recognita ſunt, & confirmata: & ego, horum omnium, ad augmentum Eccleſiæ, Advocatus ero, & ei me ſtabilem, & indefeſſum amicum ſemper exhibebo. Scabini autem, tam præſentes, quàm præteriti, qui hæc viderunt, & audierunt, ſunt iſti: VValterus VVrede, VValVVainus de Suavacas, Henricus de Oſtremonle, Euſtachius de Elecka, Drogo de Oſtremonle, Hugo de SalperVVic, Hugo de Burkes, Hugo de Lumbres, Balduinus de Fonte, Manaſſes Goel, Euſtachius de Delethes, Petrus de Fonte, Adam de VVitteka, VValterus de Elecka, Marcilius de Lidinghem, Henricus de Brucc, Euſtachius de Hodingetun, Lambinus de Reguenveſcure, VVillelmus de Blindeka. Ad majorem autem certitudinem, huic Scripto Sigillum meum appoſui per manus Girardi de Renguenefcure, Menſe Majo.

1200.

Anno Domini M. CC. Philippus Rex Francorum, & Balduinus, Comes Flandriæ, in ipſis diebus Nativitatis Dominicæ, ad colloquium, apud Perronam convenerunt, vbi, per Mariæ Comitiſſæ induſtriam inter ſe iuraverunt pacem. Quæ pax, & Franciæ, & Flandriæ magna fuit cauſa lætitiæ.

Petrus Cardinalis pertranſiens Burgundiam, tranſcendit Apenninum montem, & ſententiam, quam in Franciâ dare debuerat, ibi dedit, & Regem, cum omni terrà ſuà inauditâ ſeveritate interdixit. Interdicti ſententiam, quidam Epiſcopi ferventiſſimè obſervaverunt; Pariſienſis, Silvanectenſis, Sueſſionenſis, Ambianenſis, Attrebatenſis, & alij, quorum non habuimus notitiam. *Rem ita deſcripſit Tilius ad annum 1199. Legatus Papæ circa D. Michaëlis feſtum in Divionenſi Concilio, ob ſecundum Regis matrimonium toti Franciæ ſacris clam interdixit. Quâ ſententiâ promulgatâ, Rex vehementer iratus, qui*

Concilio interfuerant, persecutus, eos graviter vltus est. Hos PaPa Innocentius miris per epistolas illis missas effert modis: contemptores autem verbis terret minacibus. *Interea temporis, Castellæ atque Arragoniæ Reges, in Navarræ, seu Vasconum Regem Sanctium in Africam digressum arma movere, & ipsius Regni Civitates varias armis captas inter se partiri, vt autores sunt, Rodericus, Tolet. & Mariana libri 11. cap. 20.*

Philippus Rex Francorum, & Ioannes Rex Anglorum, Balduinus quoque Comes Flandriæ, & multi alij vtriusque Regni Principes, in Marcis Franciæ & Northmanniæ, ad mutuum convenerunt colloquium. Ibi Ludovicus puer, Filius Regis Francorum, vxorem accepit Filiam Regis Hispaniarum, *Blancham scilicet, Adelphonsi Regis Castulonensis Filiam,* quæ erat Filia Sororis Iohannis Regis Anglorum. Ibi pax firma firmata inter Reges, *Francum & Anglum,* & Principes: nam Iohannes Rex Anglorum guerpivit Castella VVilcassini pagi, * Gisortium scilicet, & alia. Vndè tota guerra iam per multos annos, inter vtriusque Regni Reges fuerat exagitata.

* Vulgò Du Vecsin Fiançois.

Octavianus Episcopus Ostiensis, ab Innocentio PP. mittitur in Franciam Legatus. Quem Rex Francorum *Philippus* honorificè suscepit, & Ingelburgem, *seu Gelbergam* Reginam, per præceptum Domni PaPæ verbotenus sibi resociavit, *secúmque insidentem equo reduxit;* superinductam abjuravit: & sic terram Regis Francorum ab interdicto absolvit, *Octavianus nimirum, alter Legatorum, qui & perpetuus in Galliâ Legatus mansit. Agnes verò posterior vxor Philippi, apud Pontiacum impatientiâ doloris, & ægritudine animi extincta est. Quos tamen ex eâ susceperat liberos Philippus Rex, apud Pontificem Innocentium 3. effecit, vt legitimi pronunciarentur. Hi fuêre, Philippus, qui postea Bononiensis Comes est effectus; & Maria, quæ Comiti Lovaniensi nupsit.*

Anno Domini M. CC. primo, post mortem Comitis Flandriæ Philippi, *à Misorum Rege occisi,* in territorio Furniensi, inter Blavotinos & Ingrikinos, guerra per aliquot annos durat. Homicidia, incendia, rapinæ fiunt: nec est qui iustitiæ manum apponat.

XVI. Kalendas Decembris. Quidam miles, Herbertus nomine, de VVlfringhem, qui præcipuus inter Blavotinos habebatur, Castrum

Castrum Comitis in ipsâ Villâ de Furnis, collectâ parvâ manu suorum, incendit. Ob cuius facti audaciam, tam ipse, quàm suæ factionis coädiutores, per bannum Comitis Balduini, & Reginæ Portugallensis, per aliquod tempus, eiecti sunt de terrà, & bona eorum confiscata.

Ex Anonymo Ascetâ Marcianensi MS. *Et DN. VVillelmo Abbate Andrensi.*

ANno Domini M. CC. primò, hyems nec mollis, nec nimis aspera, sed inter vtrumque fuit temperata. Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, & Maius gratiosi fuêre, & naturales.

Cùm, mediante Mense Martio in Vrbe Suessionicà Octavianus, *& Ioannes, Cardinales, addit VVillel. Abbas Andrensis,* cum Archiepiscopis, Episcopis, cum Philippo Rege Francorum, in Vrbe Suessionicà cum innumerà Cleri & populi multitudine conveniunt, vt de Regis, & Reginæ divortio, certum & iustum, iuxtâ Innocentij PP. præceptum iudicium agitarent. Sed, quia Iohannes Cardinalis Sancti Pauli, nostri Ordinis Monachus, nondum advenerat, cui hæc caussa ab Apostolico principaliter fuerat commissa: Colloquium protelatur vsque ad adventum eius. Qui adveniens Mense Maio, in prædictà Suessionensi Vrbe, à Rege, Archiepiscopis, Episcopis, in Ecclesiâ Sanctorum Martyrum Gervasij & Prothasij magno excipitur gaudio. Cui oblata sunt munera à Rege. Sed ille iustus, manus suas excussit ab eius munere. Ad colloquium ergò conveniunt omnes. Rex vallatus, & armatus multitudine advocatorum, qui caussam suam, *pro divortio conjugis suæ, ad libitum suum,* (verba sunt VVillelmi Abbatis Andern.) pro velle suo perorarent, accessit. Regina verò sola, proh dolor! præter Deum, nullum habens advocatum, venit. Cùmque in tantà multitudine, nullus esset, qui pro eà, (metu Regis,) litigaret: Quidam ignotus, & pauper Clericus è medio surgens, licentià Regis, & Cardinalium, caussam Reginæ ita litteratè dilucidavit, (*dilucidè proposuit, ap. VVillel. Abba. Andern.*) vt ipsi Regi, & Cardinalibus, omnibúsque Episcopis, (*& omnibus qui aderant, Addit VVillel. Ab. Ander.*) fieret admirationi.

Cætera

Cætera quæ ad hanc caussam pertineant, apud VVillelmum Abbam Andrensem, desiderantur. Pergit itaque noster MS. *Andreanæ Synopseos Continuator, idem & ipse Marcianensis Asceta, rem sic pertractare.*

Qui, *Clericus*, post, nec ante, in eàdem Civitate à nullo dicitur visus. Rex verò, non expectato, secundùm decreta SS. Patrum, Ecclesiastico Iudicio, recessit à Colloquio. Cardinales etiam, & ipsi Episcopi reversi sunt ad propria, caussâ nondum terminata.

Anno Domini M. CC. II. die trigesimâ Maij Mensis, fuit terræmotus, & ex eo, vox terribilis audita est incerti authoris. Magna quoque pars Vrbis Achonensis, cum Palatio Regis corruit. Tyrus pœnè subversa est. Achra Oppidum munitissimum, ad solum vsquè ruit. Tripolis etiam maxima pars: & hominum magna pars suffocata est. Hunc terræmotum secuta est magna agrorum sterilitas; apud exteros, ingens fames; famem, magna pestis.

† Innocentius III. PP. excommunicat Philippum Imp. bis: subditos autem suos absolvit.

Ex VVillelmi Abbatis Andrensis Chron. MS.

Balduinus, Comes Flandriæ & Hainoniæ, Ierosolymam tendens, cum Venetis hyëmavit. Qui prius Anno Domini M. CC. II. inimicam Venetis Gazaram Civitatem subactam, eis tradidit: & sic, ad illam nobilem, & munitissimam ope simul & opibus, & ferè inexpugnabilem Civitatem Constantinopolim expugnandam, de Dei confisus adiutorio, cum paucis accessit; in quà expugnatâ — — — Imperator eligitur, & coronatur.

Obijt piæ memoriæ Willelmus, Remensis Archiepiscopus.

Chronicon verò MS. *anonymi F. Galli, hac ita paullò aliter de captâ Constantinopoli tradit.*

Franci cum Venetis, Constantinopolin capiunt: & Balduinum Comitem Flandriæ, Imperatorem constituunt. Idémque:

Anno Domini M. CC. II. Iohannes Rex Angliæ, Arthurum Comitem Britanniæ, Filium Gaufridi, Fratris sui majoris, apud Mirabellum Pictaviæ capit, & perimit latenter. Super quo, à Baronibus, apud Regem Franciæ, (cuius Vassallus erat,) graviter accusatus, cum comparere nollet, post multas citationes, per judicium Parium exhæredatus est.

Eodem

Eodem ferè tempore, Francorum Rex, Northmanniam totam ſubijcit poſt C C C. & X V. annos, ex quo, Karolus Simplex, eam Rolloni Dano cum Filiâ ſuâ dederat in feödum; &, vt fieret Chriſtianus. Poſt, Aquitaniam ingreſſus, Pictavium capit, & Chinon Caſtrum; vbi Vicecomitem Lemovicenſem captum liberat. *Annaleis Francici, hæc geſta fortiter, & feliciter, à Philippo 2. Auguſto, (apud quem graviſſimè offendiſſet Anglus Rex, ob commiſſum in Arthuro nepote parricidium, & Aquitaniæ Proceribus injuriam illatam) reÿciunt in annum Ieſu Chriſti 1204. Quo quidem, quùm Rex Anglus Franco potentiori nequaquàm poſſet ſufficere repellendo, in Angliam ſuam ſe recepit. Rothomagenſeis verò tunc ſe Franco Regi dedunt: & reliquæ Normannicæ Vrbes omneis deditionis ſpontaneæ ſubſequuntur exemplum. Sicque redit Neuſtria, ſeu Normannia in poteſtatem Franci Regis Iulium circiter Menſem, anno 317. ex quo eam conceſſerat Northmanis Carolus Craſſus, Francorum Rex. Rogerius Arſovendenſis, hiſtoricus Anglus, huc vſque demùm ſuam hiſtoriam contexuit. P. verò Æmilius annos numerat abs factâ Rolloni inveſtiturâ 270. Franciæ Annaleis 292.*

Anno Domini M. CC. III. Maria vxor prædicti Balduini Comitis *Flandriæ*, Neptis Philippi Illuſtris Regis Franciæ, Virum ſuum inſecuta, multa & gravia perpeſſa maris pericula, tandem Accaron applicuit; ibíque longà ægritudine macerata, ſpiritum exhalavit.

Chronicon MS. *Anonymi F. Galli.*

ANno Domini M. CC. IV. duodecim Abbates Ciſtercienſes, cum vno Legato Apoſtolico, contra hæreticos Albienſes mittuntur, vt pleniùs in Vità Beati Dominici legitur.

Eodem tempore, Sancti Dominicus & Franciſcus clarent: & Ordo Prædicatorum, & Minorum * ab eis inſtituitur.

* Anno 1209. apud Onuphriũ.

Frater P. de Novo-Caſtro, Legatus PaPæ, à Comite Tholoſano, quem, propter hæreticorum defenſionem, excommunicaverat, occiditur. Vndè Papa terram eius expugnandam Regi Francorum exponit. Biterris capitur à Francis; & XVII. millia hominum ferro, & incendio pereunt. Carcaſſona & Narbona, & alia terra Comiti Montis-Fortis datur: qui Beatum Dominicum fideliter diligens, fovit Ordinem Prædicatorum.

Innocentius PaPa Ottonem Imperatorem coronat: quem, quia

contrà Ecclesiam, ipsà die coronationis egit, & post, plura commisit, excommunicat, & deponit. Fredericum, Filium Henrici Imperatoris electum Innocentius PP. confirmat; qui, triginta tribus annis imperat.

Philippus Rex, Comitem Alverniæ sibi rebellem, qui Claromontensem Episcopum ceperat, exhæredat.

VVillelmus Andrensis Abbas.

ANno Domini M. CC. V. Balduinus (aïebat,) Imperator Constantinopolitanus, à Iohanne, cognomento Blake, in conflictu, inter se commisso, captus fuit: & nulli postea de suis comparuit.

Anno Domini M. CC. VI. Prædicto Balduino successit in Imperium Frater suus Henricus, vir virtutibus bellicis strenuus, & morum nobilitate conspicuus.

Guido, Remensis Archiepiscopus, Gandavi moritur, & sepelitur.

Ex Conrado Lycosthene.

Per eadem ferè tempora; Tempestas horrenda, per loca plurima, profligat segetes & vineas. Philippus Imperator, Ottonem bello insectatur, & eum Coloniæ Agrippinæ obsidione cingit. Verum Otto in conflictu quodam cum Coloniensibus habito clam fugà elapsus, ad Angliæ Regem se contulit. Philippus autem Colonienses subegit, ac Aquisgrani, ab Archiepiscopo, Rex coronatus est. Lituani, quorum nomen hoc tempore primùm agnoscitur, Russiam magno exercitu invadunt; sed victi discedunt. In Germanià, Conradus Episcopus Herbipolensis, à suis ministris occisus est.

Anno Domini M. CC. VI. Pridie Kalendas Martij, fuit eclipsis Solis horà quintà diëi: & sequenti Mense Adela Regis Philippi Mater obijt. Quæ, in Burgundià sepulta est iuxtà Patrem suum Theobaldum, Mense Decembri, perniciosa in multis Italiæ simul & Galliæ locis, facta est fluminum inundatio, quæ non pontes tantùm, & laquearia hinc indè ædificiorum fregit, sed quàmplures etiam domos, ac lapidum moles evertit.

Iohannes, Richardi Frater, Northmaniæ Dux, & Angliæ Rex, Angliâ egressus, contrà Philippum Francorum Regem bellum suscipit. Et iterùm ob militum pestem factæ sunt duorum annorum induciæ.

induciæ. Sed anteà Philippus Rex Francorum, receperat aliquot Vrbes Aquitaniæ.

Balduinus Comes Flandrensis, reliquerat Iohannam & Margaritam ex Magni Regis Franc. Philippi nepte filias, quæ fuerunt vocatæ Constantinopolitanæ: sed nihil habuerunt ex Imperio Patris, nisi nomen. Videatur Marchantij liber 2. de harum stirpe, atque connubijs.

Anno M. CC. VII. In festo Sancti Nicolaï, magna in Galliâ sunt audita tonitrua; & eorum impetu ædificia multa sacra & profana sunt incensa fulminibus, atque prostrata. Hæc, mirabilis & perniciosa est secuta inundatio aquarum. Satellia, Civitas munitissima eodem anno à Paganis capta est, & devastata.

Philippus, Filius Barbarossæ, Germanorum Imperator occiditur Babembergæ: & in locum eius Ottho Quartus substituitur, & solus imperavit annos IV. *Dederat hic Philippus Suëvus Othoni Beatricem Filiam Vxorem, eâ lege, vt quùm ipse fatis concederet, Regnum ad Saxonem Othonem generum devolveretur. Mortuo itaque Philippo Suëvo, partem magnam Germaniæ ad se traxit Otho, Saxo, Philippi gener, majori animo, & cupiditate Vir, quàm consilio & religione.*

Anno Domini M. CC. VII. (*inquit VVillelmus Abbas Andrensis,*) Lambertus Morinorum Episcopus obijt. Cui successit Iohannes Archidiaconus, Nepos ipsius.

Eodem anno, Nobilis Vir Thomas de Fielnes, Domini VVillelmi germanus, ad partes Ierosolymitanas proficisci cupiens, & se exemplo Fratris multa nobis mala irrogâsse cognoscens, cùm nonnisi pauca hæreditario jure haberet; multa nobis dare non potuit. Vndè nobis vnum polkinum frumenti; ad mensuram Boloniæ, apud Nepteuviltam, iuxtà Monasterium Sancti Wlmari annuatim accipiendum perenniter erogavit solenniter, die quo versùs terram Ierosolymitanam iter arripuit. Testes fuerunt VValterus Abbas de Bello-loco, Robertus Canonicus eius, Arnulphus de Hesdingnol, Iohannes de Tingri, VVillelmus le Contes, Milites, Pares Thomæ de Fielnes, & alij multi.

Hoc anno exeunte, Itterius Abbas Andrensis, suos deserens, fit Abbas Hamensis, quùm VVillelmus hic noster Chronologus, iam ageret ætatis annum terdenum, vt ipse tradit sequenti Capite prolixo, quo gravis & diuturna habetur concertatio inter Karrofense Cœnobium, idiomate Francico, & Andernense, idiomate Flandrico vtentia, de Successore in Abbatiâ Qqqqqq 2 *Ander-*

Andernensi, Filiâ Karrofensis Asceterij, Itterio Abbati substituendo. Hanc equidem litem, de industriâ prætermitto, ex ipsius VVillelmi Chronico MS. *petendam, quòd eâ nostri non sit instituti historici. Nunc igitur, id satis sit monuisse: quòd Domnus hic VVillelmus, Andrensis Asceta pius, & doctus, (qui rem Monasterij sui nervosè curâsset, Romæ, hâc durante lite adversus Karrofenses,) ab Innocentio Papâ 3. fuerit ad suos Andrenses, Ascetarcha futurus redire iussus. Vndè hæc ipsius verba habeto.*

Denique, his Romæ peractis 1. Kal. Aprilis, anno Pontificatus Innocentij 3. 14. me, qui hæc scribo, & adversarios coram se evocatos, iubet Domnus Papa potenti virtute verborum in osculo pacis coram se reconciliari, & omnes injurias, tam verbales, quàm reäles vtrobique ex corde remitti. Adversarijs quoque, (*Sup. Karrofensibus,*) pro renovatione quorumdam privilegiorum, adhuc in Curiâ (Sup. Romanâ,) occupatis; me, cum suâ benedictione repatriare iubet; & priùs tamen ad Karrofense Cœnobium proficisci. Scripsit enim per me, Abbati *Hugoni*, & Capitulo Karrofensi spirituales litteras, omni dulcedine, & familiaritate plenas, exhortans, & monens, & in remissionem peccatorum injungens, vt omnem scrupulum prioris indignationis, zeli, & amaritudinis de cordibus suis penitùs auferrent; & compositionem pro commodo vtriusque Ecclesiæ factam, & salubriter ordinatam, ratam, & gratam haberent. Andrenses quoque Monachos, tanquam suos domesticos sincerà charitate diligerent.

Lectis in Capitulo Karrofensi litteris Apostolicis: ab omnibus, Deo gratias; respondetur: mihi, qui hæc scribo, præter morem solitum, omnis humanitas exhibetur, postquàm de infirmitate convalui, vndè cum famulo nostro Manasse, per aliquot dies ibi langui, & ægrotavi, ad natale solum redire conceditur.

Paucis postmodùm diebus evolutis, formà compositionis Fratribus nostris ostensà, & ab eis acceptatà, concorditer eligor, immò potiùs reeligor, & præeunte omnium voluntate, comitatus honesto viro VValtero de Broborch, Sacerdote & monacho, litterarum Capituli portitore, & de processu electionis fideli relatore, ab Abbate & Capitulo Karrofensi, in pleno Capitulo, voluntariè, & honorificè, fratribus concrepantibus, & signis pulsantibus, confirmor, & installor; & sic demùm cum Virgà Pastorali, & litteris Karrofensis Capituli ad Domnum Iohannem Morinorum Episcopum transmissus, & ab eo in Matrice Ecclesià Beatæ Virginis, & eiusdem Assum-

Assumptione, solemniter benedictus, ad Fratres meos cum gaudio remittor: &c. *Quibus, ex verbis & actis, ætas Chronologi huius Silvi nostri elucet Continuatoris VVillelmi Andrensis, qui, ad annum Iesu Christi 1208. sic scripserit.*

Anno Domini M. CC. VIII. Propter Ecclesiam Cantuariensem, tota Anglia sub interdicto posita est, nullis celebrantibus divina, præter Cistercienses.

In Provincià Sancti Ægidij, hæresis Albigensium detecta est: cuius professores, Virum Venerabilem, Petrum, Apostolicæ Sedis Legatum, ob confessionem Iesu Christi nequiter peremerunt. *Vidimus, (ex autoritate Chronologi nostri* MS. *F. Galli,) paullò iam superius ad annum 1204. duodecim Abbates Cistercienses cum Legato Apostolico missos contra hæreticos Albienseis. Qui verò condidit Historiam Albigensem ex professo, Monachos Cistercienses, refert ad annum Christi 1208. missos à Pontifice in Tolosanam Diœcesin; & Apamiæ, (vulgò Pamiers,) disputatione habitâ solenni, Albigensium errores fortissimè confutâsse: Pontificem verò Innocentium 3. à sacrorum & fidelium communione Albigensium errorum acerrimum fautorem Raimundum Comitem Tolosanum separâsse. Anno quoque sequenti 1209. Iacobus Rabiria, & Historia Albigensis, atque P. Æmilius referunt Pontificem Innocentium 3. Rege Franco annuente, Cruce Sacrà insignitos armâsse adversus Albigenses, qui tametsi sæpe sæpiùs confutati, nollent à fœdissimà suà pertinacià se recipere ad fidem Orthodoxam: Comitem tamen Tolosanum pœnitentem, flagrísque benè cæsum in Ecclesiam fuisse receptum: Biterris atque Carcassone fœderatos esse potitos: belli sacri quod posset reliquium esse, præclaro Comiti Monfortensi commissum. His accedat Bernardus Lucemburgensis cum Franc. Annalibus, qui Anno eodem 1209. asserant Albigensis Sectæ, ac consimilis farinæ nequissimos permultos Lutetiæ Parisiorum exustos fuisse pertinaces. Porrò-verò, quùm ad id genus Sacrilegos denuò Comes Tolosanus, & idem Flussatium Princeps defecisset; Albiorum hæresim varijs in locis Comes à Monteforti Sacri Dux belli feliciter debellavit anno Christi 1210. Pergat VVillel. Abbas Andrensis suam condere Chronologiam hisce verbis.*

Philippus, cognomento Suävis, iam factus Rex Alemanniæ, ad Imperium Romanorum aspirans, à quodam Duce suo gladio percussus, interijt.

Anno Domini M. CC. IX. Philippus Rex Franciæ, ad petitionem Reinaldi Comitis Boloniæ, terram Arnulphi Comitis Gisnensis intravit cum multitudine gravi Comitum, militum, & servientium:

vientium: & diruto Castello quod dicitur Bonhain, in quibusdam alijs Castellis, scilicet Cole Wide, Sangate, & Rolinhove; munitiones ex parte Comitis Boloniæ, tam militum, quàm servientium in eis reliquit; & sic in Franciam redijt. Qui verò in eisdem Castellis à Rege sunt relicti, Terræ Ginensi cœperunt nimis esse infesti; homines terræ capientes, & captivantes; magnas pecunias ab eis extorquentes; oves eorum & boves devorantes; mulieres opprimentes; &, quòd non ad benefaciendum, sed ad nocendum & persequendum ibi positi fuerant, publicè protestantes. Vt autem faciliùs Nuncij, & homines Comitis Boloniensis apud Rorichove possent accessum habere, per spatiosam paludem, inter Rorichove, & solidam terram de Merch, cœperunt fodere, & ex vtràque parte, fossatis ambire; & de terrà palustri, sivè sabulosà, quæ de fossatis extrahebatur, viam sternere; sicque infrà spatium sex dierum, opus quod vix, aut vmquàm fieri sperabatur, peregêre. Hæc verò clades, per annum duravit, & terram de Gines miserabiliter oppressit: sed, propter Regis timorem, nullus eis resistere ausus fuit.

Tandem, Comes Boloniæ, assensu Dominæ Comitissæ Beatricis de Gines, (qui eiusdem Castri Dominum, scilicet Manassen, mariti sui germanum, non tenerè diligebat;) idem Castrum triplici fossato circumcinctum; piscium multitudine copiosum; vineis, virgultis, & pratis vberrimum, & in cuius ædificio sumptuosè laboratum est, per spatium X. & septem annorum, funditus everti præcepit; & reliqua terræ coæquari, virgultis, & vineis radicitùs evulsis; asportatis piscibus; & fossatis obstrusis; & priùs, quibusdam de nostris ibidem demersis.

Ex Chronico MS. *Anonymi F. Galli.*

ANno Domini M.CC.X. Franci Castrum Alverniæ obsident, & capiunt: vbi, centum & octoginta hæretici sunt inventi; qui potiùs comburi, quàm hæresin abjurare voluerunt.

† ☞ Castrum Thermæ fortissimum cum obsiderent; sagitta super Crucem, quam de serico portabat Peregrinus, à balistà jacta, fortiter resilijt, quasi super lapidem venisset; nec eum, vel vestem læsit aliquid.

☞ G. De Pipionibus, hęreticus, tres Sacerdotes, & quinquaginta Catholicos incendit: qui, post triduum, sunt inusti reperti.

Anno

Anno Domini M. C C. X I. In Mense Maio, apparuit in Polonià grandis Cometes durans diebus 18. & gyrans suprà Taniam, Russiam, & Poloucos, atque porrigens caudam suam in occasum, Tartarorum significavit adventum. Vndè, Gens Tartarorum hucvsque ignota, anno subsequenti trucidato Rege suo David, de sub Indiæ montibus, pluribus alijs nationibus Septentrionis confluxis ad Poloucos, (Gothos illos alij appellant,) ceu torrens rapidissimus, venit. Sarmatia tunc vtraque graviter, & multis bellis est afflicta. Poloucij, & Russi fuerunt à Tartaris victi. Filius Erriki Barbati, Ducis Vratislaviensium Conradus Crispus interijt in ipsà clade.

Chronicon VVillelmi Abbatis Andrensis, seu Andernen.

ANno Domini M. C C. X I. Reinaldus, Comes Boloniæ, à Domino suo, Philippo, Rege Franciæ, qui eum primò exaltaverat, & Nobili Idæ Boloniensi Comitissæ Maritum dari permiserat, de terrâ suâ fugatur, & simul, pro multiplici proditione sibi impositâ, (vndè nec se purgavit, nec forsitan purgare potuit,) quinque Comitatibus privatur. Qui, de Franciæ Regno exiens, & cum Ottone Romanorum Imperatore, & Alemaniæ Rege fœdus iniens; postmòdum verò mari transito, ad ipsius Imperatoris Avunculum Iohannem, Regem Angliæ personaliter accedens, tam prædictos Reges, quàm eorum Optimates, contrà Regnum Francorum commovit, & incitavit: & ad ipsum debellandum, modis omnibus, animavit; sicut in sequentibus patebit.

Ferdinandus, intereà temporis, Flandriæ Comes evadit, ex Matrimonio cum Ioännà, Balduini Imperatoris Constantinopolitani Filià; Franciæ Regis operà.

Ex Marchantij Flandria, in Ioänä.

Anno Domini M. C C. X I I. Rex de Marroc, id est, Kartaginensis, totam Christianitatem Hispaniæ molitur debellare. *Sed junctis armis, bellum hoc Mauricum Reges Aragoniæ, Legionis, Castellæ, atque Navarræ strenui pertulère, diùque ad expugnatam Calatravam concertavère. Nobilissima demùm, atque cœlitùs concessa illa huic anno consignatur victoria Christianorum strenuissimorum in Hispanijs Regum, adversus colluviem illam Maurorum ingentem ex Africà erumpentem, è quorum innumerà multitudine à nostris cæsà, desiderati leguntur 200000.* hoc

hoc anno 1212. à quo, Sarracenorum, seu Maurorum res in Hispania semper in peiùs abiêre. Videndus est Mariana, qui hoc bellum aptè descripserit: de quo & noster Chronologus, qui nunc producitur MS. *F. Gallus, & anonymus, statim paucis rursus est acturus.*

Anno Domini M. CC. XII. fit ventus maximus, & tertio anno sequenti, fit terræ-motus magnus.

Rex Philippus, mimos à Curiâ suâ fugat, dans exemplum Principibus.

☞ † Parrisius, XXIV. hæretici, in quibus, aliqui Sacerdotes; convincuntur, alij cremantur, alij includuntur.

Fuit, eo tempore, Magister Almaricus Carnotensis, philosophicis, & Catholicis quæstionibus singularis. Qui, dogma perversùm confingens, Charitatem sic ostendebat, quòd illud, quod aliàs esset peccatum, si in charitate fieret, peccatum non esset. ☞ Vndè, & fornicationes, & alia nefanda, occultè, sub charitatis specie, cum deceptis simplicibus, ab ipso, & sequacibus committebantur. Qui, cum pluribus Clericis, & Laïcis, iussu Regis Philippi, in Campello, Parrisius sunt combusti.

Rex Sarracenorum Miramommelinus, omnibus Christianis in Hispaniâ bellum mandat. Qui Christiani, conveniunt: vbi strenuè Rex Arragonum pugnat.

☞ Apud Lemovicum, mulier quædam defuncta, & sudario involuta, surgit dicens: Beatam Magdalenam, quàmvis peccatrix esset; quia ei se devoverat, sibi labia tetigisse, & spiritum reddidisse. Quæ statim regressa in Zeliäcum, gratias agens, sudarium reportavit.

Pueri, vltrà XX. millia, somnijs decepti, Cruce signantur, & Massiliâ Brundusium diversis agminibus venientes, inanes redeunt. *Illud ipsum eodem pœnè suo stylo, huic Chronologo anonymo* MS. Γύγχρονος, *seu contemporaneus, est nunc statim narraturus Abbas Andrensis, VVillelmus, Silvianæ Synopseos Continuator, qui huius anni 1212. res gestas prosecuturus.*

Maxima (inquit,) pars Francorum Cruce Christi signata in pectore, & innumera multitudo Flandriæ, & Alemanniæ, ad Albigenses incredulos exterminandos, ad provinciam Tholosanam properaverunt. Ex quibus, multi victores; multi victi fuerunt. Túmque:

De

De peregrinatione infantium, de diversis locis adunatorum.

INfinita etiam *(ait idem VVillel. Ab. Andr.)* multitudo parvulorum, de diversis Civitatibus, Castellis, Opidis, & Villis, nullo penitùs exteriùs monente, confluxit, & versùs mare Mediterraneum properantes, cùm à Parentibus, vel ab alijs interrogarentur; quò vellent ire? Quasi vno edocti Spiritu; singuli, & vniversi responderunt: Ad Deum.

Sequenti hyeme, Fernandus, Filius Regis Portugalensis, Vxorem duxit Iohannam Filiam Domini Balduini, Imperatoris Constantinopolitani, Flandriæ & Heinoniæ Comitis: & in eâdem hebdomadâ, Dominus Ludovicus, primogenitus Regis Franciæ, Atiam, & Castrum Sancti Audomari, tanquàm sua, ex parte Matris repetijt; & à Burgensibus ea recepit.

In eâdem quoque hyeme, Ecclesia Beatæ Mariæ de Bosco, igne fulmineo combusta est, eâdem fulmineâ tempestate, à Monasterio Sancti Bertini, meritis Patronorum ibidem quiescentium, necnon & Sancti Gregorij, & Sancti Benedicti meritis exinde recedente, & præfatam Ecclesiam comburente. Quæ tamen Ecclesia, ex Domni Ægidij Abbatis industriâ, & ex Fidelium eleemosynâ circumquáque collectâ, processu temporis, multò elegantior, & decentior solito surrexit; & etiam Villa eidem Ecclesiæ contigua ædificari cœpit; & in Ius parrochiale, liberrimè crevit.

Anno Domini M. CC. XIII. Philippus Rex Franciæ, collecto exercitu, & navigio magno, cùm multi eum in Angliam transfretare putarent, & propter hoc, in apparatu sumptuoso sibi providissent; Pandulphus Domni Papæ Nuncius, & posteà NorWicensis Episcopus, Anglorum Regi, de amissione Regni formidanti consilium dedit, vt ad enervandam Regis Francorum audaciam Regnum suum invadere volentis, pro eo quòd iam per sex annos continuos, non erubuit excommunicationi, & publico interdicto subjacere; vt suum Regnum cum appendicijs, Domno PaPæ, & Ecclesiæ Romanæ tributarium faceret: Domnum Archiepiscopum Cantuariensem, cum suo Conventu, & Coëpiscopis in Regno Franciæ exilio relegatum, ad suas Ecclesias revocaret, & eis ablata

 resti-

restitueret; & hoc facto Domini Regis Francorum propositum impediret; & authoritate Domni PaPæ inhiberet ei, ne Regnum sibi subiectum invaderet.

Rex igitur Francorum, ad hoc agendum, auctoritate Curiæ Romanæ animatus, & postmòdum, ab ipsius Curiæ Nuncio, (sicut dictum est,) impeditus, mutato proposito suo, totum exercitum suum in Flandriam duxit; per Boloniensem, & Ginensem Comitatum, transitum fecit, circà maritima loca: & acceptis obsidibus à præcipuis Castris Flandriæ, Iprâ scilicet, Gandavo, & Brugis, in Franciam redijt: priùs tamen classem magnam, quam sibi paraverat, cum infinitâ thesauri magnitudine, in Flandriâ perdidit: & post eius recessum, Comes Flandriæ Fernandus, Castra sua recepit. Post-ea, Dominus Ludovicus, primogenitus Regis Franciæ, Villam suprà mare, quæ dicitur Novus-Portus, * & quasdam alias, scilicet, Balleolum, & Steenfort, pro magnâ parte combussit, & devastavit: vbi capti fuerunt innumerabiles vtriusque sexus. Deindè paucis evolutis diebus, Comes Flandriæ Civitatem Tornacum cepit, muris eius in parte dirutis. Insula verò Opidum, ei fuit redditum, & in brevi à Domino Rege Francorum, propter hoc iteratò combustum.

* Vulgò, Nieu-port.

Eodem anno, Domnus Adam, Parisiensis Archidiaconus, in Episcopum Morinensem eligitur, & consecratur: & Domnus Stephanus Cantuariensis Archiepiscopus, cum suis Suffraganeis, & Venerabili Conventu Cantuariensi, in Angliam honorificè revocatur.

Eodem anno, Rex Anglorum Iohannes, timens nè Rex Franciæ, vel aliquis de Successoribus eius, Regnum suum iterùm invadere attentaret; ipsum Regnum cum Regno Hiberniæ, Domno PaPæ tributarium fecit: & indè, à suis, & à suis hæredibus, mille marchas argenti annuatim persolvi Ecclesiæ Romanæ instituit; vndè multorum Nobilium offensam incurrit; maximè, quòd suo tempore, ancillavit Regnum, quod invenit liberum.

Quemdam autem fidelem virum, nomine Petrum, per vias & semitas, equis indomitis trahi fecit, & post-ea suspendi; pro eo quòd prophetaverat, ipsum vltrà annum minimè regnaturum, &c.

Ex

Ex Anonymi F. Galli Chronicis MSS.

ANno Domini M. CC. XIII. Rex Philippus, Flandriam vastat: receptis obsidibus de Gandavo, Iprâ, Brugis, Insulâ, DVACO, in Franciam redit.

Eodem anno, quùm Rex Aragonum, & Comes Tholosanus, & cum ijs alij infiniti, Comitem Mōtis-Fortis, qui pro Fide pugnabat, apud Murellum inclusissent, nec eum aliquibus pactis abire permitterent: Cùm iam non haberet, nisi ducentos milites, & alios in armis D; auditâ Missâ, & cùm lacrymis super murum cantantibus Episcopis Patriæ, & inclusis Clericis: *Hostes repellas longiùs, &c.* Dictus Comes egreditur, & Regem occidit: Comites verò, more suo fugerunt, & multi Tholosates fugientes submerguntur. vsquè ad septem millia: De Francis autem, non nisi octo sunt occisi. †

Obijt Domina Maria de Oignies, in territorio Leôdiensi: Cuius vitam mirabilem Magister Iacobus de Vitriaco scribit.

Anno Domini M. CC. XIV. Iohannes Rex Angliæ transfretat, & munit Andegavum; & Castrum, quod dicitur Rupes-Monachi, expugnat. Ludovicus, Philippi Regis Filius, cum de Pictaviâ fugat infrà mensem. Et Philippus Rex, Ottonem Imperatorem, Nepotem dicti Iohannis Regis in bello superat in Flandriâ. Et Comitem Flandriæ, & Boloniæ, cum alijs multis capit. *Rem hanc paullò aliter, & pluribus refert DN. Andreæ Silvi Continuator nunquam hactenus editus, & ipse Asceta Marcianensis* MS. *anonymus, hâcce cum Capitis prænotatione.*

*De bello inter Regem Francorum, * & Ferrandum Comitem Flandrensem.*

* Philippum Augustum, Adeodatum.

ANno Verbi incarnati M. CC. XIV. septimo Kalendas Augusti, die Dominico, in Territorio Tornacensi, iuxtà Pontem de Bovines, factum est prælium magnum inter Philippum Illustrissimum Regem Franciæ, & Ferrandum, * Comitem Flandriæ, qui in auxilium sui exercitus, Ottonem Imperatorem à Domno PaPâ *Innocentio Tertio* tunc excommunicatum, Reinaldum Comitem Boloniæ, VVillelmum, Fratrem Regis Anglorum, & quosdam

* Seu Ferdinandum.

dam alios Comites, & Nobiles, cum mille quingentis militibus, * *(millibus alibi lego,)* ferro bene armatis, & aliâ innumerabili gente peditum adduxerat. Qui omnes, vno animo decreverant, vt ipsum Regem Franciæ caperent, & totum exercitum eius interficerent. Sed, Rex Regum, qui nutu suo Reges deponit, & exaltat humiles; optimi Regis indigentiam ex alto prospiciens, dedit ei, & suæ Genti, virtutem & fortitudinem; & factum est à Domino grande miraculum; quia, qui venerant interficere, interfecti sunt: & qui venerant capere, capti sunt. Comes etiam Ferrandus; * *Summus belli Dux*, & Comes Boloniæ, *Reginaldus;* Frater etiam Regis Anglorum, *Comes Saleberiensis, Anglus;* & alij multi Nobiles, & potentes Milites, *id est, Equites Aurati*, ab ipso Rege in Franciam ducti sunt captivi, & incarcerati. *Fernandus, Flandriæ Comes, abductus est Lutetiam, in Arcem Luparam, (vernaculè, au Louvre;) recèns constructam; Reginaldus, Bononiensis Comes, Peronam; Comes Saleberiensis, Anglus, ad fanum S. Quintini.*

* Seu Ferdinandus.

Imperator autem, *Otho*, vt vidit Gentis suæ desolationem in bello, &, quia, qui præerant exercitui, vivi omnes capiebantur, imminente mortis articulo, vehementi stupore perterritus, scissis, ac disruptis Insignijs Imperialibus, * quibus induebatur, vt per hoc, inimici eius, notitiam ipsius amitterent, repentinam fugam, & irrevocabilem inijt, tribus solummodò socijs consociatus. Hoc totum esse verum testati sunt nobis satis multi, qui præsentes adfuerunt. * Factúmque est gaudium magnum, per omne Regnum.

* Id est, Aquilâ relictâ.

* Ætas huius Scriptoris, hinc elici potest.

Appendicula.

Addere collubuit ad rem explanandam: Quòd Philippus hic Augustus ADEO-DATVS, in ipso huius pugnæ memorabilis procinctu, DEVM ter-Max. *in vicino Templo veneratus, ad suos indè cùm redijsset: Pugnabimus (dixerit,) feliciter, Socij! adversùs hunc hostem nostrum impium, Iudicio DEI, & Ecclesiæ suæ Sacro-sanctæ damnatum. Macta mecum estote virtute. Ita-que res cessit 27. Iul I; vt notant Annaleis Franc. P. Æmil. & alij historici: Victórque Rex Philippus 2. reversus, Victoriâ (quod ipse perlustravi) Regium Templum Virgini Christi Matri Augustissimæ, propè Silvanectum religiosè nuncupatum, & Canonicis Regularibus, Divi Augustini sub Regulâ devotè militantibus dotatum imperavit construendum. Porro-verò, qui se Cæsarem dicebat Otho,*

Otho, hisce, alijsque rebus adversis oppressus, claram Numinis vim intueri coäctus est. Fridericus namque Imperator, hâc, licèt non suâ, optimè tamen vsus victoriâ, & Othonem Saxonem tantâ fractum clade, & Vrbeis, quæ ipsi adhuc nonnihil faverent, & eos, quos eidem videret prætereà studere, acriter ità pressit, vt, illum petendam ad veniam extemplò, hos, cum Vrbibus faventibus, ad iustam compulerit deditionem. Ita Nauclerus, cum alijs aliquot, historicis Scriptoribus. Nobilis autem hæcce iuxtà Tornacum pugna Bovinensis anno 1214. commissa, & profligata, à Ponte loci nomen est sortita.

Comes Montis-Fortis, post quædam prælia commissa contra Tholosanos & Albios, recipit varia Castra bene munita in Provincijs Aginnensi, Lemovicensi, Cadurcensi, & Petracoricensi; & adjudicata est ipsi in Synodo Monspeliensi Comitatus Tholosæ, & Provincia Albiorum.

Rectò pergerem ordine annos ad subsequenteis: sed quò minùs id faxim, efficit Chronicon Andernense DN. VVillelmi Abbatis Andrensis; qui superiorem pugnam Bovinensem sic ab ovo enarràrit.

Anno Domini M. CC. XIV. Iohannes Rex Angliæ, cum magno exercitu Pictaviam intravit; & confœderatione ei factâ à Pictaviensibus, & redditis Castris, Dominus Rex Franciæ nimiùm exacerbatus, primogenitum suum, Dominum Ludovicum, cum Marescalco, & multis alijs militibus ad resistendum ei transmisit. Qui in loco, qui dicitur Rupes-Monachi, in eum viriliter impetum faciens, licèt multò pauciores haberet armatos, ipsum Regem cum omnibus suis in fugam convertit, & spolia eius diripuit. Dominus autem Rex Franciæ, stipendiarios, quos in Castris Flandriæ reliquerat, revocavit: & illi qui Casleti morabantur, Castello succenso, recesserunt.

Post hæc, paucis interpositis diebus; Fernandus, Comes Flandriæ, cum magno exercitu, terram Arnulphi Comitis Ginensis intravit: iuxtà Castrum Sancti Audomari transitum fecit: Curtem nostram de Suávekes, bonis temporalibus refertam, cum Villâ adjacente igne cremavit: & in Sabbatho, quod Ramos palmarum præcessit, multitudo maxima sui exercitus locum hunc intravit; & omnes Monasterij officinas, hospitatura occupavit. Quicquid in cibo, vel potu, penes nos inventum est, consumpsit, in tantùm, quòd nocte sequenti, quingentis sexaginta tribus equis providere oportuit. In crastino, de Monasterio exeuntes, qui, more Christia-

norum, divinum officium debuissent audire, & in honorem Domini, ramos portare, totam finitimam regionem, ignem portando, & per domos iactando, hostiliter incendunt; & ita, extra Castrum de Gines, vbi Comitissa Beatrix clausa, tunc temporis, morabatur, transitum facientes, & per Villas, inter Gines & mare sitas, fœda vestigia relinquentes, eâdem die territorio de Merch transito, & nemine persequente, aut iniurias terræ vlciscente, apud Graveninghes, * illæsi, & inconcussi perveniunt. Erant autem potentiores post Comitem Flandriæ in ipso exercitu, Comes Boloniæ Reinaldus, & Frater eius, qui Filiam Comitis Ponthivi, * vnicam iam duxerat, *gentilem Sigefridi Sanctæ Berthæ Blangiacensis Mariti*: Comes Salesberiæ Willelmus: Walterus Præpositus Sancti Audomari; & Hugo de Bovâ, *vernaculè, Des Boves*, de Regno Francorum expulsus, qui cum thesauro Regis Anglorum totum exercitum ducebat, & larga stipendia erogabat.

* F. Gravelinghes.

* Vernaculè, Côte de Ponthiu.

Huius autem guerræ fuit occasio; quòd præfatus Comes Arnulphus Domino Regi Francorum, & Filio eius primogenito fidelitatem fecerat, & à subiectione Comitis Flandrensis recesserat. Spatio autem vnius mensis nondum evoluto, ijdem malitiosi ægrè ferentes se aliquid præfato Comiti reliquisse, & eius munitiones non invasisse, cùm præfato exercitu, & multò pluribus quàm priùs, per Greveninghes, & terram de Merch, transitum facientes, miseram terram de Guiesnes iterùm intrant; prædis, incendijs, & rapinis omnia devastant, in loco isto; *sup. Monasterio Andernensi*, iterùm pernoctant, avenam & hordeum, ad subsidium anni, & ad ferendum à nobis provisum, & mutuo acceptum, cum omnibus quæ poterant comedi, vsurpant, & devorant, & combustis hospitum nostrorum domibus C. X. & VII; vltrà valorem ducentarum marcharum, tam in primo, quàm in secundo conflictu, nos damnificant. Tandem, præfato Comite Arnulpho proditionem timente, & in terrâ propriâ morari non audente, Comitissa Beatrix, de Castro Ginensi, vbi per aliquod tempus detenta fuerat, à propinquis suis Flandriæ Optimatibus extrahitur; & maritus eius, Comes Arnulphus, à Burgensibus Sancti Audomari honorificè recipitur; & ita tota ipsius terra, cum munitionibus, prô dolor! hostibus exponitur. Toto igitur exercitu per quatuor dies continuos apud Ardeam moram faciente, & cottidie Bredenardam cum Rigariâ rapinis & incendijs devastante, Comes Boloniæ Reinaldus, præteritarum

F. Gravelinghes.

rum inimicitiarum minimè oblitus, licèt iam-pridem Comiti Ginensi fuisset reconciliatus, Castellum de Sangate, licèt de feodo suo esset, pro eo quòd, tam se, quàm suos impugnaverat, igne cremavit. Castellum etiam de Colewide succendit, & in quantùm potuit, turrim eius prostravit. Oppidum Ginense, cum Castello, & mansionibus Comitis evertit, & combussit, & ad hoc faciendum, omnes Anglicos in exercitu commorantes, pro eo quòd, tam ipsi, quàm eorum compatriotæ, in eodem Castro pædagium sæpiùs persolverant, quasi in vltionem sui, crudeliter ascivit, & evocavit. Tractantibus autem inter se principibus eiusdem exercitus, quòd in suo recessu, totam Villam * Ardensem cum munitione penitùs incenderent, mediantibus VVillelmo de Capellà, & VVillelmo de Andrià, Abbatibus, nec-non & VVillelmo eiusdem Villæ Presbytero parrochiali, *seu Pastore*, eadem Villa, pretio ducentarum quinquaginta librarum, nè combureretur, redemta fuit; & die sequenti totus exercitus indè recessit, & Dominam Comitissam Beatricem cum omnibus liberis suis, & tota familià suà abduxit, quæ in Comitatu Flandrensi per annos quatuor continuè degens, à thoro maritali separata fuit, malens in Flandrià, (sicut dicebatur à multis,) exulando morari, quàm in Castro Ginensi, contrà voluntatem suam clausa, detineri. Post modicum autem temporis, primogenita eius Beatrix, religiosa puella, à Matre recedens, ad Patrem rediit, & infrà anni spatium, Balduinus, primogenitus Filius, in Patris gratiam receptus fuit.

* Vetus vox, Villa est pro Vrbe, frequens posita.

Dum igitur prædicti Principes scelerati, infrà breve tempus, iam per duas vices, in subversione Ginensis Comitatus victores exstitissent, & proindè in gloriam inanem nequiter elati, etiam ad conterendum, & dissipandum Regnum Franciæ, & ad dilatandum terminos suòs se extollerent, & per dies singulos animarent, cum Otthone quondam Romanorum Imperatore, sed tunc temporis à Domno PaPà Innocentio excommunicato, & reprobato, fœdus ineunt, &, eum secum in Flandriam pertrahunt; thesaurum Regis Angliæ ei exponunt; victoriam de Regno Franciæ, (sicut sperabant,) ei, & sibi promittunt.

Auditâ, Rex Francorum, conspiratione, & Filio suo primogenito, contrà Regem Angliæ cum magno exercitu in Pictavià viriliter agente; idem Rex, exercitum Flandrensis, *sup. Comitis*, non expectavit, sed congregato exercitu militari, & equestri, tam de Franciâ, quàm

quàm de Campanià, & Burgundià, quasi extrà terminos Regni, ad Pontem de Bovines, eis, qui multò plures erant numero, intrepidus occurrit, &, Deo disponente, qui pluries ei victoriam contulerat, omnes, qui locum istum, *id est Monasterium Andernense*, & Ginensem Comitatum nuper inquietaverant, & expugnaverant, cepit, & in Franciam secum cum quibusdam Principibus Alemanniæ captivos deduxit. Ottho autem quondam Imperator, cum paucis evasit, & Hugonem de Bove, *vulgò*, *Des Boves*, per fugam elapsum, cum thesauro Regis Angliæ male acquisito, in Angliam reverti volentem, extrà portum de Saudwico, super sabulum de Cuebinghesand dejecit, & iusto iudicio submergi fecit. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios.

Eodem anno, Nobilis vir, Iacobus de Nieles, Filius Domini Guiffridi cognomento Baron, quamdam Decimam lini in Campanià iacentem, à Monasterio Andrensi dudum impignoratam, in fœodum recepit, & exindè Andernensi Abbatiæ homagium fecit, recognoscens in plenà Curià, & in Parium suorum præsentià, se ter in anno Placitis Andernensis Abbatiæ debere interesse; &, vt vestimenta Sacerdotalia consuantur, & abluantur ab eius familià se debere operam dare. Abbate verò equitante, si invitatus fuerit, duo linteamina cum auriculari ad eius lectum tenetur providere, & postquàm redierit, ea lota recipere. Concambium factum inter Venerabilem Abbatem Dominum Petrum, & Dominum Guiffridum de Gines Patrem suum, super terrà duarum mensurarum in parrochià de Brames iacente, pro alià terrà iuxta domum suam de Nieles posità, ratum habuit, & scripti sui patrocinio, eamdem terram Ecclesiæ Andernensi tres bustellos frumenti reddentem singulis annis, cum omni iure Comitatus confirmavit: sex denarios qui ei ex eàdem terra quotannis debebantur, quittos clamavit; & pro amore Ecclesiæ, nè quid sibi iuris aut hæredibus suis in eàdem terra remaneret, liberaliter condonavit. Domnus verò VVillelmus Abbas, Domni Petri Abbatis Andrensis prædicti Successor, & huius conditor operis Chronologici, super toto areragio à tempore Guffridi prædicti retento, de consensu Capituli Andrensis, Filium, Iacobum de Nieles, quittum clamavit, & insuper quamdam decimam lini à Patre huius Iacobi Guffrido de Gines, olim impignoratam huic Iacobo de Nieles misericorditer reddidit, Iacobumque hunc de Nieles in hominem recepit. Ipse verò idem Iacobus de Nieles,

Nieles, ab illâ die, & deinceps fidelitatem Andrensis Ecclesiæ se servaturum iuravit, & servitium quod pro suo hoc feodo huic Abbati Domno Willelmo, eiusque Successoribus habebat, coram multis recognovit. Actum anno gratiæ M. CC. XIV. Mense Iunio, in festo Sancti Barnabæ Apostoli.

Eodem quoque anno, Nobilis Vir, Manasses de Gines, Dominus de Tiembronne, sex jornellos terræ, de feodo suo provenientes, & ære proprio acquisitos, Ecclesiæ Andernensi dedit, & ad vinum Fratribus Andernensibus comparandum assignavit in tenemento, & parrochiâ ipsorum, cum omnibus redditibus exindè provenientibus. Fratres verò Andernenses eumdem Dominum Manassem de Gines vnanimi voluntate, & consilio, in suam fraternitatem, tam temporalem, quàm spiritualem receperunt, ita sanè, quòd, dum decessisset, sepulturam apud ipsos haberet, dummodò infrà duas dietas, in fata concideret. Quamdiu verò vixisset, in recognitionem fraternitatis, sicut vnus ex Fratribus, de vino præbendam suam susciperet. Si verò in Comitatu Gisnensi non mansisset, aut pro eâdem suâ præbendâ non misisset; ijdem Fratres Andernenses ergà ipsum Manassem de Gines immunes remanerent, & post ipsius decessum, nulli ex hæredibus eius exindè responderent. Postmodò autem eleemosynam suam volens augere, prædictæ Ecclesiæ dedit, & super Altare Dominicum obtulit, & ad provisionem Sacristæ assignavit sex bustellos frumenti, & duas gallinas super quamdam terram, quàm VVillelmus Spange, cùm hæredibus suis, ab eâdem Ecclesiâ in perpetuum sub manu firmâ ex integro tenere debebat, ex quibus, duos bustellos ad providendum carbones vivos, ex ligno factos, in thuribulo consumendos, & Sacerdotum digitos calefaciendos ad Missam, idem Sacrista singulis expēderet annis. De vno autem polkino, aut de pretio eius, tam ad vsus Monasterij, quàm vicinarum Ecclesiarum hostias faceret. Domnus verò VVillelmus Abbas Andrensis, sub stolâ excommunicavit omnes qui hanc eleemosynam ab Ecclesiâ suâ alienarent, vel qui in alios vsus eam scienter commutarent. Hæc dona, licèt diversis temporibus à præfato DN. Manasse facta fuissent liberaliter, tempore Willelmi Abbatis Andrensis, concedente ipsius Manassis Vxore Adelide renovata sunt, & insimul confirmata Anno Verbi incarnati M. CC. XIV. Mense Iulio, infrà Octavas Translationis Sancti Benedicti Abbatis, coram multis, tam Clericis, quàm Laicis.

Circà illud tempus, Nobilis vir Balduinus de Bainghem, Miles, (*hoc est, Eques Auratus*,) qui Monasterium Andernense frequenter inquietaverat, & eiusdem Monasterij quosdam homines de Hottunghem, occasione Comitatus, diu & multùm vexaverat, acceptà charitate à VVillelmo Abbate decem librarum Parisiensium, calumniam quam contra Ecclesiam *Andernensem* moverat, super procurationibus, & quibusdam indebitis consuetudinibus, omninò remisit, & eumdem Comitatum Ecclesiæ *Andernensi* possidendum perpetuò concessit. Postmodum ad Dominum Arnulphum, Ginensem Comitem accessit personaliter; conventionem, & compositionem inter ipsum, & Ecclesiam Andernensem factam recognovit, quà concesserat Ecclesiæ Andernensi totum Comitatum totius terræ de Hottinghem, quem in eàdem Villà, & in omnibus finibus eius eadem Ecclesia possederat ab antiquo, ex dono prædecessorum ipsius, excepto Comitatu quem habebat in terrà Honfredi de Bergues. Hoc autem fecit de voluntate & assensu Domini sui Arnulphi Comitis Gisnensis, à quo, tanquam à Superiore, Comitatum eumdem, inter cætera, tenebat in feodum; qui factum auctoritate chartæ suæ confirmavit apud Tornehem, anno Verbi incarnati M. CC. XIV. coram hominibus suis, Domino scilicet Balduino Clerico, Fratre suo: Balduino de Bochoud; Balduino de Balinghem, militibus, & alijs, Mense Iulio, in Vigilià Beati Iacobi Apostoli, quæ accidit in die Iovis.

Domnus verò Adam, Dei gratià Morinorum Episcopus, actum suà Pontificali authoritate confirmavit, Mense Martio sequenti.

Nobilis quoque vir, Eustatius de Oyà, consentiente Nobili Vxore suà, Dominà Beatrice, eidem Ecclesiæ, pro salute animæ suæ, & parentum suorum, in eleemosynam perpetuam dedit quatuor raserias salis, percipiendas annuatim super salinas suas, in Translatione Sancti Martini, infrà octavas. Fratres autem Monasterij Andernensis, pro tali eleemosynà, eidem nobili viro & vxori eius, post obitum, persolvere anniversarium tenentur.

Anno Domini M. CC. XV. Fredericus Rex Apuliæ Aquisgrani coronatus est in Regem, & ibidem cruce signatus; & multi Episcopi, Duces, & Comites cum eo.

Eodem anno, * celebrata est Sancta vniversalis Synodus, Romæ, in Ecclesià *Sancti* Salvatoris, quæ Constantiniana vocatur, Mense Novembri, indictione tertià, præsente Domno Innocentio

* Primo die Novembris, Indictione 3.

III.

III. PP. Pontificatus eius anno octavodecimo: in qua fuerunt Episcopi CCCC. & XII. Inter quos, exstiterunt de præcipuis, Patriarchæ duo; videlicet Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus. Antiochenus verò gravi languore detentus, venire non potuit: sed misit pro se Vicarium, Anteradensem Episcopum. Alexandrinus vero, sub Sarracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit; mittens Diaconum, Germanum suum. Primates verò & Metropolitani LXX. *& vnus*, (*addit noster Chronologus Marcianensis.*) Cæteri, * Abbates, & Priores, vltrà octingentos. Procuratorum verò Archiepiscoporum & Episcoporum, Abbatum, Priorum, & Capitulorum absentium non fuit certus numerus comprehensus. Legatorum verò Regis Siciliæ in Romanorum Imperatorem electi, Imperatoris Constantinopolitani, Regis Francorum, Regis Angliæ, Regis Hungariæ, Regis Hierosolymitani, Regis Cypri, Regis Arragonum, & aliorum Regum Hispaniæ, necnon & aliorum Principum, & Magnatum, Civitatum etiam, aliorumque locorum ingens adfuit multitudo. *Anonymus noster Chronologus Marcianensis addit quæ sequuntur*: Cardinales Episcopi V. Cardinales Presbyteri IX. Cardinales Diaconi VI.

* Cætetûm, ap. Willelmû Abb. Andrensem.

Anonymus Chronologus MS. *F. Gallus, hisce paucis Concilij huius meminit*: Concilium (*inquiens*,) generale Lateranense Innocentius Tertius celebrat: in quo multa contenta in Decretalibus statuuntur. Cui Honorius Tertius succedit, * qui Petrum Antisiodorensem Comitem, in Imperatorem Constantinopoleos coronat..

* Anno 1216. Mensis Iulij die 18.

Actum fuit eo in Concilio Lateranensi, præcipue, de Terrâ Sanctâ, redintegrato Bello Sacro, recuperandâ: De dissidijs Principum Christianorum tollendis: De Cleri reformatione: De opinione Magistri Sententiarum, & Ioachimo Abbate: De Pœnitentiæ atque Eucharistiæ Sacramentis: Damnatáque ibidem fuit tandem hæresis Albigensium: Et, (quod iam Synodus Montis-Pessulani decreverat,) Comitatus Tolosanus adjudicatus est Comiti à Monte-Forti, cum Provinciâ Albigensi. Vide plura, (si lubet,) apud Illustriss. Cardin. Bellarminum, lib. 1. De Concilijs, cap. 5. Genebrardum, In Innocentio 3. & Onuphrium, atque Tomum 4. Conciliorum.

Ex VVillelmi Andrensis Abbæ Chronicis.

* Anno Domini 1216.

IOhanne Rege Angliæ, Baronibus suis debitam, & solitam libertatem denegante; ipsi, cum Domino Ludovico, Domini Regis Franciæ primogenito, fœdus iniërunt, & datis ei in obsides pueris suis, præmisit ipse Dominus Ludovicus apud Lundoniam, Willelmum Sancti Audomari Castellanum, Castellanum Attrebati, Castellanum de Beaumets, & Hugonem Tacin, nobilem virum, & militem strenuum; & cum eis milites, & servientes plurimos.

Anno Domini M. CC. XVI. Dominus Ludovicus transfretat in Angliam, cupiens Nuncijs quos præmiserat personaliter subvenire; & ex promisso Baronum, Regnum possidere. Domnus PaPa Regi Angliæ *Iohanni*, Legatum mittit in subsidium, Galam Cardinalem: Dominum Ludovicum, & Principes Angliæ excommunicationi supponit; & terras eorum interdicto.

Innocentius Tertius PP. defungitur: Cincius, *vel Sentius Sabellicus, Romanus*, Cardinalis, *18. Mensis Iulij, anno 1216.* substituitur, & Honorius Tertius nominatur.

Iohannes, Rex Angliæ moritur, *19. Octobris, aut morbo, aut nimio animi dolore, quùm cerneret Angliæ Proceres à se desciviße; Ludovicum Franciæ Principem in Angliam evocatum, & Regem salutatum. Sed, paullò post-ea mutato animo, Proceres Angli, contrà fidem datam Franco Principi, Ioannis Regis Filio Henrico, huius nominis Tertio, promtiores affuère armati adversus Ludovicum Principem Francum: qui acceptâ multa pecuniâ ab Anglis, ad suos revertit: bellúmque Anglicum aliquot annis exindè cessavit. Ita Tillius, Matthæus Paris. & Polydor. in Henrico Tertio Rege Angliæ. Alexander verò Secundus, Guillelmi Scotiæ Regis Filius, adfuit Ludovico cum Rex in Angliâ acclamaretur; at nunc defuncto Patre Rege Scotiæ, cum Franco Principe in Franciam transgressus, antiquum cum Franco fœdus renovavit, eâ lege, vt alterius hostem suum in Regnum reciperet neuter. Pergat ergò hunc in modum res eâ memoriâ gestas enarrare, VVillelmus Andernensis Abba.*

Henricus Filius eius, nondum decennis coronatur, & Cruce signatur: Regnum Angliæ sub variâ sorte bellorum, & ambiguâ victoriâ, premit dira calamitas.

Ida,

Ida, Boloniæ Comitiſſa, in Flandriâ moriens, Boloniæ ſepelitur.

Henricus, Conſtantinopolitanus Imperator ab hàc luce ſubtrahitur: Petrus Comes Antiſiodorenſis, qui præfati Henrici Sororem vxorem habuit, ſubrogatur; qui captus à Græcis, in captivitate detinetur, *& à perfido Græco Theodoro Laſcare propè Dyrrachium occiditur. Ioanna eius Vxor, per biennium imperavit. Videantur Onuphrius & Blondus, ad annum 1218.*

Eodem anno M. CC. XVI. nobilis Vir Euſtachius de Hames, Andrenſem iterùm pecuniam eſuriens, & centum libras Pariſienſes ab Abbate VVillelmo charitativè accipiens, partem Andrenſi Cœnobio mareſci ſui vltrà fluvium de Gines à parte Orientali jacentem, & inter mareſcum Comitis, & mareſcum Sancti VVlmari de Nemore, manentem, Andrenſibus Monachis in eleemoſynam contulit cum omni integritate, Comitatu, jure & conſuetudine, ſicut ipſe mareſcum illum poſſederat, (exceptis quatuor menſuris quas ipſe Euſtachius de Hames, & de Campaines, iampridem leproſis de Merc in eleemoſynam contulerat) cum aſſenſu Eufemiæ Filiæ ſuæ primogenitæ iam nubilis. Confirmavit autem donationem Domnus Adam Morinenſis Epiſcopus, Menſe Ianuario anni 1216.

Anno Domini M. CC. XVII. *(vel 1218. vti produnt alij Chronologi recentiores,)* Otto brevi tempore Imperator, qui Domno Innocentio PP. factori ſuo ingratus fuit, & multo tempore excommunicationi ſubjacuit, apud Bruneſwich moritur, & ſepelitur, priùs tamen ab excommunicatione abſolutus; & eo mortuo, Fredericus Imperator ſubſtituitur: *& Romæ coronatur anni 1220. die 22. Novembris ab Epiſcopo Oſtienſi, quem ad id Pontifex Honorius 3. delegàrat. Concepit autem eodem tempore Fridericus Imp. votum Terræ Sanctæ, & donationem amplam Eccleſiæ factam firmavit. Hæc pluribus Nauclerus, Onuphr. & Vrſpergenſis.*

Simon Tyrienſis Archiepiſcopus, de mandato Domni Honorij PP. venit Legatus in Galliam, pro commutandis votis humilium, & debilium perſonatum Cruceſignatarum: Vt pauperes & debiles, & præcipuè mulieres, miſsâ in ſubſidium Terræ Sanctæ pecuniâ, à voto Crucis abſolveret; & ab illis, quos in partem ſuæ ſolicitudinis aſciverat, abſolvi faceret.

Eodem anno, pax deformata, ad tempus in Angliâ reformatur: parvulo Regi vniverſitas Regni confœderatur.

Dominus Ludovicus ab excommunicatione absolvitur, & ordinatâ classe in suam Franciam recipitur. *Rem eamdem hisce verbis Chronologus Marcianensis anonymus* MS. *videtur attigisse.*

Anno Domini M. CC. XVII. Ludovicus, primogenitus Philippi Augusti, Regis Franciæ in Angliam intraverat: quædam Castella ibi ceperat. Sed anno præsenti M. CC. XVIII. per præceptum Domni PaPæ, Honorij III. redijt in Franciam.

Mathildis etiam (*ait DN. VVillelmi Andren. Abb. Chronicon,*) quondam Flandriæ Comitissa, famosi Principis, Domini Philippi Comitis sponsa, & Regina nominata, apud Castrum Furnense moritur, & ad Claram-Vallem delata, iuxtà mariti sui corpus sepelitur. Prò cuius animâ, multiplex pecunia à Domno Adam Morinensi Pontifice, ipsius Dominæ Comitissæ testamenti executore, per Monasteria, per Ecclesias, per Xenodochia, liberaliter fuit erogata.

Eodem anno, Domnus VVillelmus de Gisnes, Senior, prædicti Domini Comitis Balduini Frater germanus, stagnum, sive vivarium de Fontaines, *quod pertinebat ad Abbatiam Andernensem*, diu vsurpaverat, & à tempore Domni Abbatis Petri per calliditatem suam delusi, in jus proprium redegerat. Qui tandem frequenti admonitione, à nobis, & ab amicis nostris commonitus, increpatus, & ad cor redire coactus, Domno Lamberto Morinensi Episcopo, contemporaneo suo, patentes litteras suo sigillo roboratas direxit: in quibus, & *Andernensis Abbatiæ* jus, & suam iniuriam plenariè recognovit: quas postmodum Domnus Adam Morinensis Episcopus Ardernensi Abbatiæ cōfirmavit Anno Gratiæ M. CC. XVIII. Mense Septembri.

Ex Chronico Anonymi F. Galli MS.

ANno Domini M. CC. XVIII. congregatus est exercitus Domini in Accon cum Regibus Hierusalem & Cypri, & Hungariæ, & Ducibus Austriæ & Bavariæ, Francisque pluribus & Germanis. Redeuntibus verò Hungaris, alij Ægyptum applicant; Damiatam occupant Mense Decembri, & pereunt, tam ferro, quàm fame Sarracenorum LXXX. millia, & ampliùs. Denique Damieta, per annum, & ampliùs, à nostris possessa est: sed pro redemptione captivorum Paganis est reddita.

Lacus

Lacus Sancti Laurentij subitò erupit, & per Gratianopolim, & vallem Maurienną in Ysaram & Rhodanum decidēs, multa millia hominum submersit, & alluvione multas terras destruxit.

Eodem tempore, Honorius PP. Ordinem Vallium Scholarium confirmat; & Carmelitas.

Obijt Guillelmus Nivernensis Episcopus, qui libentissimè pauperes pascebat.

Ex VVillelmi Abbatis Andernensis Chron. MS.

ANno Domini M. CC. XVIII. Simon Comes Montis-Fortis, venerabilis Christi Athleta, contrà Albigenses incredulos in bello pugnans percussus occubuit, *in obsidione Tolosanâ, conjecto ex Vrbe saxo, 25. Iulij.*

Obeunte apud Papiam Remensi Archiepiscopo Alberico, Willelmus * Lingonensis Episcopus ei successit. *Anno 1219.*

* De Ianville.

Christianorum exercitus apud Acram dispositis præsidijs, nobilem Civitatem Ægypti Damiatam obsidione circumvallant. In exercitu præeminebant Iohannes de Brenâ, *seu Brennus,* illustris Rex terræ Hierosolymitanæ, & Dux Austrasiæ; Fratres etiam militiæ Templi; & Fratres hospitalis Hierosolymitani; necnon & hospitalis Alemannorum, summum eis ducatum, & præcipuum præbente Domino Pelagio Albanensi Episcopo, Apostolicæ Sedis Legato, natione Hispano, qui ipsam quidem Civitatem paucis diebus evolutis viriliter acquisivit, sed processu temporis nequiter amisit. *Exercitus enim Christianus ad Ægypti penetrans interiora, hostium ita dolo, & inundatione Nili fuit miserè conclusus, vt rebus deploratis, extrema fuerit perpessus, donec octennalibus inducijs cum hoste firmatis, & barbaris redditâ Damiatâ, domum redire nostri sinerentur. Quæ cuncta Legati Pelagi culpâ feruntur contigisse: ex autoritate P. Æmilij lib. 6. sub finem, Naucleri, & aliorum historicorum. Ioannes verò Brennus Hierosolymorum Rex, hisce fretus inducijs, in Italiam se contulit, Iolémque Filiam, Hierosolymorum materno jure Reginam, Cæsari Friderico Pontifici reconciliato collocavit, Regno Hierosolymorum in dotem ei dato. Vndè etiam effectum est, vt se Hierosolymitanos inscripserint Reges, qui Siciliæ Reges essent. Legantur P. Æmilius, lib. 6. Vrspergensis, & Nauclerus.*

Beatrix, Comitis Ginensis primogenita, de domo paternà clam egrediens, nuptias sprevit; & propositum eligens castitatis, Sanctimonialis

monialis facta est, in Ecclesiâ Broburgensi, bonum Virginibus relinquens exemplum, volentibus, & valentibus imitari.

Anno Domini M. CC. XIX. Dominus Ludovicus, Regis Galliæ primogenitus, coacto de totâ Galliâ exercitu copioso, *cum Arnulpho Comite Gisnensi, eiusque Cognato DN. VVillelmo de Gisnes,* Albigenses aggressus, Tolosam obsidet: sed deficientibus viris auxiliatoribus, inefficax revertitur.

Pius Dominus vota Fidelium ex alto prospiciens, & pijs Ecclesiæ Sanctæ precibus, pias aures dignanter inclinans, Civitatem Damiatam reddit in manus populi Christiani. Pagani captam audientes Vrbem Ægypti Damiatam; & Civitatem Hierusalem se posse tenere desperantes, prostratis turribus, muros everterunt: nec tamen à Christianis potuit possideri.

☞ Anno Domini M. CC. XX. Gloriosi Martyris Christi Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi facta est solennis elevatio à Domno Stephano Cantuariensi, & Domino VVillelmo Remensi, Archiepiscopis, astante Henrico Rege Anglorum adhuc puero, à Domino Pandulpho Apostolicæ Sedis Legato, Norewicensi Episcopo, & alijs Episcopis pluribus, tam Francis, quam Anglis, præsentibus etiam Abbatibus quàmplurimis, & diversorum Ordinum Prælatis, Clericorum quoque, Baronum, Militum, *hoc est, Equitum Auratorum*, & aliorum innumerâ multitudine ex omni ferè natione quæ sub cœlo est. Hos omnes præfati Martyris pius amor ad sui præsentiam attraxerat: & tamen multò plures memoratus Dominus Archiepiscopus, per litteras suas, de omnibus regionibus invitaverat, & Nobile Palatium, sicut adhuc cernitur, eorum receptioni præparaverat. De quâ Festivitate mira possemus dicere, nisi modum timeremus excedere.

Fredericus, Cognominatus, Puer Apuliæ, Romæ apud Sanctum Petrum à Domno PaPa Honorio in Imperatorem Romanorum est consecratus, *22. Novembris, ex authoribus suprà citatis.*

Obijt Radulphus bonæ memoriæ Attrebatensis Episcopus; cui successit Pontius Archidiaconus Attrebatensis.

Arnulfus, Comes Ginensis, quod morti debuit, exsolvit; & in hoc loco, *sup. Ecclesiâ Andernensis Abbatiæ*, sepultus requiescit, Domno Abbate VVillelmo tunc temporis absente, & Romæ moram faciente, disceptantibus contrà eum Karrofenensis Monasterij Procuratoribus, pro electione Hamensis Monasterij: vbi, procurante

rante Domno Adam, Morinensi Episcopo, à majori parte Capituli fuerat postulatus: eodem etiam Domno Abbate VVillelmo, pro celebrando annuo Generali Capitulo, & electione omnium Abbatum Remensis Provinciæ nostri Ordinis, apud Curiam, *sup. Romanam*, destinato.

Anno Domini M. CC. XXI. peccatis nostris exigentibus, Civitatem Damiatæ, nobilem & famosam, quam nobis Dominus, per gratiam suam, ad tempus concesserat, auferri nobis à Gentilibus sustinuit, & ita sub momento, quasi in profundum maris projectum vidimus, & perditum incomparabilem thesaurum: vndè per tres annos continuos vniversalis Ecclesia in solutione Vicesimæ enormiter læsa, & eviscerata fuit.

Domno Willelmo Abbate à Curià Romanà revertente, & in Vigilià S. Rotrudis, *seu Rictrudis*, à Conventu, à Clero, & à populo recepto in solenni processione, Dominus Manasses de Gisnes, inter alios, ei occurrit; & eo salutato, vtrùm negotium eius promovisset, inquisivit. Respondente Abbate, de voto Crucis suæ circà eum esse dispensatum, & hoc sinè gravi labore, & magnis expensis non esse obtentum: Et ego (inquit,) pro vobis laborabo, & expensas factas in brevi tempore, vobis, & Ecclesiæ vestræ restituere curabo. Sequenti die, orto iam sole ad Abbatem accessit, & eum cum quàdam parte Conventus, & quibusdam hospitibus, qui ad Festum *S. Rotrudis*, *seu Rictrudis*, convenerant, secum ducens, ad marescum terræ solidæ de Bothtimghem contiguum perrexit; omnes de equis descendere, & se peditem sequi admonuit; & circumgyratà magnà parte maresci, plus-quàm quadraginta mensuras continente, Ecclesiam Andrensem indè perpetualiter investivit, & limitari fecit, Domno Abbate, cum omnibus qui aderant ibidem excommunicante, eàdem die, in plenâ processione excommunicationem reïterante, nè quis in posterum ausu temerario huic eleemosynæ contraïre attentaret. Idem verò nobilis vir, super factà eleemosynâ, vxoris suæ assensum petijt, & obtinuit, & per chartam vtriusque sigillo signatam, Andernenses sub tali formâ certificavit.

Ego Manasses de Gisnes, Dominus de Tiembronà, & ego Ælidis vxor eius, notum esse volumus præsentibus & futuris, quòd nos, pro salute animarum nostrarum, & parentum nostrorum, dedimus & concessimus Ecclesiæ Andernensi, cuius parrochiani sumus,

mus, ad opus Monachorum, Fratrum nostrorum, ibidem Deo servientium, circiter quadraginta & duas mensuras prati, parum plus aut minùs, jacentes inter vivarium nostrum de Rotichovà, & feodum hominis nostri Amelonghi, secùs fluviolum, qui vulgò dicitur Potterleen, à parte Orientali pratorum Dominæ Alienor de Andernes. Hanc autem eleemosynam Andrensi Monasterio liberaliter ac devotè collatam, ad nutrimenta animalium Ecclesiæ, seu, si opus fuerit, ad focum administrandum deputavimus, & cum omni integritate juris & consuetudinis, cum Dominio & Comitatu, sicut ad nos spectabat, in perpetuam eleemosynam contulimus. Ad majorem autem securitatem, vt donatio nostra perpetuæ stabilitatis robur obtineat, Chartam præsentem, in testimonium veritatis, præfatæ Matrici Ecclesiæ nostræ Andrensi concessimus, & eamdem Chartam sigillorum nostrorũ munimine corroboravimus. Actum anno Verbi incarnati M. CC. vicesimo primo, In die Festo Sanctæ Rotrudis, *seu Rictrudis*, Virginis. *Hanc autem donationem, Mense Augusto proximè sequenti ratam habuit, & ad petitionem DDNN. Manassis de Gisnes, & Adelidis, Conjugum nobilium, approbavit, atque auctoritate Pontificali, ad opus, & vsuagium Servorum Dei Andernensium confirmavit Domnus Adam Morinensis Episcopus, adstante Domino Simone Presbytero, Decano de Gisnes, & alijs.*

Anno Gratiæ M. CC. XXII. Boloniensis Comitatus, proprium, & principalem Comitem non habebat, licèt Mathildis esset hæres eiusdem Comitatus, ex parte Matris Idæ, & Patris Reinaldi; qui, quum in captivitate adhuc detineretur à Philippo Rege Francorum; primogenitus eiusdem Regis Francorum, Dominus Ludovicus, curam Comitatus Boloniensis gerebat.

Moritur S. Dominicus, Institutor Ordinis Dominicanorum, VI. Augusti: Et nascitur D. Thomas Aquinas.

Ex Chronicis Anonymi F. Galli MSS.

OBijt Philippus Rex Francorum fortunatissimus, qui Regnum duplo ampliavit. Succedit Ludovicus XXXIII. annorum, &, Remis, cum Reginà Blancà vxore suà, Filià Alfonsi Regis Castellæ, vngitur VII. Augusti. Qui, vt Pater, confœderatur Frederico Imperatori: Et in Aquitaniam intrans, Angeriacum, Rupellam, & terram Savari Malleonensis, Niortum, & Castrum S. Ioannis

nis Angelici capit. *Obitum Philippi 2. Regis Franciæ, dicti Augusti, sic descripsit paucis.*

Anno Domini M. CC. XXII. Philippus, inclytus Rex Franciæ, obijt Meduntæ, *vulgò, à Mantes*, pridie Eidus Iulij. Cui successit primogenitus Filius eius Ludovicus VIII. *VVillelmus verò Andrensis Abba.*

Anno (*ait*,) Domini M. CC. XXIII. Philippus Francorum Rex magnanimus, Vir catholicus, Domitor inimicorum, indomitus, non sinè magno gemitu Matris Ecclesiæ, apud Mantes, viam vniversæ carnis ingressus est; & ad Cœnobium Beati DIONYSII AREOPAGITÆ delatus, ibidem cum honore debito sepelitur. Cuius Regni gubernacula Ludovicus primogenitus eius suscipiens, Remis à Domino VVillelmo Archiepiscopo, primùm Lingonensi Episcopo, Mense Augusto, præsente Viro Catholico Iohanne Rege Iherosolymitano, in Regem solemniter consecratur.

Philippus, Frater Domini Ludovici Regis Galliæ ab hominibus suis, apud Boloniam, in primo adventu suo condignè suscipitur: cuius Comitatum receperat cum Mathilde Vxore suà, Filià scilicèt Reinaldi quondam Comitis Boloniæ, qui senescens adhuc in vinculis, finem vitæ potiùs quàm liberationem, miserabiliter expectabat.

Romæ, terra sanguinea, more pluviæ, à summo super terram miraculosè decidens; videntibus, & audientibus, stupori habetur.

Iohannes, Rex Iherosolymitanus, per fines Gallorum transiens, gratià visitandi & adorandi reliquias gloriosi Thomæ Martyris, transfretat in Angliam: sed, in Anglis Anglos vulpinos repperiens; ad natale solum festinè se transponit.

Porro-verò Superioribus id addendum mihi superest, vt pollicitis stem: Quòd Francorum Rege, militari arte clarissimo, & pietate insigni Philippo 2. Augusto dicto, Ecclesiæ Romanæ præfuerunt Pontifices Maxx. Alexander 3. Lucius 3. Vrbanus 3. Clemens 3. Cœlestinus 3. Innocentius 3. Honorius 3. Imperium Orientis tenuerunt Alexius 2. Comnenus; Andronicus Comnenus; Isaacius 2. Angelus; Alexius 3. Angelus Isaacij Frater; Alexius 4. Angelus, Isaaci Angeli Filius, vnà cum patre Isaacio liberato: Balduinus I. Flander; Henricus, Balduini Flandri Frater; Petrus Altisiodorensis; Ioanna Petri Altisiodorensis Vxor; Robertus, Petri Altisiodorensis Filius. Occidentis verò Imperium habuere: Fridericus Ænobarbus,

Barbarussa vulgò dictus; Henricus, Ænobarbo patre truculentior; quo è vivis abrepto Mense Septembri anni 1197. (uti hocce Paralypoménωn Opusculo, scripsimus historicos permultos existimare,) Imperium Occidentale vacavit, donec Otho 4. Germaniæ Rex, in Italiam veniens, Augusti diademate ac titulo ab Innocentio 3. (proüt & hoc Opusculum Paralypoménωn ostendit,) decoratus, Imperatorum deterrimus exstitit, brevissimusque: vt proinde vertente anno, cum anathematis ignominiâ, Imperium ipsi sit in Concilio Romæ habito abrogatum; & Germani Proceres auctoritatem Innocentij secuti, Federicum Siciliæ Regem, Cæsarem crearint. Qui & ipse id nominis Cæsar 2. & Ænobarbi nepos, dum impiâ cum avo & Henrico patre improbitate certat, pie decedit Philippus, Ludovici 8. parens Augustus; sub quo claruerunt, Gothefridus, Viterbiensis, Notarius Conradi 3. & Friderici 1. qui condidit Pantheon, seu Chronicon vniversale, à Mundo condito ad annum vsquè 1186. perductum prosâ & metro, Vrbanóque 3. Potif. Max. dicatum. Gulielmus Neabrigensis; qui libris 5. historiam Anglicanam complexus est. Rogerius de Hoveden, Annalium Anglicanorum insignis Scriptor. Ioachimus Abbas Florensis. Innocentius 3. cuius præclara & pia opera in duos sunt tomos tributa. Guntherus, Monachus Parisiensis, Constantinopolitanæ historiæ Scriptor; & alij quos sciens & prudens prætereo, vt ocyùs me recipiam ad hacce VVillelmi Andrensis Chronologica verba: De Fundatione Ecclesiæ de Bouhem.

Anno Domini M. CC. XXIV. Beatrix Comitissa de Gisnes, & Castellana de Broborgh, post multiplices discordias à dicto marito suo cum Filio suo primogenito Balduino habitas, ei tandem reconciliatur; & ipso annuente, Monasterium Ancillarum Dei de Bouhem ab eà ædificatur: & post multos, & diuturnos languores, Mense Augusto apud Broburgh defungitur. Quà sepulturam eligente in Monasterio novo à se fundato, & Domino Episcopo id ipsum confirmante, licèt ibidem tunc præsens esset, & nè contrà votum prædictæ Dominæ aliquid attentaretur districtiùs inhiberet; prædictus tamen Comes, Filius eius, in sententià prævalens, in Monasterio Monialium de Burburch, in sepulchris patrum suorum ab eodem Episcopo eam sepeliri fecit. Vndè Domnum Abbatem VVillelmum, & suos, ex antiquis privilegijs, funera Comitum vendicantes, offendit: sed in hoc tamen eum pacificavit, quòd, qualitercúmque de Comitissis accidat; omnes Ginenses Comites in Andrensi Monasterio debere sepeliri publicè recognovit.

Hæc autem nobilis Matrona, in extremà valitudine perpendens,

dens, & cogitans, quòd de bonis Ecclesiæ nostræ frequenter, & multipliciter fuerat honorata, in testamento suo, quod voluntariè fecit, quódque authoritate Domini Morinensis Episcopi sub anathemate confirmari impetravit, viginti solidos publicæ monetæ in Castellaniâ de Broburch annuatim percipiendos nobis legavit, & ad anniversarium suum solemniter faciendum deputavit. Vnum etiam peroptimum vini dolium adhuc vivens ad nos vsque carricari fecit, & ad Fratrum pitanciam assignavit. Dominus Balduinus Comes prædictus, tunc temporis in Andrensi Villâ manebat; & vix biennio evoluto, idem Comes, cum Domino suo, Rege Francorum Ludovico, ad partes Albigensium tetendit.

Ex Chronico Anonymi F. Galli MS.

ANno Domini M. CC. XXIV. Lemovicenses & Petracoricenses, & omnes Aquitaniæ Principes, exceptis VVasconibus qui erant vltrà Garumnam, Regi fidelitatem promittunt Ludovico. Almaricus, Filius Simonis Comitis Montis-Fortis, lapide apud Tholosam occisi, cùm ampliùs terram Albigensem tenere non posset; Domino suo Regi dimittit: & ipse renunciatur Magister Equitum à Rege Ludovico VIII. Qui *Rex*, Cruce levatà, caussam Fidei viriliter agit; Avinonem capit; & terram totam vsque Tholosam acquirit.

Anno Domini M. CC. XXV. Quidam in terra Hannoniæ novæ fraudis inventor apparuit: qui dicens se esse Balduinum quondam Comitem Flandriæ, posteà Imperatorem Constantinopolitanum, & Regem Thessalonicæ, cùm hoc quibusdam simulationis signis, & indicijs instanter assereret, quàmplures plebeæ manus, & quosdam nobiles, necnon & viros religiosos suis assertionibus fidem compulit adhibere. Vndè factum est, vt tota pœnè Flandria & Hannonia suum Dominum certatim acclamaret, & ei cum magno laudis præconio obviam euntes, suæ ditioni se, suáque votis omnibus subdiderint. Qui, in tantæ præsumptionis elatus est audaciam, vt vexillis præeuntibus, trinæ dignitatis se dominum mentiretur. Quod, quùm Rex Ludovicus ex Iohannâ Comitissâ, iam à Comitatu ferè destitutâ, & aliorum nobilium, qui ei adhærebant, querimoniâ didicisset: citavit hunc ausum talia, mandans vt ei apud Perronam die certâ occurreret, volens, quísnam esset,

 certiùs

certiùs edoceri. Quò cùm pervenisset, & super quibusdam quæstionibus Regis satis notis obstupesceret, ab ipso Rege, à totâ terrâ quam impudenter invaserat eliminandus penitùs condemnatur. Qui tamen liber permissus abscedere, cum magno dedecore Valencenis excipitur: vulgi tamen adeptus benivolentiam, & ipsius protectus auxilio, ibidem per dies aliquot moram fecit. Tandem, suggestione Domini Arnoldi de Oudenarde, ille miserrimus, apud Insulas suspensus est; dignum suæ malignitatis præmium consequutus. *Hanc Pseudo-Eremitæ historiam non prætermisit Asceta, & Chronologus noster Marcianensis, anonymus, nec vmquàm editus; quam conscripserit, quo, & à nobis hîc contexitur modo, à superiore nonnihil differenti.*

† Anno Domini M. CC. XXV. In Quadragesimâ, venit quidam ignotus, & tamquàm Eremita * 1. in Forestam de Glançon iuxtà Mortaigne. 2. * Et tandem revelavit quibusdam, quod ipse esset Balduinus Comes Flandriæ & Hannoniæ; & Imperator Constantinopolitanus. Quo audito, quidam Nobiles crediderunt verbis ipsius, & duxerunt eum Valencenas cum honore; & eum ibi ornatum sicut decebat, Imperatorem, & Comitem, duxerunt per Flandriam; & multi Flandrenses fecerunt ei homagium sicut Comiti suo: & tandem intravit Insulam maximo cum comitatu, & apparatu.

Balduinus Cõmẽtitius Imperator Constantinopolitanus.

☞ Ludovicus autem VIII. Rex Franciæ, famâ eius auditâ, diem illi apud Peronam assignavit, vt cognosceret eum qui se dicebat esse Avunculum Regis prædicti, & faceret ei debitum homagium de Comitatu Flandrensi, si Comes esset Flandriæ; veniretque, & securè rediret. Veniens ille tandem Perronam, & apparens audacter coram Rege Ludovico, & eius Consilio; in ipsius Palatio, multis interrogantibus examinatus est: sed certitudinem nullam suis responsis dedit. Vndè pluribus argumentis convictus est, quòd dolosè ageret; & per omnia mentiretur: & ita cum pudore recessit. Prædictusque Rex eidem districtè præcepit, vt discederet de terrâ suâ, absque vllâ dilatione. * Eodem autem die, quo licentiatus est à Rege, tam de die, quàm de nocte, Valencenas venit: Vndè furtim, & latenter aufugit. Quo audito, Iohanna Comitissa Flandrensis, (quam Balduinus hic Pseudocomes Filiam mentiebatur,) eumdem cautè quæri iussit: tandémque repertus est, * a. & ad dictam Comitissam adductus apud Insulam, *vulgò, A l'Isle*. Vbi, de consilio Baronum

* 1. dilatè *legitur in alio Codice MS.*
* a. Et interceptus in Burgundiâ; addunt Annaleis Franciæ.

Baronum suorum judicatum est: Quòd equis alligatus traheretur extrà Villam, * & suspenderetur: Et ità vitam infeliciter finivit.

* Ville nomine, apud mediæ antiquitatis scriptores, Vrbs significatur. Vndè, vocabulum Vrbis gallicum fluxit; Ville.

Observatio.

1. 2. S*Vbijcimus eccum etiam honoris causâ, Quod, Et ad Verba superiora suis signata asteriscis duobus*, In forestam de Glançon, iuxta Mortaigne: *nequaquam sanè omittendum accepimus certum Scholium studiosè exaratum à notissimæ probitatis, & eruditionis Viro, Clarissimo Domino, DN. Ludovico Gardinio, expertissimo Medicinæ Doctore, ac Professore Regio Ordinario Duaci Catuäcorum, hoc anno Christianæ pietatis, & restitutæ Salutis à Iesu Christo 1632. Quo disertissimè,*

Glançonia *(inquit,)* Sylva Domini Mortaigniensis, in Diœcesi Cameracensi, habet pro Confinibus, iuxtà Hannoniam, à Septentrione, Vesonium pagum, & Carnielium, vergētem versùs Athum, quod ab hâc Silvâ distat milliaribus circiter quinque; ab Oriente verò hyĕmali, habet VVyërium, & insigne Castrum *Du Biez*. Dominij Illustris Principis Spineti, *(vulgò d'Epinoy,)* versùs Condatum, *(vulgo Condé,)* distans ab hâc Silvâ, milliaribus duobus & semi-milliari: à Meridie autem, Mortaniam ipsam, Vrbem antiquam quidem, at nunc injuriâ & gravi clade bellorum, quæ nobis inciderunt in annos 1578. 1579. & 1580. prorsus devastatam, & eversam, vergentémque versùs Civitatem Valencenensem, quæ distat interjecto Fl. Schaldi, quatuor milliaribus ab eàdem Silva; quæ, ab Occidente, habet etiam pro Confinibus Antoïniam, *(vernaculè, Antoing,)* ac proximiùs, Pierronam, pagos Dominij Principis inclyti Lignij, vergentes versùs Tornacum, quod distat à Glançoniâ Silvâ, milliaribus tribus.

Est autem hæc Silva, cum adjunctis, ab Oriente in Occidentem sesqui-milliare, plus minùs, longa; & à Meridie in Septentrionem, semi-milliare lata.

Huius Silvæ in medio, situs est Lucus amœnissimus, vulgò, L'HERMITAGE DE GLANÇON, dictus. Is, circumdatus est fossâ latâ, eàque adeò voraginosâ, vt eam absquè periculo absorptionis, vix possit equus, quin penè absorbeatur, pertransire, præterquàm angusto in loco, vbi apparent etiamnum certa quædam hortuli vestigia, & iuxta eumdem, Ædiculæ rudera nonnulla. Quæ quidem, multis iam cùm retrò sæculis perennàsset; demùm circà

Iesu

Iesu Christi annum 1560. conflagravit: neque continuis exindè obstantibus bellorum procellis, potuit instaurari. Id quod equidem meis ab indè oriundis Majoribus, & ab indigenis, alijsque illic adhuc superstitibus Senibus, qui viderunt, accepi. Illúdque ipsum suâ manu suis in chartis, nobilissimus Vir Ludovicus de le VVal, Dominus Mortaigniensis annotavit; qui mihi, Pater Lustricus, Baillivi sui Generalis Filio, nômen dedit Orbis redempti anno 1572.

Scaturit quoque inibi fons, quò quottidie potatum commeant, etiam è longinquillo, Bubulci, lignorum cæsores, Venatores, Sylvæ Custodes, aliique id genus homines: quòd is & limpidus sit, & reliquis idem aquæ bonæ dotibus fruatur. Denique, (vti egometipse sæpè sæpiùs ibidem contemplatus sum,) Lucus hic (vti & olim, ita hodiéque;) Anachoreticam ducenti vitam convenientissimus est locus.

Hæc Clariss. ille Vir, multa præstans eruditione, medicinæq. suæ intelligentiâ cum paucis conferendus Doctor, Regiusque Professor Ordinar. in hâc florentissimâ Academia Duacenâ DN. Ludovicus Gardinius, cuius eruditionem, & medicam scientiam abundè testatur, & prodit, vel ipsius Hortensij manuductio per omnes medicinæ partes, Duaci excusa Typis P. Auroy, anno 1632.

Cæterùm, Paul. Æmilius, initio ferè libri 7. de hoc eodem agens Pseudo-Comite, qui Balduini Comitis Flandriæ, atque augustæ memoriæ Principis faciem multum repræsentaret: Quidam (aïebat,) se falsò Balduinum Cæsarem prædicans, Ioannæ Patrem, comprehensus, reste suspenditur; famâ ancipiti; juréne, an injuriâ. Eiusdem meminêre; Marchantius, in Ioannâ: Annalium Hannoniæ Tomus 3. cap. 56. vndè consequimur nomen eius, Bertrandi fuisse, ortu Rhemensis: Annales Flandriæ I. Meyeri: Albertus Crant. lib. 7. cap. 22. Historia Tornacensis DN. Ioannis Cousin, &c. libri 4. capite 7. Verùm, in cæteris, qui rem hanc gestam latinè tersè, disertèque ac prolixè prosecutus enarrârit, consulatur seculi sui decus, Iustus ille Lipsius in Mon. & Exemp. polit. artic. 8. cap. 5.

Persimilis amentiæ Gundebaldum quemdam insignem impostorem, qui se Filium ClotarI Franc. Regis id nominis Primi palam iactitaret, Guntherannus ClotarI hoc nomine Secundi adhuc pueri Patruus, & Tutor oppressit Anno Christi 587. Videatur id referens Gregorius Turonensis, lib. 7. historiæ suæ. Neque id silendum hîc videtur: Quòd anno supra millesimum & quingentesimum octogesimo quinto; quidam, qui se Caroli V. Filium auderet mentiri, detectâ fraude, capite plexus sit. Et eiusdem seculi anno 85.

Quidam

Quidam rursus se Regem Sebastianum, qui in prælio Maurico in Africâ occubuerat, mendaciter dicens, captus fuerit; demùmq; fraudis habitus reus, infelix perierit. Ità nimirum miserrima semper est omnis ambitio, & honoris insulsa contentio. Vndè D. Bernardus: Ambitio, *(inquiebat,)* futile malum, secretum virus, pestis occulta, artifex doli, hypocrisis mater, parens livoris, vitiorum origo, tinea Sanctitatis, excæcatrix cordium, &c. *Sermo. in Quadragesimâ. Et Petrus Ravenn.* Potestatis ambitio, Angelum felicitate angelicâ privavit: scientiæ inordinatus appetitus, hominem immortalitatis gloriâ spoliavit. Non Evam cibus deflexerat, non mandatorum destituerat oblivio, sed promissi honoris ambitio illecebrosa decepit. Ambitio est quædam Simia charitatis. Charitas enim pro æternis: ambitio patitur omnia pro caducis. Charitas benigna est pauperibus; ambitio, divitibus. Charitas, omnia suffert pro veritate; ambitio, pro vanitate. Vtraque, omnia credit; omnia sperat: sed dissimili modo: *proüt superiora protestantur exempla. Rectéque monebat Seneca in suo Hercule:*

> Plures *(concinens,)* fulgor convocat aulæ,
> Cupit hic Regi proximus ipsi,
> Clarusque latas ire per Vrbes:
> Vrit miserum gloria pectus.

Denique lepidissima censetur admonitio illa, vt ab insanâ regnandi cupiditate abstineatur Vergil. 1. Georgic.

> Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.

Porro-verò, ad Andernense Monasterium Sancti Salvatoris, & Sanctæ Rotrudis, seu Rictrudis de Marcanis pedem referamus, & Chronologicum stilum vetustiorem repetamus.

Ex Chronico DN. VVillelmi Andrensis Abbatis MS.

ANno Domini M. CC. XXV. Mense Septembri, Ægidius de Aqua, *vulgò, de l'Eau,* Vavassor Domini Widonis Iunioris de Elembon, de Suavekes, dedit in eleemosynam, (concedente vxore suâ Margaritâ, & Filio suo VVillelmo,) Andrensi Monasterio, mansionem suam de Suavekes, cum virgulto, & arboribus, & omnibus ad mansionem pertinentibus, acceptâ ab eadem Ecclesiâ charitate XXXV. librarum Parisiensium. Item, dedit eidem

Ecclesiæ in eleemosynam circiter quatuordecim mensuras terræ, acceptâ ab eâdem Ecclesiâ charitate IV. librarum Parisiensium pro qualibet mensurâ; & quittavit memoratæ Ecclesiæ Comitatum prædicti manerij, quem de Domino VVidone de Elembon, Milite, tenebat in feodum, & liberum in perpetuum dimisit. Actum autem adauxit, & scripti sui sigillo confirmavit dictus DN. VVido de Elembon &c. videntibus vavassoribus suis subscriptis. Hugone de Savinghem, Drogone de VVilfhus, Jakenino de Wilfhus, Stacino de Elembon, Ægidio Benel, Iohanne de Malkesbergh, VValtero de Plorchio.

Anno Domini M. CC. XXVI. Romanus, Diaconus Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, in Gallias venit. Qui, inter cætera, quæ correxit in Morinensi Diœcesi, quamplures Sacerdotes, ob incontinentiæ vitium, gravi correptione corripuit. Convocavit autem Bituricas Episcoporum, & aliorum Prælatorum, sed & Procerum grande Concilium, vbi, de Albigensi hærede confutandâ tractatum est, & ordinatum. Ludovicus Rex, & multi nobiles, tam Episcoporum, quam Procerum, admonitu Domini Legati, cum ipso Legato, adversùs Albigenses, Crucesignati, ad solvendum votum se præparant, & disponunt.

Anno Domini M. CC. XXVII. Rex Ludovicus, & Dominus Cardinalis, cum multis Nobilibus, in manu validâ, & copioso apparatu bellico, ad Albigenses proficiscuntur: & Avionem * Civitatem nobilem, refertam innumeris præsidijs, & superbam opibus, per tres menses obsident, & impugnant. Sed, cùm tantus esset vigor resistentium, & calliditas; ac propria Civitatis munitio per se offerret inexpugnabilem; insistentes parū proficiunt, non habentes effectum aliquem expugnandi. Mediante tamen Domini Legati consilio, qui ad Cives liberum habebat ingressum, & egressum; tandem recepti sunt in Regis gratiam: sub hâc tamen conditione, vt muros & domos Civitatis turrigeras à fundamentis deijcerent: fossata in planum redigerent: dejecta, non sinè licentiâ Regis repararent: armorum suorum munimine se nudarent: & ea Regi traderent. Traditur itaque Civitas non solùm ipsa: sed & omnes Civitates, & Villæ finitimæ, absque congressu aliquo, se ditioni Regis Galliæ tradiderunt. His itaque compositis; Rex, cum suis, ad sua reverti deliberans, apud Montpanchié, * lethali correptus incommodo, ab omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ plangendus, atque lugendus

* Avinonē legit Chronologus noster MS. F. Gallus Avenionem, apud alios legēs recēciores ad annū 1226.

* Monpançier, legit Chronologus F. Gallus MS. ad annum 1226.

gendus Filijs, somno mortis opprimitur; & in Ecclesiâ Sancti Dionysij Regiæ traditur sepulturæ. *Mense Novembri. Anno Regni sui 3. Narrat hæc Chronologus noster Marcianensis Anonymus* M S. *sequenti hocce suo stylo.*

Chronicon M S. *Anonymi cuiusdam Asceta Marcianensis.*

ANno Domini M. CC. XXVI. Ludovicus Rex, profectus est adversùs Albigenses, cum multis nobilibus, tam Episcopis, quàm Principibus; videlicet, Archiepiscopo Remensi, VVilliermo de Ioïns-villâ, & Garino Sylvanectensi Episcopo; Philippo, Boloniensi, Guidone, Sancti Pauli Comitibus; & multis alijs, tam Clericis, quàm Laïcis, qui Avinonem * obsederunt, & ceperunt. Sed, in obsidione, Guido, Comes Sancti Pauli quàdam petrà mangonelli percussus est, & interfectus. Rex verò Ludovicus VIII. & multi alij, tam Clerici, quàm Laïci, in Regione illà veneno periërunt, & corpus Regis latenter, & cautè ad Ecclesiam Beäti Diönysij Areopagitæ in Francià delatum est, & honore Regio tumulatum anno sequenti. Cui successit in Regno Filius eius Ludovicus IX.

* *Avenionem, ap. alios historicos.*

Hoc quoque anno, de mandaro Summi Pontificis Gregorij Noni, venit Frater Robertus, de Ordine Prædicatorum, in Regnũ Franciæ, & Comitatum Flandrensem; & multos vtriúsque sexus examinavit de Fide. Multos infideles consumpsit flammis vltricibus; multósque perpetuo carceri mancipavit.

Iohannes, Filius Petri, Comitis Britanniæ, Fratris Comitis Druidum Roberti, accepit Vxorem Filiam Comitis Campaniæ. Vndè Rex Francorum iratus, adversùs Comitem Campaniæ, fecit saisiri duo Castra ipsius Comitis, scilicet Monsteriolum, in Fordionne, & Branium, super Sequanam.

Observatiuncula.

P*Etrum hunc Ioannis præfati Parentem ex Adelâ Vxore Ducem Britanniæ, Annaleis Franciæ, Gallíque historici, vocant,* Maledictum, *& Conjuratorum in Regem Sanctum Ludovicum Caput. Ceterùm, anno*

tandem Christi 1231. iurare coáctus in verba Sancti Regis Ludovici Noni, se Britannia nomine Beneficiarium esse Regis professus est; (aiunt, Blondus, Nauclerus, P. Æmilius, & alij historici Galli.) Errat verò in anno consignando Matthaüs Parisius, Anglus, in annum excurrens 1228.

Emanàrunt nova instituta à Domino PaPà Gregorio Nono, de correctione, Nigri Ordinis: * & habitum est Concilium Londinense, de reformatione morum. *Extat illud ipsum Tomo quarto Conciliorum.*

* *Id est*, Benedictini.

Ex Chronicis DN. VVillelmi Andrensis Abbatis.

GVillelmus, Remorum Archiepiscopus, primùm Lingonensis Episcopus, defungitur. *Qui continuavit Silvianam Synopsin Franco-Merovingicam Anonymus Ascceta Marcianensis, iam-nunc cognomentum huius Guillelmi nobis prodidit, quod fuerit, De Ioins-Villâ, sive* De Ianville. *Hic, ex Remensi Archidiacono factus Episcopus Lingonensis, vernaculè,* De Langres, *& posthæc Archiepiscopus Remensis, anno Salutis 1219. Is est, ad quem Honorius 3. Pontif. Max. scripsit, extrà, De Filijs presbyterorum cap. 17. &, qui Ludovicum 8. Sancti Ludovici Regis Franc. Patrem, cum Vxore Blanchâ, Remis sacravit anno 1223. 8. Eidus Augusti. Quique sedit octennio, & hoc demùm anno 1226. die 6. Novembris obijt, atque in Monasterio Claravallensi sepultus est.*

Ludovicus, adhuc duodennis, dicti Ludovici Filius, Suëssionis promotus in Militem; Remis à Domino Iacobo Suëssionensi Episcopo, (quia Sedes Remensis vacabat,) in Regem solemniter consecratur. Cui subsequentes annos asscribimus.

Fernandus, Comes Flandriæ & Hanoniæ, qui per tres annos in vinculis Domini Regis de contumaciâ pœnituerat; dato suæ redemptionis pretio, liber absolvitur.

Henricus, DE BRENE, *sive* DE BRENA, *Roberti Iunioris Drocarum & Brennæ Comitis Filius,* Thesaurarius Beluäcensis, ad Archiëpiscopatum Remensem eligitur, & consecratur, VVillelmo, *de Ianville,* prædecessori succedens, *Anno 1227. Sedit annis octo. Obijt anno 1235. 6. die Iulij. Iuxtà Catalogum* MS. *Remensis Ecclesiæ, obijt demùm anno 1241. Situs est in Ecclesia Cathedrali Remensi. Hæc addita desumo ex Catalogo Archiepiscoporum Remensium, quem conflatum ex antiquis*

tiquis Catalogis MSS. *item ex Antonio Demochare, & alijs contexuit, & vnà cum quatuor Flodoardi libris historia Remensis Ecclesia, & in eosdem Scholijs doctis iuxta ac vtilibus, editum curavit Eximius Dominus, DN. Georgius Colvenerius, Sacra Theologia Doctor, Regiusque ac ordinarius in hacce florentissimâ Duacensi Academiâ Professor, Collegiata Ecclesia S. Petri Prapositus, & Academia Cancellarius, Vir sanè de antiquitate litterariâ & historicâ optimè meritus, idémque perdignus, qui perpium hocce ingenij clarissimi talentum, in luce alma huius Academia depromserit Duacena, Anno Christi 1617.*

Domno PaPà Honorio Tertio decedente, Magister Hugolinus, *seu Hugoninus*, de Agnagniâ, *seu Anagniâ natione Hetruscus, Pontificis Innocentij Tertij ex Consobrinâ Nepos*, Ostiensis Episcopus substituitur, omnium consensu; & Gregorius Nonus appellatur.

Reinaldus, quondam Comes Boloniæ, à Domino Rege, per annos fermè tredecim vinculatus, ab ipsis vinculis penitùs, & vitâ absolvitur.

Castrum, in Flandriâ, quod Brugis dicitur, gravi incendio magnâ ex parte consumitur, in quo plusquàm quingenti promiscui sexus & ætatis homines, pariter concremati sunt.

Romanus, Apostolicæ Sedis Legatus, qui invitis ferè omnibus Prælatis, & subditis Gallicani Orbis, & reclamantibus, & contrà eum appellantibus, bona Ecclesiarum, & Monasteriorum, in favorem Regis, & suorum, per quatuor annos decimari præceperat; mortuo Rege, *Ludovico 8.* Comite Sancti Pauli occiso, & maximâ multitudine Procerum diversis mortibus defunctâ: per Generale Capitulum Cisterciense transitum faciens, & indè secum Cisterciensem, & Clarevallensem Abbates, & quosdam Episcopos, & Abbates, quos creâverat, necnon & Senonensem Archiepiscopum, qui in favorem Reginæ eum sequebantur, ducens; omnibus personis Ecclesiæ Gallicanæ sibi contrarijs mala quidem minatur, & contrà eos pejora machinatur, & vnà cum suis complicibus, & nostræ vniversitatis hostibus, quasi victor Romam revertitur. Sequuntur eum è vestigio solemnes Nuncij de singulis Vrbibus ab vniversitate electi, qui multa quidem expenderunt, sed nihil omninò profecerunt: excepto eo quòd, post multiplices repulsas, & tam à Curiâ, quàm à suis vicinis & æmulis perpessas injurias, promissam Decimæ summam per quatuor annos, ad centum millia libras Turonensis monetæ taxari impetraverunt.

Eodem anno, Nobilis vir Eustachius de Campaines, Miles, ac Dominus de Hames, qui Ecclesiam præsentem sæpiùs offenderat, qui multa nobis dederat, & multò plura vendiderat; & tam de donis, quàm venditis sæpiùs injuriam fecerat, lethali morbo corripitur, & nunc apud Iullingham languens infirmatur, nunc spe salutis recuperandæ apud Boloniam transportatur. Sed, cùm nusquàm salutem posset recuperare, erogatis in medicis quæcúmque habuerat, Domnum VVillelmum Abbatem accersiri fecit: &, cùm omni solatio, tam amicorum, quàm propinquorum destitutus esset, ità quòd etiam vestimentis sepulturæ necessarijs omninò careret, Deo quidem animam, per manus eiusdem Abbatis, & ipsi Abbati Corpus in hoc Cœnobio iuxtà Matrem suam tumulandum commendavit: & sic demùm vestimentis Monachalibus indutus, propter penuriam aliorum, in bonâ spe futuræ resurrectionis in Domino quievit. Cuius corpus, cum expensis nostris huc delatum, proüt petierat, in Claustro nostro sepulturam accepit. Multis tamen diebus priùsquàm moreretur, præsentibus Abbatibus de Boloniâ, & è Clero & populo multis, per Monachos nostros chartam testamenti sui nobis transmisit sigillo suo roboratam, per quam dedit & concessit in puram, & perpetuam eleemosynam, divinæ pietatis intuitu, pro salute animæ suæ, & prædecessorum suorum, & pro anniversario suo faciendo, Ecclesiæ Andrensi, sex polkinos frumenti ad pasturam, inter Capellam Sancti Audomari, & Lohout sitam, capiendos, & ab eàdem Ecclesiâ liberè, quietè, pacificè, & absque omni exactione in perpetuum possidendos. Actum anno Domini M. CC. XXVII. Mense Ianuärij.

Circà idem tempus, Nobilis Matrona Adelidis, Domina de Bavelinghem, pro habendo anniversario pro se, & pro Marito suo Domino Arnulpho de Kaïeu, Milite, dedit in eleemosynam perpetuam Ecclesiæ Andrensi, & Fratribus ibidem Deo servientibus, quinque polkinos frumenti cum censu, & Comitatu, super Vavassorem vnum in parrochiâ de Spelleka assignatos. Actum est hoc solemniter Anno Verbi incarnati M. CC. XXVII. In festivitate Sancti Gregorij PP. Mense Martio.

Parisienses, armis correptis, Regem suum Ludovicum IX. à Druidum Comite, & Britanniæ Duce, apud Stampas captum insidiosè, & iam vsque Lectherícum, vulgò Montlehery pertractum; reducunt.

Anno Domini M. CC. XXVII. Ortâ gravissimâ contentione

tione inter Domnum PaPam Gregorium, & Imperatorem Fredericum, super voto Crucis quod Imperator prorogabat in enormem læsionem Terræ Sanctæ: dictus PaPa pro dilatione eiusdem voti, & pro quibusdam iniurijs tam in Apulià, quàm in Sicilià Beato Petro illatis, Imperatorem excommunicavit, & excommunicatum denunciavit. Pro quà causà, iram eiusdem ità contrà se incitavit, vt totis contrà Ecclesiam viribus desæviret; quorumdam Romanorum, & aliorum potentum animos provocaret; & in personas Ecclesiasticas, & eorum subjectos insaniret. Eius quoque Filius Rex Alemanniæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatum in Daciam transmissum; nè per Regnum suum transitum faceret, inhibuit; & Valentianis diu moram facere coëgit.

Eodem tempore, Philippus, Comes Boloniensis, Philippi Francorum Regis Filius, qui adhuc puer, puellam Matildem, Comitis Renaldi, & Idæ Comitissæ Filiam duxerat; Calasium, * Burgum maritimum, Castro munitissimo munivit, & muro firmissimo circumcingere cœpit: & tam per terram, quàm per mare congeriem lignorum adduci fecit; & Patris sui exemplo, terram suam, *Boloniensem Comitatum*, munitionibus honorare, *& firmare*, disposuit.

* Caletum, vernaculè, Calais, muniri quando cœptũ; & à quónam?

Philippus hic, Boloniæ Comes, Regis impuberis Patruus, potens opibus, pro administratore Regni se gerebat; nec eius consilia patebant, quùm Calitium muniret.

Dominus Stephanus, felicis recordationis Cantuariensis Archiepiscopus, Vir suo tempore specialiter litteratus; moribus & doctrinà nihilominus mediocriter ornatus; eleemosynis deditus; & vbique nominatus, feliciter obijt: & ad suam Ecclesiam delatus, in eàdem sepulturam accepit. Cuius Grex, Pastoris solatio destitutus, adeptà à Rege eligendi licentià, Magistrum VValterum, Ecclesiæ *a.* suæ *b.* nuper Monachum *c.* professum, *d.* virum honestum, & satis litteratum, prædicti Archiepiscopi quondam Officialem, concorditer elegerunt: &, per solemnes Nuncios, *Monachos* scilicet, & Clericos, Domno PaPæ Gregorio confirmandum, & consecrandum transmiserunt.

a. b. c. d. Notanda verba monastica; atque Benedictina.

Vndè Episcopi Suffraganei indignantes, & se à dignitate ad quam aspirabant, excludi stomachantes, tam Regem, quàm Regni Optimates, contrà Ecclesiam Cantuäriensem, (pro quà stare debuerant,) accendunt: &, vt electio facta per eos revocetur, modis omnibus efficere satagunt.

Tandem,

Tandem, firmato inter se nequam sermone, & consilio maligno, Henricum Roffensem, (contra quem, anno præterito, idem Magister VValterus, ad Curiam Romanam, de mandato sui Capituli profectus fuerat;) & Alexandrum Cicestrensem, Episcopos, è vestigio sequi compellunt: &, corda Romanorum, à tramite veritatis avertunt. Exhausto siquidem, propter guerram Imperatoris, Summi Pontificis ærario; omnia bona, tam in Religiosis, quàm in Clericis, per totam Angliam permissa sunt decimari, & ad subsidium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ destinari. Sed petitum est, vt Magistri VValteri electio valeat quassari. Denique igitur, educunt Episcopi Stephanum ad propria.

Anno Domini M. CC. XXVIII. Magister Ricardus, Lincolniensis Cancellarius, quorundam Cardinalium consilio, qui fuerant Parisius eius conscholares, à Curià Romanà, Ecclesiæ Cantuariensi præficitur. Et quamvis esset satis litteratus, & honestus: in toto biennio, quo præfuit, nec Regis, nec Cleri, nec populi gratiam promereretur, quià vix aliquandò in Sede proprià, (causa avaritiæ,) moram fecit: vt dicitur.

Ex Chronicis Anonymi Galli MSS.

ANno Domini M. CC. XXIX. Capitur Insula Majoricarum à *Iacobo*, fideli Rege Aragonum: & vicinè post capitur Valentia Civitas, vbi Beatus Vincentius martyrizatus fuit. Expulsis igitur *Mauris, seu*, Saracenis, dictus Christianissimus Rex, frontariam suam Christo Domino dedicavit. *Consulatur, qui hoc descripsit bellum, Mariana, libro 14.*

Florent hoc tempore, Beatus Antonius, de Ordine Fratrum Minorum; & Beata Elizabeth, Filia Regis Huugariæ.

Ex Abbatis Andrensis R. DN. VVillelmi Chronicis MSS.

ANno Domini M. CC. XXIX. Venerabilis Pater Adam, Morinensis Episcopus, in crastino Sanctæ Resurrectionis, Clero suo, & populo valedicens cessit: & apud Claram-Vallem, non sinè dolore multorum recessit. Suam quippè Ecclesiam

ſiam domibus decoravit; reditibus ampliavit; nulli vmquàm onerosus extitit; eleemoſynis deditus, ore pius, corde benignus, in omnibus Congregationibus ſuæ Diœceſis pecuniam diſperſit; & ad anniverſarium ſuum delegavit.

Statutâ à Morinenſi Capitulo electionis die, Magiſtrum Petrum de Colle-medio, natione Campanum, Morinenſem Canonicum, in partibus Toloſanis auctoritate Apoſtolicâ occupatum concorditer elegerunt, & duos pro eo Canonicos tranſmiſerunt.

Sequenti die poſt electionem Tervannenſis Capituli, Canonici Audomarenſes, eumdem Petrum in Patrem, & Paſtorem nominaverunt. Compertâ Petrus vtràque electione; qui Turonenſem Metropolim, & alias Sedes Cathedrales recuſaverat; Cathedram Morinenſem abjecit; & Eccleſiæ Sancti Audomari adhæſit. Morinenſis verò Eccleſia Domnum Petrum, Flandrenſem Archidiaconum, præſente eodem Petro, & ſingulis approbantibus, ſolemniter elegit: ſed, antequàm conſecraretur, per annum integrum Sedes vacavit.

Proditionem deteſtabilem, huius Andrenſis Eccleſiæ Parrochiani, in die Paſchæ, circiter viginti duo, inter quos erant Archivillani quatuor; Guido ſcilicet, & VVillelmus Vavaſſores; Reinerus, & Daniel, Miniſteriales; in enormem Eccleſiæ læſionem moliti ſunt. Qui, nobis inconſultis, apud AndreWich, Comitem Baldewinum adiêrunt; totam paſturam à Romanis Pontificibus, ab Epiſcopis Morinenſibus, & à Comitibus Guiſnenſibus nobis ab antiquo confirmatam, ſibi ſub cenſu annuo viginti ſolidorum confirmari, & appropriari petierunt. Et, vt hoc faciliùs impetrarent, centum viginti marchas ſterlinguorum de ipsâ paſturâ capiendas Comiti promiſerunt; non attendentes, quòd nos, & noſtri, per annos quadraginta, & ampliùs, contrà nobiliores, & fortiores, patriæ pro eâdem paſturâ, ad noſtrum, & ipſorum ſubſidium tuëndâ, conflictum continuum habuimus; & per ipſum Comitem, litigioſam rem ad diviſionem, non ſinè gravibus expenſis perduximus. Quâ infideli promiſſione, idem Comes primò deceptus, poſteà per noſtram inſtantiam ad cor reverſus, eorum quidem deſiderium ſuſpendit, & nos vſquè ad ſequens triennium omninò jure antiquo nequiter privavit. Quo etiam ſpatio anniorum, dum pro cauſis multiplicibus idem Comes adiretur, & multiplex querimonia apud eum deponeretur, vix in aliquo nos exaudivit.

Fredericus Imperator, collectis, exercitu, & navium, multitudine, per totum Imperium suum, Terram Sanctam, licèt adhuc excommunicatus, adijt. Cuius malo DEVS vtens in bonum; ei vtique victoriam dedit. Nam, habito colloquio cum Soldano Babyloniæ Saladino, Ierusalem recepit, eiusque muros dirutos reparare studuit. Turrim David renovavit; & portam Sancti Stephani erigens construxit, habens Coädjutorem, & Consiliarium Petrum — — — Episcopum, hominem discretum, tam armis, & divitijs, quàm bellatorum copiâ redimitum. Domnus tamen PaPa, ipsum, *Sup. Federicum Imp.* more solito, ex communicationibus, & expeditionibus persequens, duplicem exercitum contrà eum instruxit: Beluäcensem Episcopum ad eius subsidium cum militum copiâ venientem in gratiam recepit, & retinuit; & de suâ abundantiâ eorum inopiam relevavit. Imperator autem, disposito statu Terræ Sanctæ; datis treugis, & acceptis; per Siciliam & Apuliam revertens, pugnatores Domni PaPæ viriliter impugnat: quosdam Optimates suos, Domno PaPæ confœderatos, occidit, persequitur, & exhæredat. Tandem, mediantibus quibusdam viris bonis, pax inter vtrumque — — — firmatur: Imperator absolvitur: ad revertendum in Terram Sanctam, & ad eam ex toto acquirendam terminus certus Imperatori præfigitur: Et sic, ad tempus, Sanctæ Ecclesiæ pax redditur, ficta potiùs, quàm perfecta. *Clausit hîc suam historiam Vrspergensis, Federicum laudibus extollens, & in Pontificem Romanum Gregorium Nonum declamans: sed frequentior fama, omniúmque fermè conspirat sensus, vt Federicus certè damnetur, qui Saracenè sciverit, & in Syriâ cum Satrapis, Regibúsque Saracenorum amicitiam clam feratur iunxisse. Vndè Magistros Ordinum militarium seriò monuit Pontifex Maximus, vt Christiano nomini diligenter & festinanter caverent; quùm iam Federicus novis artibus illuderet Romano Pontifici; iura divina & humana violaret; & anathematis vinculo, sine nullo alio niterentur liberari, quàm vt hocce ficta pietatis pallio, homines apud pios tegeretur. Summa rerum hæc esto. Is impium certè Romano intulit Pontifici bellum. Iámq; ad vltimum periculi deciderant Pontificis opes, quùm irâ Superûm indubiâ, Federicus Cæsar, morbo atroci, vel Manfredi certè potiùs Nothi dolo Tarenti extinctus est, anno 1250. 13. Decembris, posteaquam 33. imperâsset annos, & Imperio iam secundò iure fuisset exutus, Imperatoris nomine prorsùs indignus.*

Hoc Cæsare nominatiores Viri exstitêre, Decretalium auctor Gregorius

rius 9. earumdemque interpres Innocentius 4. Vincentius Bellovacensis Theologus, & historicus, Alexander Alensis, S. Thomà Aquinate discipulo clarissimus Alexander Magnus, & celeberrimus Astrologus, Rexque Castellæ Alphonsus, Conradus, Monachus Præmonstratensis, & subindè Abbas Vrspergensis factus anno 1215. qui, ob amorem ergà Imperatorem suæ nationis, haud pauca scripsit contumeliosa de Innocentio 3. & Gregorio 9. pijs valde Pontificibus, & perdoctis: Cætera diligens satis Scriptor, & dignus qui legatur; SS. Antonius de Paduà; & Raymundus de Pennà-Forti, Edmundus Cantuariensis: Honorius, & Gulielmus, Antisiodorenses, Gulielmus, Parisiensis, vir admodùm pius, & doctus: Matthæus Paris, sive Parisiensis: Monachus S. Albani: cuius Chronicon cautè legendum: quòd id sit editum ab hæreticis Tigurinis, à quibus multa, tum in ipsis ipsius Chronicis, tum & in notis marginalibus addita videntur ad invidiam Ecclesiæ Romanæ conflandam. Federico eodem Imperatore omnium proborum laudibus celebrati vixère, Humbertus Viennensis, Gallus, Ordinis Prædicatorum quintus Generalis, qui, æqualem suum, Hugonem de Sancto Caro, natione Burgundum traxit ad Ordinem Dominicanorum, Cardinalem futurum Sanctæ Sabinæ ab Innocentio 4. Pontif. Max. creatum anno Christi 1244. qui piè, ac sanctè diem denique clausit anno Domini 1264.

Eodem tempore, Fernandus Comes Flandriæ, & Hannoniæ, collectà multitudine equitum & peditum, curruum & quadrigarum, antè Augustum per Greveningam transitum faciens, terram Comitis Boloniensis nimis hostiliter intravit. Nam, Castrum de Merch cum totà Villà subjacente incendit: Curtem de Capellà, sitam in Oyà, conflagravit, in pastum equorum consumens segetes solotenus. Vbicunque exercitus fecit transitum, domos, incendio; homines, & eorum bona direptioni; fruges, vastationi crudeliter exposuit: totúmque Castrum de Calais cum recenti munitione incendio consumpsisset, & in odium Comitis, & suorum solotenus prostravisset, nisi mediantibus quibusdam viris pacificis, & discretis, pretio mille quingentarum librarum, & viginti doliorum vini, ejus ferocitas mitigata fuisset. Abbatia quoquè de Capellà, pro bonis ibidem allatis, enormiter læsa fuit: & illos tamen, quibus fuerat præsidio ingratos invenit. Denique, transito amne de Niwenà, terram Comitis Ghisnensis, quam antè captivitatem suam bis destruxerat, intrare, & demoliri disposuit: sed deficientibus sibi nobilibus, & potentibus qui erant in exercitu Comitis Ghisnensis, propinquis, mutato consilio, exercitum reducens, ad propria remeàvit,

meävit, acceptis priùs à Burgo de VVithsand quadringentis libris, nè combureretur à Flandrensibus, & Domno Iohanne, Venerabili Abbate Sancti Bertini hoc fidejubente, & proïndè postmodum damna & pressuras multipliciter sustinente. Hæc autem omnia, (sicut dicitur,) Blancia * Franciæ Regina, eius compatriota, in odium Boloniensis, & Ghisnensis Comitum, machinata fuit, pro eo quòd super terram Comitis Campaniensis, * *Theöbaldi, (qui successit Sanctio Navarræ Regi, lege propinquitatis:* * eâ invitâ, Comes Boloniensis, *Philippus Regis Ludovici Patruus,* aciem direxit.

* Ap. al. Blãchæ.

* Videatur Mariana, lib. 12. cap. 16.

Parvo temporis spatio elapso, pari modo, Comitem Sancti Pauli intendens exhæredare, & eius terram destruere, vsque ad Castrum de Favrench exercitum duxit: sed integrum eum minimè reduxit, quia, dum Flandrenses in terrà alienà, velut in suà vellent discurrere, & prædam more solito facere, intercepti ab hominibus terræ naturaliter probis, sævis, seditiosis, & proditioni expositis; per ardua, & devia, per silvas & compita interempti sunt; & eorum cadaveribus fossæ sunt repletæ; & campi, cruöris spurcitiâ irrigata, vel potiùs sordidata: sicque, eà vice, dictus Comes, inglorius reversus est ad propria.

Comes autem Ghisnensis, sequenti hyeme, suum exercitum, in vltionem BaldeWini Clerici, *cognomento sup.* Patrui sui occisi, apud Embriäcum conducens direxit; & eius interfectores cum eorum propinquis improvisos, & inopinatos in eo obsedit: erexit turres & machinas; & obsidiones instruxit; nec destitit à proposito, donec eorum munitiones destruxit, suis tamen hostibus priùs, mediante Comitissâ Pontivi, & alijs quibusdam, pacificatis, tali modo, quòd, Terram Sanctam pro animâ occisi, infrà biennium adirent, & ibi moram (proüt condictum fuit,) inter eos facerent. His peractis, idem Comes, paucis occisis, multis tamen vulneratis, lætus ad propria redijt: Inter quos, primogenitus nominati Baldewini, *Cognomento* Clerici, conquassatus, pauco tempore supervixit.

Ex Anonymi Galli Chronicis MSS.

ANno Domini M. CC. XXIX. Capitur Insula Majoricarum à fideli Rege Aragonum, *Iacobo*: Et vicinæ; *supple, Baleäres*

res Insulæ, in Mediterraneo mari, eodem anno, à Iacobo Rege Arragoniæ occupatæ fuère; quandò Majoricâ, Vrbe & Insulâ captâ, Mauri sunt indè pulsi. Videatur Mariana, qui lib. 12. cap. 14. descripserit hoc bellum. Post capitur, *à Iacobo Rege Aragoniæ*, Valentia Civitas, vbi Beatus Vincentius martyrizatus fuit. Expulsis igitur Sarracenis, sive Mauris; dictus Christianissimus Rex, frontariam suam CHRISTO DOMINO dedicavit.

Florent hoc tempore, Beatus Antonius, de Ordine Fratrum Minimorum, & Beata Elizabeth, Filia Regis Hungariæ, *sup. Andreæ, quæ defuncta anno 1231. postea Sanctarum est numero asscripta. Lege Bonfin.*

Anno Domini M. CC. XXX. studium Parisius dissipatur. *Sed, anno 1232. Sanctus Ludovicus, Francorum Rex, Scholarum Parisiensium neglectum restitui curavit splendorem.*

Theobaldus, Comes Campaniæ, Petrus, Druïdum & Britanniæ, Comes, & Marchiæ Comes, cum Rege Angliæ, & Comite Tolosano, contrà Regem conjurant.

Anno IV. sequenti, Rex Sup. S. Ludovicus, Filiam Comitis Provinciæ, *Margaritam*, ducit.

Fit fames magna; in Pictavià maximè. Itaque, sextarium bladij, L. solidos valet: & homines, vt animalia, herbas excerpunt. Sequitur tanta mortalitas; quòd, tam igne sacro, quàm pestilentià, multa millia hominum moriuntur.

☞ Ego, vnà die, semel in nostro * *a.* Cœmeterio Sancti Geraldi Lemovicensis, vidi centum pauperes sepeliri: frequentiùs autem XXX. & L.

† ☞

Hoc tempore, apud Cremonam facta est tempestas maxima; & lapis grandis, in quo erat Crux, & Imago Salvatoris expressa, & desuper scriptum litteris aureïs: Iesus Nazarenus, Rex Iudæörum cecidit in Monasterio Sancti Gabrielis: &, de aquà in quà liquefactus est lapis, vnxerunt Monachi oculos cuiusdam Fratris semicæci; & statim clarè vidit. *Hactenus ibi hisce terminis ijsdem.* * a. *Vndè lubet elicere Chronologum hunc esse Gallum, & fortè Ascetam Lemovicensem Gerardinum.*

* *a.* Observa vbi Scriptor agitârit.

† Nota prodigium.

Ex Chronicis Andernensibus DN. VVillelmi Abbatis.

ANno Domini M. CC. XXX. Domnus Petrus, in Morinensem Episcopum consecratur; In Ramis palmarum cum magnà glorià Cleri & populi in Sede proprià recipitur; & die sequenti Domnus Iacobus in Abbatem Sancti Bertini ab eo benedicitur, succedens Viro religioso, Domno Iohanni, qui per quadraginta quatuor ferè annos famosum Sancti Bertini Monasterium nobiliter rexit; & à tempore Domini Philippi, nobilissimi Flandriæ Comitis, multipliciter damna, & injurias sustinens, & semper in melius proficiens, initio Quadragesimæ feliciter obijt: & in bono statu Ecclesiam suo Successori in summà pace, & quiete electo, & promoto dimisit. Cuius benedictione peractà, Episcopus, & omnes Prælati qui aderant invitati, eumdem Abbatem ad suam reducunt, & perducunt Ecclesiam, vbi per biduum continuum festivatur: sed, per præsumptionem Pontificalis familiæ, die secundà, serenitas festivalis in nubilum convertitur: sed sequenti Synodo, per prædictum Sancti Audomari Præpositum, & per alios discretos, discordia pacificatur.

Eodem anno, soluto Sathanà, & in Regno Franciæ debacchante, Principes Regni, & Optimates, Regi Ludovico adhuc juveni, & Matris consilio potiùs quàm eorum monitis adhærenti, fœdus debitum, & fidelitatem subtrahunt: cum Rege Anglorum tunc fœdus ineunt, & cum copioso exercitu in Britanniam adducunt. E contrà, Rex Ludovicus, aciem copiosam de omnibus finibus sui Regni colligens, viriliter instruit, & thesaurum à Patre & Avo collectum, militibus, & alijs stipendiarijs exponit: Vrbem Andegavensem cum quibusdam Castris invadit; & Comiti Britannico ea auferens, pro eo quòd totius proditionis dicebatur executor, licèt Regis Francorum esset propinquus, Anglorum exercitui, nè fines Britanniæ transiret, potenter resistit. Sicque Angli, in angulo Britanniæ coangustiati, calore æstatis arctati, & tam cibis, quàm potibus dissuetis expositi, morbis multiplicibus, varijsque eventibus pœnas dederunt, & ad propria vlteriùs non redierunt, mortuis ptiùs equis innumeris, & victualibus omninò consumptis, thesauris etiam

etiam quos de Angliâ attulerant, frustrà erogatis. Tandem, Rex Anglorum, qui cum multis advenerat, cum paucis ad propria revertitur. Rex etiam Francorum, dispositis suis marchijs, cum suis victor regreditur.

Eo tempore, Rex Iohannes, iam-dudum in Regem Ierosolymitanum à PaPà Honorio coronatus, & ibidem multipliciter in armis militaribus exercitatus, qui in hoc exercitu Francorum Regi viriliter, & fideliter præ cunctis Francigenis adhæserat, ad Imperium Constantinopolitanum electus est, & à Domno PaPà Gregorio confirmatus. Qui, peractà Francorum victorià, totis viribus ad congregandum exercitum, cum sumptibus necessarijs, operam dedit; &, tam Græcis, quàm Latinis desiderabilis exstitit.

Hàc expeditione peractà, Comes Boloniensis, Philippus, odio habens Comitem Campaniæ, *Theobaldum*, pro eo quòd super morte Fratris sui Ludovici 8. Regis, & alijs causis, cum haberet suspectum, associatis sibi Ghisnensi, & Sancti Pauli Comitibus, & alijs proceribus Regni quàmpluribus, licèt contrà voluntatem Reginæ, & Regis, (sicut dicebatur,) terram eius ingrediens, magnâ ex parte incendijs, rapinis, & deprædationibus devastat, ipso Comite per fugæ præsidium sibi consulente, & nusquàm securè commorante, quià terræ suæ homines, pro multiplici ipsius malitiâ, eum exosum habebant; &, tam munitiones, quàm pecunias eius hostibus exponebant.

Circà finem huius anni, tempore Quadragesimali, Domnus Ricardus, Cantuäriensis Archiepiscopus, ad Curiam Romanam iter arripuit, & hoc Andrense Monasterium suo adventu lætificavit. Nè enim Sedi Apostolicæ, quæ eum creaverat, ingratus videretur, magnam pecuniæ summam conduci fecit, vt limina Apostolorum visitaret, & Domnum PaPam cum Fratribus suis honoraret. Idem autem Archiëpiscopus, à nobis recedens, à Clero & populo extra Castrum Sancti Audomari sibi catervatim occurrentibus, honorificè recipitur, & postmodùm à Conventu Sancti Bertini processionaliter honoratur. Quod pluries suis prædecessoribus ibidem factum fuisse legimus. Beäto scilicet Dunstano, Sancto Anselmo, & S. Thomæ Martyri glorioso, & eorum Successoribus, apud ipsum divertentibus.

Anno Domini M. C C. X X X I. Domnus PaPa Gregorius 9. Narbonensem provinciam, & regionem Tolosanam miserans in Fide

Fide periclitari, & ab hæresiarchis principatum terræ tenentibus occupari; qui plures ibi priùs iam delegaverat, per quorum industriam, (excepto Præposito Sancti Audomari Petro de Colle-medio,) parum profecerat: Venerabilem Virum, & verè relligiosum, Domnum *VValterum de Maricis*, Tornacensem Episcopum ibidem iubet proficisci, & verbum Dei per eum seminari. Qui, mandatis Apostolicis obediens, in Synodo suà, Prælatis suis, Presbyteris, & Clericis, cum innumerà multitudine Cleri & populi, præsentibus, petità licentià, & adeptà ab omnibus, laboriosam peregrinationem viriliter & alacriter aggreditur, & in executione officij sibi delegati, in terrà alienà diu moratur.

Præsul hic, domo fuit Tornacensis, in Paræciâ S. Brictij natus. Vide Appendicem Notarum ad Vitam Sanctæ Beggæ, auctore R. P. ac DN. Iosepho Geldolpho Ryckelio, Monasterij S. Gertrudis Lovanij Abbate, Typis Corn. Cænestenij editam. Anno 1631.

Vir Venerabilis, Domnus Iacobus, Abbas Sancti Bertini, homines suos trahens in Caussam super quodam maresco, quem sibi appropriäverant, astu subtili deductus est ab eis, & maximè à Scabinis, cum Priöre suo, & paucis eum comitantibus vsque ad paludem litigiosam, ad hoc, vt quasi ostensio super facto litigio per eum, & per suos fieret. Quò cùm pervenissent Scabini, & qui potiores videbantur, nè de proditione possent notari, se ab eo paululùm subtrahentes, plebeæ multitudini vtriusque sexus, eum, proh dolor! relinquentes, exposuerunt: & vix de rastris & flagellis, de furcis, colis, & baculis sese subtrahẽtes, nec sinè enormi dedecore & contumelià, vix tandem per gratiam Dei evaserunt. Facta autem iniuria, licèt à Burgensibus Sancti Audomari defensata in conductione suarum domorum, licèt in receptione proditorum, licèt in corruptione Ballivorum, per Proceres & nobiles ad feodum Sancti Bertini pertinentes, ordine iuris per omnia observato, ita est vindicata, & per Dominum Regem Ludovicum adhuc viventem, ad Monasterium eo tempore cum Matre suà, & Optimatibus Regni divertentem, sententia approbata: vt omnibus Laïcis Religiosorum dominio subjacentibus perpetuò videri debeat, profanum, & sceleratum; suis Dominis nolle parere, & contrà stimulum calcitrare.

Eodem tempore, Domnus Ricardus Cantuäriensis Archiepiscopus, apud Vrbem Perusinam, in Curià Domni PaPæ moram faciens, obijt. Cuius morte circumquàquè divulgatà, Grex suus Pastoris

ſtoris ſolatio deſtitutus, eligendi licentiâ à Rege, (vt moris eſt,) adeprâ, in favorem Regis terreni potiùs, quàm Cœleſtis, (ſicut dicitur,) Ciſceſtrenſem * Epiſcopum, Regis Cancellarium concorditer elegerunt, & per ſolemnes Nuncios, per Monachos ſcilicet, & Clericos, à Regis & electi latere deſtinatos, à Domno PaPâ electionem, ſeu poſtulationem factam confirmari petierunt. Tandem diſcuſsâ electionis formâ, in auditorio Domni PaPæ, electio fuit quaſſata, & de gratiâ, & de jure, prædicto Cantuarienſi Capitulo fuit iterùm electio indulta; ita tamen vt infrà certum & brevem terminum canonicè eligerent, & ſuum electum Apoſtolico examini deſtinarent. Ex quo facto, licèt Rex & ſui confundi viderentur; tamen prædicti Cantuarienſes iterùm ad electionem procedentes, in ſummâ pace & quiete, in exultatione vniverſæ terræ, Domnum Iohannem, Priorem ſuum, Virum honeſtum, litteratum, & verè religioſum concorditer elegerunt, & ad Romanam Curiam per nos tranſeuntem ſolemniter tranſmiſerunt.

* Ap. alios, Ciceſtrenſem.

Fama grata, & gratuita per totam Latinitatem diffuſa, ſingulos, & omnes lætificat his diebus, perhibens Dominum Iohannem de Brenâ, dudum Ieroſolymitani Regis onere potiùs quàm honore exercitatum, à Conſtantinopolitano populo, & à Græcis finitimis honorificè receptum, & Imperiali diademate coronatum.

Chronicon MS. *Anonymi Lemovicenſis.*

ANno M. CC. XXXI. moritur S. Elizabeth, Filia Regis Hungariæ, Vxor Lantgravij, Turingiæ Ducis, XVIII. Novembris feriâ III. ætatis ſuæ XXV.

Eodem ferè tempore, Pater, & Patronus Monachorum nudipedorum, B. Franciſcus, canonizatur à Gregorio IX. PP.

Ex Chronicis VVillelmi Abbatis Andrenſis MSS.

ANno Verbi Incarnati M. CC. XXXII. Domnus PP. Gregorius IX. Ordinem noſtrum per multiplices Viſitatores viſitat, incipiens à Cluniacenſi. Quibus graves quaſdam, & oneroſas obſervationes imponens, inter alia, præcepit, nè à

 Prio-

Prioratibus Forinsecis Priores amoverentur, nisi certis de causis, pro quibus etiam Abbates solebant degradari: scilicet, propter incontinentiam, propter dilapidationem; seu propter provectum majoris administrationis.

Interdixit etiam sub anathemate, nè suprà antiquas institutiones, & approbatas, eisdem Prioratibus novi census imponerentur: nè plures Prioratus vni personæ committerentur: nè Abbatibus, aut Clericis, sivè personis sæcularibus, de cætero Prioratus traderentur.

Ordo etiam Præmonstratensis longis retrò temporibus à Romanis Pontificibus privilegiatus, per Abbates Cisterciensis Ordinis fuit circumquaque visitatus: qui Capitulo Generali præsederunt, & multos offenderunt.

Abbates quoque Ordinis Arroäsiæ, Parisius, coram Prædicatoribus Sancti Iacobi, super Ordinis transgressione, sæpiùs in Caussam tracti fuerunt, & multas expensas facere coäcti sunt.

Deinde Regalia, & exempta Monasteria, per totam Galliam & Angliam, per Cistercienses, & alios visitata, per remedium appellationis aliquandiu evaserunt, & multam pecuniam consumpserunt.

Ecclesia Sancti Iudoci cum Dormitorio, & alijs Officinis adhærentibus combusta est, tempore autumnali, de Foco Villæ.

Prædictus Prior Cantuariensis, *Sup. Iohannes*, Romam veniens, & gratiam Curiæ ad plenum non inveniens, cùm per multiplices expensas Ecclesiam suam nollet onerare; solum palefridum ibidem sponte relinquens, & valedicens Domno PaPæ, & Curiæ recessit, & cum suis omnibus quos de Angliâ secum duxerat, prospero gressu ad Ecclesiam suam, & ad priorem administrationem redijt, concessâ à Domno PP. Cantuariensi Capitulo potestate iterùm eligendi, & infrà certum terminum electum suum Romæ præsentandi. Qui paucis diebus post regressum Prioris evolutis, elegerunt virum honestum & litteratum, Magistrum Iohannem Blundum, qui similiter per solemnes Nuncios Ecclesiæ Cantuariensis, & alios, Domno PaPæ, & Curiæ præsentatus, dum à quibusdam æmulis super retentione duorum beneficiorum sinè dispensatione adeptorum, & alijs quibusdam frivolis impeteretur, & conaretur & cedere, & ad patriam de Curiâ sinè honore recedere: iterùm Capitulo Cantuariensi concessâ potestate eligendi; vacante iterùm per multum

multum tempus nobili Ecclesiâ, tota possessio Archiepiscopatus in jus Regis redacta *est* — — —

Gravis, & deformis altercatio inter Comitem Balduinum, & Dominum VVillelmum de Fielnes socerum eius subotta est, occasione Filiorum ipsius VVillelmi, qui in quosdam nostrates impetum fecerunt, & ibi ipsum Comitem interesse putaverunt, sed frustrà. Comes Balduinus multis iniurijs Monasterium Andrense infestat: pasturas & paludes eius occupat: Chartas, & privilegia authentica malitiosè depravat: & ferè, omnibus Ecclesiam persequentibus, patrocinium perierat. Ecclesia proïnde, gravibus expensis, & debitis succumbit; dum, de suis appendicijs aliquod emolumentum habere nequit; dum, non nisi vili pretio fruges vendit; dum, ab eius gravamine, vix aliquis se subtrahit.

Anno Domini M. CC. XXXIII. Cantuariensis Ecclesia Pastoris solatio diu destituta, in Venerabilem Virum Ædmundum, Ecclesiæ Saresberiensis Cancellarium, tandem consentit; & pro ipsius confirmatione per solemnes Nuncios, tam Monachos, quàm Clericos ad Curiam Romanam transmittit; pulsat, petit, & accipit: quià præter spem omnium, non solùm absentis confirmationem, Nuncij impetraverunt; sed & pallium consecrato conferendum, Lundinensis, & Rofensis, Episcopi attulerunt.

Oriuntur interim in Angliâ novæ guerræ inter Regem Henricum — — — propter P. de Roches VVenr. Episcopum, & P. de Rivulis Pictavensis Ecclesiæ Thesaurarium, & propter alienigenas alios ad Consilium Regis ascitos, & inter Regni Marescallum, & VValenses, & eorum fautores, Regni Proceres, qui se postponi dolebant, & alienos ad Regni negotia promovenda, & disponenda præponendi videbant. Vndè memoratus Rex, de suorum consilio, & auxilio minùs confisus, licèt aliàs pius, & mansuetus, & benignus, & eleemosynis deditus; Pictavenses, Flandrenses, & Brabantiones, ærarium suum largè aperiens, invitat: munit per eos marchias: & per multiplices expensas se attenuat. Hubertus quoque de Burg, quem, non solùm in Comitatu Cantiæ, sed in multis partibus Angliæ, præter consilium & voluntatem multorum sublimaverat, & posteà dejectum incarceraverat, de suâ captione, malè custoditus, eripitur: & super hæc, Regis consilium aliquantulum turbatur.

Comes quoque Flandriæ Fernandus, morbo calculi apud Noviomum moritur; atque à suis in Flandriam relatus, intrà * Insulam in

* Propè,

in quodam Monialium albarum Monasterio, ab Vxore suâ nuper * fundato, non sinè luctu multorum, præsentibus Flandriæ Proceribus, & multis Religiosis, à quatuor Episcopis, Cameracensi scilicèt, & Tornacensi, Morinensi, & Attrebatensi honorificè sepelitur, relictâ Vxori propriæ Filià parvulà, & eàdem Vxore multis debitis oppresà. *De quâ, Chronicorum multiplicis historiæ vtriusque testamenti, Christiano Massæo, Cameracenate, authore, liber 17. sic insit: ad annum 1246.* Ioänna, Domina Flandriæ, defuncta *5.* Decembris, sepulta est Markettæ, Monasterio Virginum, (*instituti Bernardini, ad Fluvium Marque, in Diœcesi Tornacensi sito, addit Ioan. Cousin libri 3. histor. Tornacensis cap. 8.*) non procul ab Insulis, quod fundaverat: *Anno Christi 1230. inquit eodem cap. Ioan. Cousin: tametsi liber 2. de Castellanis Insulensibus, annum fundati Cœnobij Markettani contendat esse 1226.*

* Anno 1230.

Hyems, (*verba sunt VVillelmi Abbatis Andrensis, Chronicon suum cõtexentis,*) gravis & aspera, non solùm totã Galliam, sed & Italiam, & Angliam multo tempore torquet, & affligit; &, non tam frigoris angustià, quàm famis miserià pauperes miserabiliter afflixit.

Multi Potentes in Francià moriuntur: In-primis, Lugdunensis Archiepiscopus: Comes Robertus de Dreux, Sancti VValarici, ex parte Vxoris Dominus, & præ omnibus plangendus: Potens, & Nobilis Comes Boloniensis Philippus, Gloriosi Regis Philippi Filius, qui, (sicut creditur,) potionatus obijt, & Vxori suæ Mathildi Comitissæ vnicam Filiam reliquit. Cuius opera mirabilia, in munitione Castrorum, in ædificatione domorum, per Franciam, & Normanniam, & per Boloniensem terram luce clariùs videntur; & Principis prudentiam, divitias, & gloriam per sæcula multa profitentur. Sepultus est autem apud Sanctum Dionysium, iuxtà Fratrem, & Patrem suum.

Circà Purificationem Beätæ Mariæ redierunt à Curiâ *Romanâ*, duo Monachi Cantuarienses, nunciantes Electum suum à Domno PaPâ, *Gregorio Nono*, solemniter confirmatum, relicto tertio in Curiâ, *Romanâ*, cum quibusdam Clericis, pallium expectantibus. Quo rumore Conventus lætificatus, persolutis Deo debitis laudibus, Dominum Electum Priori, & personis eum comitantibus apud Lundinum occurrere mandaverunt. Quem invitatum, & præsentem Domino Regi præsentaverunt. Qui, eum statim in gratiâ recepit: & de omnibus ad Archiepiscopatum pertinentibus eum liberaliter

beraliter investivit: & etiam multa in manerijs, (vulgò és manoirs, où maisons,) reperta, tam in frugibus, quàm in animalibus, quæ asportâsse potuerat, de consuetudine Regni, ei reddi præcepit.

Anno Verbi Incarnati M. CC. XXXIV. Domnus Ædmundus, Cantuariensis Electus, in Ecclesiâ propriâ consecratur IV. Nonas Aprilis à Domno Rogerio Lundonensi Episcopo, & alijs octo Episcopis, Cantuariensis Ecclesiæ Suffraganeis, præsente etiam Domino Lucâ Dubliniensi * Episcopo, & alio quodam Hiberniensi Archiepiscopo; astante, & approbante Domino Henrico Rege, & Fratre suo Richardo, Comite Cornubiensi, & alijs Comitibus, & Proceribus Regni, & aliâ multitudine infinitâ. Et statim consecratus, & Pallio superveniente decoratus; in honore Sanctæ Trinitatis, in Altari Sanctæ Trinitatis Missam solemniter celebravit, & pro geminatâ lætitiâ consecrationis scilicet, & adepti Pallij, gaudium geminavit.

* Seu Dublanēsi Archiepiscopo; qui habet sub se 5. Suffraganeos.

Appendicem suam ad Synopsin Franco-Merovingicam SilvI nostri Marcianensis olim Magni Prioris tandem finijt R. DN. VVillelmus Abbas Andernensis in hoc Illustrissimo Ædmundo Archiepiscopo Cantuariensis Ecclesiæ, quæ viginti Episcopos habet Suffraganeos, * *Londoniensem nimirùm, Roffensem, Cicestrensem, Oxoniensem, Assariensem, Baroniensem, Vellensem, Maveriensem, VVigorniensem, Hellensem, Conventrensem, Licolfeldensem, Lincolniensem, Norwicensem, Laudanensem, Bangoriensem, Vinctoniensem, Batoniensem, Serasbirensem, seu Saresberiensem, Erfordensem, Astoriensem. Quam quidem ego veterem* MS. *nec vmquàm hactenùs in lucem evulgatam, Insulis acceptam à nobili Scutifero, Viro pio, prudenti, docto, omnisque officij honestioris diligentissimo, Domino Tussano Desbarbieux, Toparchâ Pratensi, &c. avum suum, stilo & simplicitate referentem, (tametsi locis aliquot vetustate nonnihil esset detrita,) verbotenus exscriptam, rogatus, & iussus, typis cum Notationibus nostris mandatam curavi; vt eius plures (quod typorum beneficium est,) participes efficerentur: vtq; Andreana, seu Franco-Merovingica Synopsis Appendici huic à nobis elucubratæ plenior & exactior tandem adjecta, Ecclesiæ bono, amplioreq; commodo Reipublicæ, in vulgus emitteretur. Stimulum quoque mihi hæc moliri iusso addidit Clariss. D. Andreas du Chesne, Parisijs haud ita pridem probè notus, qui non longè à fine præmonitionis suæ ad Lectorem Bibliothecæ historiographorum, & Topographorum Franciæ rectè moneret, eos, qui penes se reconditos possiderent patriæ suæ historias reconditas* MSS. *potiore argumento nullo suam in patriam posse bene propensi affectum animi*

* Ex Taxâ Cancellariæ Apostolicæ, & Sacræ pœnitentiariæ Apostolicæ, Parisijs excusâ anno 1520.

mi testatum exhibere; quàm si eas typicis calchographorum committerent notis. Abstinendum tamen, nonnihilque mihi fuit ab huiusce Codicis MS. *quibusdam hinc paullò superioribus audaculis verbis, autographo fortaßis à quodam eius improbo exscriptore corruptè adjectis: quibus præsertim ad annum Iesu Christi M. CC. XXVII. & Curiam Romanam, & ipsum adeò etiam Pontificem Summum, Gregorium Nonum, qui sanè nemini de probitate concederet,) reum perperam fecerit avaritiæ, nè dicam Simoniæ, quæ multorum culpam malorum sustineret: in suóque Friderico, visus sit Cæsari studere; quem arbitratus idem videatur anno eius sæculi circiter XXX. Gregorij Pontificis Max. sancto impulsu in Syriam ingenti cum exercitu profectum, hoste depulso, Ierosolymam cepisse. Attamen, veriùs ab eo scriptum potuit, & debuit esse, Federicum à Sultano eam, non armis, sed auro numerato recepisse: majoréque famâ eum, quàm gloriâ è Syriâ revectum, à Gregorio PP. veniam, haud agrè, atque Imperij titulos impetrâsse. Verùm-enim-verò, cùm, (proüt loquebatur Regius ille Psaltes,*)* In circuitu impius ambulans, *brevi ad ingenium redijsset; Pontifici Gregorio 9. infensus, Guelphorum, (à Guelpho Duce Bavariæ,) & Gibellinorum, (ab Oppido id nominis longo intervallo nomen erat natum,) factiones, pestésque fœdißimè revexit; quibus multis sæculis laceræ omneis pœne Civitates Italiæ laborarent; ad quas sedandas, diligentérque curandas animum sedulus advertens hoc, vel præcedenti anno 1233. laboravit Papa Gregorius 9. varijs, & peregregijs in Lombardiam verbi Dei Præconibus mißis. Federicus ad hæc Secundus hic, direptis Benevento, & præclaro Monasterio Caßinate, suam in potestatem Ravennam redegit Saracenorum is-idem, Avi erat instituto in bellis usus, quibus & Nuceriam, (quæ Saracenorum nuncupata est,) attribuere non erubuit. Cardinalium complures, qui extincto Gregorio, Romam ad comitia contendebant, in itinere fortè interceptos in vincula conjecit: Viros litteratos perplureis patibulis suspendit: multas Ecclesias spoltavit: Reversus, Alemanis conquestus est de duritiâ Romanorum Pontificum, quòd ipsum anathemati subjecissent. Hæc inter diem suum clausit Pontifex Gregorius Nonus, nominis celebritate ubique terrarum notus: quique anno incarnatæ Deitatis 1633. Canones in quinque libros Decretalium redactos, jußit publicè proponi, & in Scholis explicari. Mors eius incidisse legitur in anni Natalis Dominici 1242. diem 22. Mensis Augusti. Ita sensit Onuphrius. Chronicorum autem Christiani Maßæj liber 17. eam refert in annum Christianæ pietatis 1239.*

* Psalmo undecimo.

Quo,

Quo, Chronologus Marcianensis Anonymus MS.

ANno *(ait,)* Domini M. CC. XXXIX. Balduinus II. Roberti Imperatoris Constantinop. Filius, & Ioännis Brenni Ierosolymorum Regis Gener, ac Imperator Constantinopolitanus, venit in Franciam, & Flandriam: & reddita fuit ei terra, quæ ipsum iure hæreditario continebat: * & Spineam Christi Coronam Ludovico Regi reliquit.

Henricus Rex Anglorum cepit Vxorem Leönoram, Filiam Comitis Provinciæ, Sororem Margaritæ Franciæ Reginæ: Quarum vtraque erat Filia Raymundi Berengarij.

Robertus, Frater Ludovici Regis, accepit Filiam Ducis de Braibant excellentissimæ formæ Vxorem. Eodem anno, * idem Robertus factus est Comes Attrebatensis, & Dominus de Lens, & de Hisdinio, & Sancto Audomaro.

Iohanna Comitissa Flandrensis, accepit maritum, Thomam, Fratrem Comitis de Savoye; & tenuit Thomas Principatum Flandrensem annis VII.

* F. continge bat, *legendum est: iuxtà phrasim evangelicam,* Lucæ capite 15.

* Anno Dominici Natalis 1237. *apud Ioannem Tilium: ap alios* 1238.

Observatio.

F*Erdinandus, Flandrorum Comes, (quem Ferrandum mavult Synopsis nostra Franco-Merovingica nominare,) vitâ cessit Dominici Natalis anno 1233. Pontificatus Gregorij Noni, 7. Balduini 2. Imper. Orientalis, 9. Sancti Regis Ludovici Noni, 11. Ioanna verò, eius Vxor, quinto ab eius obitu anno, alteri nupsit, sed prole nullâ susceptâ: (vti prodidit Marchantius in Ioannâ Flandriæ Comitissâ.) Denique, Thomâ Comite Sabaudiæ hoc etiam anno vitâ functo, Amadæüs demortui Comitis Thomæ Sabaudi Filius natu maximus, Sabaudiæ substituitur Comes. Erat huic Sabaudo Comiti Amadæö Frater alter nomine Thomas, quem indicat anonymus hic noster Marcianensis Continuator Synopseos Andreæ SilvI, cùm scribit Iohannam Comitissam Flandrensem accepisse Maritum, Thomam, Fratrem Comitis de Savoye, Sup. Amadæi. Videantur hæc clariùs, & proliviùs apud Paradinum Cap. 34.*

Obijt Godefridus, Cameracensis Episcopus: & successit ei Magister Guyardus de Lauduno, Parisiensis Cancellarius.

Appen-

Appendicula.

CErtant Scriptores historici de anno vitâ functi Domini Godefridi Cameraceni Antistitis, Illustris Viri, Nobilísque Toparchæ Condatensis Filij: qui apud Democharem videtur tandem vixisse Anno salutis humanæ 1234. At vero Balduinus, Abbas Henniacensis, in Chronicis suis, de hoc Godefrido sic scripsit: Anno à Christo nato, 1219. obijt Ioännes Episcopus Cameracensis: succedit Godefridus de Condato, Vir probus, & nobilis; qui Civium Cameracensium adversùs Episcopos ferè rebellantium audaciam fregit, & Turrim eorum altam, quæ, *Belfroy* dicitur, & ingentem in eâ campanam pendentem, per quam convocationes suas faciebant, dejecit, & confregit. Godefrido autem, anno 1237. defuncto, succedit Guyärdus, vel Guido, Cancellarius Parisiensis, Vir eruditissimus, & diligentissimus in Clero, & populo reformando. Hic obijt senex, Affligemij Anno 1247. ibíque sepultus est. *Hactenùs Abba Henniacensis Balduinus. Vetus liber in Flinensi Ordinis Cisterciensis religiosissimarum Sanctimonialium Cœnobio, sesquimiliari ab Vrbe nobili Duäco, exstat, qui doceat Guyärdum hunc, aliàs dictum Guidonem, Sermones de Christi Domini Passione perpios scripsisse. Idq; me commonitum officiosè voluit eximia pietatis Vir, DN. Georgius Colvenerius S. Theol. Doctor, Cancellarius Vniversitatis Duacensis, & Professor Regius, sacrarum antiquitatum diligentissimus, & oculatissimus explorator.*

1239. Anno (*inquit Chronologus Anonymus Marcianensis* MS.) sequenti, obsedit Thomas, Comes Flandrensis, Poilevacce.

† Obijt Ansellus, Laudunensis Episcopus.

Appendicula.

IOannes Chenu, Bituricus, in Senatu Parisiensi Patronus, edidit historiam Chronologicam Archiepiscoporum, & Episcoporum Galliæ, peregregio stylo. Hic verò suam texens seriem Episcoporum Ecclesiæ Laudunensis; Ansellum hunc quadragesimum nonum Ecclesiæ Cathedralis Beatæ Mariæ Laudunensis Antistitem meritissimum recenset: vúltque ipsum eumdem Anselmum de Sancto Medardo dictum fuisse. Is ipse, Vir undequaque doctissimus, & apud suos Laudunenseis meritò laudatus, Glossas inter-

interlineareis compósuit in Davidicos Psalmos: & tandem sepulturæ locum, suis cum Antecessoribus habuit in Abbatiâ Sancti Vincentij, propè muros Civitatis Laudunensis: Garnerumque Successorem consecutus est. Quem, omnium primum Episcopum, suávem, & præstanti virtute, doctrinâq; virum, in Ecclesiâ suâ Cathedrali decenti sepeliendum ritu, & honore, Laudunum Clavatum excepit. Hoc porrò in bene docto, vigilantíque Laudunensium Antistite Anselmo, Benedictino Medardino, compendiosè continuatam Synopsin Franco-Merovingicam clausit noster Chronologus Anonymus Marcianensis, hactenus inexcusus: qui posterior ad me M S. *est perlatus, suo hocce loco attexendus iussu Venerandi Præsulis nostr. Marcianensis, Domini, DN. Ioannis du Ioncquoy, ortu Berseensis, Sacræ Theólogiæ Licentiati.*

Perpauca iam, quæ supersunt apud Anonymum quemdam Lemovicensem, (uti suprà vidimus) Chronica sua texentem ab ævo condito mutuáta, superioribus adijcere pergamus hocce ipsius contextu.

Anno Domini M. CC. XXXIX. Corona Christi, & Crux, de Constantinopoli, Parisius transfertur, *à Balduino Rege Ierosolymorum. Quæ sanè Sacri Sacelli Parisiensis in Palatio certum sint decus, & perpetuum ornamentum. Videantur eâ de re, Annales Franciæ, & Guillelmus de Nangis, ad annum 1236. Pergátque Chronologus hic Anonymus Lemovicensis* M S. *suis hisce terminis hanc ad Silvium nostrum clausurus Appendicem.*

His diebus oritur discordia inter PaPam, & Imperatorem Fredericum. Cùm ad Concilium Generale, *Romæ indictum*, *è Galliâ*, conveniunt; capiuntur Pisis duo * ab Imperatore Cardinales: propter quod, excommunicatur Imperator: & tandem, cum emendare se nollet; à Successore Gregorij 9. Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi deponitur.

Anno Domini M. CC. XL. * Gregorius PP. obijt. Hic Decretales per manum Fratris Raymundi de Penna-Forti, Ordinis Prædicatorum compilavit. Inter Gregorium, & Innocentium IV. vacat Sedes Apostolica XXII. mensibus, propter ambitiones, & discordias. Nam, Cœlestinus IV. tantùm XVII. diebus præest.

* Tres lego ap. al. historicos Scriptores.

* Vel f. 1242.

Ex autoritate Guidonis Tolozani, Christiani Massæi, & aliorum Chronologorum, successit Gregorio Nono Cœlestinus 4. patriâ Mediolanensis trigesimo die ab obitu Gregorij 9. electus: præfuítque octodecim diebus. Deinde, (si rectè supputavit Guido Tolasanus, & cum eo Christianus Massæius, vacavit Sedes Romana, anno uno, mensibus decem, & quatuordecim

 diebus;

diebus; eò quòd eligere residui nollent Cardinales, nisi, quos in vinculis tenebat Fridericus,) relaxaret, liberósque dimitteret. Tandem igitur Imperatoris Constantinopolitani Balduini Romæ agentis precibus condonati, liberi à Friderico Imp. treis sunt Cardinales dimissi, anno 1243. túncque, 24. vel 25. Iunij Pontifex Max. electus est Innocentius 4. patriâ Genuënsis, Vir prudentissimus. Qui statim à facie Friderici fugiens, in Galliam classe Genuënsium delatus est: & Concilium Lugdunense totius Christiani nominis, seu Generale in annum sequentem 1244. Friderico diem dixit, quo non committeret, quin adesset: turbâssetque Concilium haud dubiè Fridericus, Tyrannum agens; ni Rex Sanctus Ludovicus dignitatem præsto, & Concilio huic robur contulisset: ita enim invenio apud P. Æmilium, Aventinum, & alios historicos. Produco rursus nunc Ascetam Chronologum nostrum Anonymum, Gallum MS. *qui, præ cæteris ipsi adjunctis historicis Scriptoribus, huic Appendici ad Andream nostrum Silvium extremam apponere manum festinet.*

Annis Christi 1240. & 41.

Tartari, (Gens Scithicâ, quorum Rex Hoccota dicebatur,) vastatâ Geörgiâ, & Indiâ, & Armeniâ majori, Turquiam, *seu Turciam*, per XX. annos devastant. Contrà quos CCC. Franci pugnantes, *sicut fortes Machabæi*, bis eos fugaverunt. Duo autem capti ex Francis, cùm eos ex condicto Tartari videre vellent pugnantes; armati sunt: & in ipsos irruentes Tartari, sedecim ex eis Franci duo occiderunt; & XXX. vulneraverunt. Tandem, *Franci*, ab eis occiduntur.

Anno verò sequenti M. CC. XLI. Bathi, Tartarorum Regis Hoccotæ Filius, exercitum multitudine Tartareâ pænè infinitum dividit in duos: quorum in Pannonios alterum; alterum in Polonos immittit, & fœdum in modum vtrúmque ferro & cædibus, incendijsq; lacerat Regnum, Civitatibus Cracoviâ, & Strigoniâ eversis; hâc, Hungarorum: Polonorum illâ. Hæcq; à Tartaris gesta fuère, brevi post tempore, quàm victis illi Turcis, Cappadociam occupâssent. Horum fidem faxint Aventinus, Martinus Comer. Bonfin. & Autor Vitæ S. Ludovici.

Anno Domini M. CC. XLII. (*sic lego apud Anonymum Gallum* MS.) Ludovicus Rex, contrà Comitem Marchiæ & Engolismi in Aquitaniam venit. Anno verò præcedenti, Fratrem suum Alfonsum Comitem Pictavensem facit, & Alverniæ terram conjungit. Qui Filiam vnicam Comitis Tholosani ducens vxorem, in pace terram eius regit. *Huius Alfonsi morte, (vti conventum fuerat,) Comitatus Tolosanus Regij patrimonij cœpit esse. Rexque Franciæ Philippus*

lippus 3. Audax dictus, in solidam Tolosani Comitatus possessionem ivit anno 1272. Huic Philippo, S. Ludovici Filio nupsit Elisabetha, Taraconensium seu Aragoniæ Regis Filia anno 1262. túncque fœdere cautum est, vt Biterras cum Carcassona haberet Francus; omni tamen cessurus jure, quod sibi haberet in Aragoniam prioribus à Regibus Franciæ quæsitum Philippus Philippi Pulchri Pater.

Anno Domini M. CC. XLIII. *(ait Chronologus Gallus ab ævo condito, M s. & Anonymus;)* Innocentius IV. fugit de Italiâ, & venit Lugdunum. Post annum tertium, Concilium Generale celebrat; & Fredericum deponit. Cancellarium quoque Parisiensem, scilicet Magistrum Odonem de Castro-Radulfi, & Hugonem de Sancto-Caro, Priorem Fratrum Prædicatorum, Cardinales facit.

Eligitur in Imperatorem Landegravius, *seu Lantgravius*, Turingiæ, *septimus & vltimus Lantgravius ex Regali prosapiâ Francorum*: qui contrà Fredericum pugnat: & infrà annos quatuor est defunctus. *Vicerat Henricus Imper. Conradum Filium Friderici anno 1246. in Germaniâ fortiter pugnans: dúmque relata clarissimâ victoriâ benè pergeret vti, expugnans Vrbem Vlmam, casu vulneratur, & imperandi atque vivendi finem facit.*

Item post, * eligitur VVillelmus Comes Hollandiæ, *in Regem Romanorum*: qui anno quinto post, à Frisonibus est occisus anno vt videtur 1255. *Res gestas eventuum varietate illustreis, à Friderici abdicatione per annos potissimùm 28. clariùs nôsse optanti, legendi sunt cum Nauclero & Trithemio, Cuspinianus & Aventinus.*

* Anno M. CC. XLV. Ita notatio ista marginalis lgit.

Anno sequenti, Ludovicus Rex Franciæ, cum Vxore & Fratribus Attrebatensi, Pictavensi, & Provinciæ Comitibus, & militibus transfretat, & Cyprum applicuit: vbi Græci Schisma abjurant, & multi Sarraceni ad Christum convertuntur. Indè procedens, post Pentecosten, Damietam applicat, & in crastinum capit. Ibi stetit Rex per totam æstatem cum exercitu Christiano; & indè contrà Sarracenos, ad locum, qui Mansora * dicitur, processerunt; & incautè, licèt strenuè pugnaverunt. Vbi, multis Sarracenis occisis, cecidit Comes Attrebatensis,* Frater Regis, & multi alij magni Viri. *Referuntur hæc postremò gesta infeliciter ab exercitu Christiano in annum 1248. 49. 50. legantur, Chronica Montfortensia, Nangis, P. Æmil. Io. Tilius, Haiton. Hëricus Navarræ Rex huius Roberti Atrebatium Comitis Filiam Vxorem consecutus: ex eâ Filiam vnicam Ioännam reliquit.*

Anno M. CC. XLIV.

* Cairû ap. al. lego.

* Robertus.

Anno Domini M. CC. XLV. Captum est in Diœcesi Tolo-

sanâ Castrum inexpugnabile Mons-Securus. Et in eo CC. & XXIV. hæretici sunt combusti.

☞ Eodem tempore, in Sabaudiâ, mons cadens, & multas Villas destruens per miliare, & ampliùs: plusquàm quinque millia hominum contrivit.

Item, mare, inter Normaniam & Britanniam exundans, multos perdidit: septem leucas, & plus occupans de terrâ istâ.

Innocentius PP. Octavas Nativitatis nostræ Dominæ instituit. *Idem, nunc etiam Cardinales iam purpuratos, Pileo quoquè rubro nobilitavit: Quo (inquit Masseius,) significarent se paratos esse pro Fide Catholicâ, & salute populi, proprium etiam sanguinem fundere.*

Anno Domini M. CC. XLVI. Thomas, Maritus defunctæ Iohannæ, Comitissæ Flandriæ, rediit in Sabaudiam. *Huic Taurinates Guillelmi Romanorum Regis dono obvenêre. Margarita Sorori, Iohanna Conjugi Thomæ Sabaudi successit in Principatu Flandriæ: fundavitque Prædicatores DVACI, Valencenis, Brugis: & Nobilia Monasteria Dominarum in Flinis, & in Groeninghe, & alia. Addit Chronicon Massei.*

Anno Domini M. CC. XLVII. Apud Iconium, contigit Vrsum cuiusdam Magi mingere ad pedem Crucis in Pylario pictæ; statimque mori. Ethnicus id malè ferens, pugno percussit imaginem: & ilicò brachium obriguit. Accurrens alius, etiam ferire præsumpsit: necdùm cessantem, mors inopina prostravit.

Ex Chronico MS. *Anonymi Galli.*

ANno Domini M. CC. XLVIII. VVilhelmus, Longaspatta cognominatus, * proficiscitur in Asiam cum militibus electis multis.

* Vernaculè, Longuespee.

Anno Domini M. CC. XLIX. Comes Tholosanus obiit. Eo tempore, Rex Castellæ Christianissimus, Cordubam, Sibillam, * *a.* Gregiem, & multas alias Civitates Sarracenorum, & Ternis capit, & subjugat nomini Christiano. * *a. Historiam hanc clariùs, & prolixiùs descripsit Mariana lib. 13. cap. 7. Quo, Hispalis in Hispaniâ Beticâ, nobilissimum hodie rerum Indicarum Emporum. Sivilla (vulgò dictum) capta fuit à Castellæ Rege Ferdinando bello forti, sancto, & felice. Idq; post annos 534. ex quo in potestatem venerat Maurorum, seu Saracenorum.*

Post

Post multa bella, & obsidiones, Comes Marchiæ cum Matre suâ, quondam Reginâ Angliæ, & Filijs, ad pedes Regis, *S. Ludovici*, venit, & homagia Dominiorum de Pontibus, & Vindomio, & Comitatu Angli, & Rupe-Forti, & Bisiniaco; scilicèt, Comitatum Pictavensem, quitavit. Et Rex Angliæ, à Baronibus Aquitaniæ proditus, & Tholosanis; fugiens Burdegalis, in patriam remeävit.

Eo tempore, Tartari Poloniam & Hungariam vastant: & vtramque Comaniam, Russiam, & Alapiam, & XXX. Regna magna, & vsquè ad fines Germaniæ perveniunt. Quùm autem timentes Hungaros, responsum quærerent *Magicum*; dictum est eis: Ite securi, quia spiritus discordiæ & incredulitatis præcedunt vos: quibus turbati Hungari non prævalebunt vobis. Sicque factum est. Antè introïtum enim eorum; Rex, & Principes, & Clerus, & populus diffidebant: & ideò in introïtu eorum se parare noluerunt: & cùm se diffunderent taliter; Hungari timore perculsi fugerunt; & multa millia eorum sunt occisa. *Hisce de rebus scripsit libellum R. P. Ioännes Capinus ab Innocentio 4. Pontifice Max. ad Tartaros missus anno 1246. vt instrueret de religione Magnum Cham, Imperatorem Tartarorum, quem volunt nonnulli alij historici Scriptores, eodem anno, Christianorum Sacra suscepisse.*

Eodem tempore, in Podio Beatæ Mariæ, plusquàm DCC. personæ, à pressurâ Processionis Rogationis mortuæ sunt.

Anno Domini M. CC. L. Rex Ludovicus IX. in manus Sarracenorum cum exercitu suo derelictus est à Deo, qui dereliquit Filium suum in manus Iudæorum, propter peccata nostra: sed infrà paucos dies, Soldanus * Babyloniæ, vel Cairi magni Ægypti, qui se Christianos vicisse gaudebat, à suis est occisus. Pius autem Rex, cum Principibus Carolo & Alfonso, S. Ludovicus, redditâ Damietâ, cum omnibus suis evasit. *Captus fuit S. Rex Ludovicus quinto Aprilis, Indictione 8. & coäctus ab hoste reddere omnia loca conquisita; simul & grave redemtionis suæ pretium.* Multi tum facti Martyres.

* Soltanus, seu, Sultanus Ægypti, ap. al. legitur.

Eodem anno, Fredericus, *seu Fridericus*, in Festo S. Luciæ mortuus est, *Tarenti: Ita invenio apud Christianum Massæum Chronographum libro 17. Aliqui scribunt Ecclesiæ Matris gremio sancto restitutum fuisse, dato pœnitentiæ signo.*

Damietam autem posteà Sarraceni diruunt, timentes nè tertio veniret ad manus nostrorum. Remansit autem pius Rex, *decennalibus*

libus inducÿs pactis, in Syria, & Sidonem, & Cæsaream, & Ioppen, & Accon, & alia quædam loca firmavit: & captivos multos redemit.

☞ Eo tempore, facta est Crucesignatio Pastorellorum, & puerorum multorum: quorum aliqui fingebant se visiones vidisse; miracula facere, & ad vlciscendum prædictum Regem, *S. Ludovicum*, à DEO esse missos. Inter quos, erant qui se Magistros vocabant: & more Episcoporum, aquam benedictam in ipsà Civitate Parisiensi fecerunt, matrimonia conjunxerunt, Religiosos & Clericos, vbi poterant, gravabant; & quosdam ex Clericis occiderunt; Parisius, & Aurelianis, quosdam spoliantes, & quosdam verberantes: nec erat qui eis resisteret. Sed, infrà breve tempus, sicut fumus evanuerunt. *Hanc fœdam historiam paullò aliter narrat Massæus ad annum 1251. Venit (inquiens) in Picardiam quidam Magus, prolixâ barbâ, inculta veste: prædicavit Rusticis recuperandam Hierusalem per pueros, quos ibi ad triginta millia dicitur collegisse. Ingressus Parisium, resistentes sibi quosdam Presbyteros interfecit. Crescente numero deceptorum perrexit Bituricas: corrupit Virgines: violavit Matronas: Ecclesias spoliavit. Ibi tandem suspensus est patibulo cum Principibus suis. Hæc ille. Legatur etiam Io. Tilÿ Chron. ad annum 1251.*

Anno Domini M. CC. LI. Innocentius PP. de Lugduno recessit, vbi septennium ferè compleverat.

☞ Canonizantur eo tempore Sanctus Emundus Cantuäriensis; & Beatus VVillelmus Bituricensis, Episcopi & Confessores. Item,

† Sanctus Stanislaüs Episcopus de Poloniâ. Et, Sanctus Petrus, de Ordine Prædicatorum; Martyres Ihesu Christi. *De S. Petro Veronensi, vide Massæum, in Chron. ad annum 1252.*

Moritur Regina Franciæ Blanca, Mater prædicti Regis S. Ludovici. *Anno 1252. apud Io. Tilium.*

Oritur turbatio Vniversitatis Parisiensis contrà Parisijs studentes Religiosos Iacobinos: sed, per Sedem Apostolicam debitum finem accepit. *Dissidÿ origo fuit ex eo nata; quòd Dominicani, suis freti Privilegÿs, Academiæ se legibus renuerent subÿcere Parisinæ.*

Christianissimus Rex, *S. Ludovicus*, de transmarinis revertitur: Religiosis adhæret; pacem in regno reformat; eleemosynas facit; salubria statuta edit, eliminari studens è regno, jurando DEVM blasphemantes. Scorta Villarum, *hoc est, Vrbium*; vsuras Iudæorum; acceptiones munerum à suis Ballivis; hæc omnia studuit eliminare.

Blasphemis,

Blasphemis, & in vanum DEI Nomen assumentibus, lege latâ, in fronte cauterium inussit. Valetudinarium amplissimum proximè Ædem Divæ Virginis exstruxit. Illustrissimum, & planè Regium Sancti DionysI Asceterium in Franciâ vt nunc stat, & visitur, Sanctus idem Rex instauravit. Ex Io. Tilio.

Manfredus, Filius Frederici quondam Imperatoris, Siciliam occupat: & Apuliam, & Calabriam contrà Ecclesiam obtinet. *Friderici nothus hic fuit Monfredus, seu Manfredus, qui, & Conradum Henrici Regis Neapolitani Fratrem, legitimumque Filium Friderici veneno sustulit; & postmodò, vtriúsque Siciliæ, quà vi, quà dolo se constituit Regem. Vndè Alexander PP. id nominis Quartus, Ecclesiæ hostem impium illum esse denunciavit; & audaciam effrænatam eiusdem Tarentini nothi repressurus, injusto huic velut hæredi, (quique animos hominum errore occuparet de morte Conradini Conradi Filij, & iusti hæredis, in Germaniâ tunc agentis,) bellum Sacrum indixit, anno 1255.*

Item, Principum Alemanniæ *(ait Chronicon Monachi Galli* MS.) quidam Richardo, Fratri Regis Angliæ; quidam verò Regi Castellæ, à se electis adhærent.

Item, Rex Aragonũ, Filiam suam nomine Isabellam, * Neptem Beatæ Elizabeth Theutonicæ, dat vxorem Filio Regis Francorum: & quitat ei in perpetuum, quicquid habebat in Civitatibus Carcassonæ, & Biterris, & Amoliano, & in Diœcesi Numatensi. Rex verò Franciæ, quitat ei vicissim, quicquid in Comitatibus de Besando, & Emputiarum, & Rocilionis, & Brhinoni, & Cathaloniæ requirebat. *Vide quæ paullò superiùs ad annum Domini M.CC.XLII. in id argumenti à nobis addita fuêre, vt res hæc clarior evadere posset.*

* Seu Elizabetham.

Item, in Diœcesi Lugdunensi, quidam cupiditate turpis lucri tractus, peregrinum Beatæ Mariæ interficit. Cuius interfectoris cultellus, quàmvis frequèns extersus; arenâ confricatus; aquâ lotus; sanguinem stillare non desinit; quoúsque peregrinus invenitur, & sepelitur; & suspenditur homicida.

† Prodigia.

Eodem tempore, inter Lugdunum & Viennam, super Rodanum, in Villâ, quæ dicitur Anahou, natus est puer habens caput, barbam, capillos, pellem, & virilia ad modum hominis triginta annorum: & vixit circiter duos annos. †

Eodem tempore, Mecha, Civitas in quâ Machometus conditus erat, igne cœlesti combusta est.

Facta est contentio inter Ianuënses & Pisanos: & multi occisi: & galeæ

galeæ * combustæ:& eorum vici in Accon destructi. Pisani autem prævaluërunt, Venetis adjuvantibus eos.

* Seu, Triremes.

Anno Domini M. CC. LIII. fundatur Parisijs Collegium Sorbonæ, à Roberto Sorbonio.

Anno Domini M. CC. LIV. Cometes in Germaniâ per aliquot menses visus. Ventus præter solitum vehemens, silvas, casas, domos, arbores evertit. Cùm ad montem Attinum collatis Florentinorum & Pisanorum signis decertatur; monstrum in agro Veronensi editum est ex equâ, quadrupes, humano capite. Ad cuius murmur, vagitum, & confusum humanæ vocis sonitum accurrens ruris illius accola, & novo attonitus spectaculo, exerto ingenti gladio monstrum occidit. Hanc ob causam ad Iudicium tractus, & de monstri origine, & de occisi causis interrogatus, rei horrore, atque abominatione id tantùm se respondit egisse: omnemque suspicionem hoc responso adimens, absolvitur, & liber dimittitur. †

Anno Domini M. CC. LV. Mare Anglicum præter morem despumans excrevit. Cometes ingens visus. Hæc & alia prodigia subsequuta est apud Anglos Antistitis Eboracensis VValteri mors, qui magnâ virtute ac pietate suis præluxit: eámque Pontificiam dignitatem annos quaterdenos prudentissimus administravit. Ex Chronicis prodigiorum, Autore Conrado Lycosthene.

Anno Domini M. CC. LVI. moritur Henricus Lusignan, primus Rex Cypri. Regnavit annis XXXIII. *Hæc Chronologus MS. Gallus, cuius sunt & quæ subijciuntur.*

Anno Domini M. CC. LVII. A Festo Pentecostes vsquè ad Nativitatem Domini, in Italiâ, & totâ Galliâ, tanta inundatio pluviarum fuit; quod pontes, & Villæ multæ, & sata destructa sunt; & sata colligi, nec alia seminari valuerunt.

Anno Domini M. CC. LVIII. Tartari ceperunt potentissimam Civitatem Baldac, *(quibusdam olim Babylonem dictam,)* Caliphà, *seu Sultano* Saracenorum occiso. Christianos autem reservaverunt ibi. Post, Iconium, Alapiam, & Damascum devastant. *Mesopotamiam sibi subijciunt totam. Addit Ioannes Leo libro 3. historiæ Africanæ.*

Anno Domini M. CC. LIX. Parisius, facta est pax inter Reges Franciæ & Angliæ. Nam Rex Angliæ, de expressà voluntate Fratris sui Richardi, Regis Alemaniæ, & Sororis, & Filiorum; & Principum, & Prælatorum Angliæ consilio, quitavit in perpetuum, quicquid

quicquid juris requirebat in Ducatu Normaniæ, & Comitatibus Andegaviæ *a*. & Turoniæ, & Pictaviæ, *b*. & eorum finibus. Rex autem Franciæ S. Ludovicus, dedit ei magnam summam pecuniæ, recipiens eum in Fidelem suum, & Parem Franciæ, vt Aquitaniæ Ducem, vbi idem Rex Henricus, præsentibus Prælatis, & Principibus vtriusque Regni, fecit ei, homagium cum juramento, pro Burdegalà, *c*. & Bayonà, & terrà VVasconiæ, & cæteris; quia, de *d*. Limovicensi, Petragoricensi, *seu Petrocoriensi, Perigueux*, Caturcensi, *seu Cadurcensi, gallicè Caörs*, Agennensi, *seu Aginnensi, gallicè Agen*. Xaactacensi, & Santonum, *seu Mediolani Santonum, gallicè Santonge*, Episcopatibus, Rex Francorum Ludovicus, tunc, *e*. superaddidit ei: *vt Franciæ Beneficiario. Hæc pacta inter Reges Franciæ atque Angliæ conventa prolixius habeto ex Annalibus Franc. Guillelmo Nangis, P. Æmilio, Matthæo Paris, Polydoro, in Henrico 3. sub finem; & docto Genebrardo.*

a. Ap. al. Cœnomanensi. vernaculè, le pays du Maine.
b Gallicè, D'Angers.
c. Bourdeaux. Sup. S. Ludovico.
d Seu Lemovicensi, Limoges.
e Anno Domini M. CC. L X. legitur in notatione marginali Codicis MS.

Erant autem tunc temporis, quatuor Fratres, scilicèt, Rex Franciæ, *S. Ludovicus*, & Karolus, Comes Andegaviæ, (*seu Andium, vel Iuliomagi Andicavorum, Ptolemæö, Α'νδικαυῶν, vernaculè, d'Angers*,) & Henricus 3. Rex Angliæ, & Richardus, Rex Alemaniæ, Fratres. Qui, quatuor Filias Comitis Provinciæ habebant in Vxores; & liberos multos ex illis.

Anno Domini M. CC. LXI. Institutus est Ordo Fratrum de pœnitentià Ihesu Christi apud Massiliam, *Vrbem Græcorum Phocensium*, * *vulgò Marseille*. De speciali mandato Alexandri IV. Domni PP.

* Ex Valerij Maximi libro 2. cap. 6.

Anno Domini M. CC. LXII. vel, 61. Indictione 4. 25. Maij, Alexander IV. PP. moritur in Festo S. Vrbani. Et post, in Decollatione Beäti Iohannis Baptistæ, Vrbanus IV. eligitur, Trecensis natione, ex Patriarchà Ierosolymitano.

Vrbanus hic, (ex autoritate Platinæ, P. Æmilii, & docti Genebrardi,) loco quidem humillimo in Trecassibus natus erat, Patre veteramentario; exstitit nihilominùs animi certà indole nobilissimus, & Perusiæ Pontificatum injt Summum; quod Vrbs Roma contenderet Imperio se Pontificis Maximi solutam, ac proindè Prætorem acciviſſet Senatoris nomine decoratum, à quo & ipsa regeretur. Manfredus Friderici nothus, quiquè per vltimum scelus partum, pari pergeret scelere augere, hàc tempestate, Siciliæ Tyrannus, Sarracenorum auxiliaribus copijs ingentibus Picenum occupàrat. Vrbanus itaque eo nomine Quartus Pontifex Max. Francorum, (qui

 ad

ad bellum Syriacum iam dederant nomen) strenuissimâ ope Piceno Saracenos pellit: Carolúmque S. Ludovici Fratrem extemplò evocat ad spem Siculi Regni. Brancaleo tunc temporis Bononiensis Civis cum imperio summo Senatorem Populi Romani agebat. Rogatus ergò Carolus Andium Comes illustris Romam advolans, munus Senatorium adijt, dùm à Pontifice Max. Ierosolymitanus, Siculus, & Neapolitanus Rex declararetur; imposito vectigali aureorum millium quadraginta, Pontificibus Romanis in singulos annos numerandorum. Hæc ardua magno animo auspicatus est Carolus Andium Comes primùm, Deo, & Pontifice Vrbano IV. autore; feliciter perfecit Clemente IV. eóque Gallo, è Provinciâ Narbonensi, Pontifice, virtute, authoritatéque verè Summo; quo, Carolus Andegavensis Regni titulo nitens, in Manfredum, quem, neque proposita ἀμνηστία præteritorum, in ordinem; neque DEI timor, ad cor revocaret, instructas copias duxit: demúmque collatis ad Beneventum signis cum eo acerrimo Apostolicæ Sedis hoste conflixit; & victo, casóque Tyranno, est Regno potitus. Sed & ab eodem Carolo novus in Etruriâ repertus hostis Conradinus Conradi Filius, qui iure Patris ad se Siculum traheret Regnum; ac postea Neapoli casus est: atque ita tandem pax Italiæ parta.

Summi Pontificis Vrbani IV. res repeto gestas: qui anno Christi 1262. interdicto subiecerit Mediolanum, quòd Episcopum reijceret Othonem, quem tamen receperit postmodò anno Christianæ pietatis 1267. Legantur hæc apud Donatum Bossium, & Paulum Iovium. Nos intereà temporis, redeamus nostrum ad Gallum Lemovicensem (vt videtur,) Chronologum Anonymum MS.

Eodem anno, Constantinopolis, à Græcis, proditione capitur. Prædictus Vrbanus XIV. Cardinales eligit. Inter quos fuerunt Annibal, Ordinis Prædicatorum, & Guido Cisterciensis, Magistri in Theologiâ: & Guido Fulcodij, Narbonensis; & Henricus Ebredunensis; Archiepiscopi, & Magni Viri in Iure. Item, duo Consiliarij Regis Franciæ, Eboracensis Episcopus; & Thesaurarius Turonensis.

Vrbanus PP. Festum Corporis Christi instituit.

Anno Domini M. CC. LXIV. Cometes terribilis per mensem Augustum & Septembrem apparuit. Et Vrbanus PP. in Festo Beati Hieronymi moritur, vel 2. Octobris. Et post, in Festo S. Agathæ, Guido Sabinensis, Episcopus eligitur, & Clemens IV. est vocatus.

Sarraceni, de Africâ in Hispaniam transfretant. Quibus iuvantibus,

tibus, Reges Murciæ & Granatæ, contrà Regem Castellæ rebellant; & multos Christianos occidunt.

Item, Baronibus insurgentibus; Reges Angliæ & Alemaniæ, *Henricus, & Richardus*, Fratres, & eorum Filij capiuntur. Sed, Dominus Edoärdus, Filius Regis Angliæ, *Henrici 3.* de captione evadens, iteratò cum eis confligit, & Reges liberat; & Comitem Leicestriæ *a-* * Henricum, cum Filio suo, Cognato eiusdem Edoärdi, & multis alijs occidit.

* F Liecestriæ.

* Ducatus, Lecestria postmodò fuit.

Karolus, Frater Regis Franciæ, Mediolanorum & Romanorum Senator factus, contra Manfredum Siculum, de mandato PaPæ, cum multis Crucesignatis, pugnat in campis Beneventanis: eum, cum multis occidit: ab Ecclesià Romanà in Regem vnà cum Vxore suà coronatur; & Tusciam, & Campaniam, & Apuliam, & Calabriam, & Siciliam, & magnam partem Italiæ Ecclesiæ Romanæ subdit; & sibi.

Quarto eiusdem Clementis IV. PP. anno, scilicet, Anno Domini M. CC. LXVIII. Corradus, *sivè Corradinus*, Nepos * Frederici olim Imperatoris, suorum Patrum sequens vestigia, parvipendens Domni PaPæ excommunicationem, contrà Ecclesiam, & contrà Dominum Karolum, tunc Regem Siciliæ insurgens, cum Theutonicis, quos habebat, quàmplurimis, Lombardis & Tuscis sibi adjunctis, pervenit vsquè ad Romam. Vbi, cùm Imperiali more, solemniter receptus fuisset; adjuncto sibi Senatore Vrbis, & quàmplurimis Romanis, Regem Karolum debellaturus, Apuliam intravit. Sed post durum Campestre bellum, Corradus, *seu Conradinus, Conradi Filius*, & quidam Dux Austriæ, *Alemanus*, *ipsius Cognatus*, & multi Comites, & Nobiles, in fugà capti per Karolum Regem, vnà cum proditoribus ipsius Regis, *& multis nobilibus* decollantur, Anno Domini M. CC. LXVIII. in fine Augusti: *sicq; familia extinguitur Suëvorum.*

* Ex Conrado Filio.

Multo sanguine vtrinque fuso, à Karolo parta victoria stetit. Conradini numerosum exercitum auxerant Gibellini. Erat, & ipse, anno 1267. à Pontifice Romæ liberaliter exceptus, & Prætor constitutus, Alfonsi Castellæ Regis Frater, Henricus, Conradinum Suëvum secutus. Loco pugnæ designato, haud procul à Lacu Fucino, magnis vtrinque animis certatum totis tribus fuerat horis. Cùm verò solutis deniquè ordinibus, iam se pro victore gereret Conradinus, in insidias, mira pellexit arte Tyrannum Conradinum, Carolus Sancti Regis Ludovici IX. Germanus, Germaniæ Regem:

 quem

quem victum, supplicio affecit extremo, ex fugà retractum: & Siculos, qui viderentur hostili esse animo, firmissima præsidia (vt in officio continerentur,) in arces, & Vrbes munitiores immissa circumspectiùs, excipere iussit. Quæ subduntur, sunt Chronologi Galli MS. *Lemovicensis.*

Hic Clemens, canonizavit cum magnâ solemnitate, Viterbij, Sanctam Adwigam, quondam Ducissam Poloniæ, miræ sanctitatis, & devotionis Viduam.

Iste Clemens IV. Guido Fulgodij vocatus, natione Provincialis, Vxorem, & liberos habuit. Primò, fuit famosus Advocatus, & Regis Franciæ Consiliarius. Demùm, vxore mortuâ, propter vitam & scientiam laudabilem, primò, Podiensis Episcopus, & post Narbonensis Archiepiscopus; tandem Sabinensis Episcopus Cardinalis efficitur. Et, cum post ea, in Angliam, propter pacis reformationem, ab Vrbano IV. PP. prædecessore suo Legatus missus fuisset: absens, à Cardinalibus Perusij in PaPam electus est.

Id famà monitus vbi statim rescivit Clemens, clàm fugit in habitu mendicantis, ne Pontifex fieret; at, Perusij comprehensus, Papatum suscipere compulsus est: *Hæc attexuit Christianus Massæus, Matradelphi mei DN. Arnoldi le Massy, Sacræ Theologiæ Doctoris, Regijq; in Academià Duacensi olim Professoris, Insignis Ecclesiæ Collegiatæ Divi Amati Duaci Decani, &c. Cognatus; Chronici Chronicorum Mundi libro 17. ad Annum 1264. quo Clementem hunc, virum sanctum celebrat, & prædicat eumdem quoque Prophetico spiritu donatum.*

Hic *(aït noster Chronologus Lemovicensis* MS) ieiunijs, vigilijs, & orationibus, ac alijs bonis operibus intentus sic fuit, quòd multas, quas tunc Ecclesia sustinebat tribulationes, DEVS, suis meritis creditur extinxisse. Hic, sedit annis tribus, mensibus novem, diebus triginta. Mortuus Viterbij, sepultus est in Ecclesià — — — & cessavit Sedes, *seu vacavit, (ex authoritate Massæi,)* biennio, & mensibus novem, & diebus quatuor: *cùm de Successore Clementi 4. substituendo, (qui tandem Gregorius X. Placentinus, Vir Sapiens, & integer, fuit,) inter Cardinales minimè conveniret. Sed & vitâ, Regnóque Francorum sanctissimo est obitu exutus Ludovicus Nonus, biennio post: hoc est, anno salutis 1270. quo, & Edoardus, Angli Regis Filius, in Asiâ tantùm non fuerat, ab Assassino, barbaro sicario, trucidatus: & Sanctus Rex Franc. Ludovicus 9. Philippi 3. Audacis dicti Pater, in Africam opportunè transportatus, non illam quidem Tyriorum Coloniam antiquam, (Carthaginem*

ginem aiebam,) sed eius in ruinis Vrbem restitutam, aut non procul indè sitam, gravi presserat obsidione, vt etiam debellatis in acie barbaris, & Ægyptiorum iam Calyphà victo, deditionem facere fuisset coacta: & idem D. Ludovicus Rex, Tunetani Regis acciderat vires, adeò, vt & ipsa Tuneta Vrbs Regia circumsessa deditionem spectaret; cùm in Francicis castris sæva lues exorta pium quoquè Regem absumpsit, 8. Cal. Septembris. Divinæ providentiæ in eo tunc enituit vis. Famam enim sanctimoniæ Ludovici Regis exitus hic in speciem funestus, non modò non imminuit, sed & auxit. Regiâ siquidem auditâ morte, Castris funestis, S. Regis Frater Carolus Rex Siciliæ, Anglúsque peropportunè è Syria supervenit. Quæ res, barbarum Regem multis cladibus, malísque domitum compulit ad pacis conditiones, & annuum pensitandum tributum, aditu præter-ea, in Africam Evangelij Sacro-sancti præconibus patefacto. Eâdem tempestate, Sanctissimarum familiarum duarum, Lumina Sacra duo, Benedictinus primùm alumnus, exindè verò Dominicanus Thomas Aquinas, qui, ea & docuit, & scripsit, quibus jure optimo Angelici Doctoris nomen est consequutus; & Sanctus ille Franciscanus Bonaventura, vterque, Lutetiæ Parisiorum Doctoratus Theologici honore donati, enituère.

Abstinebo multis dicere, per ea tempora, Gregorium X. Concilio indicto Lugdunensi Christianorum Principum plerosque convenisse: frequentésque interfuisse: neque Græcum Imperatorem Michaëlem 8. Palæologum officio defuisse: Græcos Antistites, Tartarorúmque proceres nonnullos adfuisse: Græcos ibi, de processione Spiritus Sancti Latinis auctore Palæologo assensos, Pontificem Romanum communem humani generis Parentem venerandum agnovisse: Sacro baptismate Tartaros expiatos; Imperium Græcum Michaeli 8. Palæologo adjudicatum fuisse. Cætera eo acta & decreta Concilio mille Patrum, & amplius videantur apud Gregoram, initio libri quinti; Onuphr. Pakimerium; Blondum; Platinam; P. Æmil. Guillel. de Nangis; Genebrar. Bellarminum de Concilijs; & 6. Decretal.

Porrò, Regibus Francorum Ludovico VIII. & Ludovico IX. Parente & Filio; Ecclesiæ Romanæ Pontifices Summi præfuère, Honorius 3. Gregorius 9. Cælestinus 4. Alexander 4. Vrbanus 4. & Clemens 4. Cuius in obitu beato Chronologicum hocce suum Opus MS. *Anonymus hic Autor sæpè sæpiùs à nobis productus, & ab eximio Doctore Theologo DN. Geórgio Colvenerio, Viro sapiente ac integro approbatus, iam absolvit. Quem equidem Chronologum haud ità difficilè Gallum, Lemovicensem, & eumdem fortassis etiam Ascetam eò existimàrim exstitisse; quòd is ipse, ad annum Dominici Natalis M. CC. XXX. nobis assertum sua reliquerit manuscriptione;*

ſcriptione; ſe, vnâ die, ſemel in ſuo Cœmeterio Sancti Geraldi Lemovicenſis, vidiſſe Centum pauperes, tam igne ſacro, quàm peſtilentiâ extinctos ſepeliri: frequentiùs autem XXX. & L. *Cùm autem Opus eius Chronologicum, avi, quo idem vixit, & ſcripſit, ſtylum planè aſceticum præſeferat; quidni & ipſum eumdem conijcere liceat Ratiaſti, ſeu Apud Lemovices aſceticam eſſe vivendi rationem profeſſum? Accedat: Quòd, cum ſuis ſuperioribus terminis, ad annum Ieſu Chriſti 1230. velut oculis, ac ſenſu ipſo nos perſpicere ſuum Ratiaſtum*, * *ſeu ſuam Vrbem Lemovicenſem ſævâ lue adeo infeſtatam; vt, peſtilentis vis aëris in dies ſinè levamento paſſim iſthic graſſaretur; pænèq; omnia popularetur: is ibi moras non videatur tracturus fuiſſe, niſi ſtabilitate loci ſanctè juratâ, & integræ obedientiæ voto, arctioréque vinculo iſti loco fuiſſet adſtrictus. Virum ſiquidem hunc prudentem, ſcribendi peritum, Reipublicæ vtilem, & gravem, omni dubio procul, iſtâ in Vrbe, inclementiſſimè fermè exhauſtâ, perſonam ſuſtinentem, nequaquàm potuit latuiſſe, adversùs hocce contagioſum impendentis tanti periculi, malíquè adeò acerbi genus, antidotum certius, præſentiùſque remedium eſſe nullum; quàm, ſi cuipiam circumſpecto integrum, & fuerit valetudinis curandæ ſtudioſo liberum; ocyſſimâ ſibi procul indè ſalutem quærere fugâ. Vir impensè litteratus, quique medicinam penitùs novit, Clariſſimus, & expertiſſimus Dominus Ludovicus Gardinius, id nos perdocet ſuo illo (quod Duaci extat editum Anno 1631.) contra peſtem Opuſculo methodico. Is enim, capite nono*, Quomodo præcavendum ſit, nè cauſæ internæ peſtis producantur: & ſimul; Quomodò muniendum ſit corpus, nè peſtem concipiat, vel recipiat: *Concluſione primâ:* Vis *(inquit,)* tutiſſimò aërem peſtiferum præcavere? hæc exequitor. Citò, longè, tardè. Citò fuge; longè recede; tardè revertere. Nam, qui in prælium non deſcendit; in prælio non occumbit. *Hæc in Almâ Vniverſitate Duacenâ Doctor inſignis, & Regius Profeſſor Medicinæ DN. Lud. Gardinius: cuius præclaram in medicis præceptionibus doctrinam ſatis, ſupérque abundè declarat ab eodem nuper productus liber, & inſcriptus*, Anima reſtituta. *Hoc enim, veluti clypeo impenetrabili protectus, cum ſuo antagoniſtâ in arenam itâ feliciter deſcendit; vt exindè noſtro idem inclaruerit ævo. Quòd porrò Anonymus noſter Chronologus* MS. *ex Vrbe Lemovicenſi, in quâ peſtis ſæviſſimè graſſaretur, paſſimque debaccharetur, ocyùs, & procul non aufugerit, eòdem tardiùs reverſurus; id eò factum fuiſſe ſuſpicio ſatis eſt gravis; quòd, is ipſe, ibidem fortaſſis monaſticen profeſſus, clauſtrali obedientiâ, & juratâ id loci ſtabilitate præpeditus, citò indè fugere, longéq; recedere prohiberetur. Aliàs namque, in ipſum illud*

* *Vernaculè*, Limoges.

illud quadrare potuisset : Qui amat periculum, peribit in illo. *Hic quidem noster est sensus. Quisquis eum me melius norit, prodat; pretiumque operæ facturus, edocere velit. Agendum monebat Poeta inquiens*:

Scire tuum nihil est; nisi te scire hoc sciat alter.

Intereà temporis pollicitis obstrictus, Sanctum repetere cogor Ludovicum 43. Regem Francorum, qui (Princeps, præter cætera, pacis inter suos, & Iustitiæ studiosissimus, ab omnibus historicis Scriptoribus meritò laudatus,) annis rexerit 44. optimisque Regnum suum legibus adornârit. Hoc denique, ac ipsius Parente Ludovico Octavo Regibus Francorum, Orientis Imperium tenuêre, Petri Imperatoris Filius Robertus; Balduinus 2. Mortuo verò in Asiâ Theodoro Lascarę, à Patriarchâ, Nicææ in Asiâ anno 1255. coronato: Filióque sexenni Ioanne Ducâ relicto anno 1258. Michaël Comnenus Palæölogus ad se tutelam pueri Principis derivavit; Dominóque Thessaliæ victo Michaele, primùm sibi ad Imperium Orientis gradum comparavit, Despotæ tunc dignitatem adeptus, quæ Regiæ proxima esset. Anno autem sequenti 1259. Ioännem Ducam septem annos natum iurejurando in Iuris sui cessionem cùm adegisset Palæölogus Grecorum Dux, Genuensi classe subnixus, per proditores Cives, & vrinatores (vt aiunt,) noctu patefacto ingressu, Bizantium cepit, vndè & Latinos ejecit. Latinus Augustus, Balduinus, Secundus, desperatis rebus, à Venetà classe nudus profugit. Ita-que ad Grecos demùm redijt Imperium Constantinopolitanum anno 56. (inquit Gregoras,) post captam Vrbem à Francis. Massęi Chronicon profert Constantinopoleos à Grecis receptæ annum 1261. Paulus Æmilius; 1258. At annus receptæ iam à Græcis Bizantinæ Vrbis exstitisse videtur fermè 60. quàm abiërat ad Latinos. Labare autem occœperat Venetorum armis fractus Michaël Comnenus Palæölogus, cùm odio fortasse Venetorum, vel factà præmiorum spe, opem Palæölogo Genuenses attulêre; eidémque Cæsari Orientale Imperium, Veneta vi repulsà, firmavêre.

Occidentis Imperator, temporibus Regum Franciæ Ludovici 8. & 9. fuit: Fridericus 2. Ænobarbi Nepos, & Henrici VI. Filius: quem certum est, improbitate cum Avo, & Patre Henrico certâsse: in Pontificiam Honorij ditionem impetum fecisse: Honorium ei decus, & Augusti nomen abolevisse; piorumque congressu & Sacris, non sinè solennis ignominiæ notà, interdixisse. Qui legere voluerit

lucrit cum Nauclero & Trithemio, Cuspinianum & Aventinum; intelliget non deesse Scriptores historicos, qui ab huius Friderici abdicatione, velint per annos duodetriginta Imperium Occidentis vacasse.

Nunc igitur, antequam cæterorum Cæsarum nostrorum seriem producamus in hunc usque annum, (prout ab ipso statim exordio Παραλεγομένων nostrorum,) seu Prolegomenῶν; (non autem Prolegomενῶν, vti mendose passim legunt Prælectiones nostræ ad Andreanam Synopsin,) recepimus nos facturos: instituti quoque nostri ratio, ab ipso etiam initio editæ Synopseos huiusce Franco-Merovingicæ spontaneè à nobis susceptæ, suadet, ac exposcit: vt, & in hunc vsque diem, Francorum Regum nomenclaturam, & annos cuiusque Regni, certo quodam compendio complectamur, & hoc loco aptiore subijciamus. Hanc nobis suam non reijciundam operam, positis ad singulos ordine Reges suis quibusque Distichis, ab obitu ter-felicissimo Sancti Regis Ludovici Noni, lubens eccum navare auspicatur Bartholomæus à. Chasseneo, humanorum Iurium Doctore, Fiscali Hęduensis Pręsidiatus Patrono, in suo Catalogo Gloriæ Mundi, 1. par. fol. 6. hoc suo stilo, & succincto modo.

Ludovicus Sanctus.

Sancte quater decies annis cum quinque peractis,
Imperium meritò iam, Ludovice! tenes.

Philippus posterior; *Audax dictus. D. Ludovici Filius Francorum Rex 44. anno 1271. salutatus.*

Vixit inauditâ Regno probitate coruscans,
*Posterior, septem lustra * Philippus habet.*

* Apud alios Chronologos, 15. an.

Philippus Pulcher, 45. Franc. Rex, & Navarræ, anno 1285. vel 86. ex Io. Tilio.

*Iàmque quater septem Pulcher conjunxerat annos:**
Tunc immaturâ labitur vmbra die.

* Ap. al. 29. annos lego.

Ludovicus Hutinus, seu tumultuosus, 46. Fr. Rex, & Navarræ, èo nomine quintus.

Per binas hyemes Regni vix sceptra feruntur:
Cùm, Ludovice! tibi tristia fata nocent.

Philippus Longus, id nominis Quintus, Franc. Rex, 47. anno 1317.

*Insignis sextum Longus numeraverit annum:**
Gratia cui grato corde virilis erat.

* Ap. al. quintū.

Carolus

Carolus Pulcher. eo nomine 4. Franc. Rex 48. anno 1322.

Carolus hinc sequitur: binâ trieteride Gallis
Præsidet: a. *& pulchro gratior ore fuit.*

Philippus Valesius, Caroli ValesI F. 49. Rex Franc. hoc nomine 6. anno Christi 1328.

Felici, validâ moderaris sorte Valesi:
Bis deciésque tribus sceptra tenere datur. b.

Iohannes I. *Philippi VI. Filius, Franciæ Rex 50.* anno 1351.

Tunc Iohanni nec nono conjungere sextum, c.
Toxica propulsis legibus Angla sinunt.

Carolus V. Ioannis I. Filius; Sapiens dictus. Franc. R. 51. an. 1364.

Carle! decennali sextus quùm jungitur annus: d.
Tunc virtus Gallâ perditur omnis humo.

Carolus VI. Caroli Sapientis Iuvenis & stultus Filius, Franc. R. 52. an. 1380. Quo, Bertholdus è Germaniâ, tormenta bellica, explosione globorum ferreorum opportuna evertendis mœnibus Vrbium adinvenit.

Tristia si numerant florentis tempora Carli:
Hæc deciésque quater, bináque cernit hyems. e.

Carolus VII. Delphinus successit Carolo 6. Franc. Rex 53. anno 1422. vel 23. ap. Tilium. Hunc Angli Biturigum Regulum dixêre.

Sæpiùs ex Anglo victricia dona rebelli;
Ter tria, ter decies Carolus ecce tenet.

Hoc Rege Carolo VII. Victore dicto; puella Lotharinga viginti circiter annos nata, ovesque pascere solita, vno ferè anno restituit rem Francicam, hoste Anglo stupente. Ioänna demùm (id erat nominis puellæ;) dum è Compendio in hostem erumpit, capta Rothomagum abducitur, vbi hoste solo Iudice vitam igne finit, magiæ, religionisque falsæ falsò, (vt videtur) postulata, anno fortassis 1430. Illam demirantur, celebrántque, Pius Pontifex; Antoninus Florentinus; Vignerius, & alij. Successit Carolo VII. meritò Victori nuncupato, anno Christi M. CCCC. LXI.

Ludovicus XI. Eius Filius, Rex Franciæ 54. de quo Chassenæüs canebat:

Ast Ludovicus adest clarus, nec justior illo.
Bis tria, si memini, nunc sua lustra ferunt. f.

a. Annis ap. Io. Tilium: 6. ap. al. nonnullos.

b. Annis 23 ap. Tilium 22.

c Regnavit annis 14. minimè omnium simulator, obijt Londini.

d Mortalitatem reliquit 16. Septembris, in Castro Pulchritudinis ad Saltum Vicennarum anno 1380.

e. Regnavit annis 42.

f. *Annos Regni huic Ludovico tribuunt aliqui 22. Ioan. Til. 23. Ioannes*

nes Galeatius, Francisci Sfortiæ Mediolani Ducis Filius, Ludovico Regi adfuit 16. Cal. Augusti an. 1465. ad Montem Lethericum (Montl'herry.) pugnanti adversus Comitem Carolesium, Philippi Burgundionis Filium. Prælium nox diremit. Carolesius victoriam sibi vendicans constitit in pugnæ loco, quem equidem frequens adij gemino etiamnum Cæmeterio proximè Vrbem Montlhetericum nobilem; hoc, Burgundionum angustiore, illo, Francorum ampliore, consistentibus: frequentésque ibi locorum, præsertim verò Montlheterici, vulgò Montl'herry, habui conciones, Paræcum istic nactus ad pietatem factum, ad omnem humanitatem compositum, eruditúmque Virum, & amicissimum; Dominum N. le Royé diu expertus. Bellum hocce, Bonum Publicum vulgò dictum, prolixè descriptum vide apud P. Æmilium, Philip. Comminæum, Enguerranum, Leändrum, Io. Tilium, & Appendicem ad Palmerinum. Ludovicus XI. vitâ excedens in hortis suburbanis Turonum 30. Augusti An. 1483. Carolum Filium Ambasiæ educatum, annum 13. agentem, habuit successorem, Franciæ Regem 55. Quo de Principe, hoc habeto suâ cum inscriptione sequens Chassenei Distichum.

Carolus Octavus.

Hostibus hic victis, Victor remeavit in Orbem
Carolus: Et Victus post tria lustra cadit.

Ambasiæ repentinâ extinctus morte, Anno Christi 1498. 7. Aprilis, nullo relicto hęrede. Regnavit annos 14. ap. Ioan. Tilium, & alios histor. Scriptores. Huic cognatione proximus, Aureliorum & Valesiorum Dux, successit Franciæ Rex 56.

Ludovicus XII. Pater Populi dictus: Cui Chassenæüs hoc apposuit Distichum postremum.

Bis-septémque tribus Ludovicus præsidet annis.
Cuius & in toto floruit Orbe decus.

Vitâ excessit Anno Iesu Christi 1515. apud Tilium, 1514. Calendis IanuarI: Regni sui 17. anno; masculâ prole relictâ nullâ. Cui ergo Salicà ex Lege Diädema Francicum debebatur, Engolismensium Dux, regnat annis 32. Mensibus 3. & sex diebus:

Franciscus Valesius Primus, Franc. Rex 57. Cui Metricum hoc Encomium Bartholomæus Chassenæus appendit.

Iam Franciscus adest Gallis: generosior illo
Alter, & in Franco non fuit Orbe prior.
Magnanimus bello, (lustris vix quinque peractis,)
Cùm decorat meritum parta corona caput.

Helvetios

Helvetios dextro domuit qui Marte rebelles,
Oppida victrici trusit & alta manu.
Imposuítque potens Anglo qui fræna feroci,
Sedulus: Hic patrio ductus amore nimis,
Italiam petijt. Francum remeävit in Orbem
Sæpius. Et pulsis hostibus vltor adest.

Philippo Valesio Rege Franco, verè Catholico Principe, Anno Iesu Christi 1347. cum Anglus Calesium, seu Caletium, vulgò, Calais, *post diuturnam obsidionem deditione recepisset; Civem Gallum Vrbe expulisset; Anglos introduxisset; Andernense Monasterium, Operosum opus fœdè laceratum est, & vastatum cum locis dejectis compluribus Caleto vicinioribus, vt proïndè Abbam suis cum Monachis sese in Vrbem Ardeam, salutis ergò, recipere oportuerit. At fuerat subindè res Andrensis nonnihil restituta: Cùm ecce hoc Rege Francisco, animi excelsi principe, Henricus Anglus Rex, eo nomine Octavus, Lutheri vocem secutus in Angliâ suâ, Pontificis nomen, & memoriam sublaturus, palam ab Ecclesiâ deficiens, se in illo Londinensi Concilio Ecclesiæ nominat Caput; & eo nomine multatos exilio Ecclesiasticos bonis exuit; Sacerdotiorúmque fructus, & decimas vsurpat. Captáq; Bononiâ, cædes Anno Domini 1543. & 44. & strages crudeles in agro Boloniensi edit: Ardeam vsque omnia ferro, igne, rapinísque miserrimè devastat, ac diripit: homines in miseram servitutem abducit. Dixisses calamitosum illum continentis ad mare tractum totum tormentarij pulveris solius esse. Sæpè iam igitur sæpiùs Anglicanis armis, varióque ab hoste tentatum & occupatum nobile hocce Asceterium Benedictinum Andrense, seu Andernense, S. Salvatoris, & Sanctæ Rotrudis, seu Sanctæ Matris nostræ Rictrudis nominibus, ab Illustri Comite Gisnensi Balduïno, id nominis primo, inter Gisnam & Ardeam conditum, & à Gerardo Episcopo Morinensi solenni ritu nuncupatum, anno Christi M. LXXXIV. (hæc alibi attigimus,) denique ità refertur solo æquatum; vt hoc, qui nunc agitur, anno Dominici Natalis 1632: Campus sit, & seges luctuosa, vbi olim Abbätia sita exstitit Andernensis, ad Capellam antiquissimam Sancti Medardi, hanc epiclesin sortitam, quòd ea modicum esset antiquitùs Sacellum, in Villâ dictâ vulgo,* Andernes, *proximè Ardeam,* (la Ville d'Ardres,) *hodiéque Diœceseos Boloniensis Morinorum.*

Ex Polydoro, Paulo Iovio, & alijs.

Id me commonitum officiosè voluit R. Dominus, D. N. Natalis Gantois, Presbyter, Ecclesiæ Cathedralis Boloniensis Morinorum Canonicus, & Reverendissimi Domini N. Boutilier, Boloniensis Morinorum Episcopi, per Artesiam, Archidiaconus, Andernensisque Monasterij Magnus Vicarius.

rius. Vir in suo rerum exercitatissimus, & cuius virtutes, insignémque doctrinam hic ego quidem non prædico, quòd ea sese in immensum efferant: ac proindè mihi vocem, obducto velut clathro penitùs intercludant. Monuit idem suas per doctas, & suaveis ad me litteras aliquoties Boloniâ destinatas, Andernense hocce Asceterium, inter Villas quondam Gisnam, & Ardeam operosè constructum, ex quo tempore bellicorum Anglicorum præsertim sævâ iniuriâ funditus eversum, ac dirutum est, in Ardea Oppidulum pervetus, atque ipsâ solius vel Loci situ munitissimum esse translatum, Locóque satis accomodo & amæno potiri, vbi duo è Clero Ardensi selecti Presbyteri Monachorum subeant vices, divinúmque officium horarium dietim persolvant, atque divinis Sacris per vices operentur. Qui verò isti, pro tempore, Commendatarius Abbas Monasterio præsit, nobilibus scripsit ortum Maioribus, Godefridúmque dici d'Espinoy, Laudunensem: Patrimonium autem Ardernensis Ecclesiæ Benedictinæ dissectum, variè distractum, eiusdémque hodiernam supellectilem, atque rem domesticam adeò curtam, & exiguam superesse; vt eius annuus census, ægrè bis millenas & quingentas libras Francicas, seu florenos nostrates superare possit.

Quæ porrò nobilitatis avitæ insignia Cœnobium Andernense gestet; petendum, & constantiùs apud nos id esse suadet, ex assertione inclyti Toparchæ D'Embry, Andernensis pro tempore Baronis, & Comitis de Broye, propè Bethuniam agentis, cui generosus, & illustris Genitor obtigerit Domnus Gasto &c.

Hæc R. Dominus N. Gantois, prænominatus; qui pridem mihi, (quà degustatis, in nobili Prioratu Villercìacensi Benedictinarum, ad Amblevillam & Chaussiacum in VVlgossino Franciæ Prioratu, egregij ingenij monimentis, quà eiusdem incredibili perspectâ morum ingenuâ comitate,) vnicè charus est.

Cùm verò non desint viri etiam doctissimi, qui rem, tametsi apud nos minimè dubiam, argumentando dubiam facere tentârint, cùm ego Lutetiæ Parisiorum agerem, in Divi Dionysij Areopagitæ, celebri Prioratu, De Carcere dicto: (de quo pluribus egit Παραλειπομένων nostrorum Opusculum;) negantes, Corpus Sanctæ Matris nostræ Rictrudis conditum quiescere apud Marcianenseis, eo iam posse; quòd, luce clariùs probârit R. DN. & Abbas Andrensis, VVillelmus, suo in Chronologico superiore Opere, Marcianis furtim ablatum, illud in Andernense Cœnobium suum, à Conditore Gisnensi Comite Balduino, id nominis Primo, celebri pompâ fuisse devectum, anno Christianæ pietatis M. LXXXIV. & propitio numine, ad

tanta

tanta Principis eò adventum, sacrique pignoris eiusdem præsentiam summâ habitam veneratione, decentique cultu exceptam, Locum hunc, in Andernensi Villâ constitutum, longâ prodigiorum serie coruscâsse. Verumenimverò, licèt demus Corporis Rictrudini sacrum pignus eò clanculum à sacrilego Edituò quodam Anglo fuisse in Andernensem Villam Marcanis asportatum; Templúmque, eo loci piè conditum permultis exindè miraculis, & principum etiam eòdem peregrinationibus virorum clarissimum evasisse: Communis tamen & certissimus est omnium Marcianensium Scriptorum sensus, anno octogesimo quàm in Andernensis Asceterij Ecclesiâ pignus hocce sanctum piè fuisset reconditũ; Marcianas honorificè revectum fuisse, primarióque suo Conditorio restitutum, anno post Virgineum partum sexagesimo quarto suprà cẽtesimum & millesimum; id itâ factum sedulâ pietate curante Rhemensis Ecclesia Archiepiscopo quinquagesimo, Regis Philippi Filio, & Fratre Ludovici Septimi, Henrico Magno, Cistercienfis Ordinis, anteà Episcopo Bellovacensi, pio Sanctissima Rictrudis cultui addictissimo; quique Diva Principis eiusdem religiosissimam familiam Marcianensem singulari semper benivolentiâ complexus fuisset.

Habeo prater-ea fidissimum huius rei testem, Virum admodum pium, & doctum, Reverendum Patrem Hugonem Beeckman, Nobilis Cœnobij Cysoniensis Ascetam, & Venerabilem Priorem; pro tempore verè, iure & meritò, Venerandum Magistrum Xenodochij Beata Maria proximè Siclinium: ex cuius schedis, studiosè collectis è monimentis Ecclesia celeberrima Cysoniensis eruta hac concepta verba produco.

Translatio Sanctæ RICTRVDIS, Martianis facta est, à Domino Henrico, Archiepiscopo Rhemensi, Anno M. C. LXIV. Præsentibus, Andrea; Episcopo Attrebatensi, & multis Abbatibus. Erat tunc Cysonij Abbas Anselmus, qui, circà annum Domini M. C. LX. in circumvicinis locis Monasterij Divæ Virginis in Nemore, vulgò Beaurepaire, (quod subest Abbati Cysoniensi,) plura Monasterio Aquicinctensi, tunc egenti, dedit in eleemosynam, de consensu sui Capituli Cysoniensis.

Hactenus ibi sic habetur. Ioannes verò id nominis Primus, Beati Hugonis successor, cùm Sancta Parens Rictrudis suos revisit, Marcianensi praerat Cœnobio, probatissima vita, pijssimaq́; fama Abba: qui eiusdem Corporis sacra lipsana in thecam argento, auróque fulgentem curavit referri, & pro dignitate tanta Principis adornari. Vnde, ad mentem superioris Scriptionis & Anni Data, sic legunt Dipthyca nostra Marcianensia, haud longè à calce Codicis membranei MS.

Anno Domini M. C. LXIV. recondıtæ sunt reliquiæ Beatæ Rictrudis in Scrinio argenteo toto deäurato, in quo eædem reliquiæ venerantur. IV. Nonas Augusti, à Domino Henrico Remensi Archiepiscopo, qui fuit Frater Ludovici Regis Francorum, & ab Andreâ Attrebatensi Episcopo, presentibus Abbatibus, Martino, Sancti Vedasti; Fulcone, Hasnoniensi; VValtero, Bergensi; Balduinô, Yprensi: Henrico, Sancti Quintini Belluäcensis; astante quoque magnâ multitudine Monachorum, Clericorum, & Laïcorum ante majus Altare Marcianensis Ecclesiæ, die Dominica, Indictione XII. *Quæ cùm ita sese constanter habeant; à vanâ eorum sententiâ prorsùm est recedendum, qui varium huc, illucque animum inclinantes, nequicquam in dubium revocant; sitne Andernensi è Monasterio Marcenas relatum Divæ Parentis nostræ venerabile Corpus. Est; est sanè: eóque Loci sollicitè servatum maximâ in veneratione habetur, ex quo tempore ad suos prædilectos Alumnos Marcianenseis, solemniter revecta pientissima Mater, innumeris opem postliminio Rictrudis sæpè sæpius contulit, vbi de recuperandâ humanitùs sanitate non frustrà desperabatur: exindéque permultis, memorandisque miraculis hocce Illustrissimum Monasterium Marcianense perrexit celebriter declamari. Longè plura, & solidiora Hagiologus noster, (si Deus cœptis annuerit,) hanc in partem pollicetur.*

Sed neque operæ iactura fuerit, quum nunc statim suo iusto fine claudendum sit hoc Opus à nobis, non ex trivio, sed Chronologijs Virorum proborum, & pro avi sui ratione satis eruditorum totum exceptum, & notationibus illustratum, asserere, nec vanum, nec otiosum debere cuiquam videri, quòd Divæ Parentis nostræ Rictrudis Regiorum natalium superiùs paullò tabulas nequaquam duxerimus negligendas. Spectant enim illæ ad discerniculum familiarum Illustrissimarum, quarum etiamnum hodie memoria vivere possit ita videri, vt, quo modo legimus olim in Testamento veteri non licuisse; ita, neque nostro hocce seculo condecet eas miscere. Certè, qui vel leviusculè sacras attigerit Scripturas, intelliget idem planè, Stemmatum quanta, quanta in paginâ Sacrâ religio sit, cum Mater nostra ipsa Sancta Ecclesia, sua conferat decora, & præclara insignia cum Sole, & Lunâ: tandémque, arma sua nobis, & insignia nota volens esse; illa exponit, quæ sint, vt Castrorum acies ordinata. * *Quidni ergò Benedictina Marcianensis familia Rictrudina suæ nobilitatis antiquissimæ, prorsùmq́ Regiæ veteres ortus, illustres progressus, præclarèq́ gloriam concelebrârit propagatam, ostendens tantæ Principis, Illustrissimorumque Parentum eius Arnoldi Cognomento Nobilis, VVasconum Ducis, Comitisque Petracoriorum,*

* Canticorum c. 6.

riorum, & Luciæ Cantabrorum Ducis avitum splendorem, & regia stemmata tot per sæcula perdurâsse? Id reverâ & magnanimitatis, & gentilitiæ ipsorum excellentis nobilitatis ratio sic exegit, vt hodiéque admirabundi accinere ipsis possimus. O quàm pulchra est casta generatio cùm claritate! Immortalis enim est memoria illius.

Fuisse autem postmodò regionum, & Vrbium Aquitanicarum fines immutatos vel hinc liquidò constat, quòd Veteres Scriptores nostri ad vnum omneis asseverent Regij sanguinis & spiritus Sanctam Principem Rictrudem ortu Tolosanam, VVasconiæ finibus exortam exstitisse: cùm nihilominus hodie Tolosâtes ad Occitanos spectent. Distinguenda igitur sunt tempora, vt quadrent omnia, quæ Prolegoménων nostrorum complectitur Opus; quæq́, Silviana, seu Franco-Merovingica tota Synopsis: in quâ, cùm nos, in Sancto Duce, ac Martyre nostro Adabaldo, scripsimus Fratres, & Cognatos Sanctæ Principis Tolosanæ Rictrudis, domo tunc abfuisse paternâ, & strenuam in bello adversùs hostem Sarracenum operam suam navâsse, cùm eò veniens Sanctus Dux Adalbaldus, Tolosanam Principem Rictrudem Arnoldi Cognomento Nobilis VVasconum Ducis, Petracoriorúmque Comitis, & Luciæ Cantabriæ, quæ nunc Navarra est, Ducis perillustris Filiam Conjugem sibi ascivit: nomen hocce Sarracenicum impropriè acceptum à Veteribus nostris Scriptoribus, cùm R. P. Ioanne Buzelino in Annalibus Gallo-Flandriæ ingenuè fatemur eò admisisse, quòd Veteres illos attentiusculè observâssemus, sæpè sæpiùs hostes Fidei, Agarenorum, seu Saracenorum vocabulo designâsse, quo vellent demonstrare excellentis etiam fuisse Ferociæ Afros, seu Mauros, qui, (quod posteà quoque fecère Saraceni, gens barbara, & moribus incondita) frequentes Fretum Gaditanum ratibus trajicientes, Hispanica Regna, Visigothorúmque fines armis tentarent omniáque latè popularentur.*

* Προλεγομένων, seu prælectionum.

Nequè enim adeò fuimus historicæ veritatis ignari, vt nescierimus primariam originem nominis, & hominis Sarraceni, quam & nos aliùbi pleniùs attigerimus, plerisque nimirùm locis repetendis ex Opusculo Προλεγομένων nostrorum, & Synopseos Franco-Merovingicæ, vndè observari possit Mahometes, ipsos sua impijssima dogmata, seu consarcinata mendacia primùm docens, Orbis à Christo redemti anno 608. quo fortassis etiam, Vascones, assuëtis direptionibus Provincias vexanteis vicinas, ab Austrasiano Theöderico, & Theödeberto Fratre tributarij redditi fuère. Idem quoque Opusculum Prolegoménων nostrorum, ad annum Iesu Christi 622. (quo Riccaredus VVestergotus, seu Visigotus, Sisebuti Regis Filius, in Hispaniâ regnare cœpit) ex Saracenorum, & Arabum, aliorúmque posteriorum

riorum Chronicis exhibuit planè progressum, & Epocham Mahometanam, perditis hominibus Sarracenis insigni prædatori Mahometo adiunctis, quorum & ope invaserit Imperium Romanum, attritis iam viribus Persarum, anno Natalis Dominici 632. quo, Dagobertus Monarcha, Ducis Adalbaldi, Sanctæ Rictrudis Mariti, per Blitildem, seu Gerebertam Avunculus, Ariberto Fratri adhuc puero, velut ex paternis bonis, legitimam partem dedit Aquitaniam: cuius idem voluit terminos esse Montes Pyrenæos, & Ligerim Fluvium. Ostendit annus hic idem Suintillam, qui Filium Rachimirum VVestergothum, in Hispaniâ Regem instituerit; &, quæ ibi ad rem Rictrudinam præclarè faciant, haud pauca. Sed & Saracenos eodem istic anno perspicere possis, qui ex Arabiâ egressi, Gazam civitatem occupàrint: ad quos, & illi, illâ eâdem tempestate, Saraceni defecisse leguntur, qui, pro Imperatore Heraclio I. fines Imperij in Syriâ propugnabant. Qui quidem, omneis, Saraceni fuère dicti, vel, ab Arabiæ civitate SARACA: vel, quòd ab Abrahami vxore Sarâ, se progenitos iactitarent. Hincque, & Arabes, & Mahometani, posteà Saraceni dictitati sunt. Africam demùm illi; & Numidiam possedère, anno Virginei partus 651. Hispaniam porrò Bæticam invasère: sed non antè annum Christianæ pietatis 712. 13. & 14. quibus, reliquam Hispaniam tenuère, Aquitaniam, & Pictavium vastaturi, anno ab humani generis instauratione 725. donec à Carolo Martello, Imperij Gallici fortissimo propugnatore, horum barbarorum millia 300075. unà cum Rege, propè Civitatem Turonensem (ita invenio apud Anastasium,) trucidarentur: sicq; demùm virtute Francicâ, colluvies hæcce fœdissima, multum per Orbem Christianum perniciosissimè grassata repelleretur, & ab hoc Heroë Franco, Carolo Martello, furori Saracenico terminus ovanter præfigeretur mense Octobri, vel Augusto Anni gratiæ per Christum Servatorem nobis restitutæ 726. Diutiùs non contabor. Sed id vnum te orabo benivole Lector! Vetus hic mos antiquiori paullò Majorum nostrorum Ascetarum remittatur ætati, qui posthumi Scriptores, & Socij ægritudinis Christianæ, sic Mauros, & Afros Hispanici Dominatus, & Orthodoxæ Fidei acerrimos hostes, Sarracenos vocitàrint, quomodo & ætate nostrâ, haud raró audimus, id genus monstra, & insigneis Catholicorum hominum persecutores, omni diritate armatos, Turcos homines, Paganos, nequam Iudæos, imò & Saracenos, barbaræ diritatis similitudine, metaphoricè indigitari, qui nos, per fas & nefas, contendant fortunis & penatibus exturbare, nostrâq; ditione profligare; atque in perpetuum religionem nostram sacrosanctam eliminare. Pergamus igitur & nos denique reliquos in præsentem annum Christi 1632. Francos singulis

suis

suis appensis distichis nostris producere Reges, quorum exstiterit 58. Anno Domini 1547.

Henricus Secundus, Valesius, Francisci Vales I Filius vnicus. *Qui, Regnum statim auspicatus est ab edictis quæ pietatem spirarent, & quibus omne genus execrationum & dejerationum, gravi propositâ pœnâ, vetitum est. Hoc Rege, Arx nova, in littore maris, iuxtà portum, propè Boloniam, quâ intercluderetur Anglis aditus in Boloniam, Duce Castillonæö, fuit opere stupendo extructa. Habeat hoc suum à nobis Distichon.*

Hæreseos mastix Henricus præsidet annis
Ter quater: hunc tandem lancea sternit humo.

Franciscus 2. & Francorum Rex 59. anno 1559.

Francisci (binis dum sceptra sequentibus annis
Gesserat,) immitis stamina Parca secat. apostemate ad aurem nato.

Carolus Nonus, & Franc. Rex 60. Anno 1561.

Sceptra tenens hyëmes bis septem, Carole! finis:
Carole! venturos cernere dignus Avos.

Henricus Tertius, Franc. Rex 61. Anno 1575.

Vidimus Henricum sæva vndique bella gerentem,
Vivere supremum post tria lustra diem.

In hoc Henrico 3. Franc. Rege, Valesiorum familia desijt regnare Anno 1589. Calendis Augusti, quùm nescio quis Paroxismus, vel animorum mirabilis motus, & concertatio omnium Ordinum mortaleis permultos invasisset. Successit ex defuncti Regis Henrici 3. Vales I codicillis, & Lege Salicâ, Antonij Borbonij, Ducis Vendomij, & Ioannæ D'Albret, Navarrææ Reginæ, Francorum renuntiatus Rex 62.

Henricus Borbonius eo nomine Quartus. Cuius Stemma Regium extenditur vsque ad Sanctum Regem Ludovicum Nonum.

Henricus sequitur post, bis duo lustra gubernans,
Atque hyëmem, patrio cæsus ab hoste jacet.

Reginæ Matri, (quam pridie tanta cladis Rex Henricus Borbonius, curaverat Diädemate Regio insignitam) administratio Regni delata est, donec adolesceret Filius, quem, tunc etiam, conspexit Gallia, tam acerbo casu concussa, Regem, & Regni legitimum hæredem renuntiatum. Is est.

Ludovicus 13. id nominis, Francorum Rex 63.
Anno Redemtionis nostræ 1610.

Bis decimum Ludovicus agit annum, atque secundum.
Quid faciat magnum; est posteritatis opus.

De postremis hisce Galliarum Regum rebus obiter quidem sic ego: sed certè pro institutâ brevitate satis dixi. En porrò tibi à me aliquoties iam pollicitus Catalogus.

CÆTEROS IAM ETIAM PONTIFICES Romanos ab anno partæ salutis 1268. quo Clemens IV. PP. fato cessit 29. Novembris: Et à quo Sedes Romana fertur vacâsse ferè triennio; historiâ prosequi, longum foret. Satis ergo sit Philistori, si saltim universè, quotquot nostris ab historicis dantur, recensitis hîc nominibus singulorum, integer eorum, ab anno præfato Salutiferi partus Virginis Matris 1268. usque ad Vrbanum VIII. producatur.

CATALOGVS PONTIFICVM ROMANORVM.

GREGORIVS X. Sedem Romanam, à primo Septembris anni 1271. vsquè ad 10. Ianuarl anni 1276. tenuit.

INNOCENTIVS V. mensibus 5. Sedit.

ADRIANVS V. electus 12. Iulij, Anno 1276. obijt eiusdem anni 18. Augusti.

IOANNES XX. dictus XXI. à 15. Septembris, anni 1276. vsquè ad 9. Maij anni 1277. vacavítque Sedes 6. menses.

NICOLAVS III. à 26. Decembris anni 1277. vsquè ad diem Assumtæ in Cœlum B. Virginis Matris, anni 1280. vacavítque Sedes semestri.

MARTINVS II. dictus IV. à 22. Februarl anni 1281. vsque ad 28. Martij anni 1285.

HONORIVS IV. ab anno 1285. vsque ad Aprilis diem 3. vel 5. anni 1287. vacavítque Sedes 10. menses.

NICOLAVS IV. vsque ad diem 4. Aprilis anni 1292. vacavit Sedes exindè biennio, bimestri, biduóque. Vide Onuphrium.

COELESTINVS V. Sanctissimæ vitæ Benedictinus, à die 7. Iulij vsque ad 13. Decembris, anni eiusdem 1294.

BONIFACIVS VIII. ab Epiphaniæ die Sacro ineuntis anni sequentis, vsque ad mensem Octobrem anni 1303. Catalogus P. Gassari tribuit huic Bonifacio Pontif. annos 8. menses 9. dies 17.

BENE-

BENEDICTVS IX. dictus XI. Sedit octo menses. Vacavítque Sedes annum vnum, & mensem. Obijt 7. Iulij, anno 1304.

CLEMENS V. à 12. die Novembris anni 1305. ob seditiones Italicas Sedem PaPalem Româ transtulit Avenionem. Obijt 20. Aprilis anno 1314. vacavit Sedes Rom. 2. annis, aliquótque mensibus.

IOANNES XXI. dictus XXII. Gessit Avenione Summum Pontific. annis duodeviginti, à 7. Septemb. anni 1316. vsque ad 4. Decembris anni 1334. Vide Genebrar. In Ioanne 21. dicto 22.

BENEDICTVS X. dictus XII. 16. die ab obitu Ioannis PP. electus Pontifex Max. diem clausit 25. Aprilis, anno 1342.

CLEMENS VI. Sequentis Maij 7. electus successit: vitâ cessit Avenione 6. Decembris, anno 1352. Iubilæum ad annum quinquagesimum revocavit.

INNOCENTIVS VI. patriâ etiam Lemovicensis, electus 16. Decembris, eiusdem anni; moritur Avenione, anno 1362. 12. Septemb.

VRBANVS V. 28. Octobris anni eiusdem electus PP. vixit denique Avenione 19. Octobris, anno 1370.

GREGORIVS XI. Lemovicensis, 29. mensis eiusdem Successor designatus, vitâ excedit 26. Martij, anno 1378.

VRBANVS VI. 2. Aprilis eiusdem anni subrogatus decessit è vitâ, Romæ, 13. Octobris, anno 1389. Adversus quem, Clemens VII. Pseudopontifex, (favente Ioänna Reginâ Neäpolitanâ,) creätus à Cardinalibus Francis, rem Christianam distraxit. Francia, & Hispania Clementem, cæteri Vrbanum legitimum Papam agnoscebant. Immane hoc Schisma Ecclesiæ Romanæ, ante 30. annos non est sedatum.

BONIFACIVS IX. suffectus à Cardinalibus qui erant in Italiâ; Ecclesiæ Rom. præest à 2. die Novembris, anni 1389. vsque ad annum 1404.

INNOCENTIVS VII. subrogatus 17. Septemb. fato cessit 6. Novembris, anno 1406.

GREGORIVS XII. Successor est creätus pridie Cal. Decemb. eiusdem anni. Miserrima horum temporum conditio, & res Ecclesiastica seditione lacera petatur ex P. Æmilio, Nauclero, Sabellico, Onuphrio, Genebrardo, Bellarmino, libro I. de Concil. c. 8. Vndè, (vt faciliùs extingueretur caussa Schismatis, quod annos 30.

 Christia-

Christianum Orbem divexâsset,) prolixiùs perspiciatur Petrus Lunæ, seu Benedictus XIII. cui Antipapæ, omni studio contrà Gregorium XII. Avenione sedere tentanti, Pontificatus nomen abolitum fuerit &c. Videantur Authores suprà dicti.

ALEXANDER V. qui mense Iunio electus Pontifex decesserit brevi Bononiæ tertio Maij anni 1410. In locúmque ipsius suffectus,

IOANNES XXII. dictus XXIII. Qui, (auctore Sigismundo Cęsare, in paucis pio, & rei Christianæ salutari,) Concilium indixerit Constantiense; in quo, præsente Augusto, & Pontificatu dejectus fuerit; & Concilij decretum comprobârit. Sed & eodem in Concilio, Gregorius XII. Sigismundi suasu insignia deposuit Pontificatus. Quam ob causam Piceni Legatus constitutus est è Pontifice Cardinalis: Sedesque per biennium vacavit. Regibus denique Anglo, Franco, Hispano, Sigismundi Cæsaris Legatione, ad auctoritatem Concilij revocatis, & Ecclesiæ suâ redditâ pace; omnium consensu, Pontifex Summus creatur, anno eius seculi 17. tertio Eidus Novemb.

MARTINUS III. dictus V. Columna. Qui Sedem deferentibus Francis, & Germanis, protinus in Italiam transit, omni asseveratione asseverans: Rectorem navis in puppi; non autem in prorâ oportere esse. Obijt Pontif. doctus, & probus, 19. FebruārI. Anno 1431. Successitque

EUGENIUS IV. tertio Martij: obijtq; 23. FebruarI, annò 1447.

NICOLAUS V. Ecclesiæ Rom. præfuit à 6. Martij sequentis ad nonum Calendas Aprileis anni 1455.

CALISTUS III. PP. à 6. Eidus Aprileis anni eiusdem, ad 8. Eidus Augusti anni 1458.

PIUS II. alias Æneäs Silvius, ab eodem anno, ad 14. Augusti anni 1464.

PAULUS II. à 3. Cal. Septemb. eiusdem anni, ad 8. Cal. Augusti anni 1471. ap. Onuphrium.

SIXTUS IV. à 5. Eidus Augusti anni eiusdem, ad 12. diem Augusti anni 1484.

INNOCENTIUS VIII. à 29. Augusti eiusdem ad 25. diem Iulij anni 1492.

ALEXANDER VI. Borgia, à 3. Eidus Augusti sequentis ad 15. Cal. Septemb. an. 1503.

PIUS

PIVS III. Filius Sororis Pij 2. à 2. Septembris eiusdem, ad diem 18. Octobris, eiusdem anni.

IVLIVS II. Fratris Sixti IV. Filius, à Calendis Novembribus proximè sequentibus vsque ad nonum Calendas Martias anni 1513.

LEO X. ex Medicæâ Laurentij Parentis Familiâ, à die 11. Martij ad mensem vsque Decembrem an. 1521.

ADRIANVS VI. Trajecti, Germaniæ inferioris Vrbe, natus, ex Prorege Cęsaraugustæ in Hispaniâ, sequenti anno Pontifex Romæ coronatus, mense Septembri, ap. Onuphrium, obijt 14. Septemb. an. 1523.

CLEMENS VII. Medicæüs præest ab anno eodem, in septimum Calendas Octobreis anni 1534.

PAVLVS III. Farnesius, à 3. Eidus Octobreis eiusdem anni, vsque ad 4. Eidus Novembreis anni 1549. quo, Evangelij Sanctissimus Præco Franciscus Xaverius Iaponiam ingressus est, futurus Iesu Christi gloriosus Martyr.

IVLIVS III. postea-quàm Sedes vacâsset menseis treis, à septimo Eidus FebruarI anni 1550. Ecclesiæ præfuit Romanæ in decimum Calendas Aprileis anni 1555.

MARCELLVS II. Politianus maximæ Pontifex expectationis, Sedem tenuit Romanam, à quinto Idûum Aprilium, in Kalendas duntaxat vsquè sequonteis Maïas anni 1555.

PAVLVS IV. Carafa, Filius Comitis Matalumæ, à 10. Kalendas Iunias, ad 15. Kal. Septileis anni 1559.

PIVS V. Medicæüs, quarto post mense Pontifex Romæ selectus, à septimo Kalendas Ianuarias præsedit in Calendas Maïas anni 1572. apud Onuphrium.

GREGORIVS XIII. electus Maij die XIII. PP. annos præfuit XIII. meritorum plenus defunctus anno Iesu Christi 1585. 4. Eidus Aprileis, annos natus 84.

SIXTVS V. Minorita, Pontificatum tenet ab octavo Calendas Maïas anni eiusdem in vigesimum vsque septimum Augusti anni 1590. recensentúrque hoc eodem anno Pontifices Max. treis: Sixtus nimirum V. eo vitâ functus.

VRBANVS VII. electus quidem 15. Septembris, sed, qui eiusdem mensis 27. die vitam cum inopinà morte ante inaugurationem commutârit.

GREGORIVS XIV. Nonis exindè Decembribus subrogatus, Romæ Idibus Octobris extinctus est, anno 1591. Successitque;

INNOCENTIVS IX. quarto postea die: quem, & mors festina, 30. subsequentis mensis Decembris, eripuit è vivis.

CLEMENS exin VIII. Aldobrandus; 3. Calendas Februarias anni 1592. substitutus, vivendi finem fecit 3. Martij, an. 1605. præclaris Pontificibus jure comparandus; quique sui maximum desiderium per Orbem Christianum reliquit. Sequutus est eum è Familiâ Medicæâ illustris,

LEO XI. Ecclesiæ Romanæ Summus Pontifex, 4. Nonas Aprileis. Hunc etiam immatura mors extinxit ardua, præclaráque agere meditantem. Inijt ergò post hunc Pontificatum Romanum,

PAVLVS V. Antonio Burgesio Senensi Patre prosatus, Patrum Purpuratorum miro consensu, & vivæ vocis suffragio, provectus ad hunc Ecclesiæ Christianæ supremum gradum, ordine 242. Quem, & sanctè, & maximâ omnium laude petrexit tenere à 16. Maij, ad vigesimum vsquè sextum IanuarI, anni 1621. quo naturæ debitum maximâ sanctitatis opinione relictâ persolvit. Quippe; qui benignitate; clementiâ, comitate, æquitatis & iustitiæ æquilibrio, castitatis incontaminatæ laude, frugalis, si quis alius, modestus, facilis, exorabilis, pius in paucis, magnanimus, qualis vix alius vllus, quotidie Sacris piè solitus operari, Pontificiam Sedem annos 15. menseis 9. diésque 5. rarâ majestate implêsset; Orbémque notum & ignotum, superiorum Pontificum exemplo, virtutum maximarum splendore illustrasset; verè Opt. Pontifex verè Maximus.

GREGORIVS XV. PP. ordine 243. anteà, dictus Alexander Ludoïsius, (postquàm Sedes Romana dies quindenos vacasset,) delectus ad Primatum Ecclesiæ Romanæ in omnes Christi fideles, & hunc vacantem capessendum diviniotis potestatis in Ecclesias vniversas Principatum, Tiarâ illa caput redimitus est tricoronide, non minùs amplitudine Majestatis, quàm probitatis, doctrinæ, prudentiæ, zeli Pastoralis, & reliquarum virtutum Pontificiarum fastigio, suprà omne. quod in humanis est, futurus insignis. Is enim in privatâ vitâ solidam sanctitatis effigiem amplexus; in publicâ quoque, ad Apostolicam conformatus ideam, nomen cum ipsâ Pontificis formâ, Sedem cum animo Pontificio totum suum per Pontificale biennium, bimestre, aliquotque prætereà dies complevit. Cui, & subrogatus, re, atque nomine,

VRBANVS

VRBANVS PP. ID NOMINIS VIII. ET NVMERO 244.

MAPHÆVS anteà Cardinalis *BARBERINVS*, Ecclesiæ Romanæ, primariæ Sedis aliarum per Orbem Christianum Ecclesiarum omnium, Divinâ sententiâ, institutionibus Apostolorum, Canonibus Synodorum, Sanctorum decretis, consensione populorum, & nationum, multitudinis assensu, temporisque præscriptione, collato dominio in omneis Iesu Christi Fideles, iubente Cœlo, Princeps est præfectus pridie Eidus Maïas anni 1623. Non sum equidem par Majestati tanti Pontificis mella loquentis pictor: neque sanè potest hæc angustior tabella, Vrbani magnitudinem vllo vnquam stylo adæquare. In quo, cùm sint omnia maxima; plus nimiò me quoque deterrent. Encomiasten suum habet, Virum perdoctum, Hermannum Hugonem, Societatis Iesu: Cuius pia Desideria Emblematica, prosâ & metro edita, & Sanctissimo DN. Nostro Vrbano huic Octavo Pontifici Maximo consecrata, suadeo legenda: mea interim cum ipsius perpijs vota adjungens, vt sospes vivat ita per seros, diuturnosque Soles; vt vniversus Orbis, eius augustissimis virtutibus illustretur, recreetur, adornetur.

CATALOGVS IMPERATORVM, qui, ab anno redemti à Filio DEI Orbis 1264. (in quo Anonymus noster (vt videtur) Gallus, MS. Chronologiam suam clausit,) Imperio Romano, tam in Oriente, quàm in Occidente hucusque præfuerunt.

Ac primùm; Series Imperat. Occidentalium.

SVperiùs paullò iam à nobis producti fuêre, *HENRICVS PIVS*, Thuringiæ Lanthgravius, Comes Scuvartzburgensis, qui exauthorato Friderico, apud Aquasgrani diademate Regio exornatus anno Christi 1246. post Francofordianam obsidionem, in expugnatione Vrbis Vlmæ sagitta veneno illitâ confixus interierit, anno 2. Imperij sui Occidentalis, Christi vero 1247. Et; Guillelmus Hollandiæ Comes, qui vicesimum agens ætatis annum, procurante Petro

Petro Capotio, tituli S. Georgij ad velum aureum Diacono Cardinale, Innocentij Pontificis Legato, contrà Fridericum quinto Nonas Octobreis ab Electoribus Imperij Cæsar delectus fuerit. Addamus: Quòd anno *1255*. cùm Frisij, (Gens admodùm levis, & inquieta,) Conradino studerent, & emptione factâ, Hollandiam igni, ferroque vastarent, terroréque complerent. Guillelmus, contrà eos exercitu moto, mensis Decembris die octavo infeliciſſimè pugnârit. Equo namque delatus in vliginem glacie aliquantùm concretam, ab eò concurrentibus furenter Frisonibus, qui neque progredi, neque posset egredi obtruncatus est.

Post ita miserè Guillelmum Hollandiæ Comitem extinctum, Alfonsus Castulonensis, eruditionis famâ celebris, callidus, facundus, belli, pacísque artibus peræquè instructus etiam exteras apud nationes prædicabatur. Impulit ea res Germanos Proceres plerosque, vt vbi de substituendo in locum Guillelmi Cæsaris Augusto in Comitijs Imperij deliberaretur, ratio Alfonsi haberetur. Vna tamen omnium nequaquàm exstitit voluntas. Coloniæ namque Præsul suo, Moguntinique nomine ipsius Vicarius, Palatinúsque Comes, Comitem Cornubiæ, Fratrem Henrici Regis Angliæ Richardum, (qui id etiam exambiret) omni studio præficere Imperio contendebant, speranteis, fortè vt sub eo Principe Catholica Fides, Ecclesiæ pax, Orbis tranquillitas vigerēt. Alexander Pontifex Summus, nec in illius, aut in partem istius propendere: at id modò, vt Imperio dignum eligerent, flagitare. Dum igitur sic in parteis itur: Alfonso Castulonensi, & Richardo denique Anglo, Imperium ab Electoribus delatum est: quo tamen illi non sunt vsi: avertente id Numine. Regni námque Romanorum diadema, contra divina effata exambituni ïerat. Aliorsum cœlestia consilia prospectabant. Itáque, post varia multorum annorum certamina, Rudolphus Comes Habsburgensis, Cæsar creätus est, anno Christi (vti plerique ferè omnes recensent) *1270*.

R. tamen P. Fr. Abrahamus Bzovius, S. Theöl. Doctor. Ordinis Dominicani, &c. Tomo *13*. Annalium Ecclesiasticorum, ad annum Christi *1267*. Minimè (inquit) erravero, si in hunc annum, elationem Rudolphi Habsburgensis Comitis, ferè contrà omnium Scriptorum opinionem retulero. Neque enim ex vano Clemens IV. Pont. Max. hoc ipso anno *1267*. Pontificatus sui tertio, ad XVII. Cal. Iulias datis litteris Viterbij, Rudolpho in Regem Roma-

Romanorum electo, præscripsit, eúmque certiorem reddidit, nihil in eius præiudicium factum esse, si Carolus Andegavensis Regnum Siciliæ, vnà cum dignitate Senatoriâ Vrbis Romanæ obtinuisset. Fortè, Principes Germaniæ, tantæ vacationis pertæsi, tantísque, quantæ in solutâ Republicâ accidere solent, dissidiis, & cladibus, afflicti, saturatíque, commodum, Conradino in Italiam digresso, tempus nacti, ad Comitium, eligendi Regis Romanorum, causâ convenerant, & Rudolphum communibus suffragiis designârant: postquam Ottocarus Boëmiæ Rex, delatam sibi eam à Coloniensi Archiepiscopo dignitatem nimis præposterâ arrogantiâ rejecisset: sed, quòd majoris esse existimaret Regem Boëmiæ, quàm Regem Romanorum, aut Imperatorem salutari. Ingens tunc omnium per vniversam Germaniam animos pervasit, vbi tandem Conradino abeunte post tot annos, quibus legitimo Imperatore caruerant, Rudolphum Romanorum Regni titulo salutatum, seu designatum fuisse, famâ dispersum est. Dum siquidem anteà oppressi competitorum contentionibus, finem, hoc authore, constantissimâ fiduciâ expectabant. Neque eos eventu spes fefellit; vtpote, qui ità se in Imperij Majestate gesserit, vt eius exemplo, decem, vel vndecim, (duodecimũ addit Hermannus Hugo, è Societate Iesu, in Epistolâ suâ dedicatoriâ Desideriorum Emblematicorum, ad Vrbanum 8. Pont. Max.) continuâ propemòdum serie, sui Successores, ferè à trecentis, paulòque ampliùs annis, ad Imperij fastigium, magnâ cum laude, & gloriâ emerserint.

ID, meruit sanè pietas Rudolphi, quam adhuc privatus ostenderat. Dignum est facinus, quod in exemplum narretur. Venatum fortè, (vt nobilitas solet,) cum paucis, in equo exiverat. Pluvius dies erat; & viæ fractæ, & sordentes. Eccè occurrit Sacerdos, Venerabilem, & mysticam hostiam, extremum solatium ægro laturus; & occurrit pedes. Is aspectus, pium pectus perculit: nec sinè indignatiunculâ aliquâ equo desilijt: Et, *Me vehi; te, qui Servatorem meum portes, pedibus incedere? Indecorum vel impium sit; conscende, & equum hunc cape.* Iussio, non preces erant: Paruit ille; & iste capite revelato, humilis sequutus est; ad ipsas ædes ægri deduxit; ab ijs, eodem habitu, reduxit. Iam domi, & apud se Sacerdos erat; qui officio attonitus, & mente à Deo motâ, bene abeunti dixit; & simul Imperium ipsi, posterisque prædixit. Istud pietatis studium multiplex, in modicâ adhuc fortunâ, nec nisi Comes Habsburgensis, Ru-

Observa, & æmulare pietatem Austriadem in Sacram hostiam, & venerandum Iesu Christi Sacerdotem.

Ddddddd dolphus

dolphus pertulit; propter quod, illi sequentem magnitudinem, vaticinia, & divinæ voces adscripserunt. Hæc sunt hactenus verba R. P. Abrahami Bzovij, de Augusto Rudolpho, Protosatore Cæsarum Austriacorum, semper Invictissimorum, quos eccum pergimus ordine quosque suo recensere.

RVDOLPHVS igitur, pius, clemensque iuxtà ac prudens, & fortis, de Ecclesiâ Romanâ, Orbéque Christiano optimè meritus, omniúmque proborum ore ac sensu eximiè laudatus Augustus & cœlestibus prodigijs firmatus, (quæ habere possis ex Annalibus petita Colmariens.) anno 1274. cùm Principes Germaniæ, Sacramento fidelitatis obligandi ei adessent, sceptrumque, quod manu contingerent, expectaretur, arreptâ Cruce; Ecce (inquit,) Signum, in quo nos, & totus est Mundus redemptus: Et hoc vtamur loco sceptri. Dixit; & ipse imagine Crucis affixi tunc osculatâ, Proceres ita omnes permovit, vt diutiùs sceptro non expectato, in Signum adorandæ Crucis manibus quantociùs coniectis, Iuramentum ei homagium præstiterint omneis. Videatur Steron, in Annalibus. Demùm Rudolphus genere, factisque clarissimus, consilio, manuque promtus, dum hortatu Pontificis Max. Nicolaï IV. Spiram properat ad vindicanda sacra, in gravem incidit morbum, & in quodam Spirensis agri Oppido è vivis abijt pridie Cal. Octobris, anno ab Orbe redemto 1292. Annos autem 17. menses 11. dies 19. magna nominis gloriâ regnavit Rudolphus Austriacus, Regum omnium, & Principum Christianorum, sacrosanctæ Religionis studio, modestiâ, facilitate, clementiâ, & amore Iustitiæ facilè Princeps. Modestiam verò, licèt in cæteris, in externo tamen præsertim cultu servavit, leucopheâ, (vt plurimùm) seu griseâ veste vsus: decusque Theutonicorum armorum, non autem vestium mollitiem sericeam advenis solitus exhibere. Is ipsus Spiram cum moribundus accelerare tentaret, vehementerque pervenire optaret, morâ divinitus mente, suæque præscius mortis: properandum eò loci (ait) mihi est Reges vt eo loci convenire Romanorum possim. Receperat namque eorum aliquot, Conditorium Spirense.

ADOLPHVS NASSAVIÆ COMES, Vir quidem insignis, sed opibus, militéque parùm potens, Gerardi Moguntini Archipræsulis, (cui cum Adolpho magna intercederet sanguinis coniunctio) astu, & studio, arbitrióque Septemvirorum in Germaniâ Regiam ad Romanorum dignitatem evectus est, tametsi cæteri pœnè

pœnè omnes Electores votis in Rudolphi Filium Albertum proniores ferrentur. Astutiam Moguntini Pontifex Max. non ignoravit: summusque dolor ex eo conceptus, quòd videret contrà omnium expectationem Rudolphi Austriaci memoriæ pijsque manibus parum esse delatum, fata Nicolao Pontifici acceleràsse refertur. Cæterùm, regnavit Adolphus Nassavius toto septennio, semestrique, & aliquot diebus.

ALBERTVS AVSTRIACVS, Rodulphi Imperatoris Filius, Austriæ Dux Primus, post abdicatum Imperio per Electores Adolphum mense Iunio, (quòd omnium in se odium Nassavius concitàsset,) è vestigio substitutus est: móxque prælio inter duos Principes acerrimo commisso, interfectus est Nassavius, & apud Aquasgrani 24. Augusti coronatus Albertus. Hic Venceslaö Rege Bohemiæ anno 1306. extincto, Regnum brevi suum effecit. Fuerant hactenus ibi Reges, beneficiarij Imperatoris. Magnus Princeps impijssimè à Ioänne Fratris Filio, trucidatus est anno Imperij sui 8. Regni Germaniæ 10. Christi 1308. Calendis Maij.

HENRICVS Comes Lucemburgensis, Imperator Germaniæ ab Electoribus renunciatus est; probavitque electionem Clemens V. Pont. Max. factam Calendis Novembris anni 1308. quo Fridericus Imperatoris Alberti I. Filius Austriæ Dux creätus est: Ex Aventino, & Cuspin. Fama fuit Henricum Cæsarem eo nomine 7. veneno extinctum fuisse anno Christi, (vt complureis numerant,) 1313.

LVDOVICVS, Dux Bavarus, in Schismate contra Fridericum Austriæ Ducem, per aliquot Electores Cæsarem Germanicum renuntiatum, Civili bello aliquot annorum in Germania locum fecit cruentum dum ius nominis Cæsarij in controversià perrexit versari in annum Christi 1322. quo Dux Austriæ Fridericus, Bajoariam, seu Bavariam cum exercitu ingressus, mense Septembri victus, & abductus, post custodiam triennalem à Bavaro dimissus, & exceptus à suis, rebus humanis brevi ereptus est: seque ab eà pugnà pro Cæsare Ludovicus liberiùs paullò gessit, atque Imperium, quà vi, quà dolo, & malis artibus suis, acerrimus Ioännis 21. dicti 22. PP. hostis, à Stephano Columnio Romæ tertiò falsò coronatus, partim in acerbo Schismate contrà Ducem Austrium Fridericum, partim, in Ecclesiæ Romanæ inobedientià protraxit in annum Iesu Christi 1346. quo iussu Clementis VI. PP. mense Iulio, convocati Electores

Imperij Imperio abdicatus est Bavarus hic, & proclamatus est Cæsar, seu Rex Romanorum:

CAROLVS IV. Lucemburgensis, Filius Ioannis Bohemiæ Regis, Cuius res gestas habeto ex Nauclero, Aventino, R. P. Abrahamo Bzovio, Cæsaris Baroni Continuatore, & alijs. Obijt hic Imperator Carolus IV. 29. Novembris, anno 1378. Onuphrius tamen refert eius è vivis excessum in Februärium anni sequentis.

Elige, ne certes, Lector! tibi id offero juris.

VENCESLAVS, Rex Bohemiæ, & Lucemburgensis Dux, Imperij Paterni, (iamdiu antè Romanorum Rex pronunciatus,) Successor ab Imperij Electoribus nuncupatus est. Hunc, sat multi Scriptores, Cæsarum in Germaniâ ignavissimum dixêre. Hoc Cæsare, Græcia, diffidijs Græcorum, ad recipienda impia iura perditis à Turcis parata est: duósque Pontifices, immani Schismate aspexit Ecclesia Romana. Eò tandem res est perducta, vt;

RVPERTVS, (seu mavis,) *ROBERTVS*, Comes Rheni Palatinus, anni salutaris 1400. mense Septembri, deturbato Venceslaö, rebus benè agundis nihil minus quàm idoneo, ab Electoribus Imperij, Rex Germanorum fuerit salutatus, rebúsque præclarè gerundis præfectus est. Diem is extremum clausit, anno Christi 1410. postea quàm Imperij Germanici res diligenter, & prudenter administrâsset. Nec desunt Scriptores historici, qui velint ab hoc vitâ, & Imperio præclarè defuncti Ruperti anno in Martium vsque anni sequentis Iodocum quemdam substituere, Dominum Moraviæ, atque Brandeburgi. Incerta, parúmque omninò res mihi hęcce videtur explorata. Proïndè recipio me ad certiora.

SIGISMVNDVS, Hungariæ Rex, anno denique à partu Virginis Matris 1411. Martio mense, Germanorum Rex generosus ab Imperij Electoribus proclamatur. Quo de Principe Illustrissimo multa præclarè habeto gesta ex R. P. Abrahamo Bzovio, & aliis melioris notæ, Scriptoribus. Hic Cæsar Augustus, Hussitis hominibus perditissimus in Bohemiâ repressis, prudentiæ, eximiæque pietatis gloriâ clarus, in Hungariâ è vivis abiit anno Gratiæ per Christum restitutæ 1437. die 9. Decembris. Princeps meritò laudatus,

ALBERTVS II. AVSTRIVS. Hungariæ & Bohemiæ Rex, Austriæ Dux inclytus, Sigismundi Pij Cæsaris Gener, & hęres perdignus, Electorum magno consensu, prout vehementer optârat

eius

eius Socer Imperator pronunciatus est. De quo consulito (si lubet) cum aliis compluribus politioris Limæ Autoribus, & Nauclero, Æneam Silvium PP. Is, quum ob infestissimas coniuratissimi Christiani nominis hostis incursiones Turci suam in Hungariam, permagnam eò expeditionem eduxisset, de præsidio, atque huius mortalis vitæ statione Omnipotentis, ter-Max. Dei iussu decessit 22. Octobris, anni à Virgineo partu 1439. Hinc perpetuà, feliciqúe Serie successère Alberto Imperatori Magno, & præpotenti

FRIDERICVS III°. AVSTRIVS, Hernesti Austriæ Ducis Filius, omnium Electorum votis, maximàque omnium proborum animorum consensione Francofurti Imperator electus. Hęc Onuphrii mentem sequuntur, qui Ianuarium mensem Friderici electioni assignàrit: Alij tamen, Martium maluêre consignare. Martinus Cromer: memoranda de Friderico 3. multa suppeditare potest. Summâ Fide Tutorem egit Ladislai pueruli Alberti & Elisabetæ Reginæ Filij, quem Hungari quinquennem anno 1445. Regem suum dixêre, Procuratore Regni ei dato Huniäde strenuo Duce. Anno vero 1452. à Nicolao V. PP. optimo, Imperiali coronâ cùm fuisset donatus, Martij 18. Ladislaum adhuc adolescentem Hungaris reddidit Regem, qui vitâ excessit Hungariæ atque Bohemiæ Rex an. 1457. veneno fortassis oblato Hussitarum dolo. Geörgius Poggebruchius ei Rex in Bohemiâ Pij II. PP. Imperatorisque decreto successit: in Hungariâ, Matthias Corvinus, Huniades Iunior, natus Huniade Seniore Patre bellicis artibus claro. Legantur plura ex Hungaricis Chronicis, Nauclero, Æneâ Sylvio, & aliis. Ex libro vero 6. Decadis quartæ Bonfini, videatur Pax anno 1479. constituta inter Polonum & Hungarum Reges; quâ datis Matthiæ Provinciis aliquot, Vladislaüs cum Electoris Imperij nomine Bohemiam retineret, quæ tamen obvenirent Matthiæ, si superstes Vladislaö maneret. Matthiàs hic Cæsare Friderico Austrio multis contra Turcas victoriis reportatis inclaruit. Maximè verò, cùm cædibus, & incendiis, rapinisque Provincias Transylvaniæ ingentem Turcarum exercitum fortiter cæsum profligavit. At res à Friderico Cæsare memorandas domi, forisque gestas, quo par est, stylo prosequi, (vti iam præmonuimus,) non est huius instituti. Angustiis operis excludimur. Accipe igitur in hâc calce Catalogi Occidentalium Imperatorum Fridericum hunc Austrium, magni nominis Cæsarem, qui ætatis annum agens 78. diem

Dddddd 3 obierit

obierit extremum Viennæ Austriorum decimo nono Augusti, anno post Christum natum Servatorem Mundi 1493. & Cui succedere perrexerint:

MAX-ÆMILIANVS I. AVSTRIVS Imperator, Archidux Austriæ. Cuius Filius Philippus Archidux Austriæ Ioännam Catholicorum Regum Filiam Ferdinandi & Elizabethæ Vxorem duxit. Quæ, (quòd nulli parentibus Filij, successoresve legitimi superessent) Castellæ atque Arragonum Regnum accepit, defuncto iam Ioänne Fratre, qui Margaretam Imperatoris Filiam connubio sibi adiunxerat. Superiorisque coniugij ratione, omnes eius ditiones, principatus, ac Tituli, cum Arragoniæ atque Castellæ Regnis (hæc alibi attigit Prolegoménωn nostrorum Opus;) in illud Nobilissimum, & præpotens Corpus, (quod hodiéque videt, & demiratur Europa nostra,) feliciter, & magno Ecclesiæ bono vniti fuêre.

Denique Max-Æmilianus Austrius vitâ & Imperio cessit Imperij sui anno 25. Salutiferi verò partus 1519. mensis Ianuärij die 12. bello clarissimus Princeps, quemque eximiis laudibus efferat pietas Christiana; & in quo Ioännes Cuspinianus historiæ suæ finem constituit. Tota porrò ditio Familiæ Austriacæ apud Germanos Caroli Fratri Ferdinando inclyto Principi cessit. Et Treverensis quidem Antistes Francum Regem Franciscum Valesium suo dixerat suffragio Imperatorem. At nihilominùs

CAROLVS V. AVSTRIVS Maximiliani Cæsaris Augustissimi ex Philippo I. Austrio Filio Hispaniarum Rege potentissimo Nepos, Imperator electus est 28. Iunij, anno 1519. Obierat iam diem extremum anno 1516. Ferdinandus Arragonus Hispaniæ Rex Februario mense. Iámque Carolus noster V. Austrius, ex Ioännâ Ferdinandi & Elizabethæ Filià progenitus annos tunc natus 15. successerat in Regna Castellæ, Arragoniæ, Siciliæ, & Neapoleos, cum Fortunatissimus iuxtà ac Christianissimus Imperator creatus est: cuius ętate reperta fuit ingens illa Iucatana Provincia, quæ nova postmodum Hispania fuit dicta. Item Regnum Peruvicum. Alia prętereà multa notatu digna sub eius Imperio florentissimo contigêre; quæ fusè admodùm in eius Vitâ conscripsit Vlloä, Ad quem relego Philistorem Lectorem.

Neminem putârim ignorare Carolum Cęsarem bellicâ virtute clarum in paucis fuisse: fugato Ænobarbo Tunetum recepisse: Muleassi

Muleassi Regnum precarium reddidisse: revertentem indè Victorem, pompà pœnè triumphali exceptum Romæ fuisse: Cùm pœnè tota Germania & ab Orthodoxà religione, & ab Imperio defecisset; Philippum Lanthgravium Hassiæ Saxonúmque Regulum Federicum, Principes defectionis Lutheranos, instar Fabij Maximi cunctando fregisse, militaresque ipsorum copias ingēteis, (tametsi viribus impar omnino videretur,) delevisse: cum Lanthgravio Saxonem captum suffragio spoliâsse: captisque hisce belli Ducibus, post exercitum hostilem pari virtute ac felicitate fusum, Germaniam omnem pacâsse. Taceo cladem ad Augustam Viromanduorum, seu Fanoquintinum, vbi Francicæ nobilitatis ceciderit flos. Res est in oculis, nostróque pœne conspectu haud ita pridem peracta; quamque pax inter invictissimum Carolum Cęsarem & Francum Regem sit subsecuta, quæ & Neapolitano, & Romano finem imposuerit bello, anno seculi 57.

Per id ferè temporis, Carolus V. Imperator, virtute ac felicitate nemini secundus, & Religionis assertor insignis, rerum pertæsus humanarum Imperij Diadema Fratri Ferdinando; Philippo Filio vnico reliqua Regna per manus tradens, vitæ religiosæ studio incensus, in sacram apud Hispanos Solitudinem, Monasterium S. Iusti, (aïebam) piè secessit. Vixit denique, postquàm imperâsset annis 37. Horatij Tursellini è Societate Iesu Epitoma, Caroli Cæsaris Imperio annos tribuit 38. Ingens Cometes, duodecim fermè arserat diebus, notatis in octavo gradu Libræ, mense Martio anni post Christum natum 1556. Quod conspicatus sydus Carolus V. His indiciis, mea me (aït) fata vocant.

FERDINANDVS I. AVSTRIVS, Caroli Frater, iam anteà Cæsar à Proceribus Germanis delectus erat. Huic Pius IV. Pont. Max. Pauli IV. Successor Titulos Augustaleis dedit. Regnavit annos circiter novem. Anni Gratiæ 1564. rerum naturæ valedixit Viennæ Austriorum 7. Cal. Augusti, maximo sui desiderio relicto. Cui & successit

MAX-ÆMILIANVS II. AVSTRIVS, ex Illustrissimis, Ferdinando & Annà Hungariæ Reginà Filius, Patre rerum iam humanarum fesso Cæsar creatus: Et cuius laudati Principis Imperium Pontifex Max. deindè habuit ratum. Sed & exindè Pius V. pius sanè Pontifex, religionisque Orthodoxæ acerrimus inprimis Vindex, cùm societatem Regis Franci cum Turcarum Rege damnâsset,

nâsset, quòd eam Franciæ florentissimi Regni labem dictitaret; accensis Principum Christianorum animis adversus Turcum Solimanum Regno Hungarico maximo cum exercitu imminentem, Max-Æmylianum Cæsarem pecuniâ multâ in id sacri belli effusâ iuvit. Hoc Cæsare, prælio navali, ad Naupactum, (Corinthiaci sinus Oppidum est,) Ioännes Austrius, belli Sacri Dux egregius feliciter adversus Turcum pugnavit. Certam à Domino Deo Sabaöth victoriam Pius V. re, & nomine, Pontifex Summus, victoriam nostris pollicitus erat. Reverâ, cœleste auxilium inirâ magnis animis pugnâ, è vestigio exstitit manifestum. Erat siquidem eius initio Cæsarianis ventus planè adversus. Is, Numine propitio, in hostem extemplò conversus est. Fusus est, & profligatus Turcus Christianis infensissimus hostis, ad posteritatem omnem victoriâ memorabili perducendâ. Ad millia Turcorum 30. indidem extincta fuêre: millia sex, cum triremibus fere ducentis captæ, non sinè insigni, & locuplete prædâ: Captivi Christiani, à miserabili servitio Turcico, ad millia quindena exemti. Exstitit hocce, sat cognitum, & opecum mortalium, immortalium Pij V. verè pij postremum ingrato silentio tegendum nusquam, nec vmquam. Ioännes idem Austrius Tunetum indè subegit; Mahometémque Regno restituit Muleässe masculararum prolium complurium parente progenitum Rege. Max-Æmylianus subindè anno incarnatæ Deitatis 1576. fatis concessit, & ad posteros dignam Cæsare optimo memoriam rebus à se bene gestis transmisit. Sunt Scriptores, qui velint annos 10. alij, qui maluit 12. imperâsse.

RODOLPHVS II. AVSTRIVS, Max-Æmyliani Cæsaris Filius, in Artobrigensibus Comitiis pronunciatus Imperator, anno Christi 1575. exstiterat Pragæ 22. Septembris, Rex Romanorum nuncupatus. Quo quidem Cæsare, res Belgicæ anno 1577. Hispanis in lubrico fuêre. Affatim Autorum habes, vndè singula hauriri possint. Dixêre nostra Prolegomena ad Andreæ Silvi, Magni olim Prioris Marcianensis Synopsin Franco-Merovingicam de anni reformatione nonnulla. In iis productus est à nobis Pont. Max. Gregorius XIII. Is est, qui quinto Cæsaris Rudolphi anno, Iesu Christinati 1581. author eruditissimus fuerit, anno Pontificatus sui 11. Indictione nonà, vitiis Calendarij, Mathematicorum insigniorum multâ industriâ reformationis, seu correctionis sedulò exhibendæ. Quam & ipse pretium operæ sanè facturus, anno Virginei partus

partus 1582. promulgatam iussit. Quà de re, prolixè Παραλιπομένων, seu Prælectionum Opusculum nostrum egit.

Annus 31. Rodolphi Cęsaris Augustissimi desiderabat demùm, vt mavortiæ turbæ, Bellonæque faces toto Belgio exularent, Orbisque Christianus, hoc feliciter peracto, exoptatà, sanctàque pace frueretur. Animorum laudabili consensu, prudentique suasu id negotij tentare, vrgereque Rodolphus Cæsar, Hispanus, Francus, cum Magno-Britannico, Reges cœperunt; perrexerunt, nec facilè perfecerunt. Anno tamen, & tandem à Iesu Christo nato 1607. id pacis constituendæ fundamentum iactum est. Propositum videlicet, vt ordines, & Provinciæ Confœderatæ, Reipublicæ exindè liberæ, iurisque sui consequerentur statum. Actum est & postmodò de firmà, & integrà pace. Historia Belgica, suis eà de re Scriptoribus abundat. Videantur. Margaritam Reginam, adhuc atrato habitu, Austriaca Familia deflebat: paucique, eccum vix menses subsequuntur, quùm tristibus leta in rebus humanis miscentur; & ab Imperij Electoribus, (Rodolpho Cæsare humanis rebus exemto mense Ianuario anni Gratiæ 1612. Imperij sui 35.)

MATHIAS AVSTRIVS, Rodolphi II. Frater, Francofurti, mense Maïo anni 1612. Hungariæ Rex iam anteà coronatus, Imperator declaratur. Qui, & vbi vivendi, & imperandi denique finem fecisset; confestim:

FERDINANDVS II. AVSTRIVS, Filius Caroli Ducis Carinthię, Filij Ferdinandi Primi, (Cui Albertus & Max-Æmylianus Austrij, Patruëles, ius suum vltro cesserunt, Principi cordato iuxtà ac forti,) suffectus, & coronatus est 9. Septembris anni 1619. Neque verò fuit consilium Divinæ Sapientiæ, in huius magnanimi Principis electione, obscurum. Hunc nimirum præpotens ille rerum omnium Conditor, & moderator DEVS elegit, tot ex Regibus, tot ex Imperatoribus Austriädis prognatum, & ex mero Summæ inter Europæos nobilitatis Flore conflatum Principem Virum Ferdinandum, Christiani Orbis Imperio destinatum; in quo, & per quem, virtutum heroïcarum, & quasi ex illo Majorum suorum Austriadarum cœlo haustarum virtutum, atque illustrium operum miracula patefaceret mundo, quæ in permultarum salutem animarum resilirent: & ego, è musæolo etiam hocce nostro, & Sanctæ Rictrudis Fundo, atque proprio Marchianensium Benedictinorum Gymnasio, Duäci Catuäcorum constituto, possem in

Augustissimo Principum FERDINANDO II. AVSTRIO, proximam ita DEO Majestatem admirabundus Spectare, vt Regem illum Regum, & Summum Mundi Rectorem verè protestaret in eodem Ferdinando Cæsare nostro,fecisse omninò magna; qui Principem, Virum, secundùm cor suum, adeò potentem, totque victoriis de acerrimis hostibus Anhaltino, Suëco, Dano, Palatino, & aliis ovanter reportatis effecerit tam gloriosum, quantum, Regum omnium, qui Solem intueantur veneratio debita, debitus cultus,observantia iusta testantur.

Et si ad puerileis eius annos retrocedere lubeat: planè intelligentur Forteis creari Fortibus. Neque verò in hâc Austriadarum stirpe generosâ, Heroum Filij noxæ, vbi præsertim ab Majoribus insita vis illa salutari alitur doctrinæ succo, atque promovetur; & recto cultu, Majorúmque domesticis exemplis animi corroborantur tenelli. Quod sanè, quin diligenter sit in Ferdinando curatum, ambigere non sinit Austriaca ipsius Familia, severitatis, disciplinæque domicilium antiquum,& regiarum virtutum Officina. At Ferdinandus hic Austriades,Deo in longitudinem prospiciente,quàm singulari studio, & accuratâ diligentiâ, cum optimis in disciplinam Magistris traditus, tum liberaliter institutus fuerit; quantos, & quàm exiguo tempore, non in omni tantum litterarum genere, sed in solidâ etiam modestiâ,& pietate fecerit progressus,certo iudicio esse possit,quòd in eo nondum ex ephebis egresso, suprà quamdam regij spiritus moderationem, non adumbratæ,sed ab optimâ insitæ natura expressæq; solidæ virtutes sese palam extulerint, præsertim cùm Ingostadij, cùm Principe Bavaro Maxæmyliano, philosophicum curriculum studiosissimè inchoatum annos natus viginti, ità feliciter absolvit, vt eius eruditio in prodigiis hoc sæculo possit numerari. Quidni ergò puerilem quoque Ferdinandi Austriadæ cum singulari pietate coniunctam institutionem in admirandorum in ipso Divinæ providentiæ operum ordine licuerit nobis posuisse? Quin etiam eiusdem mirus discendi ardor vlteriùs fuerat progressurus, inopina nisi mors Caroli Parentis, Carinthiæ Ducis, ad provincias paternæ hęreditatis administrandas præclarum iuvenem evocatum avulsisset. Quo quidem tempore, insigni probavit argumento, quam solidæ pietatis, omnigenęque virtutis indidem iecisset fundamenta politiori litteraturæ, atque philosophiæ adiuncta. Pietatem eius cùm eximià desponsam modestià privatam quidem, ipsisque

ipſiſque adeò viris religioſis cum fœnore æmulandam præterire poſſum; ſed nuperum illius, & in ore omnium expoſitum prætermittere documentum nequeo demirandum. Quod; Cùm paternam adijſſet Carinthiam, eàmque cum Carniola, Stiria, & alijs adiacentibus provincijs, non ſine iuſto gemitu, ex animarum indidem æternùm pereuntium luctuosà clade concepto, pernicioſis hæreſum ſordibus infectas conſpexiſſet; ferre nequijt vllum Principem, qui ſubditos ſuos, eamdem impietatem compellens profiteri, ſecum in æternæ damnationis barathrum pertraheret: omni verò ſtudio, & ope, promtà etiam prĉſtità manu, ſtatuit iuvandos Catholicos Proceres, qui potiore iure, ſibi divinitus concreditas Provincias, ab hàc peſtilenti lue ſecum contenderent, (cœlum commerituri,) expurgare.

Senſit id optimæ mentis ab illo Summo Numine, (à quo Sancta mortalibus deſideria, recta conſilia, & iuſta effluunt opera,) cœlitus infuſum, & quantociùs ad Clementem ſe contulit Octavum Eccleſiæ Antiſtitem Romanæ, benedictionem Apoſtolicam conſecuturus, quà mens firmaretur, & tanti ponderis res ſtatutà exoptatum finem ſuum felicius ſortiretur. Illam pius Princeps vt impetravit, domum ſtatim revertit, & per ditionis ſuæ varias Vrbeis minacia iuſſit affigenda Edicta, quorum Sacrà Maieſtate, hæreticis, niſi, aut ſtato tempore ſuam hĉreſin abiurarent, aut indè procul abirent, aquà interdictum eſſet, & igni. Qui ergo reſipiſcere recusàrunt, ad triremes damnati fuêre.

Inde igitur Lutheranæ, Calvinianævè quĉrelæ emerſêre, quæ Ferdinandum Cæſarem religioſum, everſorem Evangelij dictitare non dubitarent, vti neque Stigijs monſtris devovere, ceu impium, & (ſi Dijs placet) inimiciſſimum DEO ter-maximo, quem, prĉter paratam cœlo mercedem, pro tempore lĉtanter conſpiciamus à Magno illo Mundi Rectore, & Domino liberaliſſimè, tot provinciarum ſubindè acceſſione, adeòque ipſius & Imperij ampliſſimi largitione honorificentiſſimà omnium commodo muneratum. Ecquid igitur vetat, quò minus Deus Opt. Max. in Ferdinando II. aſſeratur *Feciſſe magna, qui potens eſt:* * cùm is divinitùs accepit adeò admirabile ſtudium veræ pietatis, quo nihil divinius hàc in mortali vità ſit? *Siquidem, Pietas, ad omnia vtilis eſt.* Nihil omninò. Itaque, id liberè aſſeratur: imò verò addatur planè videri bene ſenſatis, certamen quoddam, inter Divinam Maieſtatem, atque Cæſaream

* Luc. 49.

1. Ad Timoth. 4.

ream esse institutum;hāncque rectâ eò dumtaxat collineâre, vt eius administros, & cultores, fracturos obstinatum furorem hæretico-rum, avitamque Austriâdarum religionem, sanctamque pietatem longè latèque per Orbem constabilituros, vbique constituat, divitet,charitatéque perpaternâ complectatur: illum verò, FERDINANDVM vt Austrium nullis non adeò bonis cumularet, vt etiam, dum adhuc gravissimis cum difficultatibus cogeretur in hæreditatis paternæ provincijs luctari,& ab ingenti adversariorum exercitu propemodum iaceret oppressus, divina Ferdinandum hunc Austriacum providentia, nihil minus quàm id meditantem, Bohemicum in Regnum provexit, potentibus vt adversarijs hac dignitate præpotentis Regni adauctus, repellendis, in ordinémque redigendis par esse valeret.

Sed & demùm mirabilis eadem illa negotium hocce totum perarduum providentia est divina, sic moderata præpotenter, vt permulto Austriâdæ nostri Ferdinandi pietatis, constantiæ, meritorumque incremento, civilis belli extincto furore, optatam rebus attulerit pacem.

Divinis prodigijs Hungari accessêre, qui Ferdinandum,pridem Austriæ Archiducem, Bohemiæq; nuper Regem, & in principibus laicis Imperij primarium Electorem, Cæsareo diademate caput perdignum, sibi Regem exoptârint. Furere per id temporis tartareum, & immane illud monstrum, nobilem sibi ab hoc excelsi animi Principe cladem reformidans, & Comitia Regni æstu concutere pœnè decumano; cùm eccè furibundam extemplò evomit Aquilo tempestatem, Spiritusque immittit procellarum, vnde Bohemicorum defectio Principum horrendis criminibus gravis,& nimiùm cumulata est exorta, quæ nec ipsos erubuerit summo natos loco viros, Regisque ipsius nomine primario fungenteis Magistratu, sublimioribus è Regiæ arcis præcipites fenestris amplius quaterdenos cubitos altis deturbare.

Sed, & hos omneis omni clarissimos virtute incolumeis, non sine permagnâ, & perdignâ omnium admiratione, certóque miraculo divina susceptos providentia conservavit, vt non solùm mira, & magna in Ferdinando Austrio edere videretur, sed & in ipsius eiusdem gratiam miracula in suos Divina providentia, in eos qui vices ipsius insonreis constanter obirent, agnosceretur propagare, iuxta illud Regis Vatum, Vatisque Regum psalmo 36. versibus

verſibus 24. 25. *Apud Dominum, greſſus hominis (ſup. iuſti,) dirigentur: & viam eius volet. Cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus ſupponit manum ſuam.*

Mirum! Sed ecquid illud? mirum ſanè: Quod Vngarorum de novo Rege ſibi aſciſcendo conſilia ſuperiora, nè hæc quidem etiam diſturbare potuerit quantumvis Bohemorum horribilis coniuratio, provincias latè depaſcens permultas. Nimirum compeſcuit omnem metum belli è vicino Regno, (vt quidem videbatur,) impendentis cervicibus Vngaricis.

Impedimenta cuncta depulit Regnorum ſupremus moderator Deus, qui temperans rerum vices, qui Ferdinandum noſtrum Auſtriadarum generoſam prolem, in Orbe noſtro, pro tempore, perdignum Cęſareo diademate Caput, & ſuprà omnia miracula Pliniana, felicitatis exemplum, voluerit communibus Vngarorum ſuffragijs delectum, & humeros purpurâ, caput coronâ, ſceptro dextram in Vngarico throno decorum, Regemque, haud certè obſcuro cœleſtium favore ſalutatum.

Nec præter-ea, in huius inclyti Auſtriadæ rerum arduarum felici manuductione, divinæ miracula providentiæ dormitàrunt; aut apud ſolos Vngaros hæſerunt. Moraviam etiam Bohemica iam perfidia pernicioſo auſu in effręnatæ ſuæ audaciæ, defectioniſque impiam pellexerat ſocietatem; militares, eaſque copias legerat, coegerat; ingenteis, invaſerat Vrbeis complureis, civicum Magiſtratum exauctoràverat; Eccleſiaſtico pepercerat nulli; quotquot nôſſer Deo, Regique fidem ſervàſſe, ceu patriæ proſcriptos proditores in vltimas terras exportàrat; Vlteriùs furibundo impetu graſſata, Civitates Auſtriæ obſidione arctà premebat, ipſamque Archiducis Auſtriàdæ metropolim Viennã, quà vi, quo dolo tentabat; Tranſilvanũ Turcicum clientẽ, in ſpem Regni Vngarici erigebat; Sacrilegà electione, Palatinus, furioſo impetu armatus in Auſtriàdam Familiam, alienum in Regnum advolàrat; dederat cum Luſatià exercita Sileſia manus; quin-etiam Auſtria ipſa totà cum Germanià nutabunda, & agendi ambigua, malè fortunatorum dubià expectatione pendebat; Cœlum ipſum cum terrà, & inferis, in Auſtriadam gentem, viſcera exacuiſſe iam, & arma rabida ſumſiſſe, iámque incendia horrenda videbantur eructare, cùm eccè, non ſinè novo providentiæ Divinæ miraculo, repentè Francofurti, Comitijs Romanorum Regi novo creàndo indictis, (perindè ac ſi eò adventantibus

omnium Legatis provinciarum Imperator Ferdinandus Auſtrius II. depoſceretur,) vnanimi omnium conſenſu, nullo tumultu, Rex Romanorum, idemque Chriſtiani Orbis Imperator ab Electoribus Principibus proclamatur. Dixiſſet per id temporis bonæ mentis quilibet tanti ſpectator prodigij, cùm ipſi etiam antè perduelleis ſuoptè ore perfidiam ſuam damnarent, & inconſultà velut quadam (vt ita dicam,) temeritate, (ita rem factam ſtatuente cœlo,) gladium Imperatorium Ferdinando, quem in eos vindicem quamprimùm ſtringere poſſet, porrigerent: Dixiſſet (aïebam,) tunc quilibet bene ſenſatus, beatas illas mentes, prodigiorum horum adminiſtras diviniorum, cottidianis licèt miraculis aſſuëtas, admiratione quoque ſummà defigi.

Nil opus eſt vlteriora operosè, fruſtráque perſequi, & Philiſtorem Lectorem cætera quæ ſint ſatis, abundéque cunctis nota memorando fatigare. Nemini putem obſcuram, & ignotam admirabilem illam multis fœtam miraculis victoriam de Palatino, déque perduëllium Ductore Anhaltino, ad Pragam, haud ita pridem, ab exercitu Fernandino gloriosè, (vti ſuperiùs paullò innuimus,) non militum numero, (qui hoſtili longè impar eſſet,) ſed vnà duntaxat equitate cauſſæ Cæſarianæ, militúmque excellenti alacritate, feliciter reportatam, Cœli ac terræ Imperatore Deo duce, qui facit mirabilia magna ſolus. * Incidit hæc memorabilis pugna in 8. diem Octobris: quo, Bavarus hinc, indè Bucquoyus, bellicis artibus præclarus, (mihi anno Ieſu Chriſti 1584. in Gymnaſio Aquicinctino ſub R. P. Carolo à Portà, è Societate Ieſu Præceptore, Syntaxeóſque Profeſſore Condiſcipulus,) hymno Virginis Matris ad cœleſtem opem exorandam piè decantato, belli Duces, & Cæſariani exercitus, excelſo animo, & eximià fortitudine Ductores, toto monte ad Pragam præcipites perduëlles egêre; & cæſim, ac punctim fugacia probroſo vulnere perfidorum dorſa fortiſſimè feriendo, fodiendóque perſecuti, Anhaltini primogenito plurimà cum nobilitate capto, victoriam Ferdinando Cęſari Auguſtiſſimo integram & amplam retulêre: Palatinum Regni adulterum cum Vxore, Anhaltinum, alioſque belli civilis autores ignominiosà in Sileſiam fugà excuſsêre: adeòq; deterruêre omneis, vt qui ſpe vanà Imperium Romanum devoràſſent, conſternatis iam animis, cuncta in perditis, & deſperatis ſic haberent, vt, quonam gentium ex turpi fuga tutò ſeſe reciperent, vix intelligere poſſent.

* Pſ. 135.

Hæc,

Hæc, & alia, quæ de industriâ perstringimus, divinæ potentiæ miracula permulta, Cæsaris religiosissimi Ferdinandi auspicijs, & eximiæ *Pietati*, (quæ, *teste Paulo 1. ad Timotheum cap. 4. versu 8. ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futura,*) ad maiorem Dei gloriam peracta, & gloriosè suscepta, debebantur. Debebātur, inquam, Augustissimi Cęsaris Ferdinandi pijs inprimis apud Deum fusis precibus, & meritis; hæc, Fidem Deo & Principi suo constanter servantium supplicibus votis, desiderijsque sanctis; hæc sanctorum proscriptorum exilijs, & mortibus insontum; hęc sacrosanctis Sacrificijs Sanctæ Matris Ecclesiæ à Deo, & Domino exercituum accepta, haud dubiè, debebantur non minùs religioso, quam Fortunato Ferdinando 2: quem Deus Opt. Max. Virum secundum cor suum invenisset.

Non fuit mihi animus Austriadarum omnia decora hoc Catalogo in medium proferre, qui abundè factum esse arbitrarer, si nuda nomina eorum huc conferrem, quę inusitato quodam Familiarum, & in ijs Imaginum ab omni hominum memoriâ illustrissimarum; potentiæ, suprà omnem vetustatis recordationem, immensæ; Titulorum gentilitiorum, & Celsitatum Heroïcarum cuiusvis mentem quamlibet tardam, & hebetem, decore suo, atque admiratione queant complere, accumulatóque suo præstringere splendore: præsertim, cum vberrima rerum ad laudandos Austriadas cùm Germanos, tum & Hispanos, Galloque-Flandros copia, quàmlibet disertum, & peritum dicendi, scribendique inopem facere possit. Satis ergò sit summatim hâc penè nudâ nomenclaturâ conclusam Cæsarianâ Familiam Austriadarum spectâsse generosam, & ad terrarum Imperia ita natam, vt & inter maximè admiranda meritò debeat reponi, vnâ ex istâ Familiâ Austriacâ, verè Augustâ, XII. Impp. intrà CCC. & L. plus minùs annos, Europæörum Orbi Christiano, in tam crebris Regnorum aliorum inclinationibus, tenebrisque sæculorum adfulsisse, absque vllo adoptionis fulcro, (quod in Gente Iuliâ, apud Romanos, non vltrà sextum, legimus propagatum,) sed continenti pœnè natalium, sanguinisque serie, tot per annos, Deo vsque favente, suffragiáque Septemvirûm dirigente, successisse. Id Cæsarum Occidentalium noster hic nomenclator ostendit. Huic autem nihil planè Synopsis Andreäna, seu Franco-Merovingica, in omni retrò Principum suorum classe, neque Carolingorum, qui in Occidente, neque Palæologorum, qui in Oriente,

Oriente, omnium diutiſſimè dominati ſunt, ſimile tradidit eveniſſe. Vt hinc, providentiæ ſimul & potentiæ divinæ præclaram imaginem, intentâ mentis acie contemplari, & cognoſcere liquido liceret, dignitatem Imperiorum, legitimi ſtatus in orbe hocce infernati conſervatricem, adverſariámque Satanæ, in Heroïbus monarchis, ſummo genere natis, & excellenti præditis virtute, DEO, qui vnus omnia in Superis moderatur, regnorum in terris vices, ſuâ pro admirabili conſtantiâ, ita temperante, ſartam tectam ſemper cuſtodiri: vt, invaleſcente iam-tum tyrannide Turcorum, Chriſtiani, novâ Imperij luce, defenſoribuſque novis, Reipublicæ veteris occaſum, quodam hocce modo ſolarentur.

Porrò-verò ex hocce noſtro Catalogo poſtremo, Alberti noſtri Auſtriadæ Sereniſſimi Archiducis Auſtriæ, Burgundiæ, Brabantiæque Ducis, Flandriæ Comitis, &c. Belgarum, ſummâ cum auctoritate Catholici Regis, Moderatoris, (quem iam partà ſuis promeritis perfrui iucundà confidimus quiete) Fratres vidimus Cęſares duos, Rodulphum, & Mathiam, & pro tempore conſpicimus patruelem Ferdinandum eximiarum virtutum certis gradibus ad idem ſupremæ dignitatis culmen, auſpice Deo, evectum, atque ſingularibus eiuſdē bonitatis, Sapientiæ, potentiæq; certis pręſidijs ita nixum, conſtantérque firmatum, vt omnibus in caſibus, ac procellis, inferorumque adverſis vlulatibus perſonantibus, infracto vſquè animo, manſerit invictus, adeòque, vt de ipſo vno illud verè poſſit vſurpari: *Si fractus illabatur orbis: impavidum ferient ruinæ.* Vndè, in tanto Principe illa vultu conſtans, perpetuáque ſerenitas, firmitatis animi comes individua, certáque nuncia, obſervata eſt, qua, nec adverſis frangatur, nec proſperis inſolentius vmquàm efferatur. Vivat igitur à Deo delectus, & dilectus Auguſtiſſimus Imperator, & invictiſſimus Auguſtus neſtoreos in annos Ferdinandus Auſtriădes, in quo, & per quem fecerit, faceréque magna pergere dignetur, qui ſolus potens eſt: & Sanctum nomen eius.

PROSE-

PROSECVTIO SERIEI ORIENTALIVM IMPERATORVM, à superiore anno Iesu Christi 1264. à quo nostros produximus iam Occidentaleis, in hoc vsque tempus.

POST Alexium V. Ducam, Marzuplum, Imperatores Latini, (vti superiùs paullò delibavimus,) Constantinopoli rerum potiti per annos LIIX.

BALDVINVS, Comes Flandriæ, & Hannoniæ.
HENRICVS.
PETRVS.
ROBERTVS.
BALDVINVS.

Sed interim Græci Imperatt. Constantinopoli extorres, regnàrunt in Asià, Trapezunti.

THEODORVS LASCARES.
IOANNES III°. DVCAS.
THEODORVS LASCARES.
MICHAEL PALÆOLOGVS, qui pulso Balduino postremo ex Latinis, (vti superiùs innuimus,) Imperium Græciæ restituit.
ANDRONICVS.
ANDRONICVS IVNIOR.
IOANNES IV.
EMANVEL.
IOANNES V.
CONSTANTINVS XII.
PALÆOLOGVS. Sub quo, Imperium Græcanicum transijt ad Turcas.

Turcici Imperatores.

MVHAMED.
BAIAZETES.
SELIMVS.
SOLIMANVS.
SELIMVS II.
AMVRATHES.
MVHAMED II.
ACHMET.
SVLTANVS MVSTAPHAS. Qui laboribus impar, & Imperio Turcico administrando parum idoneus habitus, à Ianissaris è Solio est deturbatus: & subrogatus eius in Locum Amurathes eiusdem Patruus, bellicis artibus conspicuus, qui & pro tempore, Turcarum Imperio præest, ab anno Iesu Christi 1624. Sed,

O pudor, ô probrum! nostrique infamia secli:

Immanissimum Orientis Tyrannum Amuratum hunc, & im-

maneis cæteras id genus Turcicas belluas, idque genus [illegible] Tyrannos, bellonúmque faces in perniciem nominis [illegible] Christiani, instar alterius Atheülæ, aut quasi alterum T[illegible] sævissimum, colubro è quodam Tartareo conflatum, [illegible] in-dies grassantem, nobilissimísque tot gentibus, & Imperij [illegible] brosum durissimæ, servitutis, lacrymarum imbribus depl[illegible] imponere iugum. Divinam is quidem hactenus differre po[illegible] effugere vsque nequibit vindictam. Tarditatem supplicij, gr[illegible] pensare, D E I excelsi, terribilis, Regis magni super omnem [illegible] est. Vtinam, tandem aliquando, seculum hocce Gratiæ fit, & [illegible] tatæ pacis, omni Orbi Christiano plenè restitutæ.

Vtinam, mirabilis illa erga Ferdinandum nostrum A[illegible] mum Cęsarem providentia, & potentia (cui nihil absco[illegible] difficile nihil est) rem hanc nobis quidem arduam, sibi pe[illegible] totam ita moderetur, vt ipsius Cęsareæ Majestatis studio [illegible] studio, & fortitudine, pacem rebus adferat, teterrimi huiu[illegible] furorem extinguat; & qui modò in Christum Iesum, & [illegible] nomine insignitos grandia, & sesquipedalia verba ore b[illegible] crepat, confusus abeat, latebras quærat, inveniat nullas [illegible] pedes Cęsareæ Majestatis Sacrosanctæ pronus, & supplex [illegible] veniam, verbis, & actis Divinæ atque humanæ Majesta[illegible] piùs violatæ, & vitam immanissimis criminibus cumulata[illegible] let, debitam acerbæ morti.

Vtinam, & Germani, & Europæï Principes omneis ad [illegible] nam concordiam, & iustam pacem conversi, clangorem [illegible] barum propheticarum Esaiæ 21. & Ieremiæ 51. capp. adv[illegible] bylonicam istam colluviem auribus, & cordibus excipiant [illegible] diter, & sanctè incensis. *Surgite Principes, arripite clypeūm, [illegible] tas, implete pharetras, quoniam vltio Domini est, vltio Temp[illegible]* diant hæc vtinam salutaria Vatum Sacrorum monita, & [illegible] multis, validísque suis Crucesignatis Christianis copijs [illegible] se animis piè accensis Catholico, Cęsarianóque exercitui [illegible] di II. Austriadæ Imperatoris Augusti, potentissimi, in[illegible] Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, S[illegible] &c. Regi, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Stiriæ, C[illegible] Carniolæ, & VVirtembergæ, &c. Comiti Tirolis, &c.

Adiungant se, (aïebam,) spiritu illo Divino exciti, divinâ [illegible] dentiâ, & omnium longè optimâ nixi caussâ, Ferdinando A[illegible]

ſecundùm Deum, Orbis vniverſi anteſignano, & Capiti perdigno, cuius non poſſint vlli mortalium eſſe incognita bella fortiter geſta, feliciterque confecta; vti nec illuſtreis victotiæ; glorioſi triumphi; opera longè plurima, & perilluſtria, & plena dignitatis; quęque valeant, ſivè ad nominis certam immortalitatem conſequendam; ſivè, ad ſibi tutius muniendam viam ad beatam ęternitatem.

Adiungant, & pari felicitate cum Cæſareà Ferdinandi Majeſtate, cœlo, terràque faventibus, perſequantur, invadant, comprehendant tartaream illam belluam, Chriſtianorum hoſtem coniuratiſſimum, ferreis includendum clathris, & multo cum ſanguine tandem evomiturum, quicquid in hoc vſque tempus ſæviſſimè, perimpièq; abſorbuit, devoravit. Hàc profectò in Cauſsà ſacro-ſancta, & vincere, & vità, & ſanguine Ieſu Chriſto conſtanter ſervire dulce, decorum, glorioſum eſt. Præpotens Deus, qui, Auſtriadæ, Ferdinandi II. noſtri Cæſaris, Auguſti, Pij, Victoris, Felicis, Monſtrorum Domitoris, Ttiumphatoris, prudentià, pietate, animi magnitudine, verè magni & inclyti, docuit manus ad Sacrum prælium, & digitos ad bellum, pergete dignetur eidem maximo, & Principum glorioſiſſimo rei Chriſtianæ Propugnatori apponere, firmareque, vt arcum æreum, brachia, quibus, robore invicto, ardenti zelo, ſedulàque ſuà ſedulitate, atque felicitate, exardeſcens, & invaleſcens, hunc, & reliquum Satanam Pſeud-Evangelij Buccinatores, hæreſum anteſignanos, duces impietatis, teterrima ſectarum monſtra, ſuperbóſque Reges, perduelleis Eccleſiæ Catholicæ, atque Reipublicæ Chriſtianæ, inſolentià ſuperſtitionis bacchanteis, omnem calamitatem, & vltimum exitium molienteis, ad iuſtum obſequium, & pietatem in Deum, venerationem in Cœlites, obſervantiam ſacrorum, & religionis ſacroſanctæ, ſumméque Majeſtatis debitum cultum compellere; vel protervè, procacitérque repùgnanteis, flectique recuſanteis, frangere, domare, pedibuſque, religioſà ſeveritate, conterere triumphanter poſſit. Id more ſolenni & voveo, & auguror. Id pergam obnixè à Deo Opt. Max. poſtulare; vt exoptato,

Fine coronetur, nobile ſemper opus.

Admonitio ad Lectorem Amicum.

NE quis iam Lector cõsultò, aut imperitiâ crassiore me, ex Pijs [illegible] IV. (quem V. falsò charactere superiùs videbis notatum,) & V. vnum & eumdem voluisse effingere, arbitretur: hîc mihi obiter, & [illegible] riò fuit Lector amicus seriò commonefaciendus. Quòd, à Nobili [illegible] Vrbe Duaco fortè aberam, & cum Illustrissimi Domini Claudij [illegible], Comitis Rhodiani, &c. Filijs nobilissimis DNN. Ludovico Croyo, [illegible] no de Crecq, insignis Ecclesiæ Collegiatæ S. Piati Sicliny Præposito, [illegible] & Florentio Croyo, cohortium 2. cùm in castris Reg. Cathol. tum & [illegible] apud Lucemburgenseis, à suâ Celsitudine constituto Ductore [illegible] agebam, cùm Superior noster Pontificum Romanorum Catalogus [illegible] dosissimè excusus. In quo quidem, incuriâ nescio quânam, & [illegible] nostri, cui hocce negotium vrbe discedens, credideram, & Oper[illegible] graphi inscitiâ, erratum non est vlterius ferendum. Turpiter [illegible] erratum est in Pio IV. quem Quintum inscripserit, Pio Q[illegible] prorsùs omisso, quòd ij fortassis nostrâ manu è varijs Nomen[illegible] Chronologis contracti, & ad suam seriem reducti, aliquot cum [illegible] sent lituris. Proindè, Donono, Marcanisque Duacum, in nostr[illegible] lum Marcanense reversus, vbi statim errorem hunc turpem ani[illegible] emendatum è vestigio sic curavi, vt vel hoc saltim loco restitutos [illegible] Pontifices hosce re & nomine, vtrumque, Pios videres: mecúmque [illegible] emendatiùs ibi legendum intelligeres:

PIVS IV. MEDICÆVS, Comitissæ Margaritæ, [illegible] Borromæi Conjugis, & incl[illegible]tæ Parentis S. Caroli Bo[illegible] tradelphus, quarto post mense quàm Paulus IV. PP. die[illegible] Pontifex Romæ delectus, à 7. Calendas Ianuarias præfedit in [illegible] sem Decembrem anni 1565. Posterior pars Chronologiæ [illegible] nianæ vult Pium IV. sedisse annos 5. menses 2. dies 15.

PIVS V natione Lombardus, Michaël anteà Gisleri[illegible] Sacri Ordinis Dominicanorum, & Cardinalis Alexandrin[illegible] dus Ianuarias anni 1566. Romæ Pontifex Max. renunc[illegible] annos sex, menseis treis, dies 24 Qui si longiore à Deo vitâ [illegible] fuisset, Pontifex sanctioris vitæ exstitit, ad quàmplurim[illegible] siæ Catholicæ incrementum natus. Fato cessit Calendis [illegible] 1572. Vide Onuphrium, & alios complures Scriptores no[illegible] hunc Pium V. PP. maximis laudibus efferant. Quæ sequi[illegible] rorum Pontif. Romm. à nobis contracta series; integra [illegible]

EPILO[illegible]VS

EPILOGVS OPERIS TOTIVS, ET GRATIARVM ACTIO DEO OPT. MAX.

HOMINI de limo terræ ficto, nihil est, vndè glorietur. Sed, *Qui gloriatur, in Domino glorietur*, vti rectè Apostolus monebat.* Huic vni omnis laus & gloria: universa namque vanitas est, omnis homo vivens. Bulla, humus est homo, & non Deus, qui omnia opera nostra in nobis operatur. Quid habes (inquirebat Apostolus,) quod non accepisti? Si autem accepisti; quid gloriaris, quasi non acceperis? Salomon quoque præcipiti cuilibet consulens, aïebat: Fili nè innitaris prudentiæ tuæ. Huiusce haud inscius rei mellifluus, Divusque Bernardus: Si quis (aïebat,) solicitus; si quis spiritu fervens est; caveat nè suis meritis fidat, neque suis operibus innitatur: alioqui, Sapientia illa increata, in huiuscemodi animam non introïbit. Nec mirum. Nullus enim illi locus est, in diversorio nullius egente. Effunde igitur, (ita suädebat D. ille Aurel. Augustinus,) vt implearis: exi, vt ingredi possit. Natura boni est; sese effundere. Nihil enim vacuum relinquunt, Deus, & natura, vt Physici docent. Exeundum ergò creäturæ à se est; Creätor vt intret. Vilescat nobis meritum; gratia profusior vt accrescat. Mentem certè tardiùs, & ægriùs reducit ad Deo excelso gratam humilitatem, (quæq; gratiam sola meretur;) qui vanè se reputat sapiētem. Siquidē: Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, seipsum seducit, & veritas in eo non est. Et qui sunt eiusmodi spiritu inflati, haud difficilè ruunt, & in gravia labuntur; quod careant, quo nitantur divinæ gratiæ fulcro. Quam ob rem, multos (inquiebat S. Augustinus,) de firmitate deiecit, præsumtio firmitatis. Nemo enim firmus, qui se non sentit à seipso infirmum esse. Quisquis itaque felicitatis æternæ bravium comprehendere optat, Deorúmque Deum in Sion videre: nolit sibi sapiens esse; sibi vanè nolit ipsi placere; se nimis amare nolit; sed, iuxta illud Apostoli paradoxum 1. Cor. c. 3. Qui vult sapiens esse, stultus fiat: & exemplo Davidis 1. Reg. c. 21. ad tempus ora mutet. Spiritus dona

* 2. Cor. c. 10.

occultans quæ sint infirmitatis humanæ, foris pandat, nôritque abundare, & penuriam pati, dicereque cum Paulo 2. Cor. c. 5. Sivè mente excedimus, Deo; sivè sobrij sumus, vobis. Passio etenim nulla perniciosior, periculosius tentandi genus nullum est; quàm elata suorum fiducia meritorum. Qui proindè se verè sapientem esse velit, in-primis caveat vanâ de laude anxiè laborare, suumque ingenij felicioris splendorem iactabundè ostentare. Vt enim olim apud Ethnicos, & infideleis, gloriam avidè appetere, honoréſque sitire, summæ laudis erat: ita nunc, apud Christianos, religiosósque Viros viceversâ, eximiæ laudis est, vanam fugere gloriam, & iactantiam omnem; & non solùm laudum esse suarum contemtorem, sed & acerrimum hostem; de se humiliter, de proximo magnificè, magnificentissimè verò sentire de Deo Opt. Max. à quo reverâ, tanquam, ex vberrimo fonte, hoc in Opere toto Historia Franco-Merovingica omnia bona nobis liberè, ingenuèq; fatemur copiosè defluxisse. In quo sanè, quùm nobilium, sanctorúmque Virorum, & Conditorum, Tutelariúmque nostrorum virtutes eximias, præclarèq; in medium produximus res gestas, seriò sumus commoniti, non debere nos ab eorum virtutibus degeneres esse. iuxtà illud Isaiæ cap. 51. Attendite ad petram, vndè excisi estis, & ad cavernam laci, de quâ præcisi estis: attendite ad Abraham, (SS. (aiebam) Amandum, Adalbaldum, Ionatum, Chrodobaldum,) Patrem vestrum, & ad Saram, (SS. (inquiebam,) Antistitas, Gertrudem, Rictrudem, Closcendem, Eusebiam, Adelscendem,) quæ peperit vos.

Horum autem Protoconditorum, Protoparentum, & Principum Sanctissimorum Tutelarium Marciâdum nostrorum ab anno Virginei partus IↃC. XI. *si non etiam* IↃC. X. *(vti prolixè nostra Prolegomena, ad R. P. Domni Andreæ Silvi Historiam Francorum Regum, Merovingorum, Carolingorum, & Capetidarum manuscriptam, ostendêre,) quo modo iucunda & salutaris mirèq; proficua; eâdemq; planè ratione, necessaria nobis eorumdem commemoratio frequens, ad exemplar formandæ in mores verè Benedictinos vitæ nostræ asceticæ pernecessaria, ita est; vt, si tacuissemus, criminis, ex silentio præsenti, & ex infinitorum oblivione beneficiorum, & promeritorum maximorum ab ijsdem in hoc vsque tempus liberaliter acceptorum, turpiter redarguendi fuerimus ingrati.*

Sed vndènam nobis tam præclari, potenteis, sanctique tot in Christo Patres, Illustrissimæq; iuxtà ac antiquissimæ, religiosissimæque Marcianensis Ecclesiæ Benedictinæ Conditores, Rectores, Tutelares Summo Divinæ providentiæ beneficio prodière? Abundè iam scriptum toto pænè Πεϱιλεγομένων *nostrorum Opere conflato permultis ex Codicibus* MSS. *autoribusque*

busque recentioribus, & melioris notæ; id repetere possis, Candide Lector! neque sanè id ipsum sine nobili eiusdem providentiæ divinæ miraculo peractum, idem observare citrà laborem queas. Quod regij spiritus & sanguinis, Mulier (inquam,) illa fortis, & cuius pretium immensum procul petitum, & de vltimis fermè Galliarum. Gothicarum finibus quæsitum & inventum, ab Illustrissimo Duce, & Martyre Sancto Adalbaldo Austrasiorum Ducum, Imperijq; ad Scaldim Marchionum Ausberti & Blitildis, seu Gerebertæ Dagoberti XI. Francorum Regis Florentissimi Sororis Filio, Tolosanæ Princeps Rictrudis, tandem Marcanas fuerit perducta. Sanctissimam Parentem, & pientissimam. Patronam nostram RICTRVDEM hic innuimus, sæculi sui Decus, & Regij Monasterij Marcianensis, cum sacris prolibus, & Aviâ sanctissimâ Gertrude, terque maximo illo nostro Abbâ Primo Divo Ionato, & Chrodobaldo Præposito, longè nobilissimum Ornamentum, quibus spiritualis extiterit Pater divinus ille, Divus (aïebam,) Amandus Elnonensis.

Horum porrò Parentum nostrorum spiritualium, & Illustrissimæ Marcianensis Abbatiæ Contutelarium, atque inprimis sanctorum Ducum Adalbaldi & Rictrudis regios nataleis, & stemmata inclyta, quæ ad Reges VVestergothos, Hispanos, Francos, Austrasios, Burgundos, aliosque complureis præclaros Heroäs Europæös extendantur, vt è veterrimo situ membraneo, éque permultis Scriptoribus fidissimis in lucem suam tandem aliquando educeremus, & eorum res gestas in medium afferremus, & penicillo nostro quali quali, senile collum imposito subijcienteis iugo, adornare possemus; Deus bone! quot, & qualibus vigilijs, quot noctibus insomnibus, quàmq; multiplicato labore certandum nobis fuerit, ipse Iesus Christus, cum Virgine Matre, Sanctisque, Angelo Custode, Raphaële Alexicaco, ipsâque Parente pientissimâ nostrâ, Marcianensium Patronâ Rictrude, cæterisque Tutelaribus nostris Divis, satis novit. Europaëus namque pœnè totus fuit Orbis lustrandus, Asia, pársque Africa longè, latèq; patentis laboriosè nobis fuère perlustranda, id pleniùs vt tandem aliquando assequi valeremus. Quod dum perficere hebetius ingenium nostrum multis iactatum terris, & alto ægrè tentaret, nec à cœpto daretur ei deflectere instituto adeò gravi, in eo (ingenuè fatendum est) humani sæpiùs aliquid passi sumus, quod vires nostras iniunctum à R. Abbâ nostro, tam arduum Opus, superare reverâ videretur, neque adiungeretur tot ex Fratribus nostris perdoctis vllus, qui collaboraret, donec persensi denique rem hanc perarduam obedienter susceptam, occultè, quidem, sed certè nervosè apud Deum ter-Maximum benedictionibus paternis, pijsq; Venerandi Præsulis nostri; prædilectorúmque

rúmque Confratrum nostrorum precibus, pijsq; votis suavius confici.

Quod ergò divinis tuis, Deus bone! auspicijs, & infinitæ bonitatis tuæ inexhaustis fontibus acceptum referatur immortale beneficium, magnum iam tandem aliquando confecimus æquor: Magnam Provinciam sustinuimus; Pensum ponderis maximi peregimus; multum Orbem te Duce, Iesu bone! feliciter peragravimus. Vltimæ propemodum terræ nobis iam sunt Rictrudinæ, VVestergothicæ peragratæ. Te (inquam,) sæpè sæpiùs humiliter cum Angelo Custode, cúmque cæteris Divis nostris, & S. Raphaele nostro, Alexicacis, malíque omnis, cœlestibus depulsoribus, invocatâ, & materno auxilio, amoréque præeunte benigno, magnum Opus, rem perdifficilem, ingravescenti præsertim huic ætati nostræ, obsequenter aggressi, optatum perduximus ecce demùm ad colophonem ô Pia Mater Rictrudis!

Væ, væ mihi, Fratrum omnium, Sanctissimæ Matris Rictrudis alumnorum Benedictinorum minimo, cui liberaliter, inter animantia cætera, sermonem tum mentis internum, tum & oris externum largiri dignatus es, tibi, rerum omnium Creätor optime, & Sapientissime! immortaleis vt gratias beneficiorum exsolverem benigniùs acceptorum: si, (quod procul absit) vel ingratus, vel arrogans, meisque, (quas malè metiar, & mentiar,) quicquam ipse viribus adscribens, & magis quàm par homini sit mortali vaniùs ingenio tribuens meo, quorumnam certâ ope, id Operis, ad finem perduxerim, neglexero liberè, palámque profiteri.

Tu, Iesu Clementissime! Tu, æterna Patris Coæterni Sapientia in-primis mihi homuncioni, vilissimóque terræ vermiculo, tantâ in historiarum silvâ, asperrimisque vepribus earumdem Dux extitisti. Tu, Christe pientissime! in tam difficili, & nodoso rerum historicarum cùm sacrarum, tum & profanarum, profectò, rerum obscurissimarum involucro, veluti clarissimus Sol tenebras tuo lumine splendens affulsisti: Tu, in immenso hocce mari, totque disceptantium opinionum, concertantiúmque permultarum Oceano historico sententiarum, exalbescens Polus, in quem certissimæ lucis autorem rectà collineans, navigationis huius historicæ cursum totum constanter direxi, rem vti feliciter contingerem certò designandam.

Tu verò, Beatissima Mater Maria! Tabernaculum Altissimi, omnium ad te concurrentium singularis Patrona Opt. Max. mihi exstitisti φάρος, ceu certissima Specula, in Petrâ illâ divinâ ingens constituta, e quâ, cœlestis luminis Marianæ accensæ faces, anxiè navigantis tui Bellocampi cursum feliciter rexêre. Tu (inquam,) ô Mater gratiæ, Mater misericordiæ! mediâ in nocte, cimmerijsq; plusquàm tenebris ignorantiæ nostræ, ingenijque hebescentis in frequentibus dubijs occurrentibus, ceu Luna mystica,

Solis

Solis illius æterni splendidissimâ luce illustrata, indubitata mihi Cynosura esse dignata es, quæ naviculam hancce nostram Πεολεγομένων, *Synopseosque Franco-Merovingicæ totius, in portum, è periculis pleno maris persæpè adversùs nostros conatus pios exæstuantis solo, tot, favore tuo, dirigeres devia inter impendentis naufragij recurrentia pericula fluctuantem.*

Accedat, (quidni enim, pergam ingenuè loqui quod res est?) Quòd inter obiectionum tacitarum chiliadas, variantúmque sententiarum bivia, itineris seligendi certioris, & semitæ tutioris audenter ineundæ, S. Archangelus Raphaël noster cum Angelo Custode, Præduces, & præmonstratrix, Sanctissima, nobilissimáque Parens nostra Rictrudis, præsto nobis quoque adfuêre; & ad omnium Francorum, VVestergothorúmque Ducum, Regum, & Principum Virorum, necnon Summorum Ecclesiæ Romanæ Pontificum, aliorúmque Præsulum, atque, inprimis, Sanctissimi Conjugis sui Adalbaldi, Ducis & Martyris, Sanctissimarúmque Prolium suarum, & totius illustrissimæ Familiæ, parentelæque suæ Regiæ virtutes æmulandas, & origines Regias, antiquissima stemmata, (quæ, ad Reges Visigotos, Ostergotos, Francos, Austrasios, Burgundos, Angli-Saxones extendantur,) omnium denique mores, facta præclara, vitæque sanctimoniam intelligendam; mihi viam aperuêre, vndè, non modò vitæ sanctioris præcepta, sed & ipsis præceptis atque documentis exempla possent solidiora exhauriri.

*Sanctissimus (inquam,) in Austrasijs nomenclator noster Raphaël Archangelus, nostro Fidelissimo Angelo Custodi adiunctus nostræ diuturnioris, & longinquioris peregrinationis individuus comes, me, veluti alterum Tobiam Iuniorem, frigoribus ex illis, & brumis Occiduis, & Septentrionalibus, asperioribúsque regionibus, in Germaniam; ex Germaniâ in Italiam; ex Italiâ, in Gallias; ex Italâ, Gallâq; tellure, in Pyrenæos monteis, & Hispanicâ Regna, VVestergothicámque ditionem; atque demum, indè in Gallias rursum me, adeóq; nostrum hocce in Belgium, omniúmque gratissimas, longèq; suävissimas, Sanctorum Conjugum Adalbaldi & Rictrudis Marcanas, pro votis revisundas, inoffensô pede, atque incolumem, benigniùs reduxit. Reduxit (aiebam,) certè summo cœlis accepto beneficio, & perlustrato iam, non ita corporeo gressu, vti calamo certiore universo pænè terrarum Orbe, obscuritate, multoplurimâq; rerum arduarum varietate mentis nostræ aciem obtenebratam, non illo biblici * piscis immanis corde, felle, iecore; (vti vsu olim sancto seni legimus Tobiæ venisse,) sed summæ illius sapientiæ, (quam, ab ipsomet æternæ sa-*

* Tobiæ cap. 6.

 pientiæ

pientiæ fonte, DEO haurit,) fulgore suaviter illustravit; vt proindè mihi iam sit perdifficile satis intelligere, quidnam cùm ipsis, tum & cæteris Cælitibus nostris Tutelaribus, & coädjutoribus, tantis pro beneficijs effusè acceptis, sim congruè repensurus; præsertim, cùm hocce de Opusculo luci publicæ propediem committendo, nonnihil obiter degustato, non, vt malignè morsuri canes, extremâ caudâ adblandientûm animos simulare; sed, vt benevolos, nihílque minùs quàm ad assentationem efformatâ linguâ, homines religiosos, & eruditos audierim mihi congratulari, quòd iussione R. Præsulis nostri, hanc SilvI nostri Synopsin historicam Franco-Merovingicam, Majestate, quàm venustate, tersiq; stils penicillo commendabiliorem, permulto studio, laboréque, atque industriâ nostrâ, quali quali, non minùs adornare, quàm accessione aliquot prætereà Autorum eiusdem propemòdum ævi, & argumenti manu-scriptorum ineditorum, vlteriùs protrahere, lucisque publicæ benefico splendore illustrare (tametsi Fratrum meorum Venerabilium Marcianensium omnium minimus, idémque ingenij hebetioris,) auspice Christo contendissem, nervoséq; absolvissem. Absit igitur à me procul, vt Cælitum precibus, nostrorumque Tutelarium sanctissimorum promeritis à Deo ter-Max. maxima hacce accepta beneficia superbo tegere silentio ausim ingratus. Æquissimum namque novi esse, generatim vt cuncta quæ prosperè filijs bene institutis, evenerint, eadem parentibus, & auctoribus accepta referantur. Id nos perdocet Geneseos caput 49. quo cuncta à Iosepho feliciter peracta manui Iacob potentis adscribuntur. Quid ergò nobis de Divis nostris contutelaribus profitendum, qui nobis, legibus Reverendi Abbæ nostri obsequentibus, & tanquam divino parentibus imperio, ex quo statim tempore Opus hocce tantum, (licèt principio nonnihil renitentes, quòd viribus nostris diffideremus,) aggressi sumus, promto animo ijdem ipsi ad opem suam nobis conferendam, precibus suis, manum suam cælitùs nobis pientissimè admoverint collaborantem instar illius Helisæi 4. Reg. cap. 13. qui manum suam manui Regis superimponens in emissione sagittæ, fecerit eum esse totius Syriæ percussorem. Sanè quidem & vos ô Cælites! Operis huiusce Autores, perpijq; Patroni, & Alexicaci Spiritus! hoc pariter Symbolo mecum sentio rem peregisse, & manui nostræ debiliori manum vestram auxiliarem validissimè adjunxisse, & obtusum certè tardumque ingenioli stylum nostrum, in sagittam salutis Domini, contrà insultanteis omneis convertisse. Res hacce igitur tota à vobis apud Deum Opt. Max. precibus confecta est. Idq; totum vti verissimum: ita & mihi perjucundum est de vobis ingenuè profiteri. Cúmque nos multa præter-ea

prater-ea vobis longèq; plura debeamus; de hac saltim modò Παραλειπομένων *in Synopsim Historia Franco-Merovingica, Paraleipomenωnq;, & de lucubrationum, Notationum, atque Appendicum variarum interiecta seriâ scriptione, optatum iam ad finem perductâ, exstet vobis, tamquàm, post Deum, (à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera,) omnis huiusce institutæ Scriptionis seriæ singulis auctoribus, hacce vivens æternùm, & usque loquens iusta, & eximia Gratiarum actio perpetuis consignata monimentis. Animi siquidem de se religiosè sentientis est; quorúmnam ope ad finem optatum Operis injuncti pervenerit, ingenuè profiteri. Quotus namque, quisque futurus vmquam est ille, qui suis plus æquo viribus tribuens, superbè dicturus est: In fortitudine manus mea feci; & in sapientiâ meâ intellexi: Qui non sit idem è vestigio sibi responsum illud à Domino Deo auditurus: Nunquid gloriabitur securis in eum, qui secat in eâ? aut exaltabitur serra, contrà eum à quo trahitur? Et vltorem Deum, Regem Gloriæ, cum elatiùs superbiente illo experiatur, qui regio suo è solio deturbatus, inter animanteis brutas exulârit. Vos igitur, Cives Cœlici! Supremíque illius Numinis Coöperatores! per quos mihi tanta D E V S Opt. Max. beneficia largitus est, vt & ipsi Dominorum Domino, ita & vobis haud simus denique ingrati, vanitatis spiritu ducti, nomina nostra vocantes in terris nostris; Vos (inquam,) tanquam præsenteis alloquor, quos sciam eum videre, qui præsens vbique adsit: Favere, obsecro, pergite huic Operi nostro; imò vestro; & vt vobis, Deóque im-primis, & in cunctis victoria, gloria, & laus adscribatur, suppetias ferte, prælium conficite quod reliquum est, precibus vestris cœlestem militiam pergite movere, vt in cunctis victores, Deboræ carmen accinamus Iudicum c. 5. Stellæ manentes in ordine suo, adversùs Sisaram pugnaverunt. Sit, amabò! religiosa hacce nostra gratiarum actio, acceptis licèt beneficijs vestris longè impar, vestro omnium nomini hoc extremo ità loco appensa, vt quocunque locorum per Orbem hæcce Prolegomena Calopediana, hæcce Synopsis historiæ Franco-Merovingicæ, (uis cum Paraleipomenis, & notationibus adiectis excurrerint, honorifica vobis sint, & mobilis a nobis Pyramis erecta, quæ nomina sic prædicet vestra, vt si quis ad mortaleis ab eis Christianæ pietatis, & eruditionis fructus emanârit, vobis ijdem in-primis, quas condecet, immortaleis gratias agant, ceu præcipuis totius Operis, (Domini Dei primùm laudibus, & majori gloriæ consecrandi,) architectis: mihique, ab eodem Rege tremendæ Majestatis, qui salvandos salvat gratis, id gratiæ velint & ipsi præstitum exorare, vt is, hoc toto in Opere, digne-*

Isaiæ c. 10.

Danielis cap. 4.

2 Reg. cap. 12.

tur agnoſcere, quod ſuum eſt; quódque meum; clementer ignoſcere.

Sint porrò, qui ſubduntur pauci verſus noſtri, iuſtæ Coronidis loco, noſtris lucubratiunculis affixi, qui Ieſum Chriſtum, omnium primarium, & ſupremum celebrent benigniſsimum Autorem: Qui, nos quidem, quatuor iam totis annis, hocce in Opere contexendo exactis, multas nocteis ducere inſomneis, & , vt adeò proceloſo nos, vaſtoque hiſtoriarum Oceano eximeremus, ſatis diu, anxiéque conſpexerit laboráſſe in remigando. Laboratum eſt; perdiúque certatum quidem eſt hactenus:

Sed; nos iam ſpatijs magnum confecimus Orbem:
 Magna proceloſi eſt iam via facta maris.
Auguror; inquiris quid ſit tellure peractum?
 Quî Neptunus aquas turbat, eáſque ciet?
Non tibi ſunt Siculi; non eſt adeündus Eöus:
 Non Thrax, non Scythiæ terra videnda tibi eſt.
Omnia cognoſces, avidà ſi hoc aure volumen
 Legeris; aut ſi non; perlege, cuncta ſcies.
Hinc gravis inceſſu prodit tibi Celtiber: indè
 Liliger, indomito prælia Marte gerit.
Hinc Latium cernes, tacturas indè carinas,
 Sidereáſve Domos, Tartareóſve ſpecus.
Plura tibi memorem? Totus libro Orbis in hoc eſt:
 Narratur quicquid terra, ſalúmque tulit.
Sed quid in ambages rurſum mea carmina tendunt?
 Ducta eſt in portum noſtra carina ſuum.
Vidimus antiquos, poſt carmina ſcripta, Poëtas;
 Atque ſua Hiſtoricos ſcripta tuliſſe Dijs.
Sub Iovis auſpicijs, ſuſceperat ille labores;
 Ille, ſub auſpicijs pergit Apollo tuis.
Hic Heliconiades; Venerem hic; vocat ille Diänam;
 Hic ſupplex poſcit Numina, Iuno tua.
Scilicet auxilium ſtatuæ, ſimulacráque falſa:
 Scilicet auxilium Numina ficta dabunt?
Sint Heliconiades Chriſtus, atque omnia ficta
 Numina; Pan, Phœbus, Iuno, Cupido, Venus.
Ille, hominum paſcit divino nectare menteis:
 Miſcebunt liquida hi pocula plena pice.
Hoc Duce ages lætas cœlo plaudente choreas:
 Illi homines jungent, ſæva Megera tibi.

Chriſte

Christe Opifex rerum! Generis mortalis Origo!
  Hoc Opus ambrosià, & nectare sparge tuo.
In portum nostram duxisti, Navita! puppim:
  Fac quoquè vt in portum prora salutis eat.
Deniquè, quæcunquè hæc sint, quæ perfecimus; opto,
  Et decus, & laudem reddere posse tibi.
Hoc voveo, hoc opto; votorum hæc summa meorum est;
  Vt pariat laudes, nostra Thalia tibi.

Sed & tu, Sanctissima Mater nostra RICTRVDIS! quæ Gregem tuum illum Nobilissimum Marcianensem, instituti Benedictini, olim degens in terris, sanctimoniæ tuæ castissimo exemplo efformâsti; præsidio tuo fovisti; vigilantiâ custodisti; perfectionis consilio gubernâstis Apostolici spiritus fræno in officio continuisti; patientiâ discretâ tolerâsti; me quoque Filiorum tuorum minimum, totâ cum etiam nobilissimâ tuâ Marcianensium Benedictinorum Familiâ, iam vivens in cælis, fortioribus sic tuere patrociniis, vt precum tuarum informati omneis sacro penicillo, imaginem tuæ maternæ sanctitatis referre possimus. Hæc, oro Pientissima Mater! ampliora nobis, de tuà iam in cunctis charitate consummatà, subsidia, humilibus tuis omnibus Filiis, & obsequentibus Clientibus accrescant. Memini Gregorium nobilissimum, eximiúmque Theologum scriptis, & dictis asseruisse frequentibus, * *se Divum Basilium rebus quoque humanis exemtum, salutarem habuisse monitorem. Idipsum, & tu, ô Gloriosissima Marcianensium Patrona, Sanctissimáque Parens nostra RICTRVDIS! adiunctis tuorum Contubernalium, nostrorum Divûm Contutelarium patrociniis, Maternæ pietatis, & charitatis perfectæ nobis abundantiùs impendere velis, vt, & ipsa, Materno affectu, reliquum vitæ nostræ labilis curriculum moderari, & apud Christum Servatorem nostrum tuis meritis & intercessione digneris efficere, vt, pro votorum nostrorum ratione, velit Iesus Christus in nobis, & omnibus sanctè consociatis, ardenter excitare spiritum illum perfectionis asceticæ, cui Beatissimus Pater noster Benedictus ferventissimè, humillimèq; servivit: vt eodem repleti spiritu, studeamus amare quod amavit, & opere exercere, quod docuit: demùmq; post labores nostros Benedictinos humiliter, & bene exantlatos, ad cælestem illam Beatorum perduci requiem, quà modò, tuis cum sanctis omnibus Prolibus, & Contutelaribus nostris, felicissimè perfrueris in Patre, Filio, (qui factus est nobis, Via, Veritas, & Vita;) & Spiritusancto: quibus, in vnitate perfectà, semper sit laus, omnisque honor, & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.*

* Vide S. Gregorium Nazianzenum, de laudibus S. Basilii.

 Corol-

Corollarium ad Lectorem Amicum.

NE fortè Criticorum Censorum, & Zoïlorum indignos per oblatratus, Charta nostra mendosior hęcce dividere tentaret, quos Christi nectere debet amor; de industriâ iam aliquoties, erudite, amicéque Lector! te commonefeci, permultis hoc pœnè totum Opus erroribus fœdissimè inspersum, & à nobis hinc indè parum detersum, (quod mendis scateat nimis multis) in vulgum abire. Sed, & es idem à nobis seriò iam, sæpèque commonitus, id esse crassioris ignorantiæ, Operis Typographi, & typothetæ partim tribuendum festinationi tantæ, vt secundò relegendis, & probarum improbarum, extinguendis erratis, ægrè datus fuerit locus: Id quoque culpæ, partim imputari possit absentiæ nostræ frequentiori, quam tamen necessariam mihi semper scias obtigisse; & per cuius moras nonnunquam septiduänas, senserint se, lucubrationes nostræ, tot vigilijs, & laboribus confectæ, turpissimis mendis fœdari, dum amanuënsis nostri incuria, commissum sibi, per absentiæ nostræ moras, negotium improbarum probarum emendendarum paullò negligentiùs obijt, & abijt. Sed, qui hâc in palæstrâ sunt versati, satis nôrunt, id mali, cuivis Scriptori commune, pœnèque semper necessarium esse, quamdiu sub prælo scripta sudant; vt plures ab autoribus edendæ scriptionis oculi sint requirendi, quàm quos dederit natura duos. Denique, quid plura operosiùs accusem, aut excusem: cùm liquidò constet, quandoque etiam bonum dormitare Homerum; & absentis nostræ moræ, velint me ingenuè fateri, in singulis nostrum nonnullam hærere culpam. Ferendum igitur suadetur, quòd ægerrimè potuerit vitari, nec nisi laboriosissimè iam queat à nobis extingui. Factum enim, infectum fieri nequit. At ferendum (aïebam,) dum secundæ curæ, tersiora, accuratiùs digestà, tibìquè omnia referant solidiùs, & gratiùs recocta. Hanc tamen, pro tempore, benigniùs saltim à nobis acceptam habeto, gratámque sanioris & correctioris deinceps lectionis formam, admittendam in ijs erratis, quæ sint difficilioris correctionis: Vt; Omnes primùm recti plurales genitivorum in ium, quos editio mendosa flexerit in eis, expun-

gantur,

gantur, &, ad es, revocentur. Deindè, ad singularia descendens, Pagellâ quartâ, pro, felicitantem, lege, felicitante. pagellâ 42. pro, vbi, lege, ibi. paginâ Synopseos 808. lege, habitatorum invidiam. paginâ 825. lineâ 34. lege, hæ ipsæ. lineâ 36. lege, amplecterentur. lineâ 37. hunc. paginâ 826. in notatione marginali, lege, pleuritide. pag. 842. lin. 27. lege, subdunt. pag 868. lin. 8. lege, dotare. pag. 875. lin. 14. lege, videatur. pag. 876. lin. 17. lege, treis. pag. 880. lin. 12. lege, prætenderint. lin. 34. lege, certificari. pag. 885. lin. 14. lege, finijt. pag. 888. lin. 15. lege, Maximo. lin. 16. lege, Præsulis. lin. 32. lege, succisivis. pag. 889. lin. 9. lege, promtuarium. pag. 890. lin. 8. lege, vt, pro &. lin. 26. lege, bruma. pag. 913. & 14. dele, Christus. pag. 945. lege, miserint. pag. 971. lineis 29. & 30. lege, quod peste laboranti. lin. 31. lege, leniter. pag. 974. lin. 2. lege, vincla. lin. 15. lege, Anguinum. pag. 979. lin. 1. lege, pugnas suas pugnant. pag. 982. lin. 31. lege, adiunctum & stratum. pag. 986. lin. 32. lege, Anno. pag. 1086. lin. 20. lege, suadet cognoscendum ex assertione. pag. 992. versu 11. lege, Nestoreos. pag. 1063. lin. 37. dele, reconditas. pag. 1082. lin. 18. lege, Doctor, Fiscalis, Heduensis Præsidiatus Patronus. pag. 1098. lin. 5. lege, eruptione. pag. 1099. lin. 12. lege, ingens gaudium. pag. 1102. lin. 1. lege, Imperij, & Imperio. pag. 1103. lin. 33. lege, Transylvaniæ invaderent. pag. 1106. lin. 8. verbo 9. lege, militibus nostris. lin. 15. lege, capta, lin. 25. lege, malint, pro, maluit. pag. 1107. lin. 1. lege, Περλεγομένων. pag. 1108. lin. 22. lege, indicio, non, iudicio. pag. 1110. lin. 5. lege, illam. pag. 1111. lin. 28. lege, quà dolo. pag. 1116. lin. 20. lege, pedes Sacræ Cæsareæ Majestatis pronus. pag. 1118. lin. 7. lege, Præposito. lin. 14. lege, inscripserint. Hîc etiam monitum te oportet, debere Clarissimi Viri, & doctissimi Domini DN. Andreæ Hol, Brugensis, Epigramma latinum græco mixtum mendosissimè quoque excusum sic emendatiùs legi restitutum.

Μέγα βιβλίον, γὰρ μέγα κακόν.
Πάρεργον ἐν φακῇ μύρον.
Εὖ καὶ ἐπισαμένως.

Errata cætera, quæ nequaquam occurrent hisce pauciora, quæque ophthalmiæ vitio, à nobis, (qui claris oculis non simus,) prætermissa subrepserint, per se Lector eruditus, & amicus, citrà vllum (vti spero,) negotium, poterit extincta emendare. Quæ igitur quàvis ferè paginà, minoris, vel fortassis etiam quandoque momenti

momenti majoris ſeſe reliqua prodent, prudentis, & benivoli Lectoris ſpongia eluat obſecro, & expurget, optiméq; valeat. Atque ità demum rebus noſtris feliciter conſtitutis; hîc terminus eſto fixus, &

OPERIS TOTIVS FINIS:

Deóque Optimo Maximo, ſit Omnis honor, laus, & gloria. Amen.

QVæ, noſtra Prolegomena in Silvium; Quæq; ipſa Synopſis hiſtoriæ Franco-Merovingicæ: Et quæ, ad eam accedentia, hactenus complectuntur; omnia Sanctæ Matris Eccleſiæ judicio, & correctioni ſubmittuntor. Sic vehementer opto: Sic religiosè volo.

INDEX LOCVPLETISSIMVS, IN HOC OPVS VNIVERSVM, AD COMMODIOREM LECTORIS

studiosi vsum in Alphabeti ordinem tributus.

A.

Bene-

Corpus

D.

F.

Gerardus,

Edicto

K.

L.

M.

Maiorica

Philippus

Præsagium

Q.

R.

Rikomerus,

S.

Simeon,

T.

Ventus

F I N I S.